This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PVBLIVS
VIRGILIVS MARO

VARIETATE LECTIONIS

ET

PERPETVA ADNOTATIONE

ILLVSTRATVS

A

CHRIST. GOTTL. HEYNE

EDITIO QVARTA

CVRAVIT

GE. PHIL. EBERARD. WAGNER

VOLVMEN TERTIVM

AENEIDIS LIBRI VII—XII

ET

INDEX NOTARVM

QVIBVS AVCTA EST NOVA EDITIO

LIPSIAE

SVMTIBVS LIBRARIAE HAHNIANAE

MDCCCXXXIII.

LONDINI

APVD BLACK, YOVNG & YOVNG.

Digitized by Google

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS
LIBER SEPTIMUS

ARGUMENTUM

Caietam, nutricem suam, Aeneas sepelit, locumque ipsum ab eius nomine Caietam appellat — 5. Inde Circes sedem praetervehitur — 24, secundoque vento ad Tiberis ostia defertur: adversoque flumine subvectus, in Laurentem agrum egreditur — 36. Digressione de prisco Latii statu et de prodigiis, quibus Troianorum adventus denuntiatus fuerat, facta — 106, pergit narrare poeta aliud ostentum comesarum mensarum; cum Aeneas ex Ascanii verbis cognovisset, eam esse terram fatis sibi debitam; ad Latinum regem, qui eius tractus regnum obtinebat, centum oratores mittit, qui et suo nomine illi munera offerrent, et urbis condendae locum peterent. Interea castra metatur — 159. Latinus, legatione benigne audita, praeter postulata, Laviniam filiam suam, quam, ex Fauni, patris sui, oraculis et ex augurum responsis, externo viro tradere iubebatur, ultro Aeneae coniugem offert — 285. Interim Iuno, prosperis Troianorum rebus offensa, Alecto ad disturbandam pacem ab inferis evocat — 340: quae primum Amatam, Latini uxorem — 405, deinde ipsum etiam Turnum furiis suis implet — 434: atque inde ad Troianorum iuventutem conversa, quae tum forte venationi operam dabat, mansuetum illis cervum obiicit, Tyrrhi, armentarii regii, liberis inprimis carum; quem cum Ascanius sagitta vulnerasset, rustici, arreptis armis, in Troianos impetum faciunt — 510. Alecto ex superiore loco classicum canit: cadunt in eo tumultu Almon, Tyrrhi filius natu maximus, et Galesus, agricola regionis totius locupletissimus: qui cum in urbem mortui essent

Digitized by Google

relati, Turnus et Amata regem Latinum ad bellum suscipiendum iniuriamque manu vindicandam exstimulant — 590. Verum cum ille, et fatorum et foederis nuper cum Troianis initi memor, adduci non posset, ut illis bellum indiceret, Iuno ipsa belli portas aperuit — 622. Turni auspicio ad bellum sequitur Mezentius una cum Lauso filio — 654: item Aventinus, Herculis ex Rhea filius 669: Catillus et Coras Tiburtini, fratres — 677: Camilla e Volscorum gente, mulier fortissima (803—817): aliique complures: quorum recensus inde a v. 678 ad finem libri subiicitur.

Infinitum esset, si commemorare omnia, diluere ac refellere, vellem, quae super sex posterioribus Aeneidis libris a viris doctis disputata sunt. Solet fere unusquisque acceptum hoc ab aliis tradere: inferiores esse eos libris sex prioribus inventionis laude, spiritu poetico et ornamentorum copia ac varietate: itaque multo minorem voluptatem eos legentibus afferre, remitti animum et vix episodiis aliquot idoneis excitari ac languore absterso recreari; nec mirum esse, si haec ita se habeant: cum ultimam manum poetae carmini fatum inviderit. Quod ne frustra a veteribus traditum esset, viri docti circumspexerunt solliciti, quidnam illud esset, quod inchoatum tantum, non absolutum, in his libris habendum sit.

Me dissimillimum esse eorum, qui caeca Virgilii admiratione capti sint: tot, puto, locis a me declaratum est, ut in contrariam adeo reprehensionem incidere multorum iudicio videri possim. Omni igitur cupiditate ac studio in poetam deposito, tamen iure meo me hoc pronuntiare arbitror, in his argutationibus pauca esse, quae viro intelligenti se probare possint. Adeo a poetae consilio, carminis argumento, heroicae vitae indole, Augustei aevi sensu ac iudicio, communi naturae humanae lege ac more, carminis epici interioribus caussis, aliena sunt pleraque, ut illa centies recocta iterum perlegere, iterum refellere, molestia omni molestius sit.

Ut tamen interpretationis hoc genus meum, quod non desultorium esse ab initio decrevi, sibi constet, non omnino eas argutias praetermittere licet. Perstringam itaque brevissime potiora reprehensionum vel laudum capita, et tamquam levi digito attingam ea, quae caussis idoneis in utramque partem destitui equidem arbitror. Actionem aiunt ab hoc libro procedere carminis alteram, a priore diversam, quod ab unitate carminis epici quantum abhorret! res in Italia gestas; idque ipsum poetam non ignorasse, cum sic ordiatur narrationem v. 44. 45 *Maior rerum mihi nascitur ordo: Maius opus moveo:* eum autem in hunc errorem inductum, quod sex prioribus libris Odysseam, his alteris sex Iliadem redhibere et exprimere voluerit. Quod, si quid aliud, frustra su-

Digitized by Google

mitur, etsi iam inter Serviana nugamenta (ad lib. VII, 1) venditatum; nec, si in singulis partibus vel episodiis Homeri vestigiis insistit Maro, eum ita imitatus esse credi debebat, ut eius corpus in partes dissectum novo exemplo conglutinaret. Antequam ad Italiam accederet Aeneas, iter Troia factum erat commemorandum. Quod in Africam defertur classis, quod, cum Iuno fraudibus hoc suis consequuta non esset, ut Didonis amore irretitus Aeneas Carthagine desideret, iterum conscensis navibus Siciliam adeunt Troiani, et inde profecti tandem Tiberis ostia invehuntur; ea omnia ad unam illam actionem non minus pertinent quam difficultates, quae escensu in Latino littore facto suboriuntur, quibusque verendum erat, ne a sedibus in Latio occupandis et nova colonia huc ducenda prohiberentur Troiani advenae. Invocatio Musae non per se partem operis constituere potest novam: sed ad excitandos et inflammandos sub magnae rei exordium cum poetae tum lectoris animos valere debet. Quod diversa sunt rerum in his ac superioribus libris narrandarum genera, hoc ipsum ad varietatis ac copiae laudem pertinet. Quis in Homero recensum navium novam carminis partem constituere dixerit, quoniam poeta Musis invocatis illum orditur? *Maius opus* se movere, ingredi, dicit poeta: rerum naturas respiciens, bella ac pugnas, cum erroribus maritimis comparatas: *Dicam horrida bella, dicam acies* etc. v. 41. 42.

Reprehendunt alii poetam, quod horum sex librorum argumentum intra bella ac pugnas continetur: hac rerum semper ad idem genus redeuntium turba nasci legentis taedium. Scilicet sic ab omni narratione epica, quae in rebus gestis magnis ac mirabilibus factisque audaciae ac virtutis heroicae specie animos moventibus versatur, erit abstinendum. Nam et magna est omnium similitudo, et magna eorum pars rebus bello gestis continetur: inprimis si de iis quaeritur, quae argumentum epicum suppeditare possint. Tum *bello,* ad ipsam historiarum fidem, paratae fuerunt Troianis sedes in Latio; et variati sunt a poeta pugnarum casus mirifice; etiam episodiis suis distincti. Bellum aiunt propter puellam, Aeneae numquam visam, geri: Quod verum non est. Geritur bellum super Troianorum sedibus in Latio: accedit Laviniae coniugium tamquam pignus foederis cum Latino de his sedibus in Latio concessis facti: VII, 260 sq. 267 sq. Laviniae amorem, qualem nostra aetas probat, ab Aenea frustra in heroica vita exspectari, alio loco monui. Amatae quoque partes, quales Mariae Mediceae vel Annae Austriacae, ea aetate dari non poterant. Etiam icto iam cum Latino foedere caussas belli aiunt (Macrobii exemplo Sat. V, 17) nimis esse exiles ac tenues; cervam, puellae Silviae delicias, casu a Troianis caesam. Nec tamen caussa haec belli fuit, sed, exacerbatis iam Latinorum animis prima, qua erumperent irae, occasio (cf.

Digitized by Google

ad VII, 475): eaque ad priscae vitae morem non male attemperata; inprimis si Latium cogites quale illo tempore fuit, per vicos et tuguria sparsim inhabitatum, cum una urbs Laurentum esset: etsi poeta tenuitatem rerum diligenter ex oculis legentium removit, resque vitae heroicae paupere et exiles epico splendore summo ornavit. Sed omnino belli exordia ad Iunonis artes et ad evocatae Alectus fraudes referenda sunt, quibus exasperati Latinorum et Turni animi a novis in Latio sedibus Troianos prohibent.

In Latino tamen multa sunt, quae personam epicam dedeceant. Recte hoc moneretur, si epicam ille, quam volunt, personam sustineret, hoc est, si in hoc rege summa rerum verteretur. Nec vero eminere eum par erat, si Turnus in medium erat adducendus isque cum Aenea comparandus: aut enim duo futuri erant Turni, aut simplicitas actionis et argumenti unitas deserenda. Adumbratum est in Latino veterum regum exemplum, quorum vix alia auctoritas, quam ut consiliorum populi principes bellique duces essent. Latinus itaque non audet bellum gerendum detrectare, poscentibus populis: lib. VII, 591 sqq. Cum autem Turno summa belli esset mandanda: Latinus annis gravis a rerum actu erat removendus. Itaque Turnus copias cogit, agmen ducit; et ad eius voluntatem in ipsa urbe novae copiae conscribuntur lib. VII, 367 sqq. Turni autem ferox ingenium ac violentia multo magis elucescit cum Latini miti ac mansueta mente comparata. Sed ipse Turnus plus audaciae ac vividae virtutis habet, quam Aeneas. Recte utique, ne duo essent Aeneae. Et dignus erat adversarius Aeneae obiiciendus. Cum autem huic semel esset tributa virtus cum prudentia et constantia animi, quam res adversae et rerum usus et experientia afferre solet: violenta illa et temeraria fortitudo in Aeneam non cadebat, Turno relinqui poterat. Annon Laviniae, si liberum erat puellae arbitrium, praeferendus fuisset Turnus: quaestio est ex nostris moribus ingeniisque petita, non ex heroicae vitae severioribus in femineum sexum institutis. Nec vero Latino displicebat Turnus, probatus quoque eximie (v. c. XII, 19 sqq.); prodigiis tantum et monitis deorum externum generum sibi asciscendum esse Latinus intellexerat.

Potuere utique esse in Aeneide, quae minus se probarent Vario, Tuccae, Maecenati vel Augusto: sunt quoque passim notata a nobis nonnulla, inprimis in deorum ministeriis, parum subtiliter digesta, alia, inprimis in sermonibus, rhetorum argutiis inquinata, quae displicere possunt: sed haec profecto, quae nostri aevi critici reprehendenda putarunt, ista aetate vix in vituperium venerunt; nec omnino cum naturae simplicitate et integritate coniuncta, verum ex nostrae vitae fastidio et stomacho ducta sunt. Si sex posteriores libri non aeque delectatione tenent animos magnae lectorum

Digitized by Google

partis, ac priores: caussas eius rei facile equidem assequor; scilicet, ut ne impetum animi, sublata rei novitate, retusum commemorem, ad sex posteriores libros intelligendos doctrinae haud vulgaris copia rerumque antiquae Italiae scientia requiritur; is autem, qui in rebus versatur obscuris parumque notis adeoque difficilibus, ubi laboris molestia voluptatem intercipit, et ingravescens tandem taedium librum manu excutit, non facile eius rei caussam in se latentem agnoscit, sed in auctore rei, quae taedium afferebat, reperit. Adeo difficile est in se descendere, et iudicii sui caussas exquirere occultas. Altera tamen ex parte is, qui antiquarum rerum lectione delectatur, et tam ingeniose a poeta et sollerter innumera ex Italiae antiquitate commodo loco posita et ad finem epicum attemperata animadvertit, non minus recordari debet: magnam huius voluptatis partem non tam ab ipso carmine, quam a doctrinae copiis, difficultatis superatae sensu, antiquitatis studio et amore, et quae alia, proficisci.

Tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix,
Aeternam moriens famam, Caieta, dedisti;
Et nunc servat honos sedem tuus, ossaque nomen

(1. *litoribus* per simplex *t* scriptum probat h. l. Pierius, probant aliis locis alii; et ita ubique exaratum in Medic. *Wr.*) 2 *famam moriens* Gud., ingrato sono. 3 *At nunc* pr. Moret. a m. pr.

1—4. *Caietae*, quae in his locis moritur, memoria in Aeneae erroribus non obscura erat: et promontorii portusque et urbis nomen in Latii et Campaniae finibus ab ea ductum vulgo ferebatur. De Caieta v. Excurs. I. Super libri initio aut nimium disiuncto a Miseni memoria VI, 232 (nam ad hanc refertur *tu quoque*), aut nimium coniuncto cum verss. ultimis sup. libri, cum veter. Grammaticis argutari nolim. 3. Etiamnum *servat honos sedem tuus*, exquisite, pro, honos adest adhuc, superest, servatur sedi tuae, tumuli tui extat adhuc memoria; nam *sedes* pro sepulcro, ut v. 152 lib. VI. *honos* pro titulo et nomine seu inscripto seu fama vulgato: supra VI, 507 *nomen et arma locum servant*. Alterum *ossa nomen signat*, eodem fere redit; *nomen* est titulus sepulcri, signatque adeo ossa, quae in eo condita sunt. *Hesperia magna* epitheton ornans; v. I, 569 et IV, 345 *Italia magna, si qua est ea gloria*. Interpretes a Servio inde accipiunt, quas-

Digitized by Google

Hesperia in magna, si qua est ea gloria, signat.
At pius exsequiis Aeneas rite solutis,
Aggere composito tumuli, postquam alta quierunt
Aequora, tendit iter velis, portumque relinquit.
Adspirant aurae in noctem, nec candida cursus
Luna negat; splendet tremulo sub lumine pontus.

4 *ea* deest Puget. *signant* Heins. e Medic. Gud. et aliis maluit. Sed exemplo adiecto (sic apud Nasonem, *nomina signata saxo*) vix satis commode declaravit, quo modo accipi id vellet. Burmannus ad hysteron proteron recurrit; quod multo minus commodum est. Contorte etiam Cerda. Si tueri illud velis, dicendum esset: *ossa* pro loco dicta esse, quo ossa sunt condita, hoc est, pro tumulo; is signat, adeoque *ossa signant*, titulo insculpto posteris produnt, *nomen* tuum. At haec dura sunt; praestat altera ante Heinsium vulgata lectio, quam inter ceteros codices Romanus firmat, *signat*, ut *honos servat sedem*, sic *nomen signat ossa*, h. nomen loco inditum sepulturam Caietae ad nostram memoriam servat. (*signant* etiam 12. cum Dorph. II. et codd. 1. 6. edit. Vinar. 1826. Et *signat* a librariis praegresso *servat* accommodatum videri potest. Videndum igitur adhuc, an vera sit lectio *signant*, in hunc modum accipienda: insigne fecerunt ossa tua nomen, sc. ei loco, quo ossa tua condita sunt, urbi et promontorio Italico; quod significatur verbis adiectis *Hesperia in magna*. *Wr.*) Ed. Ven. repetit, *servat*. (— 5. In Rom. et Medic. traiecta haec leguntur *Aeneas exsequiis*; in hoc tamen appicta sunt quaedam signa verum ordinem indicantia. *Wr.*) 6 *quierant* ex Hebro (ignotum nomen et forte corruptum) laudat Servius; quod et ipsum haberet locum; et sic Montalb. et pro var. lect. alter Hamb. (vid. Not. ad IV, 523. *Wr.*) 7 *portusque* Gud. *reliquit* aliquot Heins. et Pier. 8 *cursus* Heins. cum vetustioribus, item fragm. Vatic. (vid. Q. V. VIIII, 3, X. *Wr.*) Vulgo *cursum* legitur. (ita cum Palat. 5. 7. 11. 12.; Rom. *cursu*; *currus* legi iubet Wakef. ad Lucret. V, 777. *Wr.*)

dictum sit: si quis sensus eius gloriae ad inferos est. Bonus sensus; sed verba hoc tantum subiiciunt: quantacunque ea gloria sit. (*nomen ossa signat*, i. e. pro titulo sepulcri tui est urbis et promontorii nomen; sic puto haec intelligenda esse, ne otiosum sit istud *Hesperia in magna*. Nec verba *si qua est ea gloria* ad inscriptionem aliquam sepulcralem retuleris, sed ad haec ipsa *Hesperia in magna;* neque ea pro extenuandi formula, quae est ieiuna ratio, sed ita accipi velim: quae est magna gloria. Ceterum vid. V. L. ad vs. 4. et 6. *Wr.*)

7—9. *tendit iter velis*, per vela vento data, docte, ut *cursum*, *gressum tendere* aliquis dicitur; pro vulgari: tendere cursu. Sic I, 656 *iter ad navis tendebat Achates*. Sub noctem ἐπιπνείουσιν ἄῆται, ut saepe Apollonius, ventus secundus increbrescit et luna favet navigationi (*non negat cursum*) splendore suo, qui egregie describitur: *splendet tremulo sub lumine pontus*. Nota rei imago, quam Cerda copiose illustrat; expressa du-

Digitized by Google

Proxima Circaeae raduntur litora terrae: 10
Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Adsiduo resonat cantu, tectisque superbis
Urit odoratam nocturna in lumina cedrum,
Arguto tenuis percurrens pectine telas.

10 Est τὸ *Κιρναῖον*. 12 *resonant* Sprot. (*Possidet, hos solans cantus s.* Virgilium scripsisse opinatur Withofius, *kritische Anmerkk.* fasc. IV. p. 27. *Wr.*) 13 *odoratum* Oudart. *ad l.* Leid. *nocturno in lumine* Medic. et Zulich. a m. sec., quae vulgaris est ratio. (ita etiam 8.; quam rationem cur vulgarem appellet Heynius, non exputo; dicendum potius *in* requiri, ut indicetur, quem in finem cedrum illa urat. — Ceterum in Medic. *caedrum* exaratur; vid. V. L. ad Ge. III, 414. *Wr.*) 14 Idem versus Ge. I, 294.

dum ab Ennio: *Lumine sic tremulo terra et cava caerula candent*, ap. Macrob. VI, 4.

10—14. *Circes insula*, facta postea terra continens, Circeii, notum Latii promontorium. De ea vid. Excurs. I. Petita est fabula ex Odyss. κ indeque etiam illustranda; sed poeta ornavit studiose singula verbis exquisitis. *raduntur;* nam praetervehuntur Troiani; sic III, 699. 700. *Divitem* cur appellet Circen, causam puto esse domus opulentiam (unde mox *tecta superba*), quam Homerus quoque ei tribuit l. l. v. 210. 211 et 311. 314. 315, inprimis 348 sqq. conf. Ovid. Met. XIV, 260 sqq. *inaccessos lucos*, h. l. silvam, ad quam raro accedunt homines, solitariam. Servius: *ad quos nullus debeat accedere* sc. veneficiorum metu. (recte; ad quos accedere periculosum est, ut χεῖρες ἅπαντοι, quas non sine periculo tangas. *Wr.*) At *lucos* memorat secundum Homerica ibid. 149. 150, ubi silvam in insula et in ea Circes aedes memorat. Esse autem Circeios densos silvis, ἄκρην ὑψηλὴν, θασσεῖαν δὲ σφόδρα, καὶ ἔχειν δρῦν καὶ δάφνην πολλὴν καὶ μυρρίνην, monstrari porro Elpenoris (Odyss. μ, 14) tumulum et in ea nasci myrtum, etiam Theophrastus acceperat Histor. Plant. V, 8, et Plinius porro XV, 29 myrtum *in Europae citeriore solo — primum Circeiis in Elpenoris tumulo visam* tradi notavit. *resonat*, resonare facit, ut alibi quoque. Vulgarius, personare. De cantu Circes nota res ex Od. κ, 221 sqq., qui iidem versus cum de Calypso quoque ab Homero positi sint Odyss. ε, 61. 62, ex eodem loco v. 57—61 repetiit reliqua de foco et de textura. Nam Πῦρ μὲν ἐπ' ἰσχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόθι δ' ὀδμὴ Κέδρου τ' εὐκεάτοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει Δαιομένων. cf. Plin. XIII, 16, 30. Priscae vitae, et Orientis nunc quoque, communes eae lautiorum hominum deliciae, quas vel laxiorum nimio aestu corporum effluvia suadere possunt, ut suffimenta vel odores accendant. Hoc itaque ad Nympham ab Homero bene traductum. Est autem et hoc

Digitized by Google

Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum,
Vincla recusantum, et sera sub nocte rudentum;
Saetigerique sues, atque in praesepibus ursi
Saevire, ac formae magnorum ululare luporum;
Quos hominum ex facie dea saeva potentibus herbis
Induerat Circe in voltus ac terga ferarum.
Quae ne monstra pii paterentur talia Troes

15 *gemitus* leonum: noli substituere velle *fremitus*. Nam et illud poetis sollenne: v. c. Lucan. VI, 688. Drak. ad Silium I, 425. 16 *rugentum* pr. Moret. a m. sec. et Bigot. inscite. 18 *forma* Franc. 19 *saeva* post *saevire*. Libri nil mutant. (vid. V. L. ad VI, 901. Wakef. distinguit: *facie, dea s. p. herbis*, *Ind. Wr.*) 20 *in* abest tribus apud Burmann. et Hamburg. sec. *Induerat vultus Circe*. Porro Montalb. *in terga vultusq.* Etiam *et s. f.* nonnulli Pier. 21 *patiuntur* Bigot.

ex eadem vita, ut posito in mediis aedibus foco ignis lumina per noctem praebeat. Sic v. c. Od. τ, 63. 64 et alibi. cf. Goguet. (*Origine des Arts* etc. T. III, p. 391, et T. I, p. 241). *Urit in lumina*, ut pro lumine esset; ita *ἰς*, pro *ad*. *Cedrus* autem Graecorum et Romanorum, ut iam ad Georgica vidimus lib. II, 443, e Iuniperorum genere est, etiam oxycedrus dicta. v. Bodaeus a Stapel ad Theophr. H. Plant. III, 12, ubi Icones quoque visuntur, et post alios Celsius in Hierobot. P. I, p. 77, qui diligenter a cedro Libani, quae ex abietino genere est, eam distinguit, etsi ne sic quidem satis expedita res est. Sufficit, *θύαν, θύον, cedrum*, esse aliam orientalem aliam occidentalem, hanc quidem Theophrasti appellatam. Ex Homerico loco quoque versus 14 illustrandus: *ἱστὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν. telae* h. l. pro stamine vel trama, quam textrix *ἐποίχεται κερκίδι*, percurrit pectine, ut subtemen inserat. De hoc v. Exc. I*

15—18. Admodum ornate singula, si cum Homericis compares Odyss. κ, 212 seq. et Apollon. IV, 672 sqq. *formae luporum* simpl. pro lupis, forma dicendi poetica, quam iam alibi vidimus; (ingentem tamen magnitudinem bestiarum hoc vocabulo designari docet Pricaeus ad Appulei. Met. l. IV. pag. 76. *Wr.*) et *praesepia* paulo ante pro caveis. Sic iam Servius explicuit. (*Saevire* de voce ursorum accipiendum; vid. Sturz. *de Vocibus animalium* in eius Opusc. p. 168 sq. *Wr.*) Discessit autem ab Homero, qui mutatas has feras humanam mansuetudinem servantes exhibuerat l. c. v. 214 sqq.

19. 20. *induerat in vultus ac terga*, h. corpora, *ferarum* pro vulgari, induerat eos formis ferarum. cf. Ge. I, 187. 188. 21. *quae ne monstra*, rem monstro

Digitized by Google

Delati in portus, neu litora dira subirent:
Neptunus ventis inplevit vela secundis,
Atque fugam dedit, et praeter vada fervida vexit.
Iamque rubescebat radiis mare, et aethere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis:
Quum venti posuere, omnisque repente resedit
Flatus et in lento luctantur marmore tonsae.
Atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum

22 *dura* duo Burmann. 26 *in croceis* coni. Schraderus ad Musaeum p. 289. („et Bentl. ad Lucan. IV, 125. Cf. Aen. IV, 585. Stat. Silv. I, 2, 45.“ Haec Porson. in Edit. Virgil. Heyn. Lond. *Wr.*) Sed in *roseis bigis* non tam erat haerendum, quam in mira colorum temperatione: post *rubescens* mare, *roseae* bigae et *lutea* aurora. (Laudat Iahn. Vossii *Mytholog. Briefe*, T. II. p. 79. sqq. Addit Ruhkopf. Not. ad Tibull. I, 3, 94. *Wr.*) 27 *Tum* ex Schol. Horat. et Statii laudat Burm. 28 *luctatur* Mentel. pr. (*Fluctus* pro *Flatus* scribendum putat Arntzen. ad Paneg. vet. p. 339. *Wr.*) 29 *hinc* Zulich. et Witt. *ingenti* Menag. sec.

similem, ut mutarentur in feras. *pii*, θεοφιλεῖς adeoque diis curae. sup. III, 265 *Di prohibete minas: di talem avertite casum: Et placidi servate* pios. Mox 24 *fuga* pro celeri cursu et navigatione, et: *praetervexit* eos per *vada fervida*, mare aestuosum, ut circa promontoria solet.

25—28. Valde operosum cultum adiecisse videtur poeta his versibus, primum colorum varietate, tum epithetorum copia, et verborum pondere, inprimis v. 28 *in lento*, immoto a ventis, mari *luctantur* remi: vento cessante, qui navem ageret. Caussam tanti ornatus in eo invenire licet, quod de ortu memorabilis et magni istius diei agitur, quo primum Italiam illam a fatis promissam adibant Troiani. De v. 26 v. Var. Lect. *posuere* scil. se, quievere. X, 103 *Tum Zephyri posuere*. At sup. V, 681 *flammae atque incendia vires posuere*. Porro *marmor* pro mari dici notissimum est; usus tamen caussas nusquam appositas vidi. A graecis ductum esse manifestum fit. μαρμαρέην ἅλα dixerat Homerus; *candidum*, *splendens* sole. Dictum μαρμάρεος et μάρμαρος, unde πόντος μάρμαρος, et τὰ μάρμαρα πόντου· hinc Latini poetae *marmora pelagi* fecere, ut Catullus, quia μάρμαρος πέτρος, h. e. λευκὸς latine est *marmor*. Ita tandem *marmor* absolute pro mari, ut aequor, quia Graeci dixere πλάκα πόντου; et quidem iam apud Ennium, sec. Gellium II, 26. *Verrunt extemplo placide mare marmore flavo*.

29—36. Simili cum iudicio ornata sunt haec, cum iam de rerum summa, de accessu ad Italiam, agatur, itaque locorum faciem exhibet poeta iucundissimam. (*Atque hic*, vid. Q. V. XXXV, 22. *Wr.*) *lucoq.* per

Digitized by Google

Prospicit. Hunc inter fluvio Tiberinus amoeno,
Verticibus rapidis, et multa flavus arena,
In mare prorumpit. Variae circumque supraque
Adsuetae ripis volucres et fluminis alveo
Aethera mulcebant cantu, lucoque volabant.
Flectere iter sociis terraeque advertere proras
Imperat, et laetus fluvio succedit opaco.
Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status, advena classem

31. VORTICIBUS

30 *et inter* Dorvill. 31 *Verticibus*, cum aliis, antiquissimi Mediceus et Romanus; it. fragm. Vatic. (Formam *vortex* ubique restituit Lucretio Forbiger. Praef. p. XVII. sq. Eandem in Lucano librorum mss. auctoritate motus repudiavit Cortius; vid. eius not. ad I, 371.; quo quidem loco quum antiquissimum quemque ex ingenti numero codd. suorum *vertice* praebere scribit, vix septem, eosque iuniores, *vortice* tueri refert. Et *vertex* e librorum mss. fide ubique fere iam editur apud Virgilium; vid. V. L. ad Ge. I, 481.; itaque hanc formam hic quoque revocavi. In paucis illis codd., qui *vorticibus* praebent, numeratur Palat. *Wr.*) 32 *praecipitat* pro div. lect. tert. Moret. *superque* Witt. *suprema* Gud. a m. pr. 34 *Aequora* Serv. ad IV Aen. 524. (*aera* scribendum putat Wakef. ad Lucret. II, 144. *Wr.*) *sonabant* Diomedes III Instit. Grammat. 35 *socios* aliquot Pier. Ment. pr. a m. pr.; et sic Ge. Fabricius scriptum viderat. 38 *antiquus* Moret. pr., quod vulgare esset. *fuerat* libri Pierii et Giphanii, unde is in Ind. Lucret. faciebat, *fueret*, importuno archaismo. *classe* Goth. sec.

lucum. *flectere iter*, cursum, navem. Facit vero haec Aeneas, ut ad ipsa Tiberis ostia cursum regat, ad Creusae monitum lib. II, 781. 782 *ad terrum Hesperiam venies, ubi Lydius arva Inter opima virum leni fluit agmine Thybris.* Factus escensus ad ripam fluminis in agro Laurentino; erat autem ille olim lauris consitus; unde *lucus* et *fluvius opacus*. Conf. Excurs. II pr. et III ad hos vers.

37 sqq. Ad legentium animos excitandos invocationem novam valere, nota in poetis res est. In *Erato* argutantur interpretes. Ponitur a poeta pro Musa qualicunque, ut recte Servius. Apollonii exemplum bene laudatur ab aliis lib. III, 1 *Εἰ δ' ἄγε νῦν, Ἔρατοὶ* etc., ubi tamen Erato proprio suo iure ad amorem Medeae exponendum advocari putatur. *Mox quae tempora rerum* fuerint, non tam, quibus temporibus Aeneas advenerit, quam, ut solet *tempus* pro rerum conditione poni; in quae Latii tempora inciderit hic accessus. Quod *rerum* adiectum, poetici sermonis est proprium. *antiquo* ornat h. l. epitheton. Aliter in historiis Latium anti-

Digitized by Google

Quum primum Ausoniis exercitus adpulit oris,
Expediam, et primae revocabo exordia pugnae.
Tu vatem, tu, diva, mone. Dicam horrida bella;
Dicam acies, actosque animis in funera reges,
Tyrrhenamque manum, totamque sub arma coactam
Hesperiam. Maior rerum mihi nascitur ordo;
Maius opus moveo. Rex arva Latinus et urbis
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica
Adcipimus; Fauno Picus pater; isque parentem
Te, Saturne, refert; tu sanguinis ultimus auctor.
Filius huic, fato divom, prolesque virilis
Nulla fuit, primaque oriens erepta iuventa est.

41 *Tum* Franc. *dic h. b. dic a.* alter Voss. (Hic versus in Mediceo adscriptus est in margine; sed, ne quis propterea insititium putet, manifestum est, librarium imprudentem ex vs. 40. ad extremum vs. 41. aberrasse; in illo enim legitur *exordia bella*, superscripto tamen voc. *pugnae*. *Wr.*) 42 *aptosq.* Goth. pr. 44 *et maior* sec. Rottend. *rerum maior* Goth. pr. (— 45. *moneo* fr. Vatic. *urbes* Medic. *Wr.*) 46 *placidus* Dorvill. *gerebat* pr. Moret. *in bella gerebat* sec. Hamb. 47 *genitum et nympha* Goth. sec. *ex nympha* Leid. unus. *Larente* Leid. alius. *Mirica* Bigot. 48 *P. patrisque parentem* Parrhas. 50 *hinc f.* Ven. 51 *est* deest Bigot. et Goth. sec.

quum et novum dicitur. 39. *exercitus* pro populo, turba, navalibus copiis. Per στόλον Guell. et alii explicant. Sic Graecis tragicis στρατὸς, τάγμα, τάξις (ut Aeschyl. Prometh. 128) et alia. *exordia pugnae*, venatione cervi, inf. 480. 42. *reges*, Latinum, Turnum, Mezentium; hinc *Tyrrhena manus*. Sed quod sequitur, in maius auctum, totam Italiam coiisse ad arma. Ceterum de priscae Italiae facie, populis, eorumque originibus ad h. l. vid. Excurs. IV.

45—49. Latini genus ad Saturnum refertur, deum Aborigi-num indigetem, mox cum Crono comparari solitum. Ab hoc Picus procreatus, ex hoc Faunus, Latini pater. *Faunus* numen antiqui Latii fatidicum, v. inf. VII, 82 sq. *Marica* nympha Latii, cuius religio apud Minturnenses servata est, luco ad Lirim fl. consecrato. Quod eam poeta *Laurentem* appellat, poetico more facit, nomine a vicinis locis petito: nam ad Lirim usque Laurentes non habitarunt; etsi nomen Latinum, novum certe Latium, eo usque pertingere potuit. De reliquis vid. Excurs. V. (— De vs. 51. vid. Q. V. XXXV, 2. *Wr.*)

Digitized by Google

Sola domum et tantas servabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Multi illam magno e Latio totaque petebant
Ausonia; petit ante alios pulcerrimus omnis
Turnus, avis atavisque potens: quem regia coniunx
Adiungi generum miro properabat amore;
Sed variis portenta deum terroribus obstant.
Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis,
Sacra comam, multosque metu servata per annos:
Quam pater inventam, primas quum conderet arces,
Ipse ferebatur Phoebo sacrasse Latinus,
Laurentisque ab ea nomen posuisse colonis.

52 *tantos s. nata penates* laudat Schol. Stat. I Theb. 572. 53 *v. et iam* Witt. 54 *iam* pro *illam* tert. Rottend. a m. pr. *e* binis Burm. deest. 55 *ante omnes p. unus* sec. Moret. 57 *magno p.* Bigot. *p. honore* Goth. tert. 59 *in* abest Erf. *in medio, in p.* quatuor Burm. et Goth. tert. *in medio p.* Oudart. *alto* pr. Moret. 60 *S. coma* aliquot Heins. cum Nonio, sed praestat graeca ratio. 63 *Laurentesque* Gud. a m. sec. cum aliis, sed recentt., et sic Arusianus Messius. Neque vero aliter quam quarto casu accipiendum *Laurentis*.

52—58. Lavinia *servabat sedes* exquisite, tenebat, possidebat, et hoc simpliciter pro, erat in domo paterna unica filia et heres; nihil amplius. *petere* sollenne pro procare; v. Cerda, ut *αἰτεῖν*. Bene autem ad prodigia et deorum ostenta rem revocavit poeta; primum, ut totius carminis colori et indoli a religione ductae etiam haec pars conveniret; tum ut Turnum praestantissimum adolescentem cum ratione aliqua Aeneae posthabitum narraret. Sed haud dubie fuere quoque veteres fabulae super his prodigiis, quae in seqq. exponit.

59 sq. Revocandae in animum arbores et luci in impluviis veterum, de quibus passim commentati sunt viri docti; cf. Tibull. III, 3, 15 et *tecto interiore* sup. IV, 494. *Sacra comam*, frondibus intactis. *metus* pro religione, ut *horror* et similia: v. Cerda. 61—63. *Laurentes* dicti Aborigines, qui haec loca ad orientalem Tiberis ripam incolebant, rege Latino. Inde *Laurentum*, Latini regia; et *ager* usque ad mare ac Tiberim *Laurens* vel *Laurentinus*, silvis et paludibus frequens. Translatum interdum nomen ad totum Latium a poeta: ut modo in *Laurente nympha* vidimus. Alia vid. Excurs. laud. III. *primas arces*, cum primum urbem conderet. (vid. Q. V. XXVIII, 3, f. *Laurentis nomen posuisse*, vid. Not. ad Ge. I, 137. — *Quam ... Laurentisque ab ea*, ut

Digitized by Google

Huius apes summum densae (mirabile dictu),
Stridore ingenti liquidum trans aethera vectae,
Obsedere apicem; et, pedibus per mutua nexis,
Examen subitum ramo frondente pependit.
Continuo vates, Externum cernimus, inquit,
Adventare virum, et partis petere agmen easdem
Partibus ex isdem, et summa dominarier arce.
Praeterea, castis adolet dum altaria taedis,
Ut iuxta genitorem adstat Lavinia virgo,

65. INGENTI,

64 Pro *summum* Medic. a pr. m. *talamum*, et Vratisl. *lauri dense. densae summum* Parrhas. *dense* Witt. *m. visu* Bigot. 65 *super aeth.* Zulich. a m. pr. *trans aequora* quatuor Burm. cum Goth. pr. (male interpungebatur post *ingenti. Wr.*) 66 *Consedere* sec. Moret. *sub mutua* D. Heins. ed. (—67. Wakef. ad Lucret. II, 363.: „Examen, subitum ramo frondente, pependit: — nempe examen, quod ramum subierat." Nec dubitavit, miro hoc commento mirifice delectatus, hanc distinctionem in ipsam Virgilii editionem a se curatam invehere, nescio quam tandem odoratus elegantiam. *Wr.*) 69 *p. p. agmine* Rom. cum aliis Pier., minus bene. (*i* in *partis* mutatur in *e* in Medic. *Wr.*) 70 *eisdem* Dorvill. 71 *e castis* pr. Hamb. *quum a.* Nonius ternis locis. De *adolere* v. sup. ad lib. I, 704. 72 *Ut* bene e codd. probavit Heins. post Pier. Vulgo: *et.* (Egregie convenit *ut* huic loco, rem vel habitum notans aliquem fortuitum; cfr. infra vs. 509. supra V, 387. sq.: „Entellum dictis castigat Acestes, Proxumus ut viridante toro consederat herbae." i. e. castigat eum inde a

Cic. Orat. c. 3.: „species pulchritudinis eximia quaedam, quam intuens in eaque defixus" *cet.*; vid. W. Gliemann in Novis Annal. philol. et paedagog. a Seebod. et Iahn. edit. Vol. III. fasc. I. p. 86. adde V. L. ad V, 370. *Wr.*) Secundum poetam adeo Latinus urbem Laurentum condidit et nomen imposuit a lauro: facile adeo intelligitur, *Picum*, qui ante Latinum vixit, *Laurentem* v. 171 appellari poetico epitheto, non nomine historico. Quod laurum Phoebo consecrat, ingeniose poeta adiicit, respectu ad suorum temporum religionem habito. 64 — 71. Apes *vectae*, ab orientali parte, ut ex vs. 70. intelligitur, advolantes. Examen apum, laurum βοτρυδὸν insidens, praeclare ornavit vers. cf. Georg. IV, 656. 657. 658. (*trans aethera*, „ὑπερβολικῶς," ait Weichert. Commentat. III. *De L. Vario Poeta* p. 27. *Wr.*) Est autem illud inter dira omina; vide vel Plin. IX, 17. 18. Alia loca vid. apud Cerdam, superstitione, ut probabile fit, ab incursus magnae multitudinis ingruentis opinione profecta. *partibus ex iisdem*, a mari infero.

71 — 80. Prodigium hoc flammae frequens: supra vidimus lib. II, 680 sq. Alia apud Cerdam. Cogita vero sacrum facere Lati-

Digitized by Google

Visa (nefas) longis conprendere crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,
Regalisque adcensa comas, adcensa coronam,
Insignem gemmis; tum fumida lumine fulvo
Involvi, ac totis Volcanum spargere tectis.
Id vero horrendum ac visu mirabile ferri:
Namque fore inlustrem fama fatisque canebant
Ipsam; sed populo magnum portendere bellum.
At rex sollicitus monstris, oracula Fauni,

loco herboso, quo forte consederat illi proximus. Tamen, nisi *ut* h. l. facilius in *et*, quam hoc in illud, converti potuisse viderem, revocarem longe plurimorum et antiquissimorum codd. lectionem *et*. *Wr.*) 74 *cremare* Montalb. a m. sec. 75 *que* abest tribus Burm. (vid. Not. *Wr.*) 76 *lumina* Menag. alter. *lumina fulva* sec. Hamb. *fulvave fumo* Dorvill. 77 *ac totum* Menag. sec. *tectis V. s. totis* Goth. tert. 78 *Hoc v.* multi Heins. et Burm., item Goth. sec.; *visu ac* tert. 80 *protendere* Mentel. pr. a m. pr. *telum* Hagen. a m. pr. 81 *Ac rex* Menag. pr. *sollicitus monstrorum* Donat. Ms. Fabric. (quod recepit Wakef., eamque lectionem ait facillime se vindicaturam esse ab inscitia librariorum. Sed vellem ipse hunc vindicandi laborem suscepisset docuissetque ita adiungi genitivum adiectivo *sollicitus*. Facillime oriri potuit *monstrorum* e primis vocabuli subsequentis literis. Ceterum *monetris* Medic. a m. pr., quod noli forte existimare ex *monitis* ortum esse. *Wr.*)

num adstante filia. (*adolet altaria*: vid. Not. ad Ge. IV, 379. *Wr.*) *nefas* de prodigio h. l. res dira et abominanda, quae praeter naturam fit; contra *fas* de naturae more et constantia. *comprendere* h. l. concipere, arripere flammam, quasi ex foco ad proxima manantem. Vulgari oratione *ignis comprehendit crinem*; nunc Lavinia *ignem comprehendit crinibus*. Verba v. 74 sunt ex Lucret. VI, 154 *Terribili sonitu flamma crepitante crematur*: de lauro: at hic visus est virginis ornatus cremari flamma: nam *ipsa visa est cremari* (κατὰ) *ornatum*. (Versus 75. structuram expedient ea, quae scripsi in V. L. ad Ecl. IV, 6. et ad XI, 171. *Wr.*) *coronam insignem gemmis*, regium insigne, vid. lib. I, 655. Ex multis, quae Cerda cumulat, hoc unice verum. Corona enim sacrificantium vittis et infulis sacrisque frondibus implexa est, non gemmis ornata. (De numeris versus 80. vid. Q. V. XIII, 2, d. *Wr.*)

81 sq. Fauni oraculum in luco Albuneae poeta narrat sive ex vetere memoria sive ex loci natura et fama de Sibylla Albunea rem ingeniose commentus. Scilicet in agro Tiburtino ab occasu in Anienem deferuntur *Albulae aquae*, sulfureae illae et medicatae. vid. Cluver. Ital. p. 715. (et quos laudat Hand. ad Stat. Silv. I, 3, 65. *Wr.*) (nunc *Acqua zolfa*, vel *Solfatara di Tivoli*, de quibus v. *La Lande Voyage d' Italie* T. V, p. 338 seqq.) Ex Albulae fluminis fontibus maior *Albunea*, fons et Nympha, ex Horatio nota I

Digitized by Google

Fatidici genitoris, adit, lucosque sub alta
Consulit Albunea: nemorum quae maxuma sacro
Fonte sonat, saevamque exhalat opaca mephitim.

(— 83. Post *nemorum*, non post *Albunea*, incidit Ruhkopf., iungens *lucos nemorum*; vid. Not. *Wr.*) 84 *ponte* Porphyr. ad Horat. *saevamq.* Medic. *servamq.* Arusianus. (*seram* Arusianus et apud Maium et apud Lindemann. s. v. *Halat. Wr.*) *exaltat* Mentel. pr. a m. pr. et Goth. alter: *mephitim* Heins. recepit e Medic. et aliis, auctoritate Grammaticorum, et more Virgilii flectendi graeca latine. Vulgo *mephitin*. Librarii scribunt fere *mefitim* vel *mefitin*. Rom. *mefitem*.

Carm. 7, 12 *domus Albuneae resonantis*; ut h. l. *quae fonte sonat*; etsi nunc, post tantas rerum vicissitudines, natura fontis et loci facies est diversa. (Verum situm huius Albuneae diu ignoratum investigavit C. V. v. Bonstetten, *Voyage sur la Scéne des six derniers livres de l' Enéide* pag. 205 sqq. eamque esse demonstrat, quae hodie appellatur *Acqua solforata d' Altieri*, non procul a Fano Annae Perennae remota, prope viam Ardeatinam; vid. tabulam chorographicam Exc. I †. lib. IX. adiectam. Probavit hanc rem ipsi Heynio; vid. eius censuram huius libri in *Goetting. gel. Anzeig.* 1804. n. 168. *Wr.*) *Subiacebat* fonti *lucus* (quem Martialis quoque in his locis memorat I Epigr. 13, 3) Albuneae sacer, in quo olim Fauni templum et oraculum a poeta proditur. 82. *alta Albunea*, fons in lacu inexploratae altitudinis; vid. Cluver. l. c. Male Serv. *quod est in Tiburtinis altis montibus*. Nam id a locorum situ alienum. *nemorum quae maxima sacro Fonte sonat* h. e. quae Albunea maxima, h. e. admodum magna, manat, larga aquarum vena fluit fonte suo. Sic sup. VI, 659 *unde superne plurimus Eridani per silvam volvitur amnis* h. e. magna aquarum vi et copia; amnis multus per plana fertur. Tropice ap. Horat. I Serm. 7, 28 homo maledicus *salsus multusque fluit*, ἁλμυρὸς πολύς τε ῥέει, convicia multa effundit. Color autem non abhorrens est a vulgari, v. c. inf. 217. *regnis, quae maxima quondam sol adspiciebat. nemorum*, in isto nemore, graece dictum, (κατὰ, διὰ) τοῦ ἄλσους, pro ἐν ἄλσει. Interpretes difficiliorem dicendi modum non attingere miratus sum. Pompon. Sab. *maxima* nympha vel silva. Male. Forma orationis non dissimilis illa Tibulli III, 5, 3 *Baiarum maxima silvis*, ubi conf. Obss. Si *lucos nemorum* iungeres; parum suaviter voces istae essent disiunctae; debebant saltem sic collocari: *nemorumque sub alta Consulit Albunea lucos, quae*. Multo magis displicet, si iungas *fonte nemorum*; ut sit *quae maxima sonat sacro fonte nemorum*. (Omnis evanescit difficultas, si Bonstettenium audientes l. l. et, quem ille sequitur, Probum, *Albuneam* h. l. non fontem, sed silvam dici existimamus. Heynius retenta vulgari opinione in *Goett.*

Digitized by Google

Hinc Italae gentes, omnisque Oenotria tellus, 85

85 *Hic* Franc. *que* abest binis Burmann.

gel. Anzeig. l. l. pag. 1672. hanc putat facillimam esse structuram: Albunea [aqua], quae sonat fonte sacro, maxima [aquarum] nemorum, i. e. nemoris. Sed hanc quoque rationem duriorem esse, quivis videt. *Wr.*) A sulphure aquarum exsurgit gravis odor, quem *mephitim* appellavit: cf. Serv., qui tamen multa vana admiscet. Hinc dea Mephitis, cuius aedes cum aliis locis, tum in Hirpinis erat ad Amsancti vallem. vid. Plin. II, 93 et inf. VII, 564. 565, ut omnino in tutela eius fuisse videantur aquae sulfureae. Vaporis huius sulphurei vim aliquam divino spiritu afflandi esse credidisse veteres Aborigines, suspicari licet. Probus, ut Pompon. Sab. ad h. v. memorat, *Albuneam Laurentinorum silvam* exposuerat, *in qua oraculum Fauni erat;* quod tamen inter Grammaticorum ἀνιστορησίας referendum; nam de Tiburtino, non Laurentino, agro hic cogitandum. v. Cluver. p. 716. (at vide, quae supra scripsimus. *Wr.*) Sed *Albunea* inter *Sibyllas* quoque memoratur a Tibullo II, 5, 69. 70, si vera est lectio, et Lactantio I Inst. 6, ut Suidam taceam; nec constat, utrum eadem cum Nympha habita fuerit, an diversa. Manifestior est inscitia eorum, qui, pravo Graeca cum Italicis rebus miscendi studio (de quo v. in Excurs. IV), Albuneam *Leucotheae* numen referre voluerunt. Atqui illa Matuta est. Etsi Italorum Matuta cum Portumno, et Graecorum Ino et Leucothea cum Palaemone seu Melicerta, interpretationes tantum Phoeniciae religionis sunt, ut vel Melicertae nomen arguit. De vestigiis templi huius, quae sibi reperisse visi sunt viri docti, vid. Exc. ad h. l., qui sextus est ad h. lib.

85—91. Oraculum Fauni per incubationem peti solitum, ut tot alia in vetere Graecia. Potest quidem poeta videri ad Amphiarai (vid. Pausan. I, 34) potissimum exemplum hoc Fauni oraculum assimulasse: idque nos doctrinae copia in hoc poeta credere facit: nam Tiburtus, cum Catillo et Cora infra v. 670—672 commemoratus, Tiburis conditor et Amphiarai filius habitus est. vid. Plin. XVI, 44, s. 87. Ita saltem coniectare malim, quam cum Cerda, sacra patris a Tiburto Tibur esse translata. Est enim tota illa de Tibure conditore commentitia narratio a Graecanicis fabulis repetita (v. in Excursu IV). Nihil tamen credere vetat, veteres Pelasgos hunc incubandi morem iam ab initio in Latium intulisse, qui et alias religiones intulerunt. *Incubare*, ἐγκοιμᾶσθαι, voces propriae de iis, qui dormiunt ad accipienda responsa, ut Servius ad h. l. notat. cf. Davis. ad Cic. de Div. I, 43 et Cerda h. l. (De incubatione, ἐγκοιμήσει, vid. F. A. Wolfii Miscellanea p. 403 sqq.; adde Villoison. Prolegg. ad Il. p.

Digitized by Google

In dubiis responsa petunt. Huc dona sacerdos
Quum tulit, et caesarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit:
Multa modis simulacra videt volitantia miris,
Et varias audit voces, fruiturque deorum
Conloquio, atque imis Acheronta adfatur Avernis.
Hic et tum pater ipse petens responsa Latinus
Centum lanigeras mactabat rite bidentis,
Atque harum effultus tergo stratisque iacebat
Velleribus: subita ex alto vox reddita luco est:
Ne pete connubiis natam sociare Latinis,

95. VELLERIBUS. S.

86 *r. ferunt* Goth. pr., ut alias dici solet. 87 *Contulit* multi scripti et edd. Ceteri *cum tulit*, quod iam Benedictus emendavit, et ante eum Naugerius. Voss. pr. *attulit*. Heins. coni. *ut tulit*. *et scelerum* Goth. pr. 88 *Pellicibus* Dorvill. Has librarius forte malebat; non nunc Latinus. 89 *pallentia m.* sec. Moret. repetitum ex Ge. I, 477. vid. Burm. 92 *Sic et* pr. Moret. *tunc* plurimi. *dum* sec. Rottend. 93 *mactarat* Goth. sec. *mactavit* sec. Rottend. et Gud. a m. sec. 94 *earum* Pier. aliquot. *tergo* exquisite pro tergis. *latebat* Goth. sec. 95 *subito* Medic. Colot. cum aliis Heins. *subit* Gud. a m. pr. *subito ex alta* Witt. *est* deest binis Goth. (Altera huius versus pars tamquam apodosis ad superiora referenda est; quare punctum, quod erat post *Velleribus*, in colon mutavi; vid. etiam Q. V. XV, 3. *Wr.*) 96 Si subtilis esse velis, scribendum erat *connubis*. (vid. V. L. ad I, 73. *Wr.*) *sociasse* Cledon. lib. II Art. Grammat.

LI. Passow. ad Pers. p. 208. Boettigeri *Ideen zur Kunst-Mythologie* Vol. I. p. 88 sqq. *Wr.*) *Oenotria tellus*, latiore sensu h. l. vid. Exc. XXI, lib. I. 86. *dona*, victimam, sacrificium, ut toties alibi. 91. *Acheronta*, deos inferos et Manes. Notatu dignum in hoc Fauni oraculo, primo quod et ipse sacerdos incubuit, et is, qui consulebat; si quidem Maro consilio haec ita extulit v. 86 sq. et 92; (non duo hic incubant, sed unus Latinus, ipse antiquo more sacerdotis functus munere; modo iunge *et tum*, non, ut Heynius videtur fecisse, *et ipse*. *Wr.*) tum, quod necyomantiae aliquam speciem illud habuisse videtur. Quod vero v. 95 *ex alto vox reddita luco est*, Italicis religionibus consentaneum est, in quibus voces ex luco auditae auctoritatem habebant. Inter ostenta et prodigia a Livio memorata vocem e luco vel monte auditam saepe prodi quis non meminit? Fuit quoque in Aeneae rebus eiusmodi monitum deorum narratum apud Dionys. I, 56. Hoc tamen loco proprie ad Fauni sortes spectat, quae modo per visa obiecta, modo per voces auditas reddebantur v. 90.

96 — 101. Oraculum multa cum verborum dignitate exposi-

Digitized by Google

O mea progenies, thalamis neu crede paratis;
Externi veniunt generi, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant, quorumque ab stirpe nepotes
Omnia sub pedibus, qua Sol utrumque recurrens
Adspicit Oceanum, vertique regique videbunt.
Haec responsa patris Fauni, monitusque silenti
Nocte datos, non ipse suo premit ore Latinus:
Sed circum late volitans iam Fama per urbis
Ausonias tulerat, quum Laomedontia pubes
Gramineo ripae religavit ab aggere classem.

105. TULERAT;

97 *neu* Heins., e Medic. et aliis. (vid. Q. V. XXXVI, 14. *Wr.*) Vulgo *nec.* Witt. *ne.* 98 *venient* Medic. cum magna parte codd. Heins., it. Ald. tert. (et ita omnes Pieriani cum 2. 8. 10. *Wr.*) Sed bene iam Serv. vidit *veniunt* melius convenire vaticinio, quod, quae futura sunt, ut praesentia nuntiat. 99 *ad astra* Goth. sec. *ferant* Medic. et omnes antiquiores cum edd. inde ab Aldo; quod oratio castigata pedestris postulat. Saepe tamen Poetam videmus ab hac lege recedere, et id, quod minus usitatum est, frequentare: ita et h. l. altera lectio est *ferent*, quam Heins. recepit ex Leid., cui aliquot alios adiungit Burmannus sed recentes nullius-que auctoritatis; et videri potest haec lectio ab emendatore venisse, qui *videbunt* ante oculos habebat: atqui est et illa doctior ratio, ut tempora varientur, ut saepe in simili positu apud Homerum fit, ut *qui ferant* et *videbunt* iungantur. (Fallitur Heynius, Virgilium priore loco *ferant*, altero *videbunt* ad varianda dumtaxat tempora scripsisse statuens. Ubi per relativum definitur, quale quid sit, quam praestans, quam pravum, et quae sunt similia, proprium tenet locum coniunctivus. Tum semper tale quid praemitti potest, quale *isque talis*; ut h. l.: veniunt generi, iique tales, qui ferant. Iam quod sequitur *videbunt*, id narrantis est, non definientis. Quod si perinde sit, coniunctivum an futurum ponas, age, experiaris, an etiam *videant* substituere liceat pro *videbunt*? *Wr.*) *ab st.* Heins. e Medic. et Gud. (ita etiam 11.; vid. Q. V. I, 1. *Wr.*) Vulgo *a stirpe.* conf. lib. I, 626. VIII, 130. 101 *Respicit* ex Helenio Acrone laudat G. Fabric. cf. Burm. *Accipit* Goth. pr. et tert., male; nam mare excipit solem, non sol occidens mare. 102 *Haec praecepta* aliquot Pier., quod Cuningamus tamquam verius praetulit. 103 *suos* Menag. pr. 104 *circum volitans late* Goth. sec. 105 *Laomedontea* aliquot Heins., male. v. Ge. I, 502. 106 *classem* vel *funem* pr. Hamb., quod vulgare.

tum est; inprimis nomen Latinum *sanguine*, progenie, Aeneae nobilitatum. Ad dignitatem quoque facit multitudinis numerus pro unitate: *connubia, thalami, externi generi.* (*connubiis* — *generi*, i. e. connubio quoquam, gener aliquis; vid. Not. ad I, 4. *Wr.*) Illa autem v. 99 seqq. magnifica: Omnia *sub pedibus vertique regique videbunt* h. esse; simplicius dicta

Digitized by Google

Aeneas, primique duces, et pulcer Iulus,
Corpora sub ramis deponunt arboris altae;
Instituuntque dapes, et adorea liba per herbam
Subiiciunt epulis (sic Iuppiter ille monebat)
Et Cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumtis hic forte aliis, ut vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et violare manu malisque audacibus orbem

108 *deponunt sub ramis* Dorvill. 109 *per herbam* Heins. legit cum Grammaticis et cum vetustissimo quoque, monente idem Pier. Vulgo, *per herbas*; (quod exstat in 5. 7. 9. 10. et Palat. *Wr.*) quae vulgaris esset ratio. 110 *Iupiter ille*, Heins. ex Prisciano et Medic. a sec. m. Mediceo Pierii aliisque suis (adde Goth. tert.) reposuit, copiose idem adstruxit, et, qui viri praestantissimi mos erat, ubi in elegantiorem formulam inciderat, in omnes alios locos intulit, in quibus *Iupiter ipse* legitur. Servat tamen hoc Romanus quoque. (*ille* est altera Medicei lectio; *ille* apertum est legisse Servium; exstat hoc etiam in 9.; quod quam facile in *ipse* transire potuerit, apparet; nihil enim crebrius, quam *ipse Iupiter*. Revocavit tamen *ipse* Iahnius. Recte hic *ille*, quo utuntur rei alicuius memoriam refricantes; et vidit iam Servius remitti legentem ad III, 255.; cfr. Q. V. XXI, 1, b. Cic. de Orat. I, 44.: „quod apud Ennium dicit ille Pythius Apollo." *Wr.*) 112 *C. iam forte epulis* Ven. *vertere morsu* pr. Rottend., quod pro *verti* dictum esse possit; sed ortum est ex *morsū*, *morsum*, quod habent aliquot Pier. 113 *paenuria* scribunt duo Burmann.

erant sup. Ecl. V, 57 *sub pedibusque videt nubes et sidera Daphnis. Sol recurrens*, orieus et occidens; Pomponio monente.

107 sqq. Sequitur eventus vaticinii de mensis comesis, v. sup. III, 255—258, ubi cf. Excurs. VIII, adde locum in Excurs. II ad h. lib. Observandum autem, quantam verborum dignitatem rei tenui et levi adiecerit poeta; vitatis verbis propriis, quae exiliora erant pro carmine, v. c. panis. 109. *adorea liba*, placentae, proprie de farre, quae pro panibus erant priscis hominibus, antequam fermento et meliore panis coquendi arte uterentur. (vid. Caton. de R. R. cap. 75. *Wr.*) Haec liba nunc mensarum vicem praestant, quibus *epulas*, cibos, *imponunt*, poma agrestia. 110. *sic Iupiter ille monebat*, animis, ut ita facerent, subiiciebat. (minime! Hoc dicit poeta: id Iupiter olim praedixerat fore ut accideret; vid. V. L. Et saepe, ut constat, *monere* de prodigiis, oraculis; vid. Burm. ad Val. Fl. I, 29. *Wr.*) Eadem liba mox *Cereale solum*, quatenus substernuntur pomis; hoc *augent* Troiani *pomis*, imposita pomorum strue (ut *augentur*, cumulantur, *arae donis*), eadem paullo post *exigua Ceres, orbis fatalis crusti, et patulae quadrae*. conf. Moretum v. 46. 47. Mox 113. *penuria edendi*, est penuria eius, quod edendum esset, comedi posset; *violare* eo refert Cerda, quod mensa inter

Digitized by Google

Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
Heus! etiam mensas consumimus? inquit Iulus.
Nec plura adludens. Ea vox audita laborum
Prima tulit finem, primamque loquentis ab ore
Eripuit pater, ac stupefactus numine pressit.

115 *crustae* Bigot. Fuisse qui *frusti* legerent, ex Cerda intelligitur. *Crustum* est exquisitior et rarior forma pro vulgari, *crusta*. Argutatur et hic Servius. 116 *Heu* Parrhas. *consumsimus* aliquot Pier. et tres Burmanniani, si recte capio, item Pompon. Sab., nec male. Sic in hac re apud Dionys. ἀλλ' ἡμῖν ἤδη γε καὶ ἡ τράπεζα κατεδήδοται. 117 Heins. distinguere malebat: *nec p. alludens ea vox* etc., quod bene expolit Burm. 118 *primumq.* Menag. pr. *primaq.* sec. Rottend. et Dorvill. *primusque* malit Trapp., quod prosaico esset propius. 119 *Corripuit* Ven.; non male, inquit Heins. Burmann. coni. *arripuit*; uti *accipi*, *arripi*, *omen* solet. Nihil tamen mutat, et *eripere* ad vulgarem superstitionem refert, tamquam prohibuerit Aeneas, ne Ascanius plura forte inominata subiiceret, et ideo *pressit*, forte manu sua os Ascanii. Liberalior et simplicior ratio videtur haec, quam in nota posui, *eripuit* ad solam celeritatem dicentis et interponentis verba spectat; exquisitius est quam *arripuit*, *rapuit*. cf. sup. lib. II, 619. Sic ἁρπάζειν, προαρπάζειν τὰ λεγόμενα. cf. Guell. Nec hic de omine sed de vaticinii exitu et eventu agitur. *pressit*, est vocem Ascanii repressit; nam excepto sermone alter interpellatur et reprimitur, quo minus loqui pergat. (*pressit vocem*, i. e. quae modo dixerat Iulus; quod haud recte refertur ad interpellatam Iuli orationem; nam si quem interpellamus, reprimimus dicenda, non dicta; neque erat, quod Iulum Aeneas reprimeret loquentem, quem poeta vs. 117. non plura locutum refert. Itaque haec ego ita interpretor: paulum haesit, secum reputans haec verba; — *animo pressit* — atque ut omnia congruere videt veteri illi oraculo, continuo salvere iubet terram sibi debitam. Similiter *dolorem*, *curam corde*, s. *sub corde*, *premere* I, 209. IV, 332. *Wr.*) *et stupef.* est in aliis. *stipefactus* Pier. codd. etiam hic. (*numine* in *nomine* mutat altera manus in Medic. *Wr.*) *n. dixit* Parrhas. *n. possit* Goth. tert.

res sacras habebatur. Potest ferri; potest etiam huc advocari locus ex Sext. Aurelio Vict. O. G. R. 10 *consumtoque quod fuerat cibi crustam etiam de farreis mensis, quas sacratas secum habebat, comedisse;* secundum quae fuisse videntur, qui liba sacra diis penatibus offerri solita in hac fabula memoraverint; conf. ibid. c. 11. In poetica tamen oratione omnino esse potest, frangere, comminuere. (*violare* ut referam ad rem sacram, suadet etiam voc. *audacibus*, quod et ipsum usurpatur de eo, qui deos laedit vel rem sacram; Tibull. III, 5, 8.: „Non ego tentavi — Audax laudandae sacra docere deae." *Wr.*)

116—129. Bene certo homini et maxime Iulo partes dicentis dat; etsi inter cetera hoc quoque traditum accipere potuit. *alludens*, pro arridens, subridens, quod Burmann. illustrat, aut simpl. ludens, iocans, ad socios. (hoc verum. *Wr.*) *tulit finem*, significavit Troianis, finem adesse. Sed vaticinia dicuntur efficere ea, quae monent futura esse, multo magis tum, cum

Digitized by Google

Continuo, Salve fatis mihi debita Tellus,
Vosque, ait, o fidi Troiae salvete Penates.
Hic domus, haec patria est. Genitor mihi talia namque,
Nunc repeto, Anchises fatorum arcana reliquit:
Quum te, nate, fames ignota ad litora vectum
Adcisis coget dapibus consumere mensas:

122. TALIA, NAMQUE N.

122 *hic p.* septem apud Burm. cum Goth. sec. (et 5. *Wr.*) *et* Goth. pr. *est* deest Ven. et Goth. tert. (Mutavi interpunctionem comma post *namque* ponendo, quo et numeri fiunt gratiores, et oratio aptius iungitur; quamquam non ignoro, *namque* interdum servire parenthesi, neque ita raro incidia Virgilio ante sextam sedem. Atque in fine demum versus inciditur etiam in Mediceo. *Namque* autem uni vel pluribus verbis postponi a Virgilio, vidimus in V. L. ad Ge. I, 142.; pariterque in extremo versu collocatum reperitur V, 733.: „Non me inpia namque Tartara habent." *Wr.*) 123 *f. a. canebat* Parrhas. 125 Servius interpretatur, quasi legerit: *ancisis*. *Ambesis* aliquot Pier. ex lib. III, 257, ut Heins. monuit. *assumptis* Bigot. *accensis* Gud. a m. pr. *accessis* Goth. sec.

exitum habent. (*Prima — primam*, de illo vid. Q. V. XXVIII, 5., de hoc V. L. ad VI, 811. *Wr.*) *Eripuit* simpliciter dicti, quod Aeneas subiicit, celeritatem declarat; *ac pressit*, vocem Ascanii repressit, eumque loquentem interpellavit. (falsa haec esse, declarabunt, quae scripsi in V. L. *Wr.*) *stupefactus numine*, h. oraculo, ut iam alias vidimus. (De numeris vs. 119. vid. Q. V. XXXV, 16. *Wr.*) 121. *o fidi Troiae salvete Penates.* Haec perpetua Aeneae religio, ut Penates primo loco appellet. Promiserant tamen et illi, unde *fidi* Penates, per somnum, Aeneam Italiam esse aditurum, lib. III, 147. 162. 167 *Hae nobis propriae sedes; hinc Dardanus ortus* etc., unde nunc v. 122: *Haec domus, haec patria est* vestra, unde olim Troiam estis advecti. *Genitor mihi talia.* Tribui h. l. Anchisae vaticinium supra a Celaeno, Harpyiarum una, acceptum (III, 255 seqq.) mox ab Heleno confirmatum (lib. III, 394) omnes Intpp. monent. Etsi poetam malim sibi constare, tamen varia ad interpretandum et excusandum afferri possunt: Anchisae omnino partes vaticiniorum interpretandorum dantur a poeta et ab aliis (cf. Excurs. XVII ad lib. II, p. 321. cf. Disquis. II, s. 6 sq.); igitur is Celaenus quoque verba disertius exposuit et saepe in ore habuit atque ad animum revocavit. Alii ad ea referre volunt, quae Anchisen [Anchises?] natum in locis inferis docent [docet?] lib. VI, 891. 892. 893. Sequitur hoc Ouwens. Noct. Hag. p. 626 seq. Probabile tamen est, poetam de Harpyiis fabulam supra secundis curis intexuisse, et morte praeventum reliqua non potuisse

Digitized by Google

Tum sperare domos defessus, ibique memento
Prima locare manu molirique aggere tecta.
Haec erat illa fames; haec nos suprema manebat,
Exitiis positura modum.
Quare agite, et primo laeti cum lumine solis,
Quae loca, quive habeant homines, ubi moenia gentis,
Vestigemus, et a portu diversa petamus.
Nunc pateras libate Iovi, precibusque vocate
Anchisen genitorem, et vina reponite mensis.
Sic deinde effatus frondenti tempora ramo

126 *superare, spirare*, aberratt. apud Heins. *domus* multi. *defixus* Ed. Ven. 127 *tecto* Franc. 128 *Haec erit* Menag. alter cum Goth. sec. *haec vox* Vratisl. *monebat* sc. Anchises, Serv. et Ed. Ven. *manebant* Rom., quod arridere potest. Sic VI, 84 *sed terra graviora manent.* 129 *Exiliis* in quod facile incidas, si memineris Aen. II, 780 *Longa tibi exilia et vastum maris aequor arandum*, coni. Burm.; et sic Goth., solleuni varietate. (et recepit hoc Wakef. *Wr.*) Enimvero *exitia* sunt calamitates, aerumnae, ut toties *damnum, noxa, clades*, et similia, et Graecorum ἄτη, βλάβη, λύμη, λοιγὸς, οἶτος et alia. 130 *primum* duo Burm. cum Goth. sec. Erf. *limine* Moret. sec., perpetuo lapsu. vid. VI, 255. 131 *quaeve* Dorvill. *habitant* duo Burm. ex intpt. *ubi m. grais* Goth. tert. 133 *libare novis* Goth. tert., prave et hoc. *Libare pateras* satis intelligitur esse dictum pro: *libare vinum*; ne quis *pateris* emendandum putet; etsi et hoc eleganter diceretur. *notate* Puget. 135 *Sic demum fatus* alter Hamb. *affatus* aliquot Burm. *t. lauro* tres eiusdem: quod arridere potest; nam lauro abundabat ille tractus. (orta haec diversitas videtur ex V, 539.: „Sic fatus cingit viridanti tempora lauro." Nec deseruerim vulgatam ob sonum minus suavem; cf. V. L. ad V, 71. *Wr.*)

mutare vel accommodare. (vid. Q. V. XXXX, 2. *Wr.*) 125. *accisis dapibus*, exquisite pro consumtis. *moliri aggere tecta*, ornate, urbem aedificare, quod fit vallo ducto. 129. *exitiis*, aerumnis. v. V. L.

133 sqq. Exspectabas hoc a religioso homine, Aenea, ut a religione initium faceret; inprimis cum sollenne hoc sit, ut preces et sacra faciant, cum omine accepto, tum escensu vel aditu in locum optatum facto. cf. inprimis Odyss. *ν*, 353 *seqq.* Anchisen a filio consecratum Lactant. I Inst. 15, 12 ex h. l. probat. Factum id iam lib. V, 45 sqq. vidimus. 134. *reponite*, pro apponite, ponite, poetica ratione: ut Ge. IV, 378, (sed proprie hoc accipiendum esse docuimus Q. V. XXXXI. *Wr.*) et *pateras libare* magis poeticum quam, vinum. (*Sic deinde effatus*, vid. Q. V. XXV, 7. *Wr.*) In precibus, quae v. 136 sequuntur, augustam religionem faciunt et venerationem movent nomina deorum, ex antiquiore religione desumta, qua naturam, naturae partes, vires et elementa

Digitized by Google

Inplicat, et Geniumque loci, primamque deorum
Tellurem, Nymphasque, et adhuc ignota precatur
Flumina; tum Noctem, Noctisque orientia Signa,
Idaeumque Iovem, Phrygiamque ex ordine Matrem,
Invocat, et duplicis Coeloque Ereboque parentes.
Hic Pater omnipotens ter coelo clarus ab alto
Intonuit; radiisque ardentem lucis et auro
Ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem.
Diditur hic subito Troiana per agmina rumor,
Advenisse diem, quo debita moenia condant.
Certatim instaurant epulas, atque omine magno

138 *noctuque* coni. Voss., male; nam vulgare esset. *noctique* Rom. (antiqua haec foret ablativi forma, vid. V. L. ad Ge. IV, 165., sed nullo exemplo comprobata; nec recte a proprio nomine ad appellativum transiretur. *Wr.*) *horrentia s.* Parrhas. (idque amplectitur Wakef. ad Lucret. 1189. *Wr.*) 141 *cuelo ter* Coning. ex ed. princ. et 1476. 142 *que* abest Dorvill. *et antro* Goth. sec. Forte *aura* magis placere possit; nam proprie et docte *aura lucis* et *fulminis* dicitur; ut supra VI, 204 vidimus. Tamen nec male *nubes ardens radiis et auro lucis* pro vulgari, radiis aureis; nota figura. *νεφέλη χρυσοειδής*, ex qua intonuit. (—143. *manum* a m. pr. Medic. *Wr.*) 144 *Deditur* scripti omnes Heins., nisi quod tres *dicitur*, et Sprot. *editur*. *Diditur* tamen Pieriani aliquot exhibebant, et agnoscit Ge. Fabric., sicque iam emendatum a Naugerio, et a Benedicto e Cod. Pal. (*diditur* exstat etiam in Fogginiano Medicei apographo et Paris. 8.; vid. VIII, 132. *Wr.*) *per agm. murmur* Ven. et pro var. lect. Gud. et pr. Hamb. 145 *condent* aliquot Pier. et tres Heins. cum Erf. Licet et hoc tueri. (non licet. *Wr.*) 146 *ordine* Zulich. *agmine* pr. Hamb. et Bigot. Sed *omine magno* absolute dictum, cum tam

fere in precum, foederum vel iurium iurandorum, formulis ponunt, ut tot Homeri, Apollonii, nam et is veteres religiones sectatur, Pindari (v. Pyth. IV, 343 seqq.), Aeschyli et ceterorum Tragicorum, etiam Herodoti loca docent. (*primam deorum* simpliciter accipio: Tellurem ante omnes; vid. Q. V. XXVIII, 3, h. et Not. ad XI, 785. *Wr.*) In v. 139 domestica numina subiicit, *ex ordine ἐφεξῆς*, deinceps, ut iam alibi vidimus. Congessit multa ad singulos versus Cerda satis otiose. In *Genio loci*, quem iam V, 95 vidimus, argutantur Servius et Pompon. Sab., dum Apollinem contendunt habendum esse. v. 140. *duplices Coeloque Ereboque parentes*, utrumque parentem, Venerem inter deos, Anchisen inter Manes.

141—147. Augurium laetum, tonitru caelo sereno: et quidem e nube fulva. Eventum frequentissimum. v. c. Pindar. l. c. 350. Hoc v. 146 *omen magnum*. De

Digitized by Google

Crateras laeti statuunt, et vina coronant.
Postera quum prima lustrabat lampade terras
Orta dies: urbem, et finis, et litora gentis
Diversi explorant; haec fontis stagna Numici,
Hunc Thybrim fluvium, hic fortis habitare Latinos.
Tum satus Anchisa delectos ordine ab omni
Centum oratores augusta ad moenia regis
Ire iubet, ramis velatos Palladis omnes,
Donaque ferre viro, pacemque exposcere Teucris.
Haud mora; festinant iussi, rapidisque feruntur

150. NUMICI,

clarum et manifestum augurium ipsis datum esset, etc. (equidem iungo *omine magno laeti*; et *omine tanto* absolute dici recte potest, non item *omine magno*. *Wr.*) 147 *Crateram* Moret. sec. vid. ad I, 724. 148 *primo* aliquot Pier. (in quibus Rom. *Wr.*) Etiam Benedictus veterem lectionem esse ait, *cum primo*. (—149. *fines* Medic. *Wr.*) 150 *Diversa* Menag. pr. a m. pr. ex vs. 132. *hic f.* Parrhas. et Witt. Serviana etiam h. l. corruptelis et Grammaticorum nugis scatent. Sed omnino pauca sunt in ista farragine, quae, nulla exploratione praevia, tollere ac suscipere se posse adolescentes sibi persuadeant velim. Habent Serviana laudem suam, sed non hanc, quam mihi ipsi aliquando persuadere volebam, ut ad interiorem poetae interpretationem multa inde lucrarer. *NumicI* scripsi, nam est *Numicius*. (Sed neminem invenit Heynius, qui hoc sequeretur; et quum ingrata sit oculis haec extremae syllabae species, ad vulgarem consuetudinem hic et alibi redii. Ceterum hic fluvius, licet alii *Numicium* appellent, apud Silium tamen VIII, 180. audit *Numicus*; itaque nescias, utram formam secutus sit Virgilius. *Wr.*) 151 *hinc f.* pr. Rottend. 152 *ordine ab omni*: Io. Schrader. emendat, *agmine ab omni*, ut XI, 60. Sed v. Notam. 153 *angusta* Ven. 154 *ramos* tres Heinsii, ipse malebat *ramo*. (*omnis* Medic. *Wr.*) 155 *viros* pr. Rottend. *ferre iubet* Gud. a m. sec.

v. 147 *vina coronant*, conf. sup. I, 724.

148—151. *diversi*, secundum illa v. 132 *a portu diversa petamus*. tum *explorant*, animo subiunge, et comperiunt. Hinc itaque ad Tiberim, illinc ad Numicium usque procurrunt, habitari loca a Latinis resciscunt. Numici *fontis stagna* vide in Excurs. III ad h. libr. Ceterum ab hoc inde loco observandum, quomodo in summa rerum et hominum tenuitate legationem missam et exceptam ornaverit et ad dignitatem miram extulerit, partim rerum descriptionibus et adiunctis, partim verbis amplioribus.

152 — 156. *delectos ordine ab omni*, ex omnibus ordinibus; non est urgendum. („ex omni multitudine," ait Donatus. At Servius: „Ex omni qualitate dignitatum: quod apud Romanos in legatione mittenda hodieque servatur." *Wr.*) *ramis velatos*

Digitized by Google

Passibus. Ipse humili designat moenia fossa,
Moliturque locum; primasque in litore sedes,
Castrorum in morem, pinnis atque aggere cingit.
Iamque iter emensi, turres ac tecta Latinorum 160

158 *que* abest Leid. 160 *emensis* Gud. a m. pr. *et tecta* multi Pier. et Heins. (*et t.* est prior Medicei lectio, *ac t.* altera; vid. Q. V. XXXV, 21. *Wr.*) *Latini* Medic. cum aliis plurimis, (etiam 2. *Wr.*) it. Edd. Mediol. Ald. et al. *Latinorum* non nisi Mentel. et Menag. cum recentibus tribus Burmanni exhibent, item bini e Goth. Sed auctoritatem graviorem dant libri Pieriani, Servius et Asper Grammaticus. (*Latinorum* habent, ut ex Heinsii nota intelligendum est, Menteliani et Menagiani omnes; accedit Palat. et Lips. obl.; idem agnoscit Donatus; eodem ducit cod. 8. edit. Vimar. 1826., in quo *Latinum*; ac vix dubium est, quin eandem lectionem alii praeterea libri tueantur. Mirum est autem, adeo negligi potuisse ipsius Medicei scripturam, in quo, ut ex Fogginii exemplari discimus, *Latinorum* legitur, sed *-orum* miniata linea transfossum et *i* eodem colore superscripta. Eximit tamen hypermetrorum numero hunc versum Weichert. in Commentat. *De Versu Poet. Epicor. hypermetro* pag. 10., *Latini* longe verius sibi videri scribens; neque enim, quo pacto domicilia Latinorum, quos in casis habitasse probabile sit, turres et tecta ardua vocari queant, se exputare. Sed huic argumento quod respondeatur, ut unum hoc afferam, paratum est apud ipsum Virgilium XII, 131 sqq.: „Tum studio effusae matres — *Latinae* — et vulgus inermum, Invalidique senes, turris et tecta domorum Obsedere; alii portis sublimibus adstant.“ Ac de urbe, non de

Palladis. ἱκετηρίας, frondes oleagineas vittatas manibus praeferre putandi sunt, unde inf. v. 236. 237 *ne temne, quod ultro Praeferimus manibus vittas ac verba precantia.* Res ipsa satis nota: conf. inf. VIII, 116. 128. XI, 332, sed de modo loquendi quaerat aliquis. Sic et inf. XI, 101 *velati ramis oleae* et apud Graecos v. c. Sophocl. Oed. 3 ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι. Scilicet στέφεσθαι, *velari*, proprie de corollis et vittis (vid. ad V, 72), quae ambiunt, adeoque tegunt, frontem, tempora. Transtulit hoc poeta ad ramos vittis et infulis obvolutos, qui praeferebantur a supplicibus, et tenebantur manibus. Sed infulis et vittis dependentibus a ramo manus ipsae obtegebantur, unde *manus velatae*; et dicta hinc *velamenta* ipsi rami vittati. Igitur *velati ramis*, habentes ramos vittatos manibus. *pacem*, foedus et amicitiam, ut et al.

157 — 159. *Castrum* hoc *Troiae* est: seu *Troia nova*, a parte dextra Tiberim praecingens, adstantibus subductisque a tergo (a latere, puta dextro, IX, 69. *Wr.*) navibus, a sinistra campus ad mare pertingens; in quo infra lib. IX Rutulos, qui castra oppugnant, consistere videbimus. vid. in Excurs. III ad h. lib. *molitur locum*, exquisite poetico more, pro moliri tecta in loco, h. exstruere, ut sup. v. 127 et 290 dictum erat. *primas sedes*, int. in prima littoris parte: v. in eod. Excurs. (sed consule Q. V. XXVIII, 3, f. *Wr.*)

Digitized by Google

Ardua cernebant iuvenes, muroque subibant:
Ante urbem pueri et primaevo flore iuventus
Exercentur equis, domitantque in pulvere currus;
Aut acris tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, cursuque ictuque lacessunt:
Quum praevectus equo longaevi regis ad auris
Nuntius ingentis ignota in veste reportat

regia solum, poetam cogitasse, probant ea, quae statim subsequuntur: *muroque subibant.* Denique *Latini* aut e vs. 585. adscitum, aut ab iis illatum videri potest, qui hunc hypermetrum facile tolli posse existimarent; quam autem infensi saepe hypermetris fuerint librarii, satis constat. *Wr.*) *tecta domorum* ed. Ven. ex lib. XII, 132, Burm. (*turris* Medic. *Wr.*) 161 *murosq.* Rom. pr. Mentel. et pro var. lect. Leid. cum Witt. (et 11. *Wr.*) Sed vulgatam defendit Arusianus Messius. Et est doctius, *subire tecto*, quam, *tectum.* Contra *succedere tectum* doctius quam *tecto.* (Defendunt *muros* Heins. ad Ovid. Met. XIII, 611. et Markland. ad Stat. S. pag. 27. a Iahnio laud. Certo discrimine *subire locum* et *subire loco* apud Virgilium dicitur: accusativo adiuncto significat hoc verbum *intrare*, dativo *prope accedere*; nisi quod *subire loco* etiam pro *subire locum* apud eum legitur, quod, qui intrat aliquem locum, is etiam accesserit ad eum necesse est; ut III, 292.: „portuque — i. e. *portui* — subimus Chaonio.“ Neque oppones mihi V, 864.: „classis scopulos Sirenum advecta subibat.“ Iam quae nostro loco leguntur, de appropinquantibus, nondum intrantibus, capienda esse, intelligi potest tum ex his *cernebant tecta*, tum ex iis, quae adduntur vs. 162. sqq. Itaque servavi h. l. *muro* idemque restitui IX, 371. Utroque loco vocabulum praecedens in *s* terminatum corrumpendae lectioni locum dedit, quod idem observare licet loco supra laud. III, 292. *Wr.*) *muroque propinquant* Gud. pro var. lect. 162 *et privo* Oudart. *primoque in f.* Bigot. 163 *Exercetur* Gud. a m. pr. *in* deest pr. Mentel., et *que* Bigot. 166 *Tum* aliquot Pier. *praevectus* ex Pier. et suis recepit Heinsius, ut sit, ante Troianos urbem invectus: ut *praeire*, *praecedere.* Cur enim poetae non licuit nova voce uti ad analogiam facta? Alii legunt: *provectus*, (hoc est in 11. *Wr.*) quod frustra defendit Burm. 167 *in* deest tertio Mentel. et tert. Goth. *reportant* alter Hamb. *reportat* est simpliciter pro portat. argutatur Burmannus, dum emissum ante nuntium fuisse coniectat. (In hoc similibus-

Mox *pinnas* pro muris et *aggerem* pro vallo, quod fossam ab interiore parte ambit, dixit.

162 — 165. Ad Laurentum urbem missa legatio. Non modo Romanae militiae more, quod Servius putat, sed Graeco quoque et omnino priscae vitae ritu, ut in loco Hesiodi (Scut. 285. 286), ante urbem in campis exercet se cursu ac ludit armis iuventus urbana. Poeta autem eo more egregie usus est, ut suavem narrationem faceret. *domitant currus* pro equis iugalibus, ut alibi hi pro illis; noto poetarum more. Mox *spicula*, int. iacula, et epitheton *lenta* ad materiem refer. *lacessunt*, exquisite pro contendunt, certant: quandoquidem *provocant se* et *lacessunt*, qui pugnant. (*Aut*

Digitized by Google

Advenisse viros. Ille intra tecta vocari
Imperat, et solio medius consedit avito.
Tectum augustum, ingens, centum sublime columnis,
Urbe fuit summa, Laurentis regia Pici,
Horrendum silvis et religione parentum.
Hic sceptra adcipere, et primos adtollere fascis
Regibus omen erat; hoc illis curia templum,
Hae sacris sedes epulis; hic ariete caeso
Perpetuis soliti patres considere mensis.

que verbis *re-* hanc habet potestatem, ut iteratio quaedam cernatur in narrandis et quasi repraesentandis iis, quae vel vidimus, vel audivimus. *Wr.*) 168 *inter* duo Burm. 169 *medio* alter Hamb. (*medios* a m. pr. Medic. *Wr.*) 171 *Urbe f. media* lectum alicubi ante Pierium; et sic aliquot Heins. et Burm. cum Goth. tert. *mediae* Dorvill. 173 *Hinc* Ald. pr. et Iunt. et pars codd. Heins. et Burm. cum Goth. pr. *et p. tollere* Witt. (*fasces* Medic. *Wr.*) 174 *templo* Bigot. 175 *Haec* Rom. cum binis Burm. et Ed. Mediol. (quod immerito praetulit Nobbius in *Syntagm. locor. parallelor.* p. 168.; *hae* enim quoties fere legitur, commutatur a librariis cum *haec*; vid. V. L. ad Ge. III, 305. — *Perpetui* Medic., *s* superscripta. *Wr.*) *hic* Ed. Ven. *sacrae* tres Heins. et Medic. Pierii. *sacris aedes* Ven. et tert. Rottend. a m. pr.

— *aut* — *que* — *que*, vid. Q. V. XXXIIII, 1. „*Ictu:* iaculatione;“ Serv.; vid. Beier. ad Cic. Orat. pro Tullio fragm. p. 43. *Wr.*)

170—176. Pici haec *regia* in arce Laurenti, diversa utique a Latini regia v. 59 sqq. descripta, et improprie dicta *regia*, h. e. aedificium magnificum; nam fuit templum, quod pro curia esset, e more priscorum hominum. Ex fragm. Vatic. a Bartolio pag. 134 forma huius templi expressa est, sed aliena adnodum a poetae mente ac ratione. Imitatus est locum multo cum verborum tumore Seneca Thyest. v. 641 ad 664. *urbe summa ἐν πόλει ἀκροτάτῃ*, ut Iliad. χ, 172, h. e. *ἐν ἀκροπόλει*. Circa domum illam lucus erat (v. 172) more veterum in templis, et in principum aedibus. Alterum hoc ex lib. II, 299. 300 de Anchisae domo meminimus. 173. 4. hic regnum auspicari solebant reges. *omen* egregie pro more, cui bonum omen inerat, ut maiorum fortuna sequeretur regem regnum auspicantem. Auspicia regni a sumtis regni insignibus declarat. *attollere fasces* pro eo, quod sequitur, ut praeferantur novo regi: more Italiae; nec ab Romanis invento. 175. 176. Potest aliquis paullo doctior sive ad Oenotrorum *συσσίτια*, de quibus Aristot. de Rep. VII, 10 videndus, sive ad ferias Latinas respici putare. Servius ad Palatium Augusti allusum credi voluit, ut ex eius verbis colligo: „*ariete caeso*. *Hoc sacrificium*

Digitized by Google

Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum
Antiqua e cedro, Italusque, paterque Sabinus
Vitisator, curvam servans sub imagine falcem,
Saturnusque senex, Ianique bifrontis imago,
Vestibulo adstabant; aliique ab origine reges,
Martiaque ob patriam pugnando volnera passi.

178 *e* Heins. e suis et Pier., alii *ex*. Aliis utrumque abest, in aliis adhaesit *e* priori voce: *antiquae cedro*, et hinc Schol. Stat. *antiquae cedri*. v. apud Pier. et Heins. (*cedro* superscripta *a* Medic.; vid. V. L. ad Ge. III, 414. *Wr.*) 179 *curva* Voss. 180 *senes* Franc. *biformis* sec. Rottend. et a m. sec. Hugen. cum Goth. sec. 181 *vestibulum* Zulich. a m. pr. *adstabant* est pro vulgari, *stabant in v.* (vid. Not. ad I, 152. *Wr.*) 182 Burmannus *Martiaque* ex Servio cum Romano (Pierii) et editis omnibus legendum statuit. De editis verum hoc non est: nam in his *qui* inde ab Aldd. constanter legitur; etsi Benedictus in Iunt. emendare iusserat *que*. Malim equidem *qui* et *que* abesse. Sed vereor, ne totus versus aliunde in margine adhaeserit. An alius poeta dixerit *Martia vulnera*, ut *arma Martia*, *signa Martia*, ἀρήϊα τεύχεα, ignoro. *Reges*

in ianua Palatii fiebat festis diebus." Et Pompon. Sab. ad v. 170 „*Templum Apollinis ab Augusto in Palatio positum describit.*" Palatinam Augusti domum adumbratam etiam Blanchinius (*Palazzo de' Cesari*) et Holdsworth volebant. Sed sequi iuvat, quod simplicissimum est. Est hoc templum pro prytaneo, curia aut simili aede publica: in qua adeo sacrificia publica cum epulis sacrorum habentur. *ariete caeso*, proprio aliquo sacrorum inter Latinos more, epulae sacrae instituuntur; tum si publicum fit sacrificium, confluunt primores gentis, iique epulis excepti sedent, *mensis perpetuis*, h. longa et multum procurrente mensa; ut *perpetuum tergum* et alia.

177—182. Etiam haec signa in vestibulo collocata sunt, ut in curia vel templo mos erat in aditu et porticu signa inter columnas ponere. Imitatione expressit locum in Elissae sacrario Silius I, 86 sq. Italus autem et Sabinus h. l. inter Latini maiores memorantur post illa, quae v. 45. 49 edixerat poeta, tamquam agnatione iuncti. cf. Exc. IV ad h. lib. et Cluver. Ital. ant. p. 725. Antiquitatis genium exhibet etiam in materia, *cedro*, nam vetustiora signa lignea erant vel fictilia. *Vitisator — falcem:* etsi Saturnus fere cum falce exprimitur, et sunt qui iungant: *curvam servans sub imagine falcem Saturnusque*, ex sermonis tamen rationibus haud dubie ad Sabinum spectant haec, quem nobis poeta ex prisca aliqua eruditione declarat vinearum colendarum auctorem fuisse; sub signo, forte ad hermae morem in stipitem desinente, *falx*, puta ad amputandas frondes (v. Ovid. Met. XIV, 628. 631 et 649) adiecta; qua specie Silvani hermae

Digitized by Google

Multaque praeterea sacris in postibus arma,
Captivi pendent currus, curvaeque secures,
Et cristae capitum, et portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clipeique, ereptaque rostra carinis.
Ipse Quirinali lituo, parvaque sedebat
Succinctus trabea, laevaque ancile gerebat

sunt omnino regio sanguine nati et veteres heroes, ἄνακτες. Sic ipse Aeneas toties *rex*, ut inf. 220. (Non est, quare suspectum habeamus hunc versum, quamquam idem fere versus iam adfuit VI, 660.: „Hic manus ob patriam pugnando volnera passi.“ Revocavit *qui* Iahnius; sed ita fit, ut in eorum numero, qui pro patria pugnantes vulnerati sint, etiam antea nominatim memorati reges, Saturnus, Ianus, fuisse videantur; qua de re nihil est memoriae proditum; quid? quod sub Saturno nulla constat gesta esse bella. Itaque servavi *que*, quod praeter membranas Bruncki etiam veterrimi Parisienses 2. et 3. exhibent. *Wr.*) 183 *sacrisque* Oudart. 185 *castra* Oudart. pro *claustra*. 186 *arreptaque* Ven. 187 *parvaq.* vel *fulvaque* Zulich. Ceterum transpositi esse versus hi quinque 187—191 *Ipse Q.* et ante vs. 183 retrahendi videri possunt: ut regibus subiungatur unus aliquis insignior Picus. Potuit tamen Virgilius maluisse alterum. 188 *anchise* et *anchille* in Goth. ex *anchile*, ut alii scribunt v. c. fragm. Vatic. (in hoc quidem est *ancile*, sed *h* superscripta. *Wr.*) *ferebat* Ven.

occurrunt ap. Boissardum et alios. Vocem *vitisator* ex Accio petiit, in cuius fragmentis ap. Macrob. VI, 3 occurrit: *O Dionyse, pater optime, vitisator, Semela genitus Evie*, ut bene Vossius legit. *aliique ab origine reges*, h. e. prisci. Molestum est, quod cum Servio ad Aboriginum nomen alludi volunt.

183—186. Haec veterem donariorum et ἀναθημάτων in templis ritum referre, facile intelligitur. Similia loca congessit Cerda. Sed praestat Statii imitationem cognoscere lib. VII Theb. 55—59. Respicitur autem inprimis *antefixorum* habendorum mos apud Romanos, cum in fastigiis non modo templorum, sed et privatarum aedium, affixa essent fictilia signa quadrigarum, spoliorum, armorum. Sic Liv. XXXIV, 4 et al. Plin. XXXV, 46. conf. Ryck. de Capitol. 15. (De securibus vid. Not. ad XI, 659. *Wr.*) Hoc loco etiam *urbium captarum portae* expugnatae inter antefixa memorantur. In eo, quod *rostra* v. 186 subiicit, historiarum fides non est deposcenda; nam navales pugnas vix fecerunt Latini. Possint naves λησταὶ in littore oppressae intelligi; sed in poeta haec ἀκρίβεια non desideratur; licet ei sequi probabilia.

187—191. Inter signa veterum heroum Pici inprimis statua conspicua. Erat is e Latini maioribus; ac forte eius signum non infrequens illa aetate occurrerat Virgilio (conf. Excurs. V ad h. lib.). Forte etiam regiam con-

Digitized by Google

Picus, equum domitor: quem capta cupidine coniunx
Aurea percussum virga, versumque venenis,
Fecit avem Circe, sparsitque coloribus alas.
Tali intus templo divom patriaque Latinus
Sede sedens Teucros ad sese in tecta vocavit;
Atque haec ingressis placido prior edidit ore:
Dicite, Dardanidae, neque enim nescimus et urbem,
Et genus, auditique advertitis aequore cursum,

189 *equis d.* sec. Rottend. 190 *Aurea* sc. *virga*, nota synaeresi; (vid. Not. ad I, 698. *Wr.*) male Servius iungi vult *aurea coniux*. 191 *fixit avem* Hugen. *Circae* tres Heins. 192 *divum templo* Medic. Pier. *temploque deum* alii Pieriani. 194 *Atque hic* Dorvill. *ingressus* Ven. 196 *cursum* revocavit Heins. ex libris et edd., vulgo alii *cursus*. (ut exstat in Palat. *Wr.*)

didisse dictus erat: sup. 171 *Laurentis regia Pici*. Statua erat sedentis habitu, quam facile erit ex h. l. exprimere et delineare. Prisca aliqua gravitas imagini inest; *trabeatus* est Picus, qui veterum regum erat habitus (conf. Plin. IX, 39 s. 63), quo Romulum quoque conspicuum narrant (*trabeatum Quirinum* vocat Ovidius Met. XIV, 828 et al.), cum *lituo* (ut adeo augurali scientia clarum fuisse necesse sit) et prisco armorum genere *ancili*. *succinctus trabea et lituo*, nota forma, qua verbum binis adaptatur, cum de altero tantum proprie dicatur: lituo *instructus* erat vel *insignis, conspicuus*: cf. Burm. v. Gellii V, 8 et inde repetitas a Macrob. VI, 8 argutias de h. l. Occurri tamen potest alia ratione: *ipse Quirinali lituo*, absolute dictum, habens, tenens lituum, *parvaque — laevaque* h. e. et sedebat, et gerebat, duplici copula pro una apposita. (vide de hoc ablativi usu Not. ad IV, 517.; aliter Heyn. ad IX, 74. Not. *Wr.*) *Quirinalem lituum* ornate dixit, quo Romulus aliquando usus est, inprimis in urbe condenda; augurandi scientia ille excellebat. Bene Cerda laudat Plutarch. in Romulo p. 31 F. cf. Serv. *Picus equum domitor*: Homericum ἱππόδαμος. Eius mutationem in *picum* exponit Ovid. Met. XIV, 320 sqq. conf. in Excursu V ad h. lib. *coniux* h. l. amans, ut et alibi vidimus Ecl. VIII, 18.

192 sqq. Excepti h. l. legati in *templo*, inde a v. 170 descripto, ex more. v. Cerda; et sic supra lib. I, 505 sqq. Dido publica negotia exsequebatur in templo.

195 — 211. Simplicitate et proprietate commendabilis oratio, ut altera Ilionei fide et probabilitate cum gravitate. *auditique advertitis aequore cursum* eleganter pro noti estis. Se-

Digitized by Google

Quid petitis? quae caussa rates, aut cuius egentes
Litus ad Ausonium tot per vada caerula vexit?
Sive errore viae, seu tempestatibus acti,
(Qualia multa mari nautae patiuntur in alto)
Fluminis intrastis ripas, portuque sedetis;
Ne fugite hospitium, neve ignorate Latinos
Saturni gentem, haud vinclo nec legibus aequam,
Sponte sua veterisque dei se more tenentem.
Atque equidem memini (fama est obscurior annis)
Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris
Dardanus Idaeas Phrygiae penetrarit ad urbis,

198 *Litusque A.* Dorvill. *Litus et A.* Franc. *per tot* Ven. *per v. fervida* Moret. tert. ex v. 24 huius libri. *texit* Medic. a m. pr. 200 *Qualia saepe* aliquot Pier. 201 *portusque* Franc. 202 *Nec f.* Medic. 203 *aut v.* Dorvill. *et legibus* Comment. Cruqu. ad Horat. I. Sat. III, 98. 204 *veterisque aevi* a Servio lectum esse suspicabatur Markland. ad Stat. pag. 185. *serentem* codd. apud Pier. Putes forte esse *ferentem.* Sed *ferre se* est incedere. Wakefield Silv. III, p. 11 em. *gerentem.* Videat vir doctus, annon hoc pedestre et tenue sit, *gerere se more dei.* Sed v. Notam. 205 *eadem* alter Hamb. *idem* Menag. pr. Porro Heins. coni. *fama etsi*; quo carere possumus. conf. Burmann. 206 *Aruncos* alii, quod Ge. Fabricius diversum populum prodere putabat. Perperam. *Ausonios* Vratisl. a m. pr. *Auricomos* codd. apud Pier. ex librarii stupore, ut et *Autruncos* in Rom. *Auroncos* in al. *et agris* Goth. alter. *in agris* Erf. 207 *penetrarit* Heins. recepit ex pr. Moret. et ex Pierii Rom. aliisque: alii, etiam fragm. Vatic., *penetravit*; hoc malim retineri:

quentia v. 196 sqq. iis similia, quae ap. Homerum occurrunt Odyss. γ, 71 sqq. ι, 252 sqq., sed λῃστρικῆς mentionem bene omisit Maro pro suo aevo. 200. *qualia multa* sic apud Homer. et alios οἷάτε πολλά. Loca sunt ap. Guellium. v. 201. ornate, pro, huc pervenistis. *portum* simpl. de appulsus loco et statione accipe. 202. 203. Dicta sunt secundum hos verss. illa Ovidii Met. I, 89 de aurea aetate: *Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo Sponte sua, sine lege, fidem rectumque colebat. Poena metusque aberant.* Itaque Latini iusti nec necessitate ulla nec legibus, sed *tenent se,* continent se, moderate et iuste vivunt, sponte sua et more h. institutis ac moribus a Saturno sancitis. Ita *se tenent,* qui se coercent, intra fines, praescriptum, legem, morem subsistunt. — 205. longo tempore obscurata est fama, ut a paucis senibus adhuc teneatur eius rei memoria: qui antiquiorum aetatum mos et ratio erat, vetustam memoriam ad posteritatem propagandi, antequam annales condebantur. *Auruncos* dixit, tamquam communis cum Aborigini-

Digitized by Google

Threiciamque Samon, quae nunc Samothracia fertur.
Hinc illum Corythi Tyrrhena ab sede profectum
Aurea nunc solio stellantis regia coeli 210
Adcipit, et numerum divorum altaribus addit.

208. SAMUM

est enim gravitatis epicae; v. ad I, 706. (quasi vero ipsi praesentes hoc fieri videre potuerint. Quoties fere brevioribus his verborum formis usi sunt scriptores Romani, turbant librarii. *penetrarit* etiam 11. *Wr.*) 208 *Samom* Medic. *Samon* alii. (hoc revocavi; vid. Q. V. IV. *Samum* Palat. et uterq. Lips. *Wr.*) 209 *Hunc illum* pr. Hamburg. *Corithi*, *Choriti*, *Chariti*, *Coriti* etiam hic aberrant librarii, ut supra III, 170. *Coriti Cyrena* Excerpt. Burmann. 211 *numero divorum altaribus addit*: Heins. ediderat; solius Gudiani auctoritate. Impedita lectio, etsi sic expedias: *regia caeli addit eum numero divorum*, *altaribus* h. e. per altaria, aris in eius honorem exstructis; vel in altaribus, templis. At durum hoc: *caelum addere aliquem numero deorum per altaria*. Vulgata ante Heinsium lectio erat: *numerum divorum altaribus auget*: nec modo in ed. Ven. et Mediol., sed in omnibus, quantum video, etiam antiquioribus, inque his Aldd. Eamque, quod mireris, tuentur codd. permulti, et ipse Medic. cum fragm. Vatic. At *numerum divorum altaribus addit* Rom. cum aliis Pier. et ex Heinsianis forte plures exhibebant; sicque Erf. In altera hac, quae codicum auctoritate firmatur, lectione nihil est, quod desideres; itaque reposui; sive ut sit: addit altaribus divorum eum, numerum, h. numeri incrementum; sive simpliciter, *et altaribus divorum addit numerum*, auget numerum altarium: unde venisse videtur altera lectio *auget*. In Ciri 201 venit — *Cognatos augens reges numerumque suorum Ciris*—. (Vetustiores ap. Heinsium magno numero *addit* offerunt; item 2. 7. 8. et Lips. obl. Et *auget* quum apud Fogginium legatur, non refertur tamen Mediceus ab Heinsio in eorum numero, qui hanc lectionem tueantur. *auget* etiam membranae Brunckii, cod. 8. edit. Vinar. 1826., Dorph. I. II. V. et alt. Lips. Id nemo dubitaverit, quin difficilior sit lectio *addit numerum*, facilior *auget n.*; nam *augere*, quod est, uni vel pluribus adiicere novum quid, expeditum habet significatum; hinc supra V, 565.: „progenies

bus stirpis homines: v. in Exc. IV ad h. lib.; affert tamen vel sic antiquitatis notionem animis nomen. De Dardani ex Tyrrhenia originibus v. sup. III, 167 sqq. et Exc. VI ad lib. III, unde loci huius sententia expeditu facilis est. E pluribus de Dardano mythis poeta arripuit hunc, quo is dicebatur ex Tyrrhenis profectus, Samothraciam et Troadem adiisse. Servius, vel qui eum excerpsit, misere omnia miscet. *his agris*, paullo latius dictum; nam Dardanus ex Corytho seu Cortona Etruriae oriundus ferebatur. *urbes Phrygiae* memoravit, h. e. loca ad incolendum idonea et a Teucro passim inhabitata, sub Idam; nam proprie dictae urbes tum in regione ea nullae erant. 210. 211. pro deo nunc colitur. *stellantis* ex ἀστερόεις οὐρανός, quod Homericum est. *accipit* pro accepit; adeoque est pro habet, poetico more

Digitized by Google

Dixerat. Et dicta Ilioneus sic voce secutus:
Rex, genus egregium Fauni, nec fluctibus actos
Atra subegit hiems vestris succedere terris,
Nec sidus regione viae litusve fefellit:
Consilio hanc omnes animisque volentibus urbem
Adferimur, pulsi regnis, quae maxuma quondam
Extremo veniens Sol adspiciebat Olympo.
Ab Iove principium generis; Iove Dardana pubes
Gaudet avo; Rex ipse Iovis de gente suprema,
Troius Aeneas, tua nos ad limina misit.
Quanta per Idaeos saevis effusa Mycenis
Tempestas ierit campos; quibus actus uterque

auctura Italos." Ovid. Am. III, 9, 66.: „Auxisti numeros, culte Tibulle, pios." Sed *addere numerum*, ad unum dumtaxat Dardanum relatum, nove dictum est, non tamen ita, ut a ratione abhorreat, quandoquidem numerus non solum in pluribus, sed etiam in singulis cernitur. Contrario quodam modo novatum illud, quod legitur Ge. IV, 227.: „sideris in numerum." Iam hoc ipsum *addis* Servius explicat per *auget*; ac plerique codicum Heinsianorum, qui *addit* in ordine, *auget* margini adscriptum exhibent; quare magna est suspicio, qui *auget* praeferant, eos interpretamentum in verae lectionis locum substituere; vid. Q. V. XVI, 1. *Wr.*) 212 *dictum* Medic. a m. pr. *dicto* Gud. a m. pr. *locutus* sec. Moret. (— 213. *penus* Medic., sed *g* superscripta. *Wr.*) 214 *succumbere* sec. Moret. *tectis* ante Heins. vulgg. edd. et codd. pars. 221 *nunc ad l.* pr. Moret. *ad lumina* Zulich. *mittit* pr. Hamburg. cum fragm. Vatic. (vid. Q. V. VII, 10. extr. *Wr.*)

et *addit* regia caeli, quae eum accepit, h. e. haec receptio in caelum, *eum numerum*, ut accedat novus deus, *altaribus deorum* pro vulgari: auget deorum numerum, dum ille divinis honoribus afficitur. annumeratur h. l. diis; ita accedit aliquis *numerus*, dum ad numerum priorem accedit, annumeratur. De ceteris v. V. L. quae caussa est, ut novum sacrum, adeoque novum templum, nova ara, exstruatur.

212—227. Ilioneus etiam lib. I, 521 ad Didonem verba facit. 215. *sidus* pro tempestate, *litus fefellit*, ignoratio littorum ac terrarum, *regione viae*, pro simplici, via et navigatione instituenda ac regenda. Variavit verba versus 199 *Sive errore viae seu tempestatibus acti*. Illud *regio viae* iam ante Virgilium frequentavit Lucretius lib. II, 249 *Sed nihil omnino* recta regione viai *Declinare, quis est, qui possit cernere sese?* item lib. I, 1040. Et sup. Aen. II, 737 *et nota excedo regione viarum*. cf. Cerda. *adferimur* pro exiliore, accedimus. In seqq. 216 sqq. multum dignitatis inest et magnifica oratio, inprimis v. 222 seqq., Troiano bello per tempestatem adumbrato; unde

Digitized by Google

Europae atque Asiae fatis concurrerit orbis:
Audiit, et si quem tellus extrema refuso
Submovet Oceano, et si quem extenta plagarum
Quatuor in medio dirimit plaga Solis iniqui.
Diluvio ex illo tot vasta per aequora vecti
Dis sedem exiguam patriis litusque rogamus
Innocuum, et cunctis undamque auramque patentem.
Non erimus regno indecores; nec vestra feretur
Fama levis, tantive abolescet gratia facti;

224 *concurritur* Parrhas. *concurreret* Rom. 225 *si quam* Rom. 226 Hiatum constitue post *Oceano*; non in *quem*. *exemta* Menag. pr. *extrema* Ven. 228 Distinguere alios post *Diluvio ex illo*, ut cum antecedd. iungatur, narrat Servius. 230 *auramque undamque* Sprot. 231 *nostra* Oudart. *fatetur* Ven. 232 *tantique* pars scriptt. et edd. (ita etiam Medic. apud Foggin., tum fr. Vatic. et 2. 8.; recte fortasse;

v. 228 *diluvium* pro excidio et vastitate. Iovis f. Dardanus; v. eundem Excurs. VI lib. III. *de gente suprema*. Ennianum laudatur ex Annal. V *nomine Purrhus, uti memorant, de stirpe supremo*, de prima origine et stirpis exortu a Iove. *quibus fatis* pro successu rerum et eventu fatali; et *acti* h. l. est, vexati, calamitatibus afflicti. 225. 226. 227. ornate, pro omnibus gentibus. *si quem* (quemcunque) *summovet — dirimit*, simpl. de habitatione in loco longinquo et remoto; et, poetico more, signate extremas terrarum oras ad Oceanum et ultra Libyae deserta nominat. *refusum Oceanum*, qui de aestu et recessu maris proprie dicitur, accipies simpliciter diffusum late et extentum. (Sed ea notio abhorret a voc. *refusus*. Itaque *refusus Oceanus* aut idem est, quod ἀψόῤῥοος, aut, moris poetarum Latinorum memores, longe disiunctam insulam aliquam significari putabimus, ut Oceanus refusus dicatur, quatenus, ambiens insulam, in semet refundi videtur. Crebra est in tali causa Britanniae aut Thules mentio; sed talem insulam nominatim appellare, alienum prorsus erat ab hac oratione. *Wr.*) Sunt enim *tellus extrema refuso Oceano*, fines terrarum, quos ambit Oceanus, qui etiam Homero ἀψόῤῥοος Ὠκεανὸς Iliad. σ, 399 et al., quatenus amnis instar terrarum orbem includit. Recte haec accepta videbis a Cerda. *plaga solis iniqui*, zona torrida, nimis magno, infesto solis aestu, *extenta*, patens, propter camporum arenas, *in medio quatuor plagarum*.

228. 229. 230 sqq. Magna suavitas in extenuatione eius, quod petunt, *Dis sedem exiguam — patentem* (*pia et verecunda petitio*, bene ait Servius) tum in

Digitized by Google

Nec Troiam Ausonios gremio excepisse pigebit.
Fata per Aeneae iuro, dextramque potentem,
Sive fide, seu quis bello est expertus et armis:
Multi nos populi, multae (ne temne, quod ultro
Praeferimus manibus vittas ac verba precantia)
Et petiere sibi et voluere adiungere gentes.
Sed nos fata deum vestras exquirere terras
Imperiis egere suis. Hinc Dardanus ortus;

240. ORTUS H.

vid. Q. V. XXXVI, 7. *Wr.*) *abolescit* pr. et tert. Mentel. et a pr. m. Reg. *obolescet* Goth. sec. *dolescet* Goth. tert. *abolevit* Hugen., Heinsius malebat *abolebit*. At poeta docte posuit antiquum verbum, quod et in Lucretio occurrit V, 732. 233 *Ausonio* Franc., vitiose. *accepisse* pr. Hamb. Dorvill. et Leid. *pigebat* alter Mentel. a m. pr. (item a m. pr. Medic. *Wr.*) librarii lapsu; sed Heinsius commodiorem lectionem in eo inveniebat, ut ad Dardani in Phrygiam adventum referretur. Argute magis quam vere. 235 *sive quis b. expertus et armis* Medic. Pierii. *fidem* duo Burmann., et unus, *in armis*. 236 *et multae* Parrhas. 237 *Proferimus* aliquot Pier. et duo Heins., sed *praeferre* est proprium in hac re; conf. Burm.; *et verba*, multi; tandem *ac verba precantia* haud dubie vera lectio restituta post Benedictum in Iunt. 1510, qui bonos ac vetustos codd. hoc habere ait, tum Pier. ab Heinsio e Mediceo aliisque; Burmannus etiam Ed. Ald. et Mediol. memorat; sed omnes Aldd. consentiunt in vulgata: *et verba precantum*. (*precantum* quidem etiam Palat. *Wr.*) Hoc etiam Rom. exhibet, *precantis* Bigot. *vittasque precantia verba* in litura fragm. Vatic. cum aliis Pier. et Heins. (In fragm. Vatic. legitur *ac verba precantia*, sed primae voci superscriptum *que*, haec autem, *verba* et *precantia*, singulis stellulis notata sunt, quibus permutandas esse inter se horum vocc. sedes indicari videtur. Ceterum Bottarius ad hunc versum haec scribit: „Recentiori manu mutatum.“ Vid. Q. V. XXXV, 21. Male autem in hypermetris numeratur hic versus; vid. V. L. ad VI, 33. *Wr.*) *vittasque precantia regno* Ven. *manibus ac verba p. victas* Ed. Ven. (— 238. *gentis* Medic. *Wr.*) 239 *Et nos* Dorvill. 240 *Imperiis cogere* aliquot Pier., forte pro *coegere*. (Inter-

sui commendatione modesta ac gravi. *Dis patriis;* a religione Penatium praeclare facit initium ad movendos animos. (*cunctis undamque auramque patentem*, videntur haec adumbrata esse ad notissimum illud: *aqua et igni interdicere*. *Wr.*) *feretur* pro tenui voc. *erit*. *Troiam*, magna cum vi, pro Troianis; ut toties *Troiam*, *Ilium*, *in Italiam inferri* vidimus. In v. 235 nimis argute Ge. Fabricius Ciceronis locum VII ad Div. 5 expressum volebat: *Totum hominem tibi trado, de manu ut aiunt in manum tuam istam* (ad Caesarem scripta epistola) *et victoria et fide praestantem*. Habet saltem similitudinem aliquam. Sed *fides*, dextra data, ad foedera spectat, in quibus servandis et exsequendis constantia et strenuo fortique animo ac manu opus est.

Digitized by Google

Huc repetit, iussisque ingentibus urguet Apollo
Tyrrhenum ad Thybrim, et fontis vada sacra Numici.
Dat tibi praeterea Fortunae parva prioris

242. NUMICI

punxi in fine huius versus, ipso Heynio in Nota iubente. *Wr.*) 241 Salebrosa oratio meo quidem iudicio: *Hinc Dardanus ortus Huc repetit, iussisque i. — Numici*; ad quam tamen neminem offendisse video, ne ad interpretationem quidem: de qua Notam vide. *Huc* iam in Venetis Ald. aliisque vetustioribus expressum video; et sic Medic. fragm. Vatic., nec aliunde varietas notata, nisi quod Rom. *Hunc repetet, iussisque — Tyrrhenum et Tybrin et f. v. s. N.* Menagii autem pr. *Hunc repeti iussis ing.* (Abest *que* etiam in sec. Moret. et sec. Rottend.) *Hinc r.* Ven. Ita bis dictum esset: *hinc Dardanus ortus*, *Hinc repetit*: ut *ortus* sit a nomine, pro, *ortum*, *hinc*, *hinc* inquam, *ortum*, τὸ γένος, repetit, ducit. *Hic* Serv. Dan. ad IV, 259. Sed in his vocibus *hinc*, *hunc*, *hic*, *nunc*, *huc*, semper magna esse solet varietas ex scribendi compendio; ut forte coniicias fuisse: *Nunc repetit, iussisque ingentibus urguet Apollo, Tyrrhenum Thybrim et fontis vada sacra Numici.* Ut sit: Nunc Apollo repetit, h. e. repetere iubet, Thybrim. Haec saltem Latine dicta essent. Ut tamen ex animo dicam, omnes tres versus inde a verbis: *Hinc Dardanus ortus Huc v. Tyrrhenumque* alieni esse videntur, aut ex margine serius attexti, ad explendum hemistichium *Imperiis egere suis*; aut ex variis poetae tentaminibus, quae chartis ille illeverat, a Tucca confecti. (Quod in his versibus salebrosum sit et non Virgilianum, aut nihil est, aut ego caecutio. Sententiam eorum recte expositam ab ipso Heynio in Not. vides. *Wr.*) 242 *Timici* et *Thymici* codd. apud Burmann. 243 *Dat* sc. Aeneas, et sic vulgo explicatur. Sic oratio ad v. 221 retrahitur: *Troius Aeneas tua nos ad limina*

237. Laudant omnes notum illud ex Iliad. α, 14 *Στέμματ' ἔχων ἐν χερσί*. De re cf. sup. v. 154. (Hoc est illud, quod infra X, 80. legitur: „Paoem orare manu.“ *Wr.*) 240. *imperia deorum* sunt monita, ut iam alibi vidimus, et mox *iussa*. *Huc repetit* ad Dardanum referunt Intpp. post Turnebum: in hanc nos terram, unde orti sumus, repetit, revocat Dardanus et quasi vindicat; neque aliter Donatus. Atqui hoc durum est, si quid video, et ignavum; multo deterior Servii ratio, ut Dardanus nunc Aeneas sit. Saltem Apollo is esse debet, qui *repetit* Troianos *huc*, in hanc terram retrahit, revocat, (Cic. pro Dom. c. 57.: „Vos, qui maxime me repetistis atque revocastis.“ *Wr.*) Italiam repetere iubet, et urget ad Tiberim, h. retrahit, adire iubet; adeoque interpungendum: *Hinc Dardanus ortus; Huc repetit iussisque i. urguet A.* Sed et hoc durum: *Apollo repetit huc — et urget ad Thybrim.* Laborat locus: vid. Var. Lect. („*repetit*, sc. Aeneas.“ Ita Iahnius; non video, quam commode. Mihi quidem haec omnia satis expedita semper visa sunt. *Wr.*) *Numicium* a fonte iterum (v. ad 150) designat, ut

Digitized by Google

Munera, reliquias Troia ex ardente receptas.
Hoc pater Anchises auro libabat ad aras;
Hoc Priami gestamen erat, quum iura vocatis
More daret populis; sceptrumque, sacerque tiaras,
Iliadumque labor vestes.
Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
Obtutu tenet ora, soloque inmobilis haeret,
Intentos volvens oculos. Nec purpura regem

misit — Dat tibi p. Quod tamen satis dorum esse quis non videt? inprimis cum orationis cursus ad Apollinem hoc referat, v. 241, sensu tamen repugnante. Videtur poeta, quae media sunt, secundis curis elaborasse, neque iis cetera satis accommodasse. (Ipsa res quum admoneat, ad Aeneae munificentiam haec spectare, non ita aegre feram levem hanc et facile ignoscendam negligentiam. *Wr.*) 245 *Huc* tert. Rottend. *ad auras* Mensg. pr. et sec. Goth. (item Medic. a m. pr. *Wr.*) 247 Paullo calidior quis coniectare possit: *Hoc Priami gestamen erat — sceptrum; Assaracique tiaras; Iliadumque labor vestes.* cf. Notam. 248 *vestis* aliquot Burm. 250 *obtuitu* Franc. et Ven.

poeta, et quoniam Lavinium urbs ad eum locum condenda est. Ponit porro, ut poeta, fluvium ad designandam terram. Nota ratio; sed in Numicii, tamquam sacri fluminis, notione religio aliqua inest. Observata res in Excursu III ad h. lib.

243—249. *Dat* quis? Aeneas? v. Var. Lect. Dona commendat iterum a personis, quod alibi vidimus poetam decere. conf. I, 647 sqq. 245. craterem vel pateram designat. Virtutem habet oratio, quod tamquam dramatice res repraesentatur, non facta narratur. *Hoc Priami gestamen erat:* cum his verbis sceptrum tradere putandus est, quod proprie inter gestamina est; nam Servium diadema interpretantem quis audiat?, mox tamen adiunxit alia, quae proprie gestari non dicuntur, sed ornant tamen, *tiaram* et *vestes* pictas. Summam subtilitatem in his sequi poeta noluit. 247. *iura daret* vid. sup. I, 507. Ius dicere praecipuum munus veterum regum fuisse notum est; itaque ab hoc munere eorum dignitas declarari solet. Sedent autem ius dicturi cum sceptro. Ad hoc illustrandum Guellius laudavit Apollon. (IV, 1177) et Pindarum (Pyth. IV, 270 sqq.), sed res ex Homero satis obvia. *tiaras* improprie, nempe Phrygum pileus, quem aliis locis *mitram* dixit; vid. sup. IV, 216, ibi v. cf. inf. IX, 616. *sacer* tantum ad venerationem Priami valere videtur, ut augustum significet ornatum. *Vestes* autem sunt *Phrygiae* vulgo dictae, a Troianis mulieribus acu pictae, *ἔργα γυναικῶν*. Mox eadem *purpura picta.*

249—258. In primo versu Iliad. γ, 217, de Ulysse verba faciente, expressum esse volunt; nimis docte. Communis is est oris habitus eorum, qui stant vel

Digitized by Google

Picta movet, nec sceptra movent Priameia tantum,
Quantum in connubio natae thalamoque moratur;
Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem.
Hunc illum fatis externa ab sede profectum
Portendi generum, paribusque in regna vocari
Auspiciis; huic progeniem virtute futuram
Egregiam, et totum quae viribus occupet orbem.
Tandem laetus ait: Di nostra incepta secundent,
Auguriumque suum! Dabitur, Troiane, quod optas.
Munera nec sperno. Non vobis, rege Latino,
Divitis uber agri Troiaeve opulentia deerit.
Ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupido est,

253 *in* deest Zulich. *in connubia* Ven. Esse *connubjo* trisyllabum e superioribus meminimus. 254 *volvens* a pr. m. fragm. Vatic. et aliquot Pier., ut ad *ait* continuetur oratio. *volvit Fauni* pr. Moret. 255 *Hinc i.* Parrhas. et fragm. Vatic. *ab s.* Heins. cum potioribus. Alii *a sede. provectum* aliquot Pier. 256 *generos* e Servio memorat Burmann. *que* abest aliquot Heins. (*vocare* Medic. *Wr.*) 257 *Ominibus* Oudart. a m. sec., sed v. IV, 102. *huic p.* Heins. e Medic. et aliis; (ita etiam fr. Vatic. *Wr.*) vulgo *hinc p.* (ut exstat in Palat. *Wr.*) Goth. tert. *hunc.* 258 *et* omittunt multi apud Heins. et Burm., et sane abesse malim. (Saepe ita et in vincta et in soluta oratione adiectivis copula cum relativo et coniunctivo Verbi subiicitur, ut subiuncta haec enuntiatio ipsa sit pro adiectivo. Cuius coniunctivi ratio inde pendet, quod illud *et qui* idem valet, quod *et talis, isque, ut*, s. *qui.* Hinc apparet, *quae occupet* esse simpliciter narrantis rem aliquando futuram, *et quae occupet* efferentis virtutem res maximas effecturam. Iam libenter hic retinebis copulam, satis illam quidem Medicei, fragm. Vatic., aliorumque optimorum codd. auctoritate commendatam. *Wr.*) *qui v.* fragm. Vatic. a pr. m. (nempe superscripta est *a*, sed ita, ut nescias, utrum is, qui hanc literam appinxit, *quia*, an *qua*, legi voluerit. *Wr.*) 259 *victus ait* Menag. *di vestra* duo Burm. 260 *Auspiciumque* Menag. pr. 261 *nec vobis* Parrhas. 262 *Troiaeque* tres Burmann. 263 *est* deest alteri Voss. 264 *adiungi h. properet* Oudart. *sociusque* cum Brunckio revocavi: (hoc tuetur Medic. apud Fogg.; vid. Q. V. XXXVI, 9. *Wr.*) in recentiores, puto inde a Dan. Heinsio, venit *sociusve.* (ita Rom. fragm. Vatic. et 7. 10. 12. *Wr.*) In codd. utrumque habetur. *sociisq. sociisve* duo aberrant apud Burmann.

sedent cogitabundi. Ita inf. v. 291. cf. sup. I, 226. 228. *Fauni sortem* sup. v. 95 sqq. (*Hunc illum*, vid. Q. V. XX, 8. *Wr.*) *paribus auspiciis*, communicato regno. vid. inf. XII, 190. 191. Sic IV, 102 *Communem hunc ergo populum paribusque regamus Auspiciis.* 258. *quae viribus* h. fortitudine et virtute bellica; ut sit βλητφ Homericum; nisi pro imperio dictum accipias.

259 — 267. *augurium suum* h. sortem, Fauni oraculum. *Mu-*

Digitized by Google

Si iungi hospitio properat, sociusque vocari,
Adveniat; voltus neve exhorrescat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.
Vos contra regi mea nunc mandata referte.
Est mihi nata, viro gentis quam iungere nostrae,
Non patrio ex adyto sortes, non plurima coelo
Monstra sinunt: generos externis adfore ab oris,
Hoc Latio restare canunt, qui sanguine nostrum
Nomen in astra ferant. Hunc illum poscere fata
Et reor, et, si quid veri mens augurat, opto.
Haec effatus, equos numero pater eligit omni.
Stabant ter centum nitidi in praesepibus altis:
Omnibus extemplo Teucris iubet ordine duci

265 *abhorrescat* Witt. 266 *Par* Ven. 268 *nostrae q. i. gentis* Menag. pr. *qua* Rom. 269 *patriae* tres Burm. (*sortis* Medic. *Wr.*) *nec* Goth. sec. 270 *sinant* Leid. a m. pr. *e. nam affore* Ven. *e. nam fore* Parrhas. *g. e. affore regnis Hic Latio* Menag. pr. 272 *ferent* duo Burm. *exposcere* Oudart. 273 *verum* Sprot. 274 *eligat* alter Hamburg. 275 *triecntum*, *trecentum*, in Gothanis, ut solent infimi aevi librarii scribere. 276 *Omnes ext.* Catroeus edidit. v. Burmann.

nera nec sperno, lubens accipio, ut saepe. v. Cerda et Burm. *uber agri*, ubertas: v. sup. ad I, 531. conf. II Ge. 234. 185 et al. 266. *pacis*, foederis, et *tyranni*, regis, utrumque docte dixit, ut poeta. (*pars pacis*, Terent. Heautont. I, 1, 5.: „quod in propinqua parte amicitiae puto.“ *Wr.*)

268 — 273. Heroicae vitae mores ita ferre, ut virorum fortium nuptias orent aut filiae aut patres, iam Servius notavit. Exemplum illustre Alcinoi Odyss. *η*, 311 seqq. *plurima caelo monstra*, ostenta divinitus missa: sunt quae sup. 58 sq. 71 sq. exposita sunt. 271. *Hoc Latio restare*, Latinos manere hanc fortunam, ut gener filiae meae advena sit. (272. *Hunc illum*, ut supra vs. 255. *Wr.*) 273. *Et reor, et opto, si quid veri mens augurat.* In hoc contextu *opto* nihil aliud esse potest, quam, eligo, amplector, generum probo, quia eum fato destinatum generum esse auguror. Recte Pompon. Sab. „Hoc, inquit, volebat, quia haec erat sors.“

275 — 285. Quod Homerico heroum more, (v. c. Iliad. *υ*, 221 seq. de Erichthonio, Dardani filio) rex Latinus CCC equos eximios aluisse narratur, a vetere Latii habitu forte nimium quantum abhorret. Verum reliqua omnia aucta in maius et amplificata sunt, ut narratio gravitatem et carmen dignitatem haberet. Hoc poetae consilium ubi semel intellexeris, importunum

Digitized by Google

Instratos ostro alipedes pictisque tapetis;
Aurea pectoribus demissa monilia pendent;
Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurum;
Absenti Aeneae currum geminosque iugalis,
Semine ab aetherio, spirantis naribus ignem,
Illorum de gente, patri quos daedala Circe
Subposita de matre nothos furata creavit.
Talibus Aeneadae donis dictisque Latini
Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant.

277 *instructos* Ven. et plerique Pier., sollenni permutatione. 279 *Strati a.* Ven. et Parrhas. 280 *Aeneae absenti* Goth. sec. 281 *flagrantis* fragm. Vatic. (et 2. *Wr.*) 282 *Circae* idem fragm. et duo Burm. etiam hic, ut alibi. v. sup. 191. Comment. Cruqu. ad Horat. I Sat. 6, 77 sic laudat: *quos illi d. C. S. de matre satos furata creavit.* 284 *Aeneades* Rom. *laeti d. d.* Dorvill. *dictis donisque* Serv.

est talia quaerere. Ita infinita alia quaeri poterant, v. c. lib. V, 545 sq., unde Troianis in Sicilia equi suppeterent ad ludum Troiae habendum et inter errores longos quo magistro artem equestrem discere potuerit Ascanius cum ceteris pueris. *ordine*, deinceps, omnibus et singulis; nihil amplius. conf. v. 139. Erant legati centum: sup. 153. *ostro pictisque tapetis*, h. vestibus stragulis purpureis auro intextis vel acu *pictis:* unde mox, *tecti auro*. Petiit autem ex Homero, apud quem τάπητες ποφφύρεοι occurrunt, etiam inter munera: Iliad. ω, 230. *Monilia* non tam ex unionibus ac gemmis, quam omnino torques aurei vel phalerae intelligendae. Neque orientis fastum in hoc adoptasse putandus est poeta; verius ex antiquae Italiae vel Etruriae luxu rem petiit. Nam monilium et torquium omnino inter Etruscos frequentissimum usum fuisse docent Etrusca monumenta. Mox *aurum sub dentibus* quis non videt esse frena? 280 sqq. Aeneae mittit equos, quorum genus adumbratum est ex Iliad. ε, 265 sqq., ubi equis a Iove Troi donatis Anchises submiserat equas; nunc Circe, ingeniosa Solis filia, cui in fabulis Italicis proprius aliquis locus est (v. in Excursu I ad h. lib.), uni equorum patris submisit mortalem equam, hinc *nothos furata creavit*, hoc est, furtim susceptam progeniem, pullum, nacta est. Nihil autem in poetarum fabulis nobilius est Solis equis. 285. Iungenda, *sublimes in equis*, ut saepe, non, *sublimes donis dictisque;* sed *donis dictisque* pro, post talia dicta; seu cum talibus donis dictisque. (Non esse Latinum „*talibus donis redeunt Troiani*“ concedent, opinor, omnes; nec licet *cum* subintelligere. Sed quum adiectum sit *dictis*, ad quod et ipsum spectat *talibus*, est hoc ex eo genere structurae, quod ad alienam structuram sese

Digitized by Google

Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis
Saeva Iovis coniunx, aurasque invecta tenebat:
Et laetum Aenean classemque ex aethere longe
Dardaniam Siculo prospexit ab usque Pachyno.
Moliri iam tecta videt, iam fidere terrae; 290
Deseruisse rates. Stetit acri fixa dolore.
Tum quassans caput, haec effundit pectore dicta:
Heu stirpem invisam, et fatis contraria nostris

288. AENEAM LONGO

286 *ab agris* Goth. pr. 287 *que* abest Menag. pr. *invicta* Mentel. pr. *curasque inventa* Franc. 288 *longo* Heins. ex Mediceo recepit; accedit Hugen. Ex Romano nihil notatum est. At ceteri omnes cum fragm. Vatic. et edd. *longe*. Vereor, ne alterum sit ex eo deliciarum genere, quod librariorum incuriae debemus. (*longe* Palat. *longo* etiam 5., et ita Donatum legisse, coniicere liceat ex iis, quibus utitur, verbis: „summo coelo respiciens." Illud tamen est probabilius, accommodatum esse *longo* a librario ad praecedens substantivum *aethere*; nec satis grata haec ad aures *longo — Siculo — Pachyno*; et *longe prospicere* est infra XI, 909. Itaque satius duxi, revocare *longe*, quod ob codicum plerorumque auctoritatem praetulit etiam Iahnius. — Ceterum *Aeneam*, quod erat in tertia editione, typothetae errori videtur deberi. *Wr.*) 289 *aduseque* Rom. *Pahyno*, *Pachino*, *Pachinno*, *Pachynno* aberratur. 290 *sidere terrae* plerique Pier. et Menag. alt., ac Moret. pro div. lect., antique; sed *fidere terrae* ex poetae usu et Arusiani Messii auctoritate defenditur ab Heinsio. 292 *Dum q.* alter Hamburg. *effundit* Heins. e melioribus; alii *effudit*. 293 *factis* coni. Waddel., temere. *votis contraria nostris* Io. Schrader. in schedis.

applicat; qua de re dixi in Iahnii Annalibus philol. et paedagog. — *Iahrbuecher fuer Philologie u. Paedagogik* — Vol. XIII. fasc. I. p. 83. Ita enim fit, ut illud *donis* absoluti ablativi naturam adsciscat et *talibus Latini donis* sit i. q. talibus donis a Latino acceptis. Cave autem cum hoc componas talia, quale est *hoc populo*. *Wr.*)

286 sqq. Nova περιπέτεια et rerum conversio inexspectata, cum iam ad eventum perducta viderentur Troianorum fata. Iterum Iunonis odio et ira poeta utitur; etsi in toto loco ante oculos fuit Neptunus Odyss. ε, 282 sqq. Fatendum quoque multum similitudinis huic Iunonis orationi esse cum illa lib. I, 36 seqq. A Pachyno usque Siciliae promontorio prospicit Latium; scilicet supra illa loca in aeris regione invecta, non monti insistens. Iter autem facere putanda Argis versus Carthaginem. Permutant enim dii loca, quae amant. Paullo difficilior prospectus Neptuni videtur apud Homerum l. c., qui ex Solymis montibus Ulyssem versus Phaeacum insulam navigantem conspicit. Mox v. 291 *fixa dolore*, transfixa, iungendum puto, ex Homerico: ὀδύνῃσι πεπαρμένος; ut vulgo *dolor infixus ani-*

Digitized by Google

Fata Phrygum! num Sigeis occumbere campis,
Num capti potuere capi? num incensa cremavit
Troia viros? medias acies, mediosque per ignes
Invenere viam. At, credo, mea numina tandem
Fessa iacent, odiis aut exsaturata quievi —
Quin etiam patria excussos infesta per undas
Ausa sequi, et profugis toto me opponere ponto.
Absumtae in Teucros vires coelique marisque.
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis
Profuit? optato conduntur Thybridis alveo,

294 *non* tres Heins., et mox iidem cum aliis, etiam Goth. tert., *non capti*. Ita cum indignatione efferenda haec erunt. *succumbere* Mentel. pr. et Menag. alter. *o. terris* Goth. sec. 295 *Nunc c.* Medic. et Mentel. pr. *nunc* et *non* etiam mox pro *num* nonnulli apud Burm. *aut incensa* Bigot. *creavit* Exc. Burm. *cremarat* Leid. 297 *an credo* malebat Ge. Fabric., minus bene. *ac* duo Burm. *mea munera* Menag. alter. 298 *haud* Caris. Inst. Grammat. lib. I et edd. vetustiores Macrobii. (etiam Medic. *Wr.*) *haut* etiam bini Goth. cum Erf. *haud exsaturata quierunt* Parrhas. *Fessa iacent odiis, aut* distinguitur in Vratisl. *exsatiata* Oblongus Pierii. Omnia perperam. Quam piget talia exscribere! 300 *me* abest alteri Hamb. *me toto* duo Burmann. *exponere* aliquot Pier. cum Menag. pr. 301 *assumtae* Goth. sec. Formam loquendi illustrat Burm. ad Propert. IV, 6, 55. 302 *Syrtis* aliquot apud Burmann. *aut v.* Leid. *quid dira Charybdis* aliquot Pier. 303 *potiuntur* Ven. ex interpretatione. Vide lib. V, 243 *portu se condidit alto*.

mo dicitur. Ceterum in his deorum iratorum tacitis cogitationibus valde sibi placent Maronis exemplo ceteri poetae. Sic Ovidius v. c. Met. IV, 422 sqq.

293 sqq. Nolim poetae nimis argutam dictionem defendendam suscipere; multo minus ea placet in dea irata. Ferrem illud: *fata contraria fatis nostris* h. ei, quod fatale est a me constitui et novari in Troianorum fortunis posse. Est autem in fatis Iunonis, ut fata Troianorum intercipere haud possit; cf. inf. IX, 133. 136. 137.; sed, quae sequuntur, *num occumbere, num capti potuere capi, num incensa cremavit Troia viros?* luxuriantis sunt ingenii; etsi reprehensio hactenus retractanda est, quod veritas tamen sua sententiae subest. Exemplis alii, ut Cerda, defensionem parant, primo loco Ennii, quem expressit Maro, ut iam Macrob. VI, 1 monuit: *Quae neque Dardaneis campeis potuere perire, Nec, cum capta, capi; nec, cum combusta, cremari.* Sed in ceteris, si recte Virgilium novi, tragicorum, inprimis Euripidis, rhetoricos spiritus aemulatus est.

297 — 303. At forte taedio victa vel odiis expletis a persequendis Troianis ab illo excisae urbis tempore destitisse videri possum. Immo vero etiam a

Digitized by Google

Securi pelagi atque mei. Mars perdere gentem
Inmanem Lapithum valuit; concessit in iras 305
Ipse deum antiquam genitor Calydona Dianae;
Quod scelus aut Lapithas tantum, aut Calydona merentem?

304 *prendere* Leid. 305 *Laphytum* scribunt Goth. *potuit* Bigot. et Schol. Statii. *in iram* Franc. *in aras* vulgg. edd. Macrob. IV Sat. 2. 306 *antiquas* Parrhas., scil. *iras*. 307 Lectionem hanc Heinsius e Mediceo a m. sec. repetiit, (est ea altera Medicei lectio. *Wr.*) sed eo ducentibus aliis, pr. Hamburg. Menag. sec. Moret. sec. et pro var. lect. Moret. tert., item Prisciano apud Heins., in quibus: *Lapithas tantum et Calydona merentem.* (*Lapithas* etiam Dorph. II. *Wr.*) Ea lectio cum paullo doctior esset, miras librariorum aberrationes peperit. Scilicet vulgari dicendi modo subiiciendum erat: *Quod autem tantum scelus commiserant Lapithae vel Calydon, quo tantam poenam mererent?* Hic primum exquisitiorem rationem adhibuit, a Graecis ductam. *scelus merere*, pro, per scelus, scelere, merere poenam. Nec aliter sup. II, 229 *scelus expendisse merentem*, pro, poenas expendere merendo propter scelus. Iam hoc idem efferri poterat per casum sextum: *Lapithis aut Calydone tantum scelus*, h. poenam, *non merentibus*; et sane sic vulgo legi statim videbimus: *Quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente?* Verum inversiones amans poeta porro usus est forma Atticis frequentissima, qua antecedenti structurae accommodatur illa, quae sequitur: concessit Iupiter Dianae in iram *Calydona: quod scelus aut Lapithas aut Calydona merentem?* sc. id, concessit? ut recte Pierius supplet (non, perdidit, vel, vidisti, ut Pomponius, qui ceteroqui eandem lectionem interpretatur, quam Aproniani esse non dubito, qui Medicum correxit). Iam varietatem videamus. Vulgo, ut modo dixi, lectum et editum etiam in Aldd. et quae hinc fluxere: *aut Lapithis tantum aut Calydone merente*, quod Servius defendit, et per se ferri poterat; sed, ab interpolatore illud esse, ex reliqua diversitate intelligas; nam passim: *Lapithis t. a. Calydona merentem* legitur, etiam in fragm. Vatic.; (et 3. 5. 8. *Wr.*) et sic Priscianus, qui plures lectiones affert, et Servius in nonnullis libris invenerant. In Medic. a. pr. m. *Lapithis tantum aut Calydone merentes.* (est ea prior

patria digressos omnibus modis vexavi (299. 300. 301). Cuncta tamen, quae tentavi, nihil profuerunt; Italiam nihilominus tenent (302. 303. 304). Nunc orationem, moneo, poeticam excutias.

304—309. Conf. lib. I, 39—49 non satis variata re. Vide paullo ante ad vers. 286. Utroque loco ad maiores iras se excuit Iuno exemplis aliorum deorum, qui idem felicius ausi sint, propositis. De Lapitharum cum Centauris pugna in Pirithoi nuptiis e Met. XII Ovidii narratio peti potest; sed vulgo caussa ab ebrietate ducitur: quod ipse Maro sequitur Georg. II, 457. cf. Hygin. f. 33. At de Martis in Lapithas odiis obscurior est fabula, exposita tamen h. l. a Servio; cf. Luctat. ad Stat. Theb. II, 563; verbo: Mars in Pirithoi sacris inter ceteros deos solus praeteritus in Lapithas exarsit et furorem immisit, quo illi cum Centauris infestis armis concurrerunt.

Digitized by Google

Ast ego, magna Iovis coniunx, nil linquere inausum
Quae potui infelix, quae memet in omnia verti,
Vincor ab Aenea. Quod si mea numina non sunt 310
Magna satis: dubitem haud equidem inplorare quod usquam est.
Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

Medicei lectio. *Wr.*) et *merentes* Hamb. pr. pro var. lect. Tum Montalb. *Calydone merentem*. Gud. cum aliis, *Calydona merente*. (ita etiam 7. 11.; *Calydona* etiam Servius pro diversa lectione laudat; unde probabile fit, omnem in hoc versu lectionis diversitatem ex eo natam esse, quod in longe antiquissimo aliquo codice, unde maxima pars eorum, qui superstites sunt, librorum fluxerit, *merente* scriptum exstaret, litera *m* vel temere omissa, vel linea transversa indicata. *Wr.*) Edd. Ven. et Mediol. *Lapithis tantum aut Calydona merente*. Dorvill. et Witt. *Lapithas tantum Calidone merente*. Romanus cum Gothanis: *Lapithis tantum aut Calydone merentem*. Heinsius coni. *Quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydoni merenti*? ingenioso lusu. 308 *nil vergere* Menag. pr. 309 *Quod potui* idem. 310 *Vincar* Medic. a m. pr. 311 *aut equidem* Mentel. pr. et pr. Goth. *explorare* Voss. sec. Hugen. pr. Hamb. *est* a multis abest. (Serv. Dread. *usque est. Wr.*)

Nec mirum rem diversis modis esse tractatam, cum non unius poetae ingenium illa exercuerit. Laudatur *Melisandri Λαπιθῶν καὶ Κενταύρων μάχη* apud Aelian. XI, 1. Si tamen ei nihil tribuas, cum de illo nihil aliunde constet: at cogitandum de *Aegimio*, vetere poemate, a nonnullis Hesiodo adscripto, tum de *Theseide*, in qua Pirithoi res locum habere potuere, tandem de *Heracleis*. Magis nota est fabula altera de Dianae ira, cum Oeneus ea sola omissa ceteris diis omnibus primitias sacrificasset; hinc immissus aper Calydonius, ortaque super eius exuviis contentione, Pleuronii Calydonem oppugnarunt. Locus classicus Iliad. ι, 529 seqq. et Schol. ad 525. Apollod. I, 8, 2. Nostri Maronis vestigiis institit Statius VII Theb. 203. 204. 205. *concessit in iras*, ad poenam et vindictam. 307. *Quod scelus* tantum, aut Lapithae meruere aut Calydon? h. e. quam tantam poenam. pro vulgari: Quo tamen scelere aut Lapithae aut Calydonii tantam poenam meruerant? Scilicet *poenam scelere merere* ad exquisitiorem formam revocatum est; ut adeo scelus sit dictum cum notione poenae. Melius ἄτη utrumque, et scelus et poenam, declarat.

308 — 319. *quae potui*, h. sustinui, semel in eum locum me demisi, ut omnia auderem. Haerent Intpp., sed *posse* et alibi obvium hoc sensu. Supra v. 300 idem, *Ausa sequi*. Hactenus cum Cantero *potui linquere* meram periphrasin dixeris simplicis formae: *quae liqui*. — 310. *vincor ab Aenea* non possum eum perdere. δεινῶς dictum: notante quoque Macrob. IV, 2 p. 451. — v. 312 ex Aeschy-

Digitized by Google

Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis,
Atque inmota manet fatis Lavinia coniunx:
At trahere, atque moras tantis licet addere rebus;
At licet amborum populos exscindere regum.
Hac gener atque socer coeant mercede suorum.
Sanguine Troiano et Rutulo dotabere, virgo;
Et Bellona manet te pronuba. Nec face tantum

313 *esto regnis* duo Burm. cum Medic. Pier. 315 *Attrahere* Dorvill. *Haec trahere* Lutat. ad Stat. apud Burmannum, qui *trahere* absolute dict[illegible] de quo quis dubitet? tamen vel sic intelligendum, *trahere res, negotium* et similia, h. protrahere. 316 *Ac* duo Burm. *excindere, excidere, excedere* aberrant librarii et hic, ut alibi. 317 *At g.* Medic. *Hac gener inde socer* Bigot., utrumque eleganter. *socer atque gener* Goth. pr. *coiant* Mentel. pr.; Burm. coni. *Hac g. — mercede, duorum sanguine, T.* cui bono? non dicam. 319 *At B.* Leid.

li Suppl. 160—168 petitum voluit post Guellium Abresch. lib. III Animadverss. in Aeschyl. p. 145. Danaides, precibus ad Minervam factis, ut ab inviso coniugio se liberet, pergunt: *εἰ δὲ μὴ, μελανθὲς | ἦ δισκτυπον γένος | τοὔγγαιον, | τὸν πολυξενώτατον | Ζῆνα τῶν κεκμηκότων | ἕξομεσθα σὺν κλάδοις, | ἀρτάναις θανοῦσαι, | μὴ τυγοῦσαι θεῶν Ὀλυμπίων.* Certe sententiae similitudo quaedam occurrit: *sin a diis superis exauditae non fuerimus, ad Haden supplices veniemus, laqueis mortem nobis consciscendo.* — Etsi displicet forte animi impotentia in dea ad tam humilia consilia progressa, in verbis tamen multum virium et *δεινότητος*, inprimis v. 317. 318. 319 est. *immota manet fatis coniux*, exquisitius pro manent immota fata de Lavinia ab Aenea coniuge ducenda; coniugium hoc interverti nequit; ut lib. I, 257 *manent immota tuorum Fata tibi.* Dicta autem haec secundum doctrinam Homericam: infectum fieri aut tolli id quod fatale est, nequire; at differri posse. — 317. *merces* pro malo et pernicie, etiam alibi frequentatum. Exempla dabit Cerda. *coeant* est coniungantur foedere et matrimonio Aeneae et Laviniae; male Cerda aliter. In v. 318 Euripidem expressum putant Hippol. 550. Deianiram *σὺν αἵματι, σὺν καπνῷ | φονίοις θ' ὑμεναίοις, | Ἀλκμήνας τόκῳ Κύπρις ἐξέδωκεν, Herculi cum caede, cum fumo et cruentis nuptiis Venus elocavit.* Est saltem similitudo aliqua. *Bellona pronuba*, graviter dictum, si e Iunonis persona proferri memineris; nam proprie *Iuno pronuba* est, v. c. sup. IV, 166.

319—322. Docta et cum arte elaborata oratio, secundum plura Tragicorum loca. Non tantummodo Hecuba, Cissei f. (cf. Serv. ad v. 320), *praegnans face*, cum facem utero gerere somnia-

Digitized by Google

Cisseis praegnans ignis enixa iugalis; 320
Quin idem Veneri partus suus, et Paris alter,
Funestaeque iterum recidiva in Pergama taedae.
Haec ubi dicta dedit, terras horrenda petivit.

320 *praegnas* scribunt Gud. Medic. et alii, hic et alibi. etiam Macrob. IV, 2 p. 451. (*iugales* Medic. *Wr.*) *Praegnans Cisseis* Lutat. ad Stat. Ach. I, 22. 322 *recidivae* videtur Servius legisse.

ret (conf. inf. X, 704. 705 et versus ap. Cic. de Div. I, 21), *enixa est ignes iugales*, coniugales, peperit matrimonio filium, qui Asiae incendium erat futurus; verum simili modo facem edidisse partu credenda erit Venus; similis ignis erit Veneri filius suus, Aeneas (exquisitius: 321 *quin idem Veneri partus suus*), et erit ille *alter Paris*, et erunt *iterum funestae taedae in Pergama recidiva*, h. e. nova haec Troia, seu restituta Troianorum fortuna, iterum experietur tamquam alterum Iliacum excidium. *recidiva Pergama*, cf. ad IV, 344. Multum tragici spiritus huic loco inest.

323 sqq. Sequitur locus de *Alecto*, Furiarum una, ex inferis excitata a Iunone, et Amatae, Latini uxori, mox Latinis quoque matribus familias, tum Turno, Teucris quoque et Aboriginibus immissa, egregie quidem ille tractatus et ornatus, Iuvenalis quoque iudicio Sat. VII, 66 sqq. commendatus; in quo tamen inventi subtilitatem vel sollertiam non adeo magnam video. Excogitatu certe facillimum videtur, odiis et inimicitiis ex ipsa re natis, Furiis hoc negotium dare, ut tumultus et bellum excitetur. Poetae tamen ea in hoc contigit felicitas, quod non in allegoricis personis ipsi fuit [illegible]quiescendum. Sunt enim Furiae ex poetica ac mythica doctrina verae deae apud [illegible]ros collocatae, ut supra vidimus VI, 280 immissae Oresti et Herculi. *Ἀύσσαν* Herculi ab ipsa Iunone ut h. l. immissam in scenam protulit Euripides Herculis fur. 822 seqq. Ceterum invento hoc, etsi per se exili et ieiuno, certatim usi sunt poetae sequiores. Sic Ovid. IV Met. 422 sqq. (quo comparato Virgilii sapientiam intelligas; nam hic rerum summam persequi contentus *terras*, inquit, *petivit* et *ciet*; at apud illum ipsa Iuno descendit ad inferos et evocat Furias, ut Athamantem in furorem coniiciant) Statius I Theb. 88 sqq. Silius II, 526 sqq. Nonnum lib. XXXI, Claudian. in Rufin. I, 25 sqq. excitat Cerda. Partem loci in Laii umbram transtulit Statius Theb. II, 94 seqq. Semina prima rei sunt apud Homer. Iliad. ι, 565. 567. 568; in ceteris Eris Homerica exemplo esse potuit.

323 — 329. *horrenda*, ut, *saeva*, pro irata. 327. 328. Habes similia Aeschyli verba Eumen. 69. 70, ubi post alia tandem de Furiis: *Μισήματ' ἀνδρῶν καὶ θεῶν Ὀλυμπίων*. cf. ibid. v. 190 sqq. et 414. 415. Sed Maro Alecto ad Martis Ho-

Digitized by Google

Luctificam Allecto dirarum ab sede dearum
Infernisque ciet tenebris: cui tristia bella,
Iraeque, insidiaeque, et crimina noxia cordi.
Odit et ipse pater Pluton, odere sorores
Tartareae monstrum: tot sese vertit in ora,

324. SORORUM

324 *Lethificam A. et D.* Parrhas. *Luctiferam* pr. Hamb. *Allecto* Medic. et ceteri omnes Heinsiani. Sic et Rom. cum fragm. Vatic. Sic et alii minoris census, ut Erf. Haud dubie recte, Graecorum poetarum exemplo, qui ita primam per se brevem producunt in ἄλητος, ut apud Homerum ἄλητον πολεμίζειν. Sic Orph. 966 Voss. Ἀλήκτω, et in Hym. 68, 2. etsi alioqui nomina Furiarum seu Eumenidum ab antiquioribus memorari haud meminerim. In fine *dearum* Caris. et alii codd., Mediceus quoque a m. pr. cum fragm. Vatic., minus quidem eleganter. *Sorores* tamen versu hinc tertio iterum memorantur; et inf. 454 *dirarum ab sede sororum* recurrit. Solet autem poeta, nisi sui parum memor sit, talia diversis locis variare. (*dearum* exstat etiam in 2. 3. 8. Nihil autem quum maius ad indicandas varias lectiones momentum afferat, quam origo earum indicata, impediti haeremus hoc loco, quum et *dearum*, si hoc falsum est, et *sororum*, si hoc mendosum, unde oriri potuerit, dictu sit facillimum; vid. V. L. ad I, 104. coll. V. L. ad IV, 471. Itaque in eiusmodi causa consultissimum duxerim, praestantissimorum librorum fidem, tamquam regulam, sequi. Iam quum *dearum* prior sit Medicei lectio, idemque in optimo fragm. Vatic., tum, ut taceam alios, in Gudiano et priore Mentel. legatur, — adde Charisii testimonium — *sororum* autem, quae est altera Medicei, sed, ut Fogginio videtur, a recentiore manu illata, lectio, Palatinus, plerarumque corruptelarum quasi patronus, exhibeat; quamque infra vs. 454., ubi tamen eadem esset corrumpendi causa, nihil discrepent codices, *dearum* revocandum putavi. Ac poterit fortasse haec lectio ipso etiam sono commendabilis videri; vid. V. L. ad Ge. I, 157. *Wr.*) 328 Merula ad Ennium substituere volebat Ennianum: *Tartarinae.* male. conf. Burmann.

merici exemplum adumbrasse videtur, Iliad. ε, 890 sq. Ἔχθιστος δέ μοι ἐσσὶ θεῶν, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν· Ἀεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε μάχαι τε; etsi rem variavit feliciter. Quid enim Furiae faciem horribilem et abominandam gravius declarare possit, quam, ipsi patri ipsisque sororibus eam detestabilem haberi. Sed et locum in Ennio fuisse coniectare licet, huic non dissimilem, unde fragmentum a Probo et a Varrone servatum est (Enn. Fragm. p. 120 sq.): *Corpore Tartarino* (horrendo, terribili, ut Festus interpretatur) *prognata paluda* (paludata; etsi Probi lectio *palude* praestare videtur) *virago.* (*crimina noxia:* nostine etiam innoxia crimina? At bene *noxia* adiecit poeta, cupiditatem aliis nocendi huic Deae prae ceteris innatam notans; hinc de eadem vs. 338.: „tibi — Mille nocendi artes.“ et vs. 511.: „tempus Dea nacta nocendi.“ De structura vs. 327. vid. V. L. ad Ecl. IV, 6. *Wr.*) Pergit 328. 329. ei par nihil esse

Digitized by Google

Tam saevae facies, tot pullulat atra colubris.
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem,
Hanc operam, ne noster honos infractave cedat

329 *Quam s.* Voss. pr. *tot s.* aliquot Burm. *p. ora c.* plerique Pier. item Sprot. et Goth. sec. Placebat Heinsio, nescio quare, cum *ora* ex superiore versu adhuc auri insideat. (*apta col.* corr. Wakef. ad Lucret. IV, 140. *Wr.*) *Pollulat* et *colobris* scribit Rom. et alii, ex pronuntiatione saeculi sui: quae ipsa res dubitationem facere potest, an verum sit, quod narrant, Virgilii aevo et antiquioribus proprium id fuisse, ut pronuntiarent *vortunt*, *volgus*, *volnus*, et inf. v. 399 *torvom*. (Diversa hic miscet Heynius; dicetur de ea re alio tempore locoque. *Wr.*) 330 *his acuit dictis* aliquot Pier. Sprot. Ed. Ven. Goth. sec. (cum 8. 11. *Wr.*) 331 *Nunc* duo Heins. *laborum* Rom., quod durum foret: *hunc laborum.*

in tota rerum natura. Imitationem Spenceri non indoctam notavit Uptonus (*Fairy Queen Cant.* VII, X, p. 644), aliam Lucani vide lib. X, 645. sqq. *tot sese vertit in ora*, ad declarationem τοῦ *monstrum* pertinere putandum. Nec vultus mutationes, pro vario mentis habitu ac sensu; nam id nimis tenue foret; nec in varias species et figuras mutatum os velim intelligere (nam id Furiis non praecipua aliqua ratione sollenne est; etsi novas formas assumere Furias dubitari nequit; quod in h. l. quoque Alecto facit inf. v. 415, ubi Turnum adit, *in vultus sese transformat aniles* etc. *Fit Calybe.* Et similem formae mutationem videbis ap. Claudian. in Ruf. I, 134 etc. et Silium II, 553 sq.); sed *in tot ora*, sc. *saeva*, in tot horrendos vultus, ut bene Pompon. exponit, in terribiles ac minaces oris habitus, ex eo, quod subiicitur, *Tam saevae facies.* Saepe enim sic epitheta ex seqq. retrahenda sunt ad priora. (non dixerim hic *saeva* ex *saevae* repetendum esse, sed utrumque enuntiatum *tot sese — facies* coire ad unam saevitiae variis modis vultu expressae notionem. *Wr.*) Solent scilicet Erinnyes varias oris species et vultus ad terrendum idoneos sumere, ut inf. v. 447, cum Turnus obtemperare nollet. In hunc sensum αἰολομόρφους eas dici arbitror apud Orpheum H. LXVIII, 8. Nec diversum est, quod Ge. III, 553 Tisiphone — *Inque dies avidum surgens caput altius effert. Pluton pater.* Sensit cum Orpheo eod. l. Ἀΐδεω χθόνιαι, φοβεραὶ κόραι.

330 — 340. *acuit*, cum dilectu, pro alloquitur, hortatur. *virgo sata Nocte* conf. VI, 250. (Hinc *Nocte satae* κατ' ἐξοχήν audiunt Furiae apud posteriores poetas, ut Val. Fl. III, 252. *Wr.*) Eumenides ἀεὶ παρθένους esse, nota res. cf. h. l. Guell. *Hunc mihi da proprium*; pro vulgari: singulare hoc mihi praesta, mea gratia suscipe. Male Serv. aliter. *infracta cedat loco*, cumulate pro infringatur, labefactetur, convellatur; hocque vulgarius diceres, imminuatur.

Digitized by Google

Fama loco; neu connubiis ambire Latinum
Aeneadae possint, Italosve obsidere finis.
Tu potes unanimos armare in proelia fratres,
Atque odiis versare domos; tu verbera tectis
Funereasque inferre faces; tibi nomina mille,
Mille nocendi artes. Fecundum concute pectus,
Disiice conpositam pacem, sere crimina belli;
Arma velit poscatque simul, rapiatque iuventus.

340. VELIT,

333 *non* c. Ven. *connubja* pronuntiatum; ut alibi. 334 *possint* Medic., (sed in hoc quoque *possint* primum scriptum fuerat. *Wr.*) tum *ne* et *que* (sed in singulis exiguaeque auctoritatis codicibus, *Wr.*) legitur pro *ve*. (*fines* Medic. *Wr.*) 335 *unanimes* ante Heins. legebatur cum parte codd., (in quibus Palat. et 2. 9. *Wr.*) quae vulgarior forma est, conf. sup. IV, 8. 339 *dissice* vulgo omnes codd., ex more; pronuntiationis tamen magis vitio, arbitror, quam doctrinae subtilitate, ac si sit *dissicere* pro dissecare; ut viri docti sibi persuadent apud Guell. et Cerdam. (De hac quoque re dicetur alio loco ac tempore; vid. interim V. L. ad XII, 308. *Wr.*) 340 *p. s. Troiana iuventus* aliquot Pier., minus bene. (Sustuli comma post *velit*; et vid. Not. *Wr.*)

333. *connubiis ambire Latinum*, docte, translatum ad socerum, quod puellae debebatur: nam *ambire puellam*, *coniugium puellae*, propria sunt; doctius, *ambire puellam connubio*; nunc ipsum *patrem puellae*. Prohibe, ne Aeneas matrimonio iungatur Laviniae. Aliena a sermonis genio videtur interpretum illa ratio, ut *ambire* sit circumvenire. *versare* aliter hoc loco dictum quam sup. II, 62. *Italos fines obsidere*, in Italia consistere, considere. 336. *versare domos*. Nunc est exagitare, vexare. Porro: tu in ipsis aedium penetralibus flagris et facibus insequeris sceleratos. Hoc est, *inferre verbera* (pro flagris perpetuum poetis, etiam de Furiis, ut et inf. 451) *et faces tectis*: quandoquidem semel in usum venit, scelerum commissorum terrores et conscientiae stimulos per Furiarum faces et flagra declarare. (*verbera* in hac sententiarum compage non ad poenas a scelestis exigendas spectant, sed ad rixas turbasque domesticas, *faces funereae* ad caedem inde ortam; atque ita haec interpretatur iam Donatus. *Wr.*) *tibi nomina mille*, πολυώνυμος. Deorum potestates, vires, proprietates, facta, per *nomina* declarari, nunc nota res est. 339. *Disiicere* fortius, quam dirimere, rumpere; et *crimina*, quam caussae. Et paullo ante *concute te*, fere, ut apud Aristoph. Nub. 701 Πάντα τρόπον τε σαυτὸν Στρόβει πυκνώσας. Ductum ab eo loquendi usu, cum versatur, agitatur, animus et cogitatio. Non absimile Horatianum, I. Serm. 3, 34. *denique*

Digitized by Google

Exin Gorgoneis Allecto infecta venenis
Principio Latium et Laurentis tecta tyranni
Celsa petit, tacitumque obsedit limen Amatae,
Quam super adventu Teucrum Turnique hymenaeis
Femineae ardentem curaeque iraeque coquebant. 345

341 *Ex hinc* duo Barm. et Goth. tert., ut solent recentes librarii scribere. (*Exin* quum quater omnino apud Virgilium legatur, ter, hoc loco, tum VIII, 306. et XII, 92., *Exim* in Mediceo scribitur, semel *Exin* VI, 891.; sed eo ipso loco *Exim* est prior lectio fragm. Vatic.; atque hinc intelligendum videtur, quare pro *exin* saepe *exhinc* scriptum inveniatur. Interim, quum apud veteres Grammaticos, quod sciam, altum sit de ea re silentium, intactum reliqui *Exin*. *Wr.*) *Allecto*. cf. ad v. 324. *infecta* Gud. *i. medullis* Menag. pr. 342 *L. s. Latini* Parrhas., ex intpt. 343 *obsidit* Gud. et Mentel. alter a m. pr., quod Heins. illustrat. (vid. V. L. ad III, 565. *Wr.*) *pectus A.* Erf., sed eo nondum perventum nunc.

te ipsum concute — pro vulgari excute. (—340. Ita exstimula iuventutis animos, ut unius momenti res sit et poscere et rapere arma; vid. V. L. ad I, 144. *Wr.*)

341. Omnes hoc poetas sequi videas, ut mandatis datis, inprimis a potentiore, non verba sed ipsa res statim subiiciatur. Et merito; quis dubitet? In Virgilio igitur hoc nihil magnum. *Gorgoneis Alecto infecta venenis* accipiunt sic, ut venena secum afferat; quomodo apud Ovidium in simili loco Met. IV, 499 *Attulerat secum liquidi quoque monstra veneni* etc. Sed sic *infecta* parum placere potest, et in nostro loco venenum non ipsa dea miscet, sed v. 354 ex afflatu serpentis illud corpori se insinuat. At v. 346 anguem illa de capite detractum immittit Amatae; ergo illa *Gorgoneis anguibus* caput cinctum habebat: scilicet ex poetica ratione *venena* pro serpentibus dicta, quibus Furia comas habet implexas; cum semel *venena* posuisset, *infecta* quoque bene dicebat. Nihil igitur amplius cogitandum, quam: Exin Alecto, quae caput anguibus horridum habet, petit etc. *Gorgonei* angues, quales Medusae caput cingunt. 343. *tacitum* limen, aut pro tacite obsedit, ut Servius, aut quatenus de matrisfamilias cubiculo agitur in secretiore domus parte. Cerda ad curas retulit; sc. ut *tacita* sit Amata. Sed, ut dixi, de solitudine est accipiendum, quae cum cura et dolore mentis tacito bene convenit. 344. 345. Proprie dicimur *coquere iram pectore*, ut πέπτειν, vel πέσσειν; sic Silius II, 327 *impatiens asperque coquebat Iam dudum inmites iras*, ubi vid. Drakenb.; tum vero exquisite ipsa *ira* dicitur *coquere nos* vel *pectus nostrum*, h. e. agitare, vexare. Haec ratio iam Ennio frequen-

Digitized by Google

Huic dea caeruleis unum de crinibus anguem
Coniicit, inque sinum praecordia ad intima subdit,
Quo furibunda domum monstro permisceat omnem.
Ille, inter vestis et levia pectora lapsus,
Volvitur adtactu nullo, fallitque furentem,
Vipeream inspirans animam; fit tortile collo
Aurum ingens coluber, fit longae taenia vittae,
Innectitque comas, et membris lubricus errat.
Ac dum prima lues udo sublabsa veneno

346 *Hinc* Ven. 347 *subdens* pr. Rottend. cum Erf. *mittit* Menag. pr. 348 *domum et m.* Rom. 349 *devia* tert. Rottend. *corpora* aliquot Pier. et Ven. (*vestes* Medic. *Wr.*) 350 *a tactu*, *ac tactu*, *intactu*, aberratt. apud Burmann. 351 *spirans* Medic. (vid. V. L. ad VI, 254. *Wr.*) 353 *Annectitq.* Franc. 354 *At dum* tres Burm. et aliquot Pier. *uno* Rom.

tata in noto illo apud Ciceronem versu: *curam — Quae nunc te coquit et versat sub pectore fixa.* (Silius hunc ipsum Virgilii versum imitando expressit XIV, 103.: „quos ira metusque coquebat.“ *Wr.*) 346. *Huic*, in hanc. Mox 349. *laevia* epitheton egregie delectum, ut serpentis lubricum lapsum adiuvet. Alias est *molle* corpus, pectus. *fallitque furentem*, latet eam, dum volvitur. Bene Serv. „*sine accipientis sensu.*“ Nisi malis iungere: *fallit inspirans*, ἔλαθεν εἰςπνέων. (idque praefero; Horat. Ep. I, 17, 10.: „Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.“ vid. Q. V. XXVIIII, 6. et Bentl. ad Horat. Od. III, 16, 32. *Wr.*) Afflare autem putandus est serpens halitu venenato, tamquam furoris aura aliqua, pectus reginae, circa quod errat, nondum illapsus, ut e sqq. patet. Illa v. 351 — 353 *fit tortile collo* etc. nescio, an pro epica dignitate nimis ingeniosa sint. Ovidio forte ea condones. Is tamen, cum superiora ad verbum fere expressisset (Met. IV, 485. 489—499), haec intacta reliquit. Torques autem saepe gestatos videas serpentibus similes, etiam in signis veterum. *taenia vittae;* h. e. vitta; nisi proprie h. l. oras et vincula vittarum vel fasciarum dependentia *taenias* dixit, tortiles et serpentibus similes.

354—357. Primo furoris ex ira et invidia accessu in lamenta fertur Amata. *lues*, ut *tabes*, *sanies*, pro veneno, h. l. est halitus ille venenatus, unde *lues udo veneno*, quo afflatum Amatae pectus. Ornat epitheton *udum*, a natura rei tractum; nihil aliud. Ovidius modo non dissimili scorpium *nigri madidum sudore veneni* dixit, II Met. 198, non quasi exsudare eum venenum crediderit; sed *sudor veneni*, humor, poetae est elegantior ratio pro veneno; *madidus* autem omnino ad profluen-

Digitized by Google

Pertentat sensus, atque ossibus inplicat ignem, 355
Necdum animus toto percepit pectore flammam:
Mollius, et solito matrum de more, locuta est,
Multa super natae lacrimans Phrygiisque hymenaeis:
Exsulibusne datur ducenda Lavinia Teucris,
O genitor? nec te miseret gnataeque tuique? 360
Nec matris miseret, quam primo aquilone relinquet
Perfidus, alta petens abducta virgine praedo?
At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor,

358. NATA 360. NATAE 362. VIRGINE,

355 *Praetentat* Zulich., perpetuo lapsu, ut sup. Ge. III, 250. Aen. I, 502. V, 828. 356 *concepit* Rom., sed hoc est commune verbum. 357 *est* abest Medic. 358 *super natae* sc. hymenaeis, multi Heins. Burm. Erf. et Goth. alter etiam: *natae l. Turnique h.* ex intpt. cf. inf. 398. (*natae* etiam Medic. apud Fogg. et uterque Mentel. cum aliis, in quibus, ut videtur, antiquissimi Parisienses. Et hoc revocavi, utpote quod ob praegressam praepositionem facillime in *nata* abire potuerit; contra non est verisimile, *nata* in *natae* mutatum esse. *nata* e Parisinis habent 8. et 10. *Wr.*) *lacrimis* Mentel. pr. 359 *Exulibus ducenda datur* vel *E. abducenda d.* pars librorum Pier.; interpolatum a Grammatico, qui primam in *Lavinia* corripi nolebat: cf. ad VI, 84. 360 *gnataeque* et hic scribitur in nonnullis. (idque Mediceo maxime et Romano auctoribus recepi; vid. Q. V. XXXVIII, 1. *Wr.*) *gnatique* Probus, mendose; sic tamen Goth. quoque sec. *natiq.* 361 *Nec matris miserae* malebat Io. Schrader, in schedis. *primum* tres Burm. et Erf. 362 *adducta* Parrhas. *abrepta* sec. Rottend. et codd. Servii. (Interpunctionem ad Medicei exemplum accommodavi, omisso post *virgine* commate. *Wr.*) 363 *An non* aliquot Pier. et Medic. cum aliis Heins., quod vulgarius esset. v. Heins. ad IX, 144. Damnat quoque Servius ad h. l. (vid. Not. *Wr.*) *at num* alter Hamburg. *Phrygios* Medic. (*Phygios* exaratum est apud Foggin. Ceterum *penetrât* scribit Wakef. ad Lucret. VI, 586., ut sit *penetravit*; vid. Not. *Wr.*)

tem oris saniem spectat; insinuat ille se in praecordia et animum; *Pertentat sensus*, subit, *et ossibus implicat ignem*, quatenus flamma circumvolvitur; eadem vulgari oratione ambire et involvere rem dicitur. (vid. Not. ad I, 660. *Wr.*)

359—372. Oratio bene morata et argumentis instructa probabilibus et gravibus, sed breviter enumeratis. Cum primis verss. locum Euripidis (Supplic. 219 sqq.) comparat Cerda. *Exulibus Teucris* gravius quam Teucro; ut sup. 98 *Externi veniunt generi* et alia. (vid. Not. ad I, 4. *Wr.*) Quantam vim habent illa: *nec matris miseret*, et *Perfidus — praedo.* (*— primo Aquilone:* ut Auster fere adversus erat ab Italia navigantibus, ita Aquilo secundus, cf. Horat. Ep. II, 2, 201 sq.; *primo*, ubi primum Aquilo flare coeperit; vid. Q. V. XXVIII, 3, f. et 5. Liv.

Digitized by Google

Ledaeamque Helenam Troianas vexit ad urbes.
Quid tua sancta fides? quid cura antiqua tuorum,
Et consanguineo toties data dextera Turno?
Si gener externa petitur de gente Latinis,
Idque sedet, Faunique premunt te iussa parentis:
Omnem equidem sceptris terram quae libera nostris
Dissidet, externam reor, et sic dicere divos.
Et Turno, si prima domus repetatur origo,
Inachus Acrisiusque patres, mediaeque Mycenae.
His ubi nequidquam dictis experta, Latinum

364 *ad urbes* Heins. e codd. Vulgo, *ad arces*. 365 *facta f.* et *cura a. deorum* Erf. *iura* Parrhas. *et iura* Ven., male. *et* etiam binis aliis. 367 *genus* Parrhas. *patitur* alter Menag. et Goth. pr. 369 *quae subdita* Parrhas. Totus versus abest Goth. tert. 370 *Desidet* Reg. *poscere* Medic. a m. pr., (est ea prior lectio. *Wr.*) variatione non insolita. Nam *dicere* est constituere, constitutum habere. cf. Ernesti ad Tacit. A. XI, 4. (At h. l. *dicere* est: hanc esse deorum mentem. *Wr.*) 371 *Aeterno si* Parrhas. *Turni* Sprot. et Montalb. *domo* codd. Servii. 372 *pater* Oudart. et Schol. Cruq. Horatii ad II. Od. 3. (*Acriseusq.* apud Fogg. exaratum. *Wr.*)

XXI, 61.: „ad primum adventum;" simulatque advenissent. *Wr.*) 363. *At non sic*, ut vulgo: quasi non simili modo Paris etc. („*at* etiam ironiae inservit, et apta est sarcasmo atque irrisioni." Haec Hand. in Tursell. p. 442., praeter alios hunc ipsum Virgilii versum laudans. *Wr.*) *penetrat;* praeterita res in praesens adduci potest, inprimis a poeta. Hinc enallage illa, pro, penetravit. (vid. Not. ad I, 99. et V. L. ad IX, 9. *Wr.*) In v. 365. 366 epithetorum bonus est delectus factus. Actum esse ait de fide data Turno, promissa ei Lavinia. (*Quid tua s. fides*, quo cessit, abiit. *Wr.*) *consanguineo;* filius enim est Veniliae, sororis Amatae. Serv. conf. Excurs. VII ad hunc librum. 367 seqq. Callide elevat id, quod tantam ad mariti animum vim habebat, Fauni oraculum, dum id non minus ad Turnum referri posse ait; esse enim externos habendos omnes, qui non Latini regno subsint. Tum vero Turnum originem quoque habere a gente peregrina, et extra Italiam agente, ab Argivis. (*gener petitur Latinis*, vid. V. L. et Not. ad XI, 472. *Wr.*) De hoc v. Excurs. ad h. l. *mediae Mycenae* accipiendum ut in illo: Ex media Graecia eius stirps ducta est. Dedit autem poeta seu famae hoc seu ingenio, ut Turni originem a Danae, Persei matre, peteret, quae, cum iram patris Acrisii metueret, navi in Italiam est delata, ibique Ardeam condidit: cf. inf. 409 sq.; contra quam vulgaris inter Graecos fabula ferebat, qua in arcam cum puero inclusa mari ad insulam Seriphum enatasse narrata est.

Digitized by Google

Contra stare videt, penitusque in viscera labsum
Serpentis furiale malum, totamque pererrat:
Tum vero infelix, ingentibus excita monstris,
Inmensam sine more furit lymphata per urbem.
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent; ille actus habena
Curvatis fertur spatiis; stupet inscia supra

374 *lapsum est* duo Burm. (vid. Q. V. XV, 8. *Wr.*) 376 *magnis exercita monstris* pro div. lect. Gud. 377 *Ingentem s.* Oudart. „quae „glossa est, inquit Burmann.; forte *incensam*, nam Statius, qui ex fonte „Virgiliano sua, teste Lutatio, derivavit, IV Theb. 382 *Erectam attonitis „implet clamoribus urbem.*" Non satis equidem haec assequor, sed in *immensam — per urbem* haerere aliquis potest, si parvam et angustam urbem Laurentum cogitet. Poeta tamen etiam in ceteris res passim Latinorum ad maius et splendidius evexit. Recordare modo regiam Latini vs. 170 sq. Et *immensa* urbs simpliciter pro magna dicta est. Alioqui in mentem venire potest scriptum fuisse *Immensum — furit*; noto poetarum more. 378 *toto* Menag. pr., noto errore. *sub verbera* Ed. Dan. Heins. 379 *magni* alter Hamb. *in magno* tres Burm. 380 *habenis* Rom. et alii Pier. *habenas* Goth. pr. 381 *Curvatus* Franc. et Dorvill. *inscia turba* vulgatum erat ante Heinsium. (ita 11. et Palat. *Wr.*) *super inscia supra* sunt qui legant apud Pierium. Sed *stupet inscia supra* Medic. cum aliis, etiam Pierianis; quo bene monet Heinsius graphice designari pueros turbini intentos et quodammodo incumbentes prae studio et ardore lusus. Sic tamen iam Benedictus in Iuntina: „*supra* habet antiquus

373—377. Tentato ita Latini animo, cum eum videt *contra stare* (pro vulgari, resistere) cumque venenum (docte: *serpentis furiale malum*) interea in intima Amatae praecordia penetravit etc. 376. *monstra*, sunt terrores et phantasmata furentis animo obiecta. 377. *sine more*, sine modo ac lege, adeoque ἀκόσμως, ἀπρεπῶς (conf. ad V, 694; adde Burm. ad Ovid. I, A. A. 119) discurrit per totam urbem. Locum hunc ante oculos habuit Statius IV Theb. 378 sq.

378—384. Lineas ornatissimi loci in Iliad. ξ, 413 invenire sibi videntur viri docti, sed ibi Aiax rotat saxum ὡς στρόμβον. Haud dubie alius, qui nunc intercidit, Graecus poeta praeiverat; suspicari id licet ex ornatu exquisitiore. *Turbo* lignum illud conoides, quo pueri ludunt, diversum a trocho, qui aeneus vel alius materiae circulus est, quod viri docti docuerunt. Turbo est ῥόμβος vel βέμβιξ, ex Epigr. I Callimachi notus; ubi et ὑπὸ πληγῇσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες Ἔστρεφον, ut h. l. *torto sub verbere*, flagello, mox *habena*. *vacua circum atria*, ornate, ante domum. Callimach. εὐρείῃ ἐνὶ τριόδῳ. *exercent*, agunt, versant, δονοῦσι. turbini *dant animos* (concitatiorem motum) *plagae*, verbera ingeminata. Ad pueros minus bene hoc referas. Verum est, eorum animos inoen-

Digitized by Google

Inpubesque manus, mirata volubile buxum;
Dant animos plagae: Non cursu segnior illo
Per medias urbis agitur populosque feroces.
Quin etiam in silvas, simulato numine Bacchi,
Maius adorta nefas, maioremque orsa furorem,
Evolat, et natam frondosis montibus abdit;
Quo thalamum eripiat Teucris, taedasque moretur:
Euoe Bacche, fremens, solum te virgine dignum,

„codex, sicque legendum: expressit autem puerorum morem conglobatorum „et inhiantium ipsi turbini, atque mirantium, quod ita in gyrum turbo „vertatur.“ 382 *Impubisque* alii. Sic quoque Pieriani aliquot et Heins. 383 *nec* Parrhas. *ipso* pr. Hamburg. 384 *agitat* Zulich. superscripto *se*. (*urbes* Medic.; idem *ferocis*, sed *i* in *e* mutatur. *Wr.*) 385 *in silvis* Medic. a m. pr. et Witt. ut pars Pier. Iidem Pieriani *nomine*. (cum 5. *Wr.*) 386 *adorsa* multi Pier. et Heins., (cum 7. 9. *Wr.*) ut alibi quoque; conf. VI, 397. *maioremque exorsa f.* Ed. Ven. *maiorem exorsa* Rom. *orsa* an *ausa* Franc. Sic et Schrader. coni. Saltem parum placet iuxta positum *adorta orsa*. 387 *Avolat* pr. Moret. *montosis frondibus* pr. Menag. *addit* Goth. tert. et sec. Moret. In Parrhas. versus 388 erat ante hunc. 388 *Qui* alter Hamb. *thalamo* pr. Moret. a m. pr. *taedasve* malebat idem vir doctus Io. Schrader., ut aut eripere, aut saltem moras addere malit; ut sup. 315. (vid. Q. V. XXXVI, 7. *Wr.*) 389 *Evohe, Euhohe, Euhoe*, (ut est in Medic. *Wr.*) *Heuhoe* scribitur. Male. Est *Evoë*. (vid. de hac exclamatione Passov. ad Persium p. 325. Reliqui vocalem in hac voce, quum, si scribas *Evoe*, prima syllaba corripienda foret; vid. Heyn. ad XI, 31.; quare etiam *Euander* non sum passus in *Evander* mutari; vid. K. L. Schneideri Grammat. P. I. T. I. p. 365. Retinui etiam *Euadne* VI, 447. *Euanthes* X, 702. *Wr.*) *furens* Menag. pr.

di ipso ludo: sed hic de motu turbinis agitur. Comparatio ex Tibullo nota est lib. I, 5, 3 *Namque agor, ut per plana citus sola* verbere turbo, Quem celer *adsueta versat ab arte puer*. Sed, ne res ex puerorum lusibus ducta epicae dignitati detraheret, partim tractatione et dictionis gravitate effecit Maro, partim ab ipso lectore cavendum est, ne sordidam nostram in triviis pubem cogitet, sed ex prisca vita ingenuae iuventutis certamina et ludos in Campo. Versatur autem comparationis vis in discursu rhombi.

385 sqq. Praeclarus locus est, qui sequitur, sed, ut eius praestantiam sentias, sacrorum Bacchicorum ritus a nostris sensibus tam alieni notitia aliqua, ex Euripidis v. c. Bacchis, imbutum habere animum necesse est. Inter eos homines, qui orgia Bacchi frequentabant, facile hoc in animum venire debuit feminae, ut irae furore acta, quum inviso genero subducere vellet filiam, Bacchico se teneri furore simularet, quo filiam iisdem sacris initiaret adeoque in silvas abduceret. Incidit poeta in commentum hoc exemplo tragicorum, qui furores Bacchicos saepe consiliis suis attemperaverunt: qua

Digitized by Google

Vociferans; etenim mollis tibi sumere thyrsos, 390
Te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem.

390 Pro *etenim*, *suadet* Menag. pr., ex glossa. At *etenim* praeclare *Σοὶ γάρ τοι*. 391 *choros* Heins. retinuit iam ante editum in Ald. pr. Iunt. tum a Ge. Fabricio et aliis. Intrudere volebat hoc idem VI, 231. Ab Heinsio et Burmanno non plura super lectione monita esse miror. Quantum ex iis colligo, *choros* plures libri exhibent; uti et plerique Pieriani, et inter eos Rom. (adde Palat. *Wr.*) At *choro* Medic. a m. pr. Leid. et Excerpt. Burmann., item Goth. tert. (et Dorph. II. *Wr.*) cum edd. antiquioribus, quarum duas Ge. Fabric. laudat, sed primo loco memorandae Ald. sec. et tert. *choris* Ed. Mediol. et pro var. lect. Hamburg. pr. *chorus* Goth. sec. (*choro* est prior lectio Mediçei, *choros* altera. *Wr.*) Vidimus auctoritates lectionum; videamus nunc rationes. *Te lustrare choros* ita interpretari video Ge. Fabricium et alios, *Te* id est, propter te, tui honoris caussa. Quod durissimum est; et sic *tibi* dicendum erat. Saltem malis *lustrare te* per *choros*, pro, choris; vel illam *lustrare choros* (transitive, ducere choros) circa *te*. Commodior ratio esset et ordo verborum, ut *choros* subiectum facias: *Etenim choros* (ait illa) *sumere tibi thyrsos*, *lustrare te et pascere tibi crinem*. Ita *chori lustrant Bacchum*, qui circa eum ducuntur; nam deum suis sacris ac choreis interesse contacti Bacchico furore existimant; ita ut is pro chorago ipsis sit, ut Horatius viderat Bacchum cum Nymphis et Satyris choros ducentem tamquam choragum: nam sic interpretabere II Carm. 19 *docentem carmina* et *discentes* et *aures acutas*. At vel sic incommodum est illud, quod *ad choros* actio refertur, dum *Amata* nunc agere rem deberet. (In *choros* adscita *s* e proximo voc., ut saepe; vid. V. L. ad Ge. III, 444. *Wr.*) Itaque praefero alteram lectionem, *choro*, quam, etsi non interpretantur, Guellius tamen et Cerda Cuninghamusque nunc quoque Brunck. sequuntur. Satis sollennis est librariorum in tali verborum positu aberratio. Ait igitur Amata, *se sumere Baccho*, Bacchicorum sacrorum caussa, *thyrsos*, *se lustrare eum choro*, h. choros circa eum ducere, *se crinem ipsi pascere*, adeoque promissum, et nunc solutum, habere. (Sed de filia, Lavinia, haec dici, indicat et nexus, et structura orationis; idque ipse vidit Heynius in Not. *Wr.*) *Lustrare choro*, h. choros circa aliquem ducere, infra quoque legitur X, 224 Nymphae *agnoscunt longe regem* (Aeneam) *lustrantque choreis*. In Franc. erat *Et lustrare*. Porro *tibi crescere* pr. Rottend. a m. sec. In Vratisl. post hunc versum sequebatur hemistichium *Reginam accensam*, quod ex glossa irrepsit. At illud in mentem venire potest, an continuanda sit oratio: *Etenim — pascere crinem Fama volat*. Sed vetat *τὸ etenim*, quod a tali sententia abhorret.

de re v. Excurs. XI* ad lib. VI. In artium monumentis nonnulla hinc illustrari dixi; novum exemplum vidi nuper in Vol. V. Musei Pio-Clem. Tom. V. tab. 18, ubi in argumento luctus Laodamiae larva Bacchica apposita est: forte quia apud Euripidem in Protesilao furor Bacchicus aut cum luctu coniunctus aut aliis modis in fabulam inductus fuerat. 390. 391. *Etenim m.* non ignota forma, docta tamen et variandae orationi commoda, in rectam mutatae ex obliqua. Certe quidem tibi, in tuum honorem, Bacche, ait illa filiam Bacchicis orgiis se initiare. (Servius infinitivum pro indicativo positum esse volebat; ita esset infinitivus

Digitized by Google

Fama volat; Furiisque adcensas pectore matres
Idem omnis simul ardor agit, nova quaerere tecta.
Deseruere domos: ventis dant colla comasque.
Ast aliae tremulis ululatibus aethera conplent,
Pampineasque gerunt incinctae pellibus hastas.
Ipsa inter medias flagrantem fervida pinum
Sustinet, ac natae Turnique canit hymenaeos,
Sanguineam torquens aciem; torvumque repente
Clamat: Io matres, audite, ubi quaeque, Latinae;

392 *incensas* imitator versificator in Anthol. Lat. CLXXVIII, 145. *pectora* malebat Heinsius cum duobus libris. 394 *domus* tres Heins. cum parte Pierian. et Goth. tert. 395 *Ast illae* Medic. a m. sec. (quod dubitabam aliquamdiu an reciperem. *Wr.*) 397 *fl. vertice p.* sec. Moret., miro lusu. 399 *S. volvens* Sprot. et Schol. Statii apud Heins. (ex IV, 643. *Wr.*) *turnumq.* Goth. pr., ac si vellet *Turnum clamat*, mire opportuno errore. *torvom*; haereham, an hoc relinquerem; hic enim caussa adest: nam antiqui post *u* nunquam aliam litteram *u* ponebant, sed in *o* mutabant: *servos*, *Davos*: ut etiam ad h. l. Benedictus e Donato ad Terent. notavit. In eiusdem Cod. erat *torvom*. Enimvero in Med. cod. legitur *torvum*. Sic inf. X, 170 *torvus* editur constanter, at Rom. *torvos*. Cum igitur nulla in his exprimendis constantia nec sit nec esse possit: cf. sup. ad v. 329, nolui in uno et altero loco antiquam rationem affectare, quam nunc, ut satis tibi constes, per totum carmen vix retineas. 400 *ubicunque* vulgg. ante Heins., qui codicum et Prisciani auctoritate reposuit *ubi quaeque*; quod et in aliis locis alteri cessit. vid. Heins. At hoc idem iam dederat Aldina sec. et tert. et hinc profectae. Scilicet *ubi*

narrationum.) Hoc extulit per attributa Baccharum: *thyrsos sumere, lustrare choro*, h. e. choros circa Bacchum ducere tamquam in medio stantem; dum Bacchico furore correpti praesentem eum sacris adspiciunt. *pascere crinem*. In sacris Bacchicis comam promissam et solutam haberi et iactari solitam notum est. conf. inf. 394. 403. (Laudat ex Catulli Galliambo locum Cerda: *Tibi spargimus capillum, Tibi verticem rotamus*. Sed is est Mureti Galliambus, in eius Catullo pag. 86, quod idem carmen pro Catulli fetu habuit Guellius ad Georg. II, 392.) Rarius occurrit, quod comam quoque Baccho alunt Bacchae; sed Euripidis versum iam alii laudarunt: Ἱερὸς ὁ πλόκαμος, τῷ θεῷ τ' αὐτὸν τρέφω (Bacch. 493; cf. Barnes. ad v. 150). Perperam Intpp. multa hic commemorant de more vulgari comam alendi. 392 sq. Idem furor Bacchicus ceteras Latinas matronas invadit. *nova tecta*, silvarum recessus. 396. *pellibus*. Pelles sunt nebrides; hastas *pampineas*, pampinis tectas, ut bene Serv. monet; thyrsos (conf. Ecl. V, 31), qui hinc *molles* dicti supra v. 390, et *pinum*, facem pineam, cf. ap. Eurip. Bacch. 145

Digitized by Google

Si qua piis animis manet infelicis Amatae
Gratia, si iuris materni cura remordet:
Solvite crinalis vittas, capite orgia mecum.
Talem inter silvas, inter deserta ferarum,
Reginam Allecto stimulis agit undique Bacchi.
Postquam visa satis primos acuisse furores,
Consiliumque omnemque domum vertisse Latini:
Protenus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur urbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis:

410. COLONIS,

quaeque exquisitior est ratio, quam poeta sequi debet. Videtur quoque *ubi quaque* lectum esse, et sic coni. Cuningham. (Lectum sic a Prisciano, ut sit pro: quacunque; Benedicto observante.) 403 *quatite orgia mecum* coni. Io. Schrader. 405 *R. alloquio* Goth. tert. 406 *Plus quam* sec. Menag. 407 *Conciliumq.* Montalb. et plerique Pier., in quorum parte est etiam, *evertisse.* 408 *fulvis* pr. Menag., unde Heins. opinabatur *furvis.* Sed Burm. provocat ad VIII, 369. 409 *qua* Parrhas. 410 *Acrisioneis* vulgo legitur (sed tantum in recentioribus: nam Aldd. omnes et Iunt. aliaeque *Acrisionaeis* agnoscunt. Mutatum forte a Stephano). Sed Heins. emendavit *Acrisionaeis* ab Acrisius, Acrisione, *Ἀκρισιώνη*, et hinc *Ἀκρισιωναῖος*. Nec aliter Salmas. ad Solin. p. 41. Enimvero sic est idem ac *Danaeius*; nam *Ἀκρισιώνη* est Danae; quis autem ferat *Danaen condidisse Ardeam* colonis *Danaeiis*? Non video, quid ni ab *Ἀκρίσιος*, *Ἀκρισίων*, *Ἀκρισιώνειος* formatum esse possit; et ab ipso Acrisio coloni nomen habent h. l. melius quam a Danae. Sic quoque ap. Ovid. Met. V, 239 *Acrisioneae arces* dictae Argi, quos Acrisius tenebat, non Danae. Servius nugatur, qui *Danae Acrisioneis* iungi vult, ut sit *Ἀκρισιωνηΐς*. Revocare igitur praestat *Acrisioneis* ab *Acrision* pro *Acri-*

sqq. Omnia enim hic a sacris Bacchicis petita sunt; non a nuptialibus ritibus. *Sanguineam* (conf. IV, 643) *torquens aciem, διαστρόφους κόρας ἑλίσσουσα.* Eurip. Bacch. 1120. Ad vers. 400 conferunt Intpp. Iliad. σ, 52 sq. de Thetide ad Nymphas, nec tamen quicquam inde proficere potuit Maro. *piis animis*, pro vobis. 402. Si cura est, si ius maternum in filias tuendum vobis putatis. *capite orgia*, exquisite, ut suscipere sacra, h. celebrare, agere: at quo tandem consilio? qua spe? scilicet, ut sibi adsint, filiamque a nuptiis cum alieno viro vindicent.

406—413. Ad Turnum nunc Alecto procedit: postquam consilia Latini ab ea turbata eoque ipso caussae belli satae erant, quo verendum erat, ne Latini domus everteretur. *acuisse*, cum dilectu pro excitasse. 408. Nota Furiam alatam, ut iam ap. Eurip. Or. 317. Verum de his nunc adeundus est Böttiger V. C. *von der Furienmaske.* 410. Da-

Digitized by Google

Praecipiti delata noto. Locus Ardea quondam
Dictus avis: et nunc magnum tenet Ardea nomen;

412. M. MANET A.

sius. Nec aliter habet Medic. et al., etsi ratio grammatica plus in his valet, quam omnis librariorum auctoritas. Porro *Dane*, *Daphne* aberratur. (Mutata interpunctione colon in fine versus posui, ut, quae sequuntur, *Praecipiti delata noto*, non ad Danaen, sed ad Alecto referantur; ad illam enim si retuleris, otiosa sunt et languida. *Wr.*) 411 *locus Ardua quondam* aliquot Pieriani, et sic manifestum est Servium legisse, (minime vero. *Wr.*) qui, *Bene*, ait, *allusit*, *nam Ardea quasi Ardua dicta est*; *id est magna et nobilis.* (Miror, non potius altam et edito loco sitam interpretari Servium; nam talis veteris Ardeae situs adhuc ex vestigiis intelligitur; vid. Vulpii Vetus Latium T. V, p. 163 sq.) In iis utique, quae subiiciuntur, poeta videri potest mutationem aliquam significare velle: *quondam locus dictus* Ardua; *et nunc* magnum (alludit hoc ad *arduum*) *manet* Ardea *nomen.* (et *Ardua* priore loco edidit Wakef.; vid. eius Silv. Crit. V. p. 4. *Wr.*) Verum de hoc nomine nihil aliunde constat; nec similis mutationis exemplum succurrit. Heinsius et Burmannus nihil monent; vellem tamen declarassent saltem, quomodo id, quod nunc scriptum est, acceperint. Nam: *Locus Ardea quondam Dictus avis*; num *avis*, h. maioribus? an *Ardea avis*? ut urbs dicta sit Ardea, *avis* (cf. Ge. I, 364) *nomine*; quod idem nomen fabulam satis ineptam peperit, ex cinere urbis Ardeae avem ardeam evolasse, apud Ovid. XIV, 574. 580. Probabilior saltem ratio esset ea, quam Servius ex Hygino de Italicis urbibus servavit, ut ab augurio avis ardeae dicta esset urbs; sed altera frequentata est a veteribus. Meo sensu alterum hoc, ut *Ardea avis* iungatur, ludicrum aliquid in se habet. Manebo itaque in ratione ea, quae simplicissima est: Urbs olim dicta Ardea a maioribus. Manet etiamnum nomen loci nobile (sc. propter veterem Turni Rutulorumque famam); sed urbs pristina fortuna et opibus antiquis (vid. Liv. I, 57) excidit; hoc enim est *Sed fortuna fuit*, male ab intpp. acceptum; Notum est dicendi genus: *fuit Troia*; *fuit fortuna.* cf. Burmann. Nunc nihil superest praeter nomen. Erat autem iam Maronis tempore Ardea cum ceteris vicinis locis solo aequata. vid. Strabo V, p. 232. Itaque Silius imitatus h. l. lib. I, 293 *Magnanimis regnata viris, nunc Ardea nomen*; nil nisi nomen superest. 412 *D. anus* Goth. sec. *et nunc* Apronianam esse lectionem notat Pompon. Sab. Alios habere *sed nunc.* (quod tamen e nullo cod. enotatum video. *Wr.*) *et nunc tantum* alii. *manet* Heins. e libris: post Pierium. Alii *tenet*; sic edd. Aldd. priores; sed mutavit Naugerius. (*manet* prior est lectio Medicei, cui superscripta altera *tenet*; *tenet* praeterea legitur in Rom. Sprot., Voss. pr., Bigot., Dorph. V., et cod. 8. edit. Vinar. 1826.; *tenet* etiam praescribitur scholio Serviano; idemque legisse Scholiastam Maii, probat eius scholion: „retinet quidem nae igitur Acrisii f. cum Argivis fugae comitibus navi vecta ad Rutulorum littus appulisse et Ardeam exstruxisse dicitur; v. Excurs. VII ad v. 371. 372. (Ardeam a Pelasgis conditam esse probat haec fabula, ut videtur Niebuhrio *Roem. Gesch.* Vol. I, p. 50. *Wr.*) 411. 412. Locus quondam a maioribus dictus est Ardea; et etiamnum nomen urbis magnum ac nobile manet; verum fortuna pristina urbis extincta est. conf. Var. Lect.

Digitized by Google

Sed fortuna fuit. Tectis hic Turnus in altis
Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Allecto torvam faciem et furialia membra
Exuit: in voltus sese transformat anilis,
Et frontem obscenam rugis arat; induit albos
Cum vitta crinis; tum ramum innectit olivae;
Fit Calybe Iunonis anus templique sacerdos;

nomen adhuc, sed fortunam primam — *pristinam*? — ext*inxit aetas.*" Iam quomodo *tenet* ex *manet* ortum sit, non facile dicas; at *manet* vel explicatio est verbi *tenet*, quod constat non ita raro perstandi manendique vim sustinere; videri enim poterat *tenere* non proprie hic dici, quando oppidum funditus deletum tenere nomen vere non potest; vel, quod gravius puto, prior syllaba *ma-* praecedentis vocabuli *magnum* pristinam lectionem obfuscavit; vid. V. L. ad I, 104. et infra 444. 727. Itaque revocavi *tenet*. *Wr.*) *numen* Goth. pr. 413 *tedis* Goth. sec. 414 *media nigram* et *media nigra*, aberratt. codd. Pier. et Heins. *mediam magna* Goth. sec. *nigra mediam* Franc. *capiebat* sec. Moret. 416 *Exit et in* aliquot Pier. cum Franc. Videtur hoc reconditam doctrinam habere: *membra exit.* Sed manifesta est corruptela. Primum librarii lapsu *Exuit et in* scriptum erat; ut metro consuleretur, alii sic emendaverant, *Exit et in*, alii, *Exuit et vultus*, quod et ipsum libri habent. Venetus: *Exuit, in vultus et se.* (*in cultus* Arusianus p. 265. edit. Lindem. *aniles* Medic. *Wr.*) 418 *nectit* Gud. a m. pr. 419 *Chalibe*, *Calibe*, *Calibae*, *Chalibae*, *Chalibo*, imperite a librariis scriptum. Editum ubique *Chalybe*. At Brunckius in Medic. scriptum viderat *Calybe*, et recte restituit; est enim *Καλύβη*. Iam autem deteriorum aetatum perpetuus mos, *c* in molliorem sonum ut mutetur. Apud Donatum *Beroe*, ex lib. V, 620. Porro a Servio iam ordo verborum factus: *Fit Calybe, et Iunonis templi anus sacerdos.* (male; vid. V. L. ad Ge. I, 142. *Wr.*) Burmannus aliam rationem subiicit: *Fit C. anus et sacerdos templi Iunonis.* Alterum durum, alterum solutae orationi propius videtur. *Iunonis anus* dubito iungi posse, ut sit, Iúnoni sacra anus. Forte melius rem sic expedias: Vulgaris ratio erat: *sacerdos anus* (s. ve-

415. Alecto trinis modis furorem iniicit, *Amatae* per serpentem ex occulto immissum; nunc *Turno* per somnum sub specie anus oblata; tandem 475 seqq. *canibus* rabiem incutit. cf. sup. ad 323 — 329. *obscenam* simpl. pro , turpem. Observa autem epicae dictionis ornatum in hoc, quod vulgare illud : „assumit formam anus rugosae, canae" resolvit in verba: *arat, induit, innectit;* h. e. habet innexas, et sic reliqua. 419. *Fit Calybe, anus sacerdos Iunonis templique:* Si aliter iungis verba, minus commode fit; etsi nec hoc omni incommodo caret. (vid. V. L. *Wr.*) Igitur sacerdos Iunonis tali erat habitu, ut vitta et oleaginea corona vinctas haberet comas. (vid. Not. ad Ge. III, 21. *Wr.*) Imitatus est in Tiresia Statius II Theb. 97. 98. 99, et in Amphiarao VII, 88. 89. *Iunonem* autem merito posuit, quippe quae Turni rebus studet, et cuius templum fuisse Ardeae

Digitized by Google

Et iuveni ante oculos his se cum vocibus offert:
Turne, tot incassum fusos patiere labores,
Et tua Dardaniis transscribi sceptra colonis?
Rex tibi coniugium et quaesitas sanguine dotes
Abnegat, externusque in regnum quaeritur heres.
I nunc, ingratis offer te, inrise, periclis;
Tyrrhenas, i, sterne acies; tege pace Latinos.
Haec adeo tibi me, placida quum nocte iaceres,
Ipsa palam fari omnipotens Saturnia iussit.
Quare age, et armari pubem portisque moveri
Laetus in arma para, et Phrygios, qui flumine pulcro
Consedere, duces pictasque exure carinas.
Coelestum vis magna iubet. Rex ipse Latinus,

tula) *templi Iunonis*; pro hac doctius dixit poeta: *sacerdos anus Iunonis et templi.* (hoc verum; ita supra II, 319.; „Panthus, arcis Phoebique sacerdos." et vid. Q. V. XXXIII, 4. *Wr.*) 420 *iuvenem* duo Burm. (— 421. *in cassum* divisim scribi iubet Wakef. ad Lucret. II, 1164. *Wr.*) 422 *Dardaneis* pr. Moreti, ut solent indocti librarii. *transcribis* sec. Hamburg. 423 *et* abest aliquot Pier. 424 *Denegat* Ven. *aeternusq.* Dorvill. *heros* Vratisl. 426 *i* abest Reg. *insterne* multi Heins. duo Goth. et a pr. m. Medic. (est ea altera Medic. lectio. *Wr.*) *prosterne* Parrhas. *et st.* aliquot Pier., et forte nonnulli Heins. *rege.* 427 *iacerem* coni. vir doctus in Misc. Obss., notante Burm. 430 *parat* alter Hamb., sed ultima littera subnotata. *iube*, ex interpretatione, Colot. Medic. Scheffer. Sed sequitur *iubet* v. 432. *et* abest pr. Mentel. Scheffer. binisque Burm. (Iungenda videntur *Laetus in arma* non *moveri in arma*; idque significari puto in Mediceo admissa in fine vs. 429. interpunctione. *Wr.*)

ex locis Plinii constat, in quibus antiquissimas Ardeatis templi picturas miratur XXXV, 3 s. 6, et 10 s. 37. 421. *patiere fusos* graece, pro, patiere effundi. *et transcribi.* De voce *transcribi* vid. sup. V, 750; h. l. transferri ait regnum Latini dotale cum Lavinia ad exteros. 423. *sanguine.* Nam pro Latino saepe pugnas suscepisse putandus est ex v. 425. 426. *tege pace Latinos* scil. avertendo et repellendo hostes. 427. Comparant Interpp. Iliad. σ, 184 "Ηρη μς προέηκε etc. (*Haec adeo*, vid. Q. V. XXVI, 3. *Wr.*) 430. *laetus* poetis est simpl. alacer: ne in hoc haereas, quid tandem laetandum ipsi fuerit. (vid. V. L. *Wr.*) *flumine pulcro*, est καλλιῤῥόος, ornans epitheton. Sic sup. 30 *amoenum.* (vid. Weichert. Epist. crit. p. 58. *Wr.*) 432. *Caelestum vis magna*, magnum deorum numen. τὸ τῶν θεῶν κράτος. dii. *Phrygios duces et carinas exure*, nota dicendi forma: alterum improprie. (exure naves cum ve-

Digitized by Google

Ni dare coniugium et dicto parere fatetur,
Sentiat et tandem Turnum experiatur in armis.
Hic iuvenis, vatem inridens, sic orsa vicissim
Ore refert: Classis invectas Thybridis undam
Non, ut rere, meas effugit nuntius auris.
Ne tantos mihi finge metus: nec regia Iuno
Inmemor est nostri.
Sed te victa situ verique effeta senectus,
O mater, curis nequidquam exercet, et arma
Regum inter falsa vatem formidine ludit.

434. SENTIAT, 436. THYBR. ALVEO

433 *connubium* sec. Rottend. et Goth. tert. *d. p. iubetur* aliquot Pier. (— 434. Delevi comma post *Sentiat. Sentiat Turnum*, ut Valer. Fl. IV, 745.: „Nos quoque, nos Amycum — Sensimus." ubi vid. Burm. *Wr.*) 435 *His* Ven. 436 *Ora* Sprot. (*classes* Medic. *Wr.*) *alveo* Heinsius recepit secundum Rom. aliosque Pierianos, Medic. Gud. et Voss. pro var. lect. Vulgo, *undam*, quod cum aliis codd., ut Erf., (Dorph. I. et II. 1. 6. 7. 8. edit. Vinar. 1826. et Lips. obl. *Wr.*) etiam fragm. Vatic. retinet, et revocavit Brunck. Alii, *unda*, ut Medic. et al., (in quibus 2. 7. *Wr.*) vel *undas*, ut duo Goth. (et Dorph. V. *Wr.*) Sane utrumque bene dicitur; nec adest caussa, cur alterum alteri praeferas: nisi forte dixeris variari posse orationem, cum iam sup. 303 occurrisset: *optato conduntur Thybridis alveo.* Legimus *fluminis alveum* VII, 33 et IX, 32. At nec minus *unda Thybridis*, *unda Tiberini*, *fluminis undas.* Si itaque hanc reponis lectionem, mox veniat qui alteram inferat; si haec reposita sit, veniat paullo post, qui iterum priorem retrahat. Tales mutationes nec utilitatem nec voluptatem afferunt: faciunt tantum molestiam. (Turbatum est hic nonnihil, ut videtur, ab Heinsio; qui quum referat, *unda* legi in Mediceo, qui habet *unda* cum linea adiecta, i. e. *undam*, addit, in eodem pro diversa lectione exhiberi *alveo*, quamquam nullum eius rei vestigium apud diligentissimum Fogginium comparet. Id facile tibi persuades, nimis tenuem esse lectioni *alveo* a codicibus auctoritatem; nec multum prodest unus, quem addere possum, testis Lips. alt.; itaque non erat, quare Heynius dubitaret *undam* revocare; adiungitur verbo *invehi* quartus casus etiam infra VIII, 714.; *alveo* autem e vs. 303. memoriae insidebat; vid. V. L. ad IV, 471. Iahnio quidem lectio *undam* librariorum esse videtur, qui *alveo* in fine versus ferre noluerint; at tulerunt alibi, et si ferendum non esset visum, scripsissent, uti saepe solent, *alvo.* — 437. *aures* Medic. *Wr.*) 438 *Nec* duo Burm. cum Goth. sec.

ctoribus. *Wr.*) 433. *dicto parere*, pro vulgari, promisso stare se velle profitetur.

435—444. Nota *vatem* simpl. pro sacerdote. *orsa* pro vulgari, dicta; ut, *solio sic orsus ab alto.* 440. 441. 442. Per senectutem vanis rumoribus captandis indulges. Docte ornata res. *Senectus te exercet curis nequioquam*, adeoque curis vanis, et *ludit te falsa formidine;* addit

Digitized by Google

Cura tibi, divum effigies et templa tueri:
Bella viri pacemque gerant, quis bella gerenda.
Talibus Allecto dictis exarsit in iras. 445
At iuveni oranti subitus tremor occupat artus;

444. GERENT *QUIS B. GERENDA.*

444 *gerant* Heins. e Medic. et aliis. Vulgo *gerent*; cf. Burmann., quod tamen fragm. Vatic. quoque tuetur, cum Palat. apud Bened. idque cum Brunckio revocavi; habet enim maiorem vim. In edd. utrumque apparet: in Aldd. et quae hinc fluxere *gerant*: at inde a Commel. Steph. et al. *gerent*. Nonnulli quoque *gerunt*, Witt. *ferant*. Reliqua *quis bella gerenda* cum Heumanno Burm. bene vidit esse rescindenda, ut ab aliena manu assuta. Saltem otiose subiecta sunt. (Sane, si legimus *gerent*, languida est altera versus pars; quae ipsa nervos accipit, si nervosiorem fortioremque lectionem amplectimur *gerant*. Ita invicem haec se tuentur, *gerant* et *quis bella gerenda*. Tum coniunctivus optime securitatem Turni exprimit, tamquam minime de rebus istis, quarum illa nuntia venerat, solliciti. Futurum contra, quod apud Homerum legitur, vid. Not., aptius foret, si ageretur de bello instante ac de consiliis super bello ineundis. Denique veri simillimum est *gerent* exstitisse e sono vicinae vocis *gerenda*; quae res innumerabiles peperit falsas lectiones; ut supra vs. 712. *magnum manet* pro *magnum tenet*, VI, 807. *virtutem extendere vires* pro *virt. ext. factis*; cf. inprimis V. L. ad I, 104. Itaque *gerant* restitui et removi asteriscos alteri hemistichio appictos ab Heynio. *Wr.*) 446 *Et* Witt. *aut* Menag. pr. *subitos* Heins. intulerat e coniectura confirmata a Mentel. pr. a m. sec. Sed tales deliciae adversus librorum auctoritatem inferri non debebant; *subitus*, edd. et librorum, etiam optimorum, in his fragm. Vatic., lectio et ipsa elegans est. Alii *subito*. (in quibus 5. 7. 10. *Wr.*)

inter arma regum, ut appareat, qua super re cura illa suscepta sit. *Senectus* autem dicta, *victa situ*, annis fracta, infirmato corpore et animo, unde in metum pronior illa aetas esse solet; *situs* pro longo aevo exquisite, accedente cogitatione desidiae et inertiae; *verique effeta*, paullo audacius dicta, cui nihil veri iudicii adest, vanis inhians, proclivior ad amplectendos falsos rumores quam ad vera exploranda. Ut *frugibus* vel *frugum effetus ager*, inhabilis longo usu et parum idoneus ad ferendas fruges; sic aetas illa inhabilis ad videndum verum et ad veros timores diiudicandos et a falsis discernendos. *Irae, belli, Martis, feta* praecordia passim apud poetas occurrunt. (*veri effeta*, ut X, 630. *veri vana*. *Wr.*) *Vatem* iterum ut vers. 435. 443; aedituam *νεωκόρον* designat. (Sed ita prorsus elumbis et otiosa est ea vox; itaque *vatem* illam *κακόμαντιν* proprie quidem, sed cum irrisione dici puta. *Wr.*) Forma increpandi Homero iam frequentata est Iliad. *ε*, 428 sqq. *ζ*, 490 sqq. *πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει*. add. Iliad. *ν*, 137 sq.

446 sq. Exuit iam Erinnys anum, ut solent interdum dii (conf. Excurs. XIII ad lib. I, p. 154), et vera forma adstat. Praeclara autem rei exponendae ratio

Digitized by Google

Deriguere oculi; tot Erinys sibilat hydris,
Tantaque se facies aperit. Tum flammea torquens
Lumina cunctantem et quaerentem dicere plura
Repulit, et geminos erexit crinibus anguis,
Verberaque insonuit, rabidoque haec addidit ore:
En ego victa situ, quam veri effeta senectus
Arma inter regum falsa formidine ludit;
Respice ad haec: adsum dirarum ab sede sororum;
Bella manu letumque gero.
Sic effata facem iuveni coniecit, et atro
Lumine fumantis fixit sub pectore taedas.
Olli somnum ingens rumpit pavor, ossaque et artus

447. ERINNYS 452. EN,

447 *Diriguere* vulgg. codd. et edd. ante Heins. et Pier. (*Deriguere* Medic. fragm. Vatic. Rom. *Wr.*) *tot crinis* Franc. (Scripsi *Erinys*; vid. V. L. ad II, 337. *Wr.*) 448 *fumea* Rom., male. 450 Absurde Servius, quem Pomponius sequitur, *geminos* de similibus serpentibus accipit. Burm. coni. *gelidos*. Quidni autem duo angues in capite inter ceteros extolli a dea poterant, ut alias unus exsurgit, v. c. Stat. XI Theb. 65. Ovidius, qui Maronem ante oculos habuit, Met. IV, 494 *Inde duos mediis abrumpit crinibus angues* etc. Refellit Burmannum quoque Böttiger *von der Furienmaske* p. 87. 451 *verbereque* Montalb., ut lib. V, 579 *insonuit flagello*. Sed alterum exquisitius; fecit flagellum resonare. Tum *rapido* alii, et sic ante Heins. vulgg. 452 *non ego* Lutat. ad Stat. Theb. V, 108., et *v. s. verique eff.* Donat. ad Terent. apud Burmann. *effata* Goth. sec. et Rom. 453 *falso* Rom. 454 *Aspice* Goth. sec. Olim fuere qui distinguerent: *Respice: ad haec adsum*; vid. Serv. 455 *gero* vel *cano* Zulich. Male. Nam respicit ad sup. 443 sq. 456 *alto* Parrhas. 457 *flammantes* Parrhas. *de* tert. Rotteud. 458 *Illi ingens somnum* Rom. et alii Pier. *Illi* quoque fragm. Vatic. *rumpit* Heins. cum melioribus. Vulgo *rupit*. (ita 7. 9. *Wr.*) *atris* Goth. pr. *ossaque ductus* sec. Moret. Notabile utique, *sudorem perfundere ossa*. *Ora* et *artus* ratio postulare videtur.

effectu ab initio statim posito: Turnum ita loquentem horror invadit etc. 447. *tot Erinnys;* nam horrendi angues ex capite sibilant et dira deae facies vera apparet. *tanta* pro talis. (quorsum autem et quomodo *tanta* pro *talis?* intellige faciem in maius auctam, quae anui assimilata, ut consentaneum est, parva modo fuerat. *Wr.*) 451. *verbera insonuit*, concussit, flagello increpuit; cf. sup. v. 336. VI, 557.

456. *facem iniecit* in iuvenem. 460. *arma fremit*, plus est, quam, deposcit, clamat. (*toro* autem explicandum ex iis, quae legimus VI, 524.: „fidum capiti — *dormientis* — subduxerat en-

Digitized by Google

Perfudit toto proruptus corpore sudor.
Arma amens fremit; arma toro tectisque requirit. 460
Saevit amor ferri, et scelerata insania belli,
Ira super; magno veluti quum flamma sonore

459. PERFUNDIT 461. BELLI;

459 *Perfundit* (ut est in Rom. et fragm. Vatic. *Wr.*) item Heins. pro vulgari: *perfudit*; (ita Medic. cum 2. 3. 11.; quod ego revocandum putavi. Et quum etiam sine ulla saepe causa Praesentia et Perfecta talium verborum inter se permutari soleant, quanto magis id fieri credibile est accedente aliqua ratione? Praegressum modo *rumpit* videri poterat flagitare idem tempus *perfundit*; sic infra vs. 502. pro *replebat* in plerisque codd. legitur *replevit*, quod responderet praegressis *refugit* et *successit*. At qui tali somno excitatur, is non tum demum incipit sudare, sed solet sudore iam perfusus esse. Itaque perfudit eum sudor, et perfusum se sensit sudore Turnus. Hinc etiam *proruptus*, non *prorumpens*. *Wr.*) at pr. Rottend. *profundit*; et multi, etiam fragm. Vatic., *praeruptus*, ut alibi quoque solent. 460 *A. tumens* Montalb., sed *A. amens* etiam sup. II, 315. *tectoq.* sec. Rottend. 462 Optandum erat, ut viri docti docerent, quomodo haec acciperent: *Ira super*. Vulgo videntur interpretari cum Cerda: insuper; accessit demum ira. Ita saltem distinctio erat accommodanda: *s. i. belli*, *Ira super*; *veluti*. Sane *super* eo sensu apud poetam et alibi occurrit, v. sup. II, 71; cf. VIII, 245. XI, 226. Sed sententia inde exit ieiuna et tanto poeta indigna: *Saevit amor— insania*, *insuper ira*. Dicendum saltem erat, *super* esse pro copula: *Iraque*. Exilitas tanta facile a poeta evitari poterat, si scriberet, *Ira furit* vel simili modo. *Super* pro, superest, superat, occurrit et alibi (ut III, 489). Si pro superare, ebullire, erumpere illud dictum docere possem, bona efficeretur sententia. Donatus ita interpretatur, ac si *super* pro, super his, dictum velit: *Tantum contraria desiderabat, ut irasceretur sibi, quod nondum iret ad bellum*. Saltem *ira super* eo est expediendum, ut sit, quod περί, pro περίεστι, Graecis poetis, v. c. οὐ περὶ μὲν κρόφρων κραδίη καὶ θυμὸς ἀγήνωρ Iliad. κ, 244. de Ulysse. *plus quam* amor ferri et insania belli, furit ira. (*super* hic, ut interdum alibi, insignem aliquam accessionem denotat. IX, 283.: „super omnia dona Unum oro;“ i. e. gratius mihi, quam omnia dona, hoc erit. Hinc infra enumeratis gentibus, quae Turno auxilio venerant, novissime poeta commemorat Camillam his orsus verbis vs. 803.: „Hos super advenit Volsca de gente Camilla;“ quod cave putes nihil aliud valere, quam *praeterea*, *etiam*; sed in ipso orationis ingressu eam ut eximium exercitus ornamentum declarare vult his verbis poeta. Adde VIII, 303.: „super omnia Caci Speluncam adiiciunt.“ et Ovidianum illud Met. VIII, 677.: „super omnia vultus Accessere boni.“ Ac ne etiam adverbii exsem.“ *Wr.*) 461. 462. Elaborata oratio! pro, belli cupiditate et ira incenditur. *amor ferri* et *insania belli* unum idemque declarant. *scelerata i.* quoniam ad caedes, rapinas et *scelera*, rapit, quae proprie de bello dicuntur; at *super ira*, magis adhuc, quam amor pugnae, saevit, furit ira. cf. Var. Lect.

462—466. Fundus comparationis in Homero Iliad. φ, 362

Digitized by Google

Virgea suggeritur costis undantis aeni, Exsultantque aestu latices; furit intus aquai

emplum desit, sic ipse Virgilius infra XI, 226.: „Hos inter motus, medio in flagrante tumultu, Ecce, super maesti magna Diomedis ab urbe Legati responsa ferunt.“ adde I, 29. Itaque nostri loci sententia haec est: ad hunc insanum belli amorem, a Furia Turno iniectum, accedebat etiam maius animi irritamentum, summa ira, ex amissione sperati coniugii nata. Hinc etiam intelligitur, non fuisse Huschkio in Analect. ad Tibull. pag. 702. hunc versum cum Tibulliano illo I, 3, 47. componendum. *Wr.*) 463 *surgentur* Franc. 464 In Erf. corrector ante oculos habuisse videtur *Exsuperant*. Verum *exultare* est τὸ ἀναβλύειν. Apud Hom. l. c. est λέβης ζεῖ ἔνδον — πάντοθεν ἀμβολάδην. Quod lebes idem est κνίσῃ μελδόμενος, puta poetica forma dictum pro eo, quod in lebete continetur, adipe; pro κνίσσα μελδομένη. *aquai* Heins. retraxit, nam vulgg. *aquae vis*, quod et Cuninghamius maluit retinere. Memorabilis est Servii nota: „aquai: *Hanc diaeresim Tucca et Varius fecerunt; nam Virgilius sic reliquerat: furit intus* aquae vis, *Fumidus atque — amnis; quod satis asperum fuit.*“ Iudicio quidem adiecto vix subscribas; multo enim mollior altera haec ratio. Nisi forte Serviana aliter se habebant, ut ex glossa primi Moret. suspiceris: „Aquae vis *opposuit Tucca, quia nimis aspere sonuit* aquae amnis, *quod Virgilius prius ibi posuit.*“ (et ita, *aquae amnis*, cod. Servii Dresd. cum aliis libris apud Burmann., etiam editis. *Wr.*) Certe illa, *aquai amnis*, satis dure dicta videntur; etsi sic *rivus aquae* Ecl. VIII, 87 *Propter aquae rivum*; quod etiam Pomponius ex pleniore Servio comparat. (Cur ergo dure dicta? *Wr.*) Sed defenditur haec lectio *aquai* noto Probi lib. I Art. Grammat. loco, ubi quatuor tantum locis priscam illam secundi casus formam a poeta agnosci docet. Accedit Medic. Mentel. sec. et a m. sec. Rottend. sec., (cum 3. 11. *Wr.*) tum pro div. lect. tert. et Leid. pr. Item Schol. Persii. v. Heins. At *aquae vis* omnes ceteri libri agnoscunt, quorum familiam ducit Rom. cum fragm. Vatic. (adde Palat. *Wr.*) Inter editas Aldinae hoc idem tuentur; sed mutatum in lunt. et repositum *aquai* ad Benedicti ductum, qui et ipse suspicatur, narratiunculam apud Servium esse commentitiam; nam nihil a Tucca mutatum esse debuisse e lege Augusti. Provocat idem ad Quinctilianum (I, 7, 18, ubi non in omnibus legitur *aquai*, sed tantum alterum *aulai*). Vix talia ad liquidum perduci possunt; potuit *vis* ab uno codice abesse et suppletus esse versus a docto viro sic, ut scriberet, *aquai*; potuit quoque ab initio *aquai* scriptum esse, et eo neglecto a librario *aquae* refictum in *aquae vis*. P. Scriverii lectionem *Exsultante aestu latices erugit aquai* refellit Heinsius. Cui vacat, refellere potest et aliam Schraderi ad Musaeum p. 233. (Vera est lectio *aquai*; nam *aquae vis* si legas, *atque* a principio enuntiati removetur, quod mori Virgiliano adversari observatum est ad III, 250.;

seqq., ubi de Xantho Vulcani flammis submissis ebulliente agitur; ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ, κνίσσῃ μελδόμενος ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο, πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κεῖται. sed primum ornatu verborum superat Virgilius, ut facile exspectabas ab imitatore Marone. cf. Macrob. Sat. V, 11, tum vero etiam aliud comparatum idque elegantius, suaviore et doctiore metaphora, substituit, animum ira aestuantem. *Costas* ollae (sed gravius nominavit *aenum*) dixit ut γά-

Digitized by Google

Fumidus atque alte spumis exuberat amnis;
Nec iam se capit unda; volat vapor ater ad auras.
Ergo iter ad regem polluta pace Latinum
Indicit primis iuvenum, et iubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere finibus hostem:
Se satis ambobus Teucrisque venire Latinisque.
Haec ubi dicta dedit, divosque in vota vocavit:
Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
Hunc decus egregium formae movet atque iuventae;
Hunc atavi reges; hunc claris dextera factis.
Dum Turnus Rutulos animis audacibus inplet,
Allecto in Teucros Stygiis se concitat alis.

476. ALIS;

nec debet *fumidus* ita per copulam a substantivo suo divulsum offendere; sic etiam alibi, ut II, 552.: „dextraque coruscum Extulit ac lateri capulo tenus abdidit ensem.“ *Wr.*) 465 *spumans* Bigot. *fumis* Leid. *vapor altus* Erf. (— 466. *se iam* fragm. Vatic. perverso ordine. *Wr.*) 468 *Inducit* Ven. *et* abest pr. Hamb. 469 *Italia* alter Menag. *I. et d.* pr. 470 *que* in fine abest multis, ex more. 472 *Certanti* Franc. 473 *iuventa* aliquot Pier. et Goth. sec. 474 *clari d. facti* Medic. Pierii. 475 *Dum T. animis Rutulos* multi Heins. *animos Rutilis* Reg.; error autem *rutilus* pro *Rutulus* saepe in libb. occurrit. Illud vero miror, cum corripiantur in hac voce syllabae, Graecis scribi vocem per diphthongum *ov*, Ῥουτοῦλος.

στρην τρίποδος Homerus Odyss. Θ, 437 et ex utroque loco Quintus Cal. Cerdae laudatus (lib. V, 381 seqq. de Aiacis ira). Ornate reliqua quoque: *Fumidus amnis aquae*, vapor, *furit intus atque alte spumis exuberat*, spumat.

467—474. *polluta pace* violata iam a Latino, erepta sibi coniuge sperata. *venire* est gravius, quam esse: ut alibi monitum. (Sil. Ital. VII, 63.: „Quod tibi sit Libyaeque satis, certaverit unus.“ *Wr.*) 471. *divos in vota vocavit*, invocavit votis: cf. ad lib. V, 234 *fudissetque preces, divosque in vota vocaset.* ἐπηύξατο. *exhortantur*, ὤρσαν, ἐπῶρσαν, Homericum.

472—474. Rutuli se acuunt ad bellum, alii pulcritudine, alii nobilitate Turni, alii virtutis fama erecti. Et sic Servius. Male Pompon. et alii *Hunc* sc. Turnum accipiunt. (vid. Q. V. XX, 9. *Wr.*)

475 sqq. Principium belli inter Latinos et Troianos cervus venatione interemtus. Reprehensum hoc iam apud Macrob. V, 17 et hinc a multis tamquam tenue et vi epica destitutum. Nolo defendere poetam. Totus hic locus de caussis belli in Troianos concitati parum placet. Malim

Digitized by Google

Arte nova, speculata locum, quo litore pulcer
Insidiis cursuque feras agitabat Iulus,
Hic subitam canibus rabiem Cocytia virgo
Obiicit, et noto naris contingit odore,
Ut cervum ardentes agerent: quae prima laborum

477. NOVA; 478. IULUS;

477 *qua* Oudart. pro var. lect. Bene Holdsworthus observabat *arte nova* non bene iungi cum *speculata* locum; nam in hoc, quod locum speculabatur, ars Alectus spectari non potuit. Itaque interpungi vult: *se concitat alis Arte nova, sp. l.* Sed non magis *Ars nova* ad volatum referri potest. Saltem *Arte nova — rabiem obiicit*; sed cum alia interiecta essent, v. 479 *Hic* interserit. Locus autem sic distinguendus: *Dum Turnus — se c. alis. Arte nova, sp. — Iulus, Hic s. — Obiicit* etc. (Mutavi distinctionem ad mentem Heynii; in hoc tamen verius vidit Iahnius, quod is verba *Arte nova* ad universam sententiam *speculata est locum et rabiem obiicit* pertinere contendit. Itaque hoc dicit poeta: Utitur illa iam nova arte, i. e. alia fraude: speculatur enim locum *cet.* et canibus rabiem obiicit. *Hic* autem vs. 479. non est temporis, sed loci, adverbium; et opponitur is locus, ubi nunc Alecto turbas machinatur, illi, quem modo reliquerat, Ardeae. *Wr.*) 478 *nefas* pro *feras* Goth. tert. 479 *Cocitioa, Cocitina* aberratt. 481 *agitent* Ven. *qui* Franc. et pro var. lect. pr. Hamb. *laborum* cum melioribus Heins. post Pier. At vulgo, *malo-*

a magnis animorum motibus, iris et odiis, eas arcessitas esse, quam a Discordiae seu Furiae artibus. Si semel poeta rerum miracula pro caussis naturalibus affert, ab allegorica certe persona frustra ea peti puto. Nec tamen cerva hic belli est caussa; sed occasio tantum et initium. Narrationem quoque haec ipsa res, concursus caesa cerva sacra factus, pro illis temporibus facit probabilem, cum semel non consilio sed animorum impetu committendi essent Latini cum Troianis et res ad manus deducenda. Tum poeta aemulatus putatur belli Iliaci initia et retentae in Aulide classis Achivorum caussas, interemta ab Agamemnone cerva Dianae sacra. Omnino invento huic poetae strenue incubuerunt, ut pugnarum et odiorum caussas ab occisis casu sacris animantibus, quae (ἀνειμένα, ἄφετα,) libere vagarentur, arcesserent. Exempla affert Cerda, sed ea sunt imitatorum Virgilii: alterum Statii, qui prima pugnae exordia a tigribus Baccho sacris duxit lib. VII Theb. 564 sqq. et Val. Fl. qui pugnae, qua Cyzicus cadit, caussam ab ira Cybeles petit propter caesum sacrum deae leonem lib. III, 15 sq. sed iudicium adhibe, uti apud illos quoque, qui magnas rerum conversiones a parvis caussis nuper libellis suis persequuti sunt.

475 — 483. *animis a. implet.* Homericum. Θάρσους πλῆσεν φρένας, ut Iliad. ρ, 583. Facit nunc Alecto, quod Eris Homerica Iliad. δ, 444 νεῖκος ὁμοῖον ἔμβαλε etc. *arte nova*, cum alia fraude, novum dolum meditata.

Digitized by Google

Caussa fuit, belloque animos adcendit agrestis.
Cervus erat forma praestanti et cornibus ingens,
Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant, Tyrrheusque pater, cui regia parent 485
Armenta, et late custodia credita campi.

rum, ex intpr. (*laborum* est prior, *malorum* altera lectio Medic., quam etiam Palat. tuetur. Saepe haec inter se confundi, cum alii multis locis docuerunt, tum Cort. ad Lucan. II, 317. Ac possunt h. l. variae statui corruptionis causae, omnes reiectam lectionem deprimentes; potest *malorum* ortum esse ex ultima praegressi voc. syllaba; potest huc translatum esse ex IV, 169. Id certum est, bello orienti optime convenire l a b o r u m et aerumnarum mentionem. *Wr.*) 482 *animas* pr. Rottend. *incendit* pr. Menag. *concendit* Bigot. 483 *formae praestanti* Hugen. et pr. Rottend. *formas praestans* Bigot. v. Aen. I, 71. 484 *Thyrridae*, *Tyridae*, *Tiridae*, et *Thirus*, *Tirrus*, *Tirius*, *Tyrus*, *Tyrrus*, aberratt. 485 *Tyrrhusque* Heins. ex libris maluit: nec aliter Aldd. et hinc ductae: quas deseruit Commeliniana, quae Palatinum codicem expressit, Pulmanniana et aliae. Ante Heinsium (h. e. in iis editionibus, quibus utebatur Heins., puta edd. Dan. Heinsii, Pulmanni et similes) legebatur *Tyrrheusque*, quod praeferas, quia altera in *Tyrrhides* a poeta producta est; *Τυῤῥεύς*, *Τυῤῥείδης*. Exemplum in contrarium esse potest *Belides* sup. II, 82, sed nomen illud adhuc suspectum habeo. Tum non vana est observatio doctissimi Ouwens Noct. Hagan. p. 607, multorum nominum duas esse terminationes, unde diversa patronymica ducta sint: *Tyndaridae* habemus, cum tamen *Tyndareus* frequentetur; fuit igitur etiam aliquando *Tyndarus*. Ita etiam *Tyrrheus* et *Tyrrhus*, quod alibi occurrit. vid. in Nota. (Mediceus superiore versu *Tyrridae*, et hic et vs. 508. *Tyrrus*, posteriore loco fragm. Vatic. *Tyrrhus*; et plerique codd. ignorare videntur aspirationem, quam tamen in hoc nomine satis defendit litera *y*; ac saepe aspiratio post duplex *r* in codd. desideratur; et *Tyrrhi* in ipso Medic. vs. 532., ut etiam *Tyrrhidae* X, 28. Vix autem me continui, quin *Tyrrhus* revocarem, — nam producta penultima in *Tyrrhidae* nihil obstaret, vid. V. L. ad II, 82. — nisi *Tyrrheus* vs. 508. et *Tyrrhei* vs. 532. in aliquot antiquis codd. se invenisse scriberet Pierius; et *Tyrreus* vs. 508. etiam e cod. 1. et 8. edit. Vinar. 1826. enotatum video. *Wr.*) 486 *lati* Rom. (et fragm. Vatic. et 8. 11. *Wr.*) sed Pierius spreverat, Heinsius autem e Medic. aliisque praetulerat. Recte vero Burm. revocavit *late*, quippe doctius dictum; ut *late rex* I, 25 et al. (*late* est altera lectio Medicei; ita etiam ap. Servium et in maiore parte codicum, in quibus, ut videtur, Menteliani et antiquissimi Parisini, legitur; adde Palat. Ac nolui hoc rursus mutare, quum *late* ob propinquum *campi* in *lati* conversum esse ad-

Supra I, 657 *At Cytherea novas artes, nova pectore versat Consilia.* (vid. V. L. ad vs. 477. *Wr.*) 480. *prima laborum caussa fuit.* Comparant Iliad. ε, 63. χ, 116; est primum initium calamitatum, quae insequntae sunt.

483 sqq. Molles et bucolicis propiores versus sunt, qui sequuntur, quod monuit Spencius. Similes deliciae Cyparissi cervus apud Ovid. Met. X, 109 sqq. occurrunt, sed iuvenili carminis luxuria expolitae. Calpurnii quoque imitationem notavit Cerda

Digitized by Google

Adsuetum imperiis soror omni Silvia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis
Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.
Ille, manum patiens, mensaeque adsuetus herili,
Errabat silvis; rursusque ad limina nota
Ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.
Hunc procul errantem rabidae venantis Iuli
Conmovere canes: fluvio quum forte secundo
Deflueret, ripaque aestus viridante levaret.
Ipse etiam, eximiae laudis succensus amore,

modum sit probabile. Non autem *late* doctius, ut Heynius ait, quam *lati*; *lati campi* i. e. campi, qui ibi latus erat; *late* autem iunges cum his *credita custodia*, i. e. quocumque et quam late patebat campus, custodia eius illi credita est; et in talibus magna saepe vis, quum res infinita obiicitur animo; quamobrem etiam hac a parte se commendat lectio *late*; ita infra quoque vs. 737. *late dicione premere populos*, quamquam de certis ibi populis loquitur poeta et de imperio finibus suis circumscripto. Contra aliis locis gravius est adiectivum, ut VIII, 8.: „latos vastant cultoribus agros;" i. e. qui lati erant et unde magna vis hominum cogi posset. *Wr.*) *campi est* Goth. sec. 487 *A. in silvis* Menag. pr. 488 *innectens* l. *intexens* Goth. tert. 489 *Potabatque* aliquot Pier. *Sectabatque* Sprot. *feram* pr. Hamb. Ed. Ven., male. v. Burm. cf. sup. II, 51. 490 *manu* (ex *manū*) Sprot. Vratisl. Medic. (sed in hoc *m* superscripta. *Wr.*) *manuum* aliquot Pier. 491 *que* abest Zulich. *ad menia* Erf. 493 *rapidi* aliquot Pier.; al. *rapidae*, *rabidi*, male. 495 *r. a. undante* aliquot Pier. *lavaret* multi. (Pieriani scilicet, in quibus Rom. *Wr.*) 496 *exuviae laudis* Sprot. *nimiae* Dorvill. *accensus* Gud. et Moret. qu.

Ecl. VI, 33 sq. et Statii locum de tigribus Bacchi mansuefactis comparat (Theb. VII, 564 sqq.). De id genus animantibus cf. viros doctos ad Lucian. pro Merc. Cond. c. 1. (Wernsdorf. ad Poet. Lat. Min. T. I. p. 348. *Wr.*) *Tyrrhidae pueri*, pro Tyrrhei filii. Fuit autem nomen hoc in historia Albanorum regum non ignobile. Tyrrhus enim erat regii armenti magister, apud quem Lavinia Silvium enixa est: v. Victor O. G. R. 16. cf. Serv. ad VI, 760 comparato Dionys. I, 70, ubi *Πυῤῥηνὸς* depravate scriptum est, et in libro de Augusti progenie cap. 18 *Tityrus*. *soror* sc. puerorum, Tyrrhei filia. 488. *mollibus sertis*, seu vittis, seu corollis. 490. *χειροήθη* et *δμοτράπεζον* fuisse dicit. conf. Guell. 492. *Ipse*, *Αὐτὸς* pro *αὐτομάτως*.

491 — 495. Cervus post natationem (eleganter *defluere* pro natare) in ripa se ab aestu recreabat. Ergo iam *defluxerat*, ut bene Cerda accipit *deflueret*; et sane canes eum reficientem se commoverunt, excitarunt. (Non est *deflueret* pro *defluxisset* positum; hoc dicit poeta:

Digitized by Google

Ascanius curvo direxit spicula cornu:
Nec dextrae erranti deus afuit; actaque multo
Perque uterum sonitu perque ilia venit arundo.
Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit,
Successitque gemens stabulis, questuque cruentus
Atque inploranti similis tectum omne replebat.
Silvia prima soror, palmis percussa lacertos,
Auxilium vocat, et duros conclamat agrestis.
Olli, pestis enim tacitis latet aspera silvis,
Inprovisi adsunt: hic torre armatus obusto,
Stipitis hic gravidi nodis; quod cuique repertum

497 *derexit* Gud. (cum fragm. Vatic. et Rom. *Wr.*) 498 *afuit* cum antiquioribus scribit Heins. (ita etiam fragm. Vatic.; vid. Burm.; eodem modo infra VIII, 147. editur *afore*; nec ausus sum mutare in *abfuit*, quamquam hoc probat Pierius, et *abfore*; videntur enim Latini praegressa vocali *a* vitasse literarum *bf* concursum, ne *abfero* quidem et *abfugio*, sed *aufero* et *aufugio*, dicentes. Et dudum multis locis restitutum est a Criticis *afui*, *afore*, *afuturum*; vid. Cort. ad Cic. Epist. ad Div. XVI, 8, 1. Oudendorp. ad Caes. B. G. I, 36. Arntzen. ad Paneg. vet. pag. 177. Ceterum *dextra* Medic. *Wr.*) Vulgo *abfuit*; alii *affuit*. 500 *inter* aliquot Heins. 502 *replebat* Heins. e Medic. et a pr. m. Gud., item Sprot. et Reg. Vulgo, *replevit*. (ita Palat.; vid. V. L. ad vs. 459. *Wr.*) 505 *Olli* Heins. cum melioribus. Alii, *Illi*. (eaque est altera Medic. lectio, *Wr.*) 506 *armatur* Sprot. *abusto* et *adusto* aberratt. apud Pier. et Burmann. 507 *hi* Menag. pr. *gravidis* Goth. sec. *est* multi addunt, etiam Pier. (in quibus Rom.; sed abest a fragm. Vatic. Medic. ac plerisque, ut videtur, melioribus Heinsii; vid. Q. V. XV, 8. *Wr.*)

aestuma cervus levabat et fluvio defluens et in umbrosa ripa decumbens. *Wr.*) 498. Turbas faciunt in *erranti*. Res expedita erit, si cogites inverso sensu dictum: *erranti deus abfuit:* ita ut aberraret. Nunc negationem addidit: *Nec deus abfuit*, adfuit fortuna, *dextrae erranti*, sic ut ea non aberraret. (potius: adfuit, ne erraret; cf. Q. V. XXVIIII, 5.; aut accipiemus *errantem dextram* de Ascanio fugientem et huc illuc erratico cursu se ferentem cervum oculis et arcu, sive dextra, sequente. *Wr.*) At Servius ad Alecto refert; ut sit ἡ θεός. *acta venit* plenius pro adacta est. 500. *nota tecta*, τὰ ἤθεα. In miseratione cervae, placidae ac mansuetae ferae, vss. 500 seqq. notabilem artis sagacitatem adhibuit poeta.

505. *pestis;* recte Serv. Furia. conf. sup. 476. 477. Latet enim illa in silva ad speculandam nocendi rationem et viam; neque inde nisi v. 511 discedit. Mireris Cerdam ipsos *agrestes* h. pastores ad bellum movendum e silvis concurrentes interpretari malle. *Torrem obustum*, quis non videat esse sudem praeustam?

Digitized by Google

Rimanti, telum ira facit. Vocat agmina Tyrrheus,
Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
Scindebat, rapta spirans inmane securi.
At saeva e speculis tempus dea nacta nocendi
Ardua tecta petit stabuli; et de culmine summo
Pastorale canit signum, cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem: qua protenus omne
Contremuit nemus, et silvae insonuere profundae;

515. INTONUERE

508 *ira fuit* Pier. aliquot; *dedit* Bigot. cf. Burm. (*Tyrrheus*, vid. V. L. ad vs. 485. *Wr.*) 509 *Quadrificam* Dorvill. 510 *Scindebant* Medic. et Scheffer., ut ad agrestes referatur. (at *n* in Medic. transfossa. *Wr.*) 511 *e* aberat multis Pier. 512 Ante Heins. distinxerant vulgg. post *petit*. 514 *incendit* Rom. et aliquot Burm. (ita etiam Medic., sed a pr. m.; idem 9. Revocari hoc iubet Wakef. ad Lucret. VI, 346.; revocarem ipse, si satis accederet a codicibus auctoritatis; vid. Heyn. Not. ad X, 895. *Wr.*) 515 *Insonuit* e Grammaticis laudat Heins. (*Intremuit* Arusianus p. 264. edit. Lindem. *Wr.*) *Concutitur* pr. Rottend. *insonuere* Rom. et alii Pier. et Heins. *sonuere* Ed. Mediol. et Schol. Statii cum bi-

conf. inf. 524, ut mox stipites nodosos memorat. *cuneos coactos* pro adacto cuneo dixit. (*ut forte*, referendum hoc ad securim, quae ut modo ad manum erat, ita se ea instruit, ut esset pro telo; vid. V. L. ad vs. 72. *Wr.*)

511. *stabulum*, pastoris tugurium, ut et alibi. (descripsit eiusmodi stabula C. V. v. Bonstetten in *Voyage sur la scene des six derniers livres de l' Enéide* p. 102 sqq. *Wr.*) 513. Fuit scilicet idem, qui nunc in agris est, mos, buccina convocandi ruricolas, repentino aliquo metu, periculo vel incursu. Idem mos in priscis civitatibus. Itaque Romae primis aetatibus Comitia ita convocari solebant: *Per cornicinem centuriata* ap. Gell. XV, 27. Subnata autem Maroni Furiae buccina ex Eridis horrendo clamore Iliad. λ, 5—11. In 514 ad 518 imitatorem facile agnoscas vel ex exquisitiore ornatus studio. Expressus (nam inter multa a Cerda et aliis congesta hoc unum tenendum) Apollonii locus, primum quidem III, 1217 Hecates canum latratu: *Πείσεα δ' ἔτρεμε πάντα*; et multo magis draconis sibilo IV, 127. 139 *ἀμφὶ δὲ μακραὶ Ἠιόνες ποταμοῖο καὶ ἄσπετον ἴαχεν ἄλσος· Ἔκλυον, οἳ καὶ πολλὸν ἑκὰς* etc. *Δείματι δ' ἐξέγροντο λεχωίδες, ἀμφὶ δὲ παισὶ Νηπιάχοις, οἵ τέ σφιν ὑπ' ἀγκαλίδεσσιν ἴανον, Ῥοίζῳ παλλομένοις χεῖρας βάλον ἀσχαλόωσαι*; unde noster: *Et trepidae matres pressere ad pectora natos*; non tam ornate, sed meliore iudicio; nam a Furia inflatam buccinam tam

Digitized by Google

Audiit et Triviae longe lacus, audiit amnis
Sulfurea Nar albus aqua fontesque Velini;
Et trepidae matres pressere ad pectora natos.
Tum vero ad vocem celeres, qua buccina signum
Dira dedit, raptis concurrunt undique telis 520

516. LACUS;

nis Goth. (An convenit tonandi verbum eiusmodi sono? certe ipsa cornua, Valer. Fl. VII, 611., tubae, Lucan. I, 578., etiam classica, Aen. VII, 637., non tonant aut intonant, sed sonant vel insonant. Et quum cognatae originis esse haec verba, *tonare* et *sonare*, appareat, discrimen eorum ipsarum literarum *t* et *s* differentia indicat, quarum haec apta est ad sonum tractum, illa ad sonum abruptum exprimendum; quare quoque loco videndum, utra notio conveniat; vid. V. L. ad VIII, 239. Itaque nihil impedit, quominus idem organum nunc sonare, nunc tonare dicatur, ut apud Petron. c. 78. legitur: „Consonuere cornicines funebri strepitu: unus praecipue servus tam valde intonuit," *cet. insonuere* nostro loco praeter alios apud Heins. praebent Gud. et Mentel. pr., tum ipse Medic., ab illo non commemoratus, cum Romano; quorum codicum testimonio fretus revocavi hanc lectionem. *intonuere* 5. 7. 12. et Palat. *Wr.*) 516 In multis *audit* scribitur, et hinc inseritur in nonnullis *et* ante *amnis*. Menag. pr. *audiit omnis*, quod placet Burmanno. (Pro semicolo comma posui; vid. Not. *Wr.*) 518 *At* Menag. pr. *ad ubera* Oudart., quod alibi occurrit. 519 *Quin vero* pr. Moret. a m. pr. 520 Scribitur fere *concorrunt*, ex pronuntiatione. *occurrunt* aliquot Pier.

horrendum sonitum edidisse, probabilius est dictum, quam draconis sibilum tam longe esse auditum. Virgilii imitatorem habes Statium I Theb. 118 de anguium Tisiphones sibilo: *Audiit et medius caeli Parnassus* etc., ubi omnia multo magis portentosa videbis. 515. *profundae* cum dilectu. In intimis magnae silvae recessibus audiebatur vox. 516. *Triviae lacus* est Lacus Aricinus cum Nemore et Templo Dianae nobilissimo; cf. inf. v. 761. Nunc *Lago di Nemi*, non longe ab vico *Gensano*. Paullo remotior ab his locis versus septentrionem est *Nar*, qui inter Sabinos et Umbros ad Tiberim descendit, *sulfureis aquis* satis notus, de quo iam Ennii versus VI Annal. *Sulfureas posuit spiramina Naris ad undas*, v. Cluver. p. 705, quarum natura *candorem* facit. (*Audiit et — audiit*, vid. V. L. ad Ecl. IV, 6. *Wr.*) In proximo *Lacus Velinus*, amne Velino inter montium iuga super Reate stagnante: in Narem ille quoque aliquando a M. Curio, exciso monte, emissus. Cic. IV ad Att. 15. Cf. Plin. III, 12 s. 17. Egere de hoc, qui loca adiere, etiam Erdmannsdorff. v. eius vitam Rode auctore p. 108. (— 518. Imitatus est Valer. Fl. II, 202 sq.: „pariterque toris exhorruit omnis Mater, et adstricto riguerunt ubere nati." *Wr.*)

520. Ennii Ann. III versus apud Macrob. VII, 3 *Postquam*

Digitized by Google

Indomiti agricolae; nec non et Troïa pubes
Ascanio auxilium castris effundit apertis.
Direxere acies. Non iam certamine agresti,
Stipitibus duris agitur sudibusve praeustis;
Sed ferro ancipiti decernunt, atraque late
Horrescit strictis seges ensibus, aeraque fulgent
Sole lacessita, et lucem sub nubila iactant:
Fluctus uti primo coepit quum albescere vento,

521 *Troica* Witt. 522 Dubitat Burm., an legendum sit, *campis e. a.* Cur tamen in *castris apertis* haereas, cum *domus aperta, foribus apertis,* bene dicatur? 523 *Derexere* Medic. *surrexere* pr. Hamb. pro var. lect. *nec iam* Parrhas. *in certam.* Oudart. *agrestis* Medic. (sed *s* transfixa. *Wr.*) 524 *Stypitibus* passim scribitur apud Parrhas. conf. Burm. *sudibusque* duo eiusdem. 525 *decertant* Bigot. a m. sec. v. III Ge. 20. *utraque* sec. Moret. 526 *tristis s.* Parrhas. *armaque* Zulich. 527 *Sole repercussa* pro var. lect. Moret. tert. ex intpt. *et lumen* aliquot Pier., tum *sub lumine* pars Pier. et Heins. c. Erf. (et 7. 9. 12. 14. *Wr.*) *sub lumina* duo Burm. *sub lumine* duo alii; Gothani vulgatam tuentur. (ut et 2. 3. 8. *Wr.*) 528 In fine *ponto* Rom. et Medic., quorum in eadem lectione conspirantium haud levis auctoritas est, et pro var. lect. Gud., item

defessi sunt stantes spargere sese Hastis: ansatis concurrunt undique telis. 521. *Indomiti agricolae.* Ornans epitheton; simpliciter accipio duros, asperos. Sunt enim ἄτρυτοι: quod primo loco est, qui atteri nequeunt aut frangi ac fatigari laboribus et aerumnis: altero ἄτρυτος etiam invictum, hinc validum, magnum, ingentem, simpliciter denotat. *nec non et Troïa pubes* — Castrorum portis reseratis mittunt auxilium Troiani. Vulgari oratione copiae effundunt se, effunduntur, ἐκχέονται. Mox v. 525. 526. *seges*, pro, agro: isque adeo pro acie: eleganter autem *acies* statim per segetem effertur et reliqua ad eam attemperantur; qui comparandi modus exquisitae est venustatis. Locus similis inf. videndus lib. XI, 601. 602. Primae autem lineae sunt Iliad. ν, 338, ubi *horret pugna hastis* ἔφριξεν δὲ μάχη ἐγχείῃσι μαχῆς. At ap. Apollon. III, 1355 *horret armis ager* φρίξεν δὲ πέρι στιβαροῖς σακέεσσι — Ἄρηος τέμενος. Itaque et h. l. proprie diceres *horrere enses* eductos et elatos ad ictum, ut horrent omnia aspera et acuminata; tum *horret ensibus* terra, ager, acies. (*ferro ancipiti*, an bipennibus? ut Servius interpretatur. Ego sic acceperim: aequatis iam armis decernunt, quo fit, ut certamen existat anceps. *Wr.*)

526. *Sole lacessita* venuste pro percussa radiis. Debetur hoc Lucretii exemplo lib. IV, 218 *Corpora quae feriant oculos visumque lacessant:* unde patet, ut ex aliis locis, ubi *visum, aures lacessere* occurrit, *lacessere* esse simpliciter ferire, percutere;

Digitized by Google

Paullatim sese tollit mare, et altius undas
Erigit, inde imo consurgit ad aethera fundo.
Hic iuvenis primam ante aciem stridente sagitta,
Natorum Tyrrhei fuerat qui maximus, Almo,

532. TYRRHI ALMO St.

Macrob. V Sat. 13, ut taceam codd. e vulgo, binos Goth.; in altero quidem *puncto* est. Probat Heinsius, ut *primo ponto* sit: a littore, et respondeat Homerico ἐν αἰγιαλῷ, in loco, quem poeta ante oculos habuit Iliad. δ, 422. Sed tempestate oriente fluctus ex alto versus littus aguntur, non a littore primum moveri incipiunt, ut iam Burmannus monuit. Tum vero in Homerico loco non ἐν αἰγιαλῷ responderet Virgiliano *primo ponto*; sed Πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κ., et hoc quidem sensu, ut sit pro, *primum in ponto, in alto.* Versus hi sunt: Ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέϊ κῦμα θαλάσσης Ὄρνυτ' ἐπασσύτερον, Ζεφύρου ὑποκινήσαντος, Πόντῳ μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα Χέρσῳ ἐπιγνύμενον μεγάλα βρέμει. Burmannus malit: *summo — ponto*, ut *imo fundo* opponatur. Sed manifesta satis res est, *ponto* ex altero loco Ge. III, 237 huc esse translatum, ubi *in medio ponto.* (Mutuae corruptioni occasionem praebuerunt hi loci inter se, prorsus ut Aen. VIII, 451. et Ge. IV, 173. Et saepe vidimus similium locorum recordationem in fraudem induxisse librarios; vid. V, 89. 235. 380. 520. 592. 775. 811. 829. 843. 860. VI, 355. 475. 488. 547. 890. VII, 399. 436. adde V. L. ad Georg. IV, 4. Aen. I, 776. IV, 471. infra vs. 543. Nec Mediceus cod. liber a talibus vitiis; quo in genere illud est maxime memorabile, quod, quum X, 144. *Aggere moerorum* legatur, illud ipsum *Aggere* translatum est in XI, 382., quamquam ibi Nominativum sententia postulat. Iahnius quidem *ponto* revocavit, *primo* autem adverbium esse vult, et comma ponit post *primo*; quae interpunctio non tollit, sed auget difficultatem, si qua est. Ceterum *primo*, quoties cum ablativo aliquo iungere licet, pro adiectivo habendum videtur apud Virgilium; vid. Q. V. XXVIII, 3, f. et 6. *Wr.*) Variare autem poetam verbo uno vel altero, eiusmodi versus, quos iterum ponit, ab ipso Heinsio aliquoties monitum est. Uti itaque altero loco fluctuum primos ortus in alto (*in medio ponto*), sic nunc fluctuum ortus a prima aurae impulsione, *primo vento*, memorat. 530 *uno* Franc. *ima et* Dorvill. 532 *Gnatorum Tyrrhei* libri Pier. (vid. V. L. ad vs. 485. Si autem Ecl. VI, 42. *Promethei*, ibid. vs. 78. *Terei*, Aen. VIII, 383. *Nerei* editur, *Tyrrheus* autem nomen est huius hominis, non *TyrrhI*, sed *Tyrrhei* scribendum erat; vid. V. L. ad Aen. I, 30. *Wr.*) Ex iisdem et suis Heinsius *Almo* scripsit pro *Almon*; (quod est in Palat. et 8. 11. *Wr.*) nullum enim nomen Latinum *on* litteris finiri, ait Sosipater. Quod equidem inter Grammaticorum argutias referam. *Almon* est communior forma; *Almo* rarior. Sic *Agamemno*, *Tarcho* et alia pro vulgari

cf. inf. ad lib. X, 10. Refertur etiam paullo ante *atra* seges ad oculorum iudicium, si longum hominum ordinem in campo prospicias.

528. 530. Saepius ornata a poetis comparatio; primum quidem ab Homero Iliad. δ, 422 seqq. Eandem elaboratius extulerat Maro Georg. III, 237 sq.

532. 533. *vulnus* pro sagitta, *Serv.*, ut II, 529, et *inclusit*, pro vulgari, interclusit, *iter vocis udae*, traducto epitheto a gutture, per quod vox emittitur; proprie *iter udum*. Quomodo

Digitized by Google

Sternitur; haesit enim sub gutture volnus, et udae
Vocis iter tenuemque inclusit sanguine vitam.
Corpora multa virum circa, seniorque Galaesus,
Dum paci medium se offert; iustissimus unus
Qui fuit, Ausoniisque olim ditissimus arvis:
Quinque greges illi balantum, quina redibant
Armenta, et terram centum vertebat aratris.
Atque ea per campos aequo dum Marte geruntur,

Agamemnon. (vid. omnino V. L. ad VIII, 506. In fine versus comma addidi; vid. V. L. ad II, 341. *Wr.*) 533 *Exit enim* aliquot Pier. cum Dorvill., ut sit quod lib. IX, 432 *viribus ensis adactus Transabiit costas.* Sed natum hoc ex scriptura: *esit. gurgite* duo Burm. 534 *que* abest Witt. 535 *Galaesus* Heins. cum melioribus etiam hic, ex *Γαλαῖσος*. Vulgo *Galesus.* conf. ad Ge. IV, 126. *Gelaesus* Rom. 536 *Cum p.* sec. Rottend. *pacis m.* Parrhas. *sese* Ald. Iunt. *se offert medium* Montalb. *se* plane excidit Oudart. 537 *que* abest Franc. Witt. *agris* Medic. Pierii, tresque Burm. *armis* alter Hamb. Sed *arvis* recte retinent ceteri. Esse pro *in arvis* monet Burm. Coninghamius *agris* retraxit; docere id *greges et armenta.* Non sequar subtilitatem. 538 *et quina* sec. Moret. 539 *terras* duo Goth., male. *et centum terram* Witt. 540 *saevo Marte* emendat Marklandus ad Stat. Silv. V, 2, 21. Obnuntiat divinationi Burmannus, sed quid *aequo Marte* sit, parum expedit. Scilicet est, pari utrinque belli fortuna, pugna in neutram partem inclinata; ut alias *dubio, caeco, Marte* pugnatur. *Aequus* autem pro, aequalis, satis frequens est. Paullo aliter, nec tamen multum diverse apud Lucan. III, 585 *navis dextrum laevumque tuetur* Aequo Marte *latus.* De congressu ex loco iniquo in locum aequum deducto Curtius IV, 1 *De regno aequo, si vellet, Marte contenderet.* (De potestate locutionis *aequo Marte rem gerere* vix quisquam, nedum Marklandus, dubitaverit. Sed id quaeritur, qui fiat, ut aequo Marte et pari utrimque fortuna pugnatum esse poeta referat, quum mox multo maior belli moles profliganda esset Troianis? Res ita se habet: Sub ipso pugnae initio, ardescente igitur proelio, necdum victoria in alterutram partem inclinante, Alecto discedit. Qua in re agnoscimus elegans poetae iudicium, qui noluerit e levi hoc proelio magnam Troianis conciliare gloriam; quare nullus e Troianis, qui fortitudine excelluerit in hoc certamine, nominatim laudatur. Satis quippe erat narrasse, quo pacto prima belli inter Troianos et Latinos semina sparsa fuissent. *Wr.*)

Virgilius ornatu praecellat Homerum, vide in hoc: Iliad. *ν*, 388 *ὁ δέ μιν βάλε δουρὶ Λαιμὸν (κατὰ λ.) ὑπ' ἀνθερεῶνα, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε.* —

536—539. Homerica arte Galaesi memoriam nobis commendat et miserationem facit. conf. Iliad. *ε*, 612. 613. 614. Quod *ditissimum* eundem et *iustissimum* exhibet, ad primae vitae mores comparatum est. Illud vero praeclare: *Dum paci medium sese offert,* ut iam Macrob. IV, 4 monuit.

540 sq. *aequo Marte,* pari utrinque belli fortuna, pugna in neutram partem inclinata. (vid.

Digitized by Google

Promissi dea facta potens, ubi sanguine bellum
Inbuit, et primae commisit funera pugnae,
Deserit Hesperiam, et, coeli conversa per auras,

543. CONVEXA, PER AURAS IUN.

541 *bellum. telum* pro var. lect. pr. Hamb. ex interpretatione. 542 *c. sanguine p.* Goth. sec. ex antecedente versu. *munera p.* coni. Markland. ad Stat. V Silv. 1, 21, quod et ipsum bonum esset. (*munera pugnae* de gladiatorio certamine recte dicetur, non item de vero iustoque bello. Proprie dicendum erat *primam commisit pugnam.* Sed quum hoc inprimis ageret dea, ut prima caede facta Latinis iusta esset irae bellique causa, maluit hac nova ratione uti. *Wr.*) 543 Memorabilis est Servii nota: *Probus, Asper, Donatus* (is tamen Donatus, quem habemus, *evolavit per auras ad Iunonem* interpretatur), *dicunt, hoc loco* per *bis accipiendum, ut adloquatur Iunonem* per caeli convexa *et* per auras (quod durissimum esset: etsi Burmanno non displicet). *Potest tamen* (et haec melior ratio) *esse epexegesis* per auras *id est* caeli convexa; *nec enim aliud sunt aurae.* (Quae sequuntur, adsuta esse videntur.) *Dicit etiam quidam commentarius* convecta *esse legendum, ut sit* ipsa convecta; *quod difficile in exemplaribus invenitur.* Consentiunt sane omnes codd. in *convexa*, nisi quod Medic. a m. pr. *conversa*, quod Cuningham. probat, cumque eo Brunckius recepit: meo sensu tenue et exile est; (*conversa* est prior lectio Medicei, quae nescio quare adeo displicuerit Heynio; revocavit hanc etiam Wakefield., revocavi et ipse; quae ut vel ipsa vitiosa sit, malim tamen amplecti, quod saltem intelligi possit. Et *converti* saepe is dicitur, qui se avertit aliquo, ut terga convertere fugientes dicuntur. Iam Alecto hucusque in terris versata convertit se et in aetherem evolat, h. e. conversa per auras coeli. Et *coeli convexa* ex IV, 451. huc illatum existimo; cf. V. L. ad vs. 528.; haec autem *per auras, per coeli convexa*, ineptissime hic cumulantur. *Wr.*) sec. Moret. *connexa*, vitiose. (hinc Bothius corr. *connixa*, quod probat Censor Virgilii a Iahnio editi in Diariis liter. Ienens. 1827. Supplem. 94. p. 368. *Wr.*) Cum tamen verborum iunctura paullo insolentior sit, Canterus apud Heins. coniecit: *caeli convexa peragrans* vel *pererrans*; satis ieiune. Musonius *convexa* pro *convecta* dictum esse volebat, sc. Alecto vecta per auras. (et sic legendum videtur Iahnio; sed quo pacto id tueri se possit, non video. *Wr.*) Cerda cum Turnebo Furiam *convexam* dici posse putavit, ut *amnis devexus* IV Ge. 293 sqq., perperam utique. Equidem bene intelligo, si verba ad naturalem

V. L. *Wr.*) Comparant transitus formam Iliad. ε, 84 Ὣς οἱ μὲν etc. *promissi potens ἐγκρατὴς γενομένη ὧν ὑπέσχετο.* cf. ad 341. (Valer. Fl. VI, 680.: „Incepti iam Iuro potens;“ et, quem ibi laudat Wagner, Ovid. Met. IV, 509.: „iussi potens.“ *Wr.*) *sanguine bellum imbuit.* Servius, initiavit. Scilicet, proprie *Latini imbuebantur sanguine* (ut v. 554 *sanguis novus imbuit arma*), inducebantur, trahebantur, prima caede facta, ad bellum. conf. inf. 547. Doctius ipsum *bellum imbuitur*, instituitur, sanguine. Ex copiis, quae apud Cerdam habentur, unum huc referas Propertii IV, 10, 5 *Imbuis exemplum primae tu, Romule, palmae:* inducis exemplum, quo imbuantur, moveantur ad similem conatum alii. 543. *per*

Digitized by Google

Iunonem victrix adfatur voce superba:
En, perfecta tibi bello discordia tristi;
Dic, in amicitiam coeant, et foedera iungant.
Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros,
Hoc etiam his addam, tua si mihi certa voluntas:
Finitimas in bella feram rumoribus urbis,
Adcendamque animos insani Martis amore,
Undique ut auxilio veniant; spargam arma per agros.
Tum contra Iuno: Terrorum et fraudis abunde est.
Stant belli caussae; pugnatur comminus armis;
Quae fors prima dedit, sanguis novus inbuit arma.
Talia coniugia, et talis celebrent hymenaeos

555. CONNUBIA

ordinem revoces (*per auras, caeli convexa*), expediri quodammodo priorem versum; illud tamen nondum concoquere possum: *Furiam alloqui Iunonem per auras.* Latet, puto, facilis ad indagandum lectio: *caelique evecta* per auras, et peperit vitium compendium τοῦ *que.* 545 *belli d. tristis* aliquot Pier., quae vulgaris erat ratio. Quae sequuntur ad meum sensum distinxi: *En — tristi*; *Dic — iungant. Quandoquidem A. r. s. Teucros, Hoc etiam his addam* sqq. Vulgata ratio erat: *Dic — Iungant*: *Quandoquidem Ausonio respersi sanguine Teucros. Hoc etiam his addam* etc. 546 *Sic* Sprot. et pars Pierianorum. Nec displicet. Eadem diversitas V, 551. (*Dice* scribendum putat Wakef.; vid. V. L. ad I, 753. *Wr.*) *ut coeant* duo Burmann., ut 551. 547 *Quando equidem* Rom. 548 *tunc si m.* sec. Hamburg. *sit mihi* Menag. pr. vide IV, 125. *voluptas* Erf. (— 549. *urbes* Medic. *Wr.*) 550 *insano Mart. amore* coni. Cuningham. 551 *ut a. coeant* Sprot., ut inf. 582 *undique collecti coeant.* 552 *ac f.* ante Heins. legebatur. (contra codices, ut videtur; vid. Q. V. XXXV, 21. *et sanguis* Lips. obl. *Wr.*) *abundest* Rom. *est* abest Goth. tert. 553 *pugnantur* Dorvill. *quo minus* Franc. 554 *sors* multi etiam h. l. *imbuet* Parrhas. (*tulit* pro *dedit* Scholiastes Maii ad V, 78. *Wr.*) 555 *connubia* (quod est in Palat. *Wr.*) statim per Aldd. in contextum venerunt. Brunck. revocavit *coniugia*, in quod omnes Pier. et Heins. et tres

auras, caeli convexa, iunge, verbo motus omisso, v. c. evecta: Sed v. Var. Lect. — 546. conf. 316. 317. *Dic*, ironice, tamquam ἀδύνατον. 548. *hoc addam, in bella feram*, rapiam, doctius quam, ad bellum accendam.

552 sq. Dignitatem orationi Iunonis inesse facile agnoscas. *Stant belli caussae.* Burmannus: certae, fixae, sunt. *Stare* omnino poetae pro esse, ut Gr. ἑστηκέναι, usurpant, ne exilitate vocis poeticam vim frangant. Eo referendum: *stant praelia* et similia. Uti autem hac voce possunt poetae, quia *stare* dicitur illud, quod constitutum, paratum, effectum est. Sic *stat sen-*

Digitized by Google

Egregium Veneris genus et rex ipse Latinus.
Te super aetherias errare licentius auras
Haud Pater ille velit, summi regnator Olympi.
Cede locis. Ego, si qua super fortuna laborum est,
Ipsa regam. Talis dederat Saturnia voces. 560
Illa autem adtollit stridentis anguibus alas,
Cocytique petit sedem, supera ardua linquens.
Est locus Italiae medio sub montibus altis,
Nobilis, et fama multis memoratus in oris,

563. ALTIS NOB.

Goth. c. Erf. consentiunt, praeter Mentel. pr. *conubia*. Sed aliquoties iam vidimus trisyllabum *connubja*. (Revocavi librorum fere omnium consensu commendatam lectionem *coniugia*; vid. V. L. ad I, 73. *celebrentur* Medic. apud Foggin. *Wr.*) Porro qu. Moret. cum pr. Hamb. omittit *et*. 558 *ipse* aliquot edd. et codd. v. 110. (ita et 2. 7.; vid. Q. V. XXI, 7. *Wr.*) 559 *si qua modo* alter Hamb. *est* deest multis Pier. et Heins. (vid. Q. V. XV, 2. *Wr.*) 560 *gerum* Hamb. pr. (*tales* Medic. *Wr.*) 561 *extollit* Parrhas. (*stridentes* Medic. *Wr.*) *unguibus* Trappius post Cuningham. emendabat, ut membranae essent alarum; parum feliciter. vid. Not. 562 *petens* Franc. *super a.* duo cum Ed. Dan., natum ex *superardua* iunctim scripto. (et sic, *superardua*, Medic.; in eodem est *sedens* a m. pr. *Wr.*) 563 *in medio* edd. et codd. nonnulli. (in quibus Palat. *Wr.*) Sed *in* exulare fecit Heinsius. (vid. Q. V. XIIII, 5. b, 1. In fine huius versus comma posui; iunge: Est locus Italiae medio—Amsancti valles, Nobilis *cet.*; et sic etiam in Mediceo distingui video. *Wr.*) 564 *forma* Erf. *memoratur* Dorvill.

tentia; sic *stant caussae*, et hinc *stare* pro decretum, fixum, certum esse. 556. 557. conf. 318. 319. 559. Comparant Iliad. *α*, 522. 523. Reliquos belli casus ipsa moderabor: et sane inf. 572 extremam bello imponit manum.

561—571. Nova Furiae species, quod non modo alata est (ut sup. 476), verum quod serpentes alis implicitos habet. Etsi res ita accipi potest, ut angues, qui pro comis sunt, inter volatum vento impulsi inter alas commotas strideant. (De vs. 562. vid. V. L. ad XII, 612. *Wr.*) Locum descensus eius ad inferos non dicam an primus protulerit poeta; est tamen ille rei admodum accommodatus. Est enim in Hirpinis, non longe ab Aeculano (nunc *Fricenti* in Principatu Neapol. R. ulteriore) lacus tetro colore et odore, et inter spiracula referri solitus, quae Plutonia vel Charonea (*Moffete*) appellant; vid. Plin. II, 93. Cic. de Div. I, 36, §. 79: conf. Nota Beckmann. ad Antigon. Caryst. 135. hinc v. 568 *spiracula Ditis*. Amsancti nomen huic lacui. Plin. l. c. *Item in Hirpinis Amsancti ad Mephitis aedem locum; quem qui intravere, moriuntur*. Locus etiamnum dictus *Mufiti*. Offenderunt tamen viri docti ad

Digitized by Google

Amsancti valles: densis hunc frondibus atrum
Urguet utrimque latus nemoris, medioque fragosus
Dat sonitum saxis et torto vertice torrens.
Hic specus horrendum et saevi spiracula Ditis

568. HORRENDUM, SAEVI SP. DITIS,

565 *Ampsacti* Medic., ut *Ampsanctus* apud Cic. Plin. et Claudianum scribitur. Romanus (*Amfracti*, *Wr.*) et Ed. Ven. *anfracti*. in plerisque est aberratum *ansancti*, it. *ansanti*, *anxanti*, *amsaneae*, *an valles sancti*. Mox *frontibus* alter Mentel. 566 *utrumque* aliquot Heins. cum Goth. pr. *fragosis*, (item 2. 3. 8. 11. *Wr.*) ut ad *saxis* referatur, aliquot Pier. Heins. et Burm. 567 *vortice* nonnullae edd., sed *vertice* est librorum scriptura. (enotatur *vortice* e Palat. *Wr.*) 568 *Hic specus horrendus* antiqui codd. ap. Serv. et ms. Giphanii, hic quidem sequente *et*, quod in multis, etiam in edd. legebatur, (ita versus esset antiquo (sed non Virgiliano, *Wr.*) more constituendus eliso sibilo: *Hic specus horrend' et saevi spiracula Ditis*) sed sublatum ab Heinsio codd. meliorum, (? *Wr.*) etiam Pierianorum, auctoritate. (Edidi *horrendum et s. sp. Ditis Monstrantur*, vid. Q. V. XXXIII, 8. Sic exstat in Mediceo, atque hanc lectionem in plerisque iisdemque optimis codd. Heinsium invenisse, probant ab eo notata; *et* autem casu excidisse, aut, quod saepe factum, per elisionem absorptum, aut denique per corruptam lectionem *horrendus* expulsum

verba: *Italiae medio;* utque locus satis conveniret, quaesivere eum in alia Italiae parte. Ad speluncas *Aeolias* dictas prope Interamnam, hodie *Terni*, qui locus catarractis amnis Velini nobilis est, transferre voluit locum Virgilianum, post Floridum Lect. Subsec. II, 18, *Addisonus*, loco iam a Burmanno laudato, et hinc alii, etiam *Blainville Itiner.* T. II, S. 29. At nuper Abbas *Capmartin de Chaupy* de praedio Horatiano (*Decouverte de la Maison de Campagne d' Horace* Tom. III, p. 104 sqq.) aquas Cutilias in Sabinis ad amnem Velinum, quarum pars bituminosa et nitrosa est, in Virgiliano loco quaerebat. Ita fere illi, qui ap. Pompon. Sab. Amsanctum in exitu paludis Reatinae quaerebant, decepti, ut arbitratur, eo, quod apud Varronem est umbilicus Italiae ager Reatinus. Abb. *Venuti* in eodem fere tractu aliam convallem ad Montem *Castello di Catino* deprehendisse sibi visus erat, ad quam poetae verba accommodabat: in diss. praemissa Tom. III Virgilii Ambrogiani: Caret tamen et hoc auctoritate idonea. Amsanctum Lucaniae esse Donatus aiebat, unde Calor amnis (qui inter Aquariam et Paestanos agros fertur et Silaro miscetur) praeceps fertur: „ubi antrum ingentis magnitudinis cum pestifera exhalatione“ deceptus ille nomine fluvii Caloris, quod commune est alteri in Hirpinis. Scilicet plura et fuerunt (v. Seneca Nat. Qu. VI, 28) et adhuc sunt eiusmodi spiracula (*Moffete*). Ex his pro lubitu alius aliud arripuit. *Amsancti* tamen *vallem* ad Hirpinos spectare, post Ciceronis et

Digitized by Google

Monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago
Pestiferas aperit faucis; quis condita Erinys, 570
Invisum numen, terras coelumque levabat.
Nec minus interea extremam Saturnia bello

569. MONSTRATUR 570. ERINNYS

esse, ex eo probabile fit, quod in iisdem fere libris, qui carent copula, tamen *Monstrantur* exstat; vid. Pier. et Heins.; *et saevi* etiam e Romano a Bottario enotatur. Wakef. ad Lucr. VI, 492. *saevas p.* Virgilium scripsisse conicit; at vid. Q. V. XII, 14. *Wr.*) *saevum* Goth. pr. 569 *Monstrantur* multae edd. et codd., inprimis quae in sup. versu *et* retinent. At Heinsius revocavit ex aliis *monstratur*; unde comtior exit oratio. (Quare *Monstrantur* revocaverim, dictum ad vs. superiorem. *Wr.*) *mons sterilis* alter Hamb., miro errore. Ceterum observes membra sibi non accurate satis respondentia, etsi res non exemplis caret: *Hic specus — monstratur et vorago aperit. raptoque* alter Menag. 570 *a. voces* pr. Mentel. (*fauces* Medic. *Wr.*) *condit* Medic. uterque cum aliis Heins. et Burm. Lectio ism Servio notata. (*condit* quum in libris aliquot praeclaris legatur, poesis suspicari a Virgilio scriptum fuisse: *quis condit Erinys Invisum numen*; ceteris *t. coel. lev.*, quippe quae copulam requirerent, recisis. Sed ita aegre desideres gravem aptamque sententiae conclusionem. Quare non est dubitandum, quin elisio literam *a* interceperit; qua de re vid. V. L. ad I, 193. *queis condita* Palat. Ceterum Wakef. emovit commata post *Erinys* et *numen*, „ut sit eâ formâ constructionis locus, quâ Aen. XII, 606.: Et roseas laniata genas." Non sensit ille, haec specie esse similia, re diversissima; quare nollem Iahnium morem ei gessisse. Quod autem scripsi *Erinys*, vid. V. L. ad II, 337. *Wr.*) 571 *et t.* Ald. *terram* aliquot Pier. *caelum terrasque* Parrhas. *levavit* aliquot Pier. et Witt. quod sollennior oratio postulat. Wakefield deleta virgula post *Erinys* iungit: *numen terras caelumque levabat*; pro, terras numine levabat, ut illud: *roseas laniata genas.* doctius quidem, sed durius.

Plinii disertam fidem, non est quod dubitari possit. Faciem quidem loci nunc paullo diversam reperit Cluver. Ital. pag. 1201, silvae saltem deerant. Verum commemorat et has *Swinburne*, qui nuper locum adiit (*Travels in the two Sicilies* 1783 p. 128) et alia Virgilio consentanea. Virgilianae descriptioni fidem adstruebat quoque ex iis, quae ab amico suo Holdswortho acceperat, Spencius in *Polymeti* p. 276. *Italiae medio* non debebat urgeri; est simpl. in Italia. (et vide iam Q. V. in Var. Lect. ad vs. 563. laud. *Wr.*) *sub montibus*, qui tamen situ paullo remotiores sunt: sed silva olim inde a montibus ad planitiem protendi potuit. In vallis medio, ut Maro quidem locum describit, amnis fertur cum impetu et fragore. *Hic specus horrendum:* non addit, an amnis illud fecerit. Si loci facies nunc mutata est, nemo id mirabitur in loco ignibus subterraneis exeso. Lacum et vallem sub colle ilicibus consito, qui utrinque vallem claudit, vidit Swinburne; Cluverius lacum media sui parte aquam magna cum vi et strepitu ebullientem et resorbentem. *la-*

Digitized by Google

Inponit regina manum. Ruit omnis in urbem
Pastorum ex acie numerus, caesosque reportant
Almonem puerum foedatique ora Galaesi;
Inplorantque deos, obtestanturque Latinum.
Turnus adest, medioque in crimine caedis et igni

577. IGNIS

573 *Imposuit* Gud. a m. pr., Goth. pr. *in urbe* ap. Priscian. l. XVIII. 574 *caesumque* Goth. tert., sed *caesos* Almonem et Galaesum. Pro hoc *ora Galaesi* dixit vs. sq. 575 *foedataque* Sprot. et Franc. 576 abest versus a Goth. tert. 577 *et igni* et Medic. ex aliis Heins. reposuerat, cum ante lectum esset *et igne*. Burmann. locum habebat suspectum, cum de igni nihil praecesserit; ad coniecturam tamen *caedis iniquae* descendere non debebat, cum ipse lectionis diversitatem laudet: *ignis*. Atqui haec ipsa vulgata ante Heins. erat lectio; eaque haud dubie vera, modo interpunctio mutetur: *medioque in crimine* (inter criminationes Troianorum), *caedis et ignis Terrorem ingeminat*, h. *ingeminat terrorem caedis et ignis*; minatur caedem et ignem. Praeivisse iam Donatum video, qui ita interpretatur: *et idem geminabat terrorem, quem populus fecerat, spondens omnia caedibus et incendio peritura.* Lectio haec Aldinarum, nisi quod prave interpungitur post *caedis*, Steph. Plant. Dan. Heinsii et omnium, quas inspicio, editionum, nescio in quo vulgari exemplari mutata esse debuit, in quod Heins. casu inciderat. *igni* ex uno Romano notavit Pierius; *igni* Pompon. quoque interpretatur: *furore et seditionis impetu.* (*igni* Paris. 2. cum optimo quoque apud Heinsium; *igne* ceteri, ut videtur, Heinsiani;

tus nemoris eleganter collis nemorosus, qui tamquam latus lacus facit. *saxis et vertice*, h. e. vorticibus aquarum, vorticoso amne, inter saxa fundi. (*fragosus* docte explicat Wakef. ad Lucret. II, 859. Videtur poeta respexisse ad verba veteris poetae, quem Ennium fuisse suspicatur novissimus Annalium Ennianorum editor E. S. p. 181., „*mare saxifragis undis.*“ *Wr.*) Potuit hic olim specus esse odorem sulfureum exhalans: qui nunc lacum recepit, torrente in stagnum mutato. Copiose de hoc Amsancti lacu egit *Leonardus de Capua* (*Lionardo di Capoa Lezioni intorno alla Natura delle Mofete* 1714, p. 9 sq.). Verum nunc habemus descriptionem vallis et lacus a peritissimo naturae soli terraquei exploratore, *Abbate Alberto Fortis* factam, qui loca adiit et ipsam vim mephiticam expertus est; locum quoque aediculae Mephitis deae deprehendisse sibi visus est; loci faciem multum esse mutatam, si cum Virgiliana descriptione compares, haud mirabere. Inserta est illa Commentatio Actis Academiae Patavinae (*Saggi scientifici e letterarj dell' Accademia di Padova* To. II, p. 146 seq.). (*saevi Ditis*, ob tetrum odorem, qui inde exhalatur; ut supra vs. 84. *saevam mephitim. Wr.*) *numen invisum*, μισητόν. *levabat* eleganter pro, relinquebat. Res enim, quas abominamur, gravant nos.

573 sqq. Praeclare haec ad πάθος movendum. 577. medias

Digitized by Google

Terrorem ingeminat: Teucros in regna vocari;
Stirpem admisceri Phrygiam; se limine pelli.
Tum, quorum adtonitae Baccho nemora avia matres
Insultant thiasis, neque enim leve nomen Amatae,
Undique conlecti coeunt, Martemque fatigant.
Ilicet infandum cuncti contra omina bellum,

igni vel *igne* legit etiam Servius, etsi *ignis* eius scholio praescribitur, adversante tamen cod. Dresd., in quo *igni*; *ignis* in paucis iisque, praeter Palat., recentioribus legi videtur; praeterea, quod non est plane negligendum, in Mediceo post *igni* interpungitur. Atque *ignis* admodum probabile est accommodatum esse a librariis praegresso *caedis*. Quare, nisi ipsa sententia reluctabitur, *igni* retinendum erit. Iungenda autem *medioque in crimine caedis*; i. e. dum illi caedem a Troianis factam criminantur apud Latinum; *et in medio igne*, i. e. in medio irarum ardore et flagrante tumultu opem implorantium agrestium, venit Turnus augetque terrorem ab agrestibus Latino illatum. Omnia haec concinna et apta. Et *igni* iam Servius interpretatur: „in ipso seditionis incendio ac fervore." Ita autem *ignis* omnis animorum ardor et fervor dici solet. Hoc est illud, quod Ge. III, 85. legitur de equo generoso: „Collectumque fremens volvit sub naribus ignem." tum de ira Aen. II, 575.: „Exarsere ignes animo." et *ignes irarum* apud Valer. Fl. I, 748.; hinc *ignescere* crebro de simili animi commotione, ut apud ipsum Virg. Aen. IX, 66.: „Ignescunt irae." Itaque revocavi *igni*. *Wr.*) 578 *geminat* Sprot. *ingeminant* Ven. *que* post *Teucros* Heins. sustulit, codd. auctoritate. (*Teucrosque* Palat. *Wr.*) 579 *limite* Parrhas. 581 *thyrsis* Menag. pr. *insultare* de choro quidni aeque dicatur ac de equo vel de ovibus haedisque exultantibus Ge. IV, 11 *floribus insultant*. 583 *scilicet* Medic. apud Burm., dissentiente Fogginio. Verum etiam Pompon. Sab. „*Apronianus legit* scilicet." (Nempe in Mediceo ultimus in ima pagina fuerat versus 580.; omisso igitur per imprudentiam, ut interdum fit in fine paginarum, vid. V. L. ad XII, 612. sq. extr., versu 581. iam perscripserat in nova pagina versus 582—585. librarius, quum animadverso errore aliam interposuit plagulam, in qua exarati sunt vss. 581—615. Contrario modo, ut versus extremus praegressae paginae in proxima repeteretur, peccatum est Ge. III, 261. Hinc autem factum, ut vss. 582—585. bis extent in Mediceo. Et in inserta quidem illa plagula scriptum *Ilicet*, et vs. 583. *homina*, et vs. 584. *nomine*, at in altera *Scilicet*, sed trans-

inter criminationes, quas in Troianos iacit, metum iniicit fore ut caede et igni omnia misceantur. vid. Var. Lect. *se limine pelli*, pro regno, domo, regia.

580 — 582. Auctoritate reginae commoti filii seu propinqui feminarum, quae Baccharum more *thiasis*, choreis Bacchicis, *insultant nemora*, (Ge. III, 117 *insultare solo*) thiasos in silvis agunt (vid. sup. 395. 396), coeunt et Latinum bellum poscunt. Proprie *fatigant* Latinum clamoribus ac precibus super Marte seu bello faciendo. Hinc *fatigant*, exposcunt, *ipsum bellum*. Solet enim poetae *fatigare* de iis actionibus dici, in quibus quis fatigatur: est igitur precibus flagitare; conf. inf. ad VIII, 94 et sup. ad I, 280.

Digitized by Google

Contra fata deum, perverso numine poscunt;
Certatim regis circumstant tecta Latini.
Ille, velut pelagi rupes inmota, resistit:
Ut pelagi rupes, magno veniente fragore,
Quae sese, multis circum latrantibus undis,
Mole tenet; scopuli nequidquam et spumea circum

587. *Ut — — fragore,*

fossis *Sc* literis, tum *numine*, et a m. pr. *omnia*, a sec. *omina*. Versus autem 582—585. ante plagulam illam interiectam exarati his signis ( ) singuli inclusi, sive, si recte intelligo vim vocis a Servio ad III, 204. et 226. usurpatae, circumducti sunt. *Wr.*) Goth. sec. *Illic. cunctis* Oudart. *omnia* nonnulli apud Pier. 584 *nomine* Medic. (sed vid. ad vs. superiorem notata. *Wr.*) 585 *circum dant* Ed. Ven. *tecta tyranni* Medic. Pierii, quod defendi posse censet Burm., si *reges* legatur cum Menag. et Hamb. pr. 586. 587 Elegantiam in repetitione agnoscebant Pierius et Ursinus. Sed aliter instituenda erat oratio, si venustas inde petebatur. Incurrit in oculos vitium, quod his vers. insidet. Aut versum priorem, aut hunc alterum: *Ut pelagi*, esse spurios persuasum iam habebat Heins., quamquam de hoc altero id censere malebat. Et deerat is pr. m. ab altero Mentel. et pr. m. a Bigot. (deest etiam Lips. alt. *Wr.*) Contra prior versus, *Ille velut p.*, a Macrobio laudatur lib. VI, 3. Equidem ita existimare malim, esse utrumque inter versus nondum a poeta absolutos et elaboratos. Cum alterum adiecisset, priorem mox morte praeventus mutare nequiit. *rupis* Witt. *p. moles* tres quatuorve. Nisi hoc ad superiorem versum spectat, nam in hoc Pier. ex nonnullis codd. notavit, *pelagi moles*. (*pel. moles* vs. 586. etiam Dorph. I. et cod. 7. edit. Vinar. 1826. Ceterum ego quid sentiam de hisce versibus, dicam ad vs. 589. *Wr.*) *magno rupes* Parrhas. 588 *vallantibus undis* alter Hamb. 589 Olim interpungebant post *scopuli*; hinc nonnulli mox omisere copulam. v. Pier. et Heins. Habet utraque lectio, quod placeat et quod displiceat. Rotundior est oratio in antiquiore, *quae sese — Mole tenet scopuli*; *nequicquam et sp.* Multo magis, si *et* eieceris, *nequicquam spumea circum saxa fremunt*. At nunc inducitur illud: *rupes* quae *tenet se mole scopuli*: adeoque *rupes se tenet rupe*. In interpunctione altera *scopuli* et *Saxa fremunt*: quod non tantopere ingratum est. Ge. III, 276 *Saxa per et scopulos*. (Totum hunc locum, vss. 587—590., non esse satis elaboratum et perpolitum, accuratius intuenti vix potest esse dubium. Versus quidem 586. optimus est et integerrimus, quippe quo eiecto sententiarum nexus solveretur. Versum 587. damnat etiam Valckenar. ad Fragmm. Callimachi p. 275.; defendit eundem Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 92. sqq. Mihi quidem hic versus plane otiosus videtur; nam etiam quae adiiciuntur *magno veniente fragore*, i. e. fluctibus cum magno fragore venientibus, parum differunt

583. 584. *contra omina*, respectu ad apes et ardentes Laviniae comas. supra v. 64 sqq. *contra fata deum*, Fauni oraculum v. 81 sq. *perverso numine*, pro adverso, irato, Serv. cf. Burm. Nescio tamen, annon potius esse debeat, perversa, conturbata et infirmata deorum voluntate. 586 — 590. Imago rei ad sensum obvia et a multis frequentata, ut exempla coacer-

Digitized by Google

Saxa fremunt, laterique inlisa refunditur alga.
Verum ubi nulla datur caecum exsuperare potestas
Consilium, et saevae nutu Iunonis eunt res:
Multa deos aurasque pater testatus inanis,
Frangimur heu fatis, inquit, ferimurque procella!
Ipsi has sacrilego pendetis sanguine poenas,

ab iis, quae vs. 588. leguntur, *multis circum latrantibus undis.* Iam vs. 589. *et* a paucis codd. abest; deleri tamen hoc iubet etiam in Mediceo emendatrix manus punctisque notavit. Nempe prava interpunctio post *scopuli*, quae multos codd. obsedit, notata iam a Servio, respuebat copulam; et ita distinguitur etiam in Mediceo. Wakefieldius, qui edidit, *Mole tenet scopuli: nequidquam spumea o. S. fr.*, vult *saxa* accusativum esse, „fremunt undae circum saxa.“ At et dura est haec ratio, nec necessaria; et ita fit, ut rupes mole scopuli tenere se dicatur, quod ferri posse iure negat Heynius. At quid tandem hoc ipsum attinet ad summam comparationis, quod scopuli et saxa nequidquam circum fremunt? an et haec aliquam vim habent ad rupem illam oppugnandam? aut quid, quamquam hanc quoque partem admiratur Donatus, quid, inquam, inertius isto additamento: *laterique inlisa refunditur alga*? Adde, ne quid praetereamus, male h. l. bis positum *circum* vs. 589. sq. Quae quum ita sint, aut emendanda haec sibi reliquit poeta, aut nescio unde adscita et illata sunt, et asterisci aut nulli horum versuum, aut omnibus apponendi. Sed codicum consensus quum eos tueatur, vs. autem 587. facillime a librariis negligentioribus omitti potuerit, consultius duxi, ab hoc quoque asteriscos removere. Ceterum *scopoli* scribitur in Mediceo. *Wr.*) 590 Pro *inlisa* apud Pierium alii *aspersa*, alii *infusa*, Goth. sec. *inversa*; mox *infunditur* alter Hamburg. *retonditur* sec. Rottend. 591 *coeptum* Parrhas. *superare* Rottend. sec. *expugnare* aliquot Pier. *potestas* est pro vulgari *facultas*, nec hoc pro illo reponendum. 592 *ut s.* Goth. pr. (*consiliom* Medic., sed ultima litera punctis notata, ut fiat *consilio. Wr.*) *euntes* Rom. 593 *testatur* Medic. et alii Pier. et Heins. cum tribus Goth., minus comte; (*testatur* etiam Arusianus p. 246. edit. Lindem. Servandum *testatus*, quod nulla sequitur eiusmodi obtestatio; vid. V. L. ad XII, 496. *Wr.*) tum *aras inanes* Hamb. alter a m. pr. et pro var. lect. prior, ut aras foederis aut hospitii designet. Blanditur haec lectio Burmanno et Marklando ad Statii Silv. praef. p. XII, qui in altera nullum esse sensum pronuntiat. Miror viros doctos de adiecto, *inanes*, non cogitasse; quae tandem sunt h. l. *arae inanes*? Ex altera parte quae magis frequens et obvia ratio, quam ut precantes et obtestantes manus ad caelum tollant, *deos caelumque testentur*? et pro *caelo* non feremus *auras* dictas? ut inf. IX, 24 *multa deos orans, oneravitque aethera votis.* 594 *procellas* Medic. (sed *s* transfixa. *Wr.*) *procellis* Montalb. et aliquot Pier. (—595. *perdetis* Medic., sed superscripta *n. Wr.*)

vare pigeat. Virgilius tamen Homericum locum Iliad. o, 618 — 621 ante oculos habuit et exornavit. (De toto hoc loco vid. Var. Lect. *Wr.*)

593. *auras*, caelum, manibus sublatis obtestatur. *inanes*, epitheton perpetuum aeris et aetheris, v. c. apud Lucret. Supra VI, 740 et X, 82 *ventos inanes.* 594. fato se vinci ait, quatenus non suum, sed caecum turbae consilium, h. temerarium impetum et furorem, sequi co-

Digitized by Google

O miseri. Te, Turne, nefas, te triste manebit
Supplicium; votisque deos venerabere seris.
Nam mihi parta quies; omnisque in limine portus;
Funere felici spolior. Nec plura locutus
Saepsit se tectis, rerumque reliquit habenas.

598 *que* a nonnullis Pier. abest. *in lumine* alter Hamb. et Zulich. In illis *omnisque in limine portus* impedita est oratio, ut unusquisque facile videt. Servii explicatio nihili est: *securitas omnis in portu est*; nec plus proficit Donatus: *Portus mihi erit limen domus meae, quod egressurus non sum.* Erat saltem *limen portus* accipiendum tamquam dictum pro *portu*; uti autem vulgari ratione *in portu esse*, navigare, dicimur, ita h. l. *in limine portus.* Duritiem habet omissum *sum.* Sum *omnis*, totus, in limine, aditu, portus. Itaque sequor Pompon. Sab., qui haec habet: *senex sum et in portu vita mea est*; quasi esset: *et totus sum in aditu portus*; in portu navigo. Nam ut *omnis* retrahatur ad *quies*, ut sit: *mihi parta est quies, eaque omnis iam est in l. p.*, putidum esset. Interea malim equidem totam hanc lacinism adsutam statuere, versu inexpleto relicto. (quo fiet, ut tota oratio misere concidatur. *Wr.*) Etiam Markland. ad Stat. II Silv. 2, 7 totum hemistichium suspectum habebat. Waddelii coniectura: *amnisque* sensum vix habet. Burm. coni. *miortisque in limine portus.* Saltem esse deb. *portusque in limine mortis* seu *leti*, ut Cul. 223. Cuningham. *omnique in l.*, quod non magis assequor; alius vir doctiss. *navisque in l. p.*; saltem, *ratis estque. cursusque in l.* Sed variari haec possent multis modis, sine fructu ad poetam. (Recte vero iam Servius iniuria neglectus, sed e codice Dresd. emendandus: „Securitas omnis in promtu est;" male vulgo *in portu.* In eundem modum Ruhkopf.: „Omne auxilium mihi ante pedes et paratum est seni." Videlicet error Interpretum omnis in eo versatur, quod *omnis portus* pro genitivo acceperunt. *Wr.*) 599 *Munere* pr. Moret. (*locatus*, sed *u* superscripta, Medic. *Wr.*) 600 *relinquit* Menag. uterque.

gitur. *Sacrilego — sanguine,* quatenus ipsi Aborigines sacrilegi, impii, habendi sunt, qui contra deorum voluntatem bellum suscipiunt foedusque ictum violant. *has poenas,* docte, *pro scelere hoc* poenas. (potius: huius sceleris poenas; vid. V. L. ad IV, 237. coll. Q. V. XX, 3. *Wr.*) 598. 599. Sibi rex paratum esse ait refugium in morte vicina, nec sibi eripi aliud, praeterquam, ne, ut felix vixerit, ita felix beatusque moriatur. Sententia verborum expedita est, si cogites, posse aliquem felicem vivere, mori infelicem; et multos fuisse, qui uno die citerius vita discedere debuissent: hos spoliatos dixeris morte felici. Sed de verbis ambigi potest: ego *omnis,* totus, sum *in limine,* aditu, *portus;* in portu iam tantum non navigo. vid. Var. Lect. (ubi rem iam expeditam deprehendes. *Wr.*) *funus* pro ipsa morte, haud dubie; non de exequiis.

599 — 600. Quod Latinus regni munia prorsus deserit (cf. Not. ad VIII, 1), ne quis hoc temere factum arbitretur, tenendum est, ad Turni nomen illustrandum, ita res attemperatas

Digitized by Google

Mos erat Hesperio in Latio, quem protinus urbes Albanae coluere sacrum, nunc maxuma rerum

601 *in Latio Hesperio* aliquot Pier. *quem pr. una* Thuan. Macrob. III, 8 versus 601. 2. 3. recitat et argutatur super voc. *mos.* Iulius Festus *de verborum significationibus* libro XIII. *Mos est institutum patrium pertinens ad religiones cerimoniasque maiorum*, sane hoc quoque loco et inf. XII, 836. Est tamen institutum quodcunque, etiam non religiosum. Hoc ibi voluerat Varro, cum diceret *mores* esse *animi*, quia *mos* proprie sit in iudicio animi, inde, consuetudinem quoque esse, morem.

esse, ut is summam imperii tenere videatur. Facile enim intelligitur, cum semel Turnus ad Aeneae virtutem illustrandam insigniore laude celebrandus esset, fieri hoc non recte potuisse, si secundas partes ageret et alterius auspiciis res gereret. Eodem spectant alia, quae a Marone sollerter provisa sunt. Continentur Rutuli nomine Latino, et Turnus, Regis nomine ornatus, Latini tamen principatui paret: nunc autem in Latini locum succedit: quemadmodum apud Etruscos factum videmus, aut inter Achivos, ut plurium civitatium reges principatum uni inter se deferrent. Ex dictis intelligitur, quomodo Maro saepe *Rutulorum* nomen pro *Latinis* ponere, alias discernere, potuerit: scilicet ut Hernicos, Aequos, Volscos. Hinc apparet quoque, cur Turni matrimonium *connubiis Latinis* designare potuerit sup. VII, 96 et idem *Laurens Turnus* VII, 640. cf. Excurs. VII extr.

601—622. Egregium et epicae maiestati consentaneum poetae commentum, dum bellum motum et illatum narraturus erat, primum morem patrium Iani reserandi arcessere, tum ad deae ministerium eam rem referre, unde augusta rei species exoritur. Quod poetam v. 601. 602 ab historica fide recessisse contendunt Interpp. post Servium, cum Livius lib. I, 19 a Numa demum Ianum, indicem pacis bellique factum, memoret, id vanum est. Nam si nos historiam Romanam nunc ex Livio potissimum haurimus; secus res se habuit illo tempore, quo multi praeclari scriptores in manibus erant, a quibus Romae origines diversis modis traditae fuerant; e quibus unum vel alterum delegit, idque parum curiose in antiquioribus, Livius. Antiquissima per Latium fuit Iani religio (v. Excurs. V ad h. lib.), et a maioribus haud dubie tradita Romanis, inter cetera instituta, quae plerumque a Romulo, Numa, vel alio rege repetuntur, cum essent instituta patria, a maioribus Alba Longa in novam coloniam apportata. Cum itaque opinio invaluisset, Numam religionum auctorem constituere: etiam Ianum pacis bellique indicem ad eum referre potuere homines, qui annales condiderant.

601—606. *Latium Hesperium*, non aliter quam Hesperia Italia. Male argutatur Servius cum aliis, esse *antiquum* Latium.

Digitized by Google

Roma colit, quum prima movent in proelia Martem,
Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum,
Hyrcanisve Arabisve parant, seu tendere ad Indos,
Auroramque sequi, Parthosque reposcere signa:

604 *Sive G. i. manus seu tendere ad Indos* laudat Schol. Cruqu. ad Horat. III Od. 24. Charisius autem lib. I Inst. Gr. p. 77 *Hyrcanisve A. parant indicere bellum.* Parrhas. *sive inferre manus Gethis.* Tum Witt. *Gothis.* Tres apud Heins. *manum.* (etiam Medic. apud Fogg. *Wr.*) 605 *Hircanisque* multi Pier. et Ed. Mediol. (vid. Q. V. XXXVI, 1. In Mediceo prima litera voc. *Hyrcanis* puncto ut delenda notatur; in eodem *Aravisve. Wr.*) 606 *Parthisque* duo Burm. *Parthosve* Zulich.

protinus h. l. ingiter, ut bene Serv., perpetuo ab eo inde tempore. *urbes Albanae*, coloniae. Nam Alba XXX oppidorum Latinorum mater. cf. Dionys. III, 31. *maxima rerum*; res maxima, *μέγιστόν τι πρᾶγμα.* cf. ad Ge. II, 534. („Si compares Ovidiana illa, *caput rerum* urbs Romana, *domina rerum* etc., fortasse *rerum publicarum* praetuleris.“ Haec Ruhkopf. Sed aliena haec sunt. Roma hic dicitur non *πασῶν*, sed *πάντων μεγίστη*, Roma, qua nihil maius; et *rerum* adiungitur, ut vis augeatur Superlativi, quod ex eodem Ovidio disces Epist. IV, 125.: „O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum, In medio nisu viscera rupta forent!“ vid. Heyn. ad Ge. II, 534. et Spalding. Praefat. ad Quintil. p. LXXXI. *Wr.*) *cum prima movent* (ad Romam hoc referendum propter sqq.) *in praelia Martem* nove dictum, vulgo *movetur bellum, Mars*; nec quicquam adiicitur: tum quoque *moventur arma* (pro quibus *Martem* dixit: nam adiecit *in praelia*). Quod indicto bello ancilia commovebantur, alienum ab h. l. est. (*prima proelia*, vid. Q. V. XXVIII, 3, d. *Wr.*) Vs. 604—606. Splendida est oratio. Bellis enim cum extremis orbis terrarum populis gerendis imperii R. maiestas praeclare declaratur. Quod *Getas* narrat, non est urgendum; voluit tantum fines imperii ad Danubium declarare; et sic porro in seqq. Etsi fuere bella Romanorum et victoriae ea aetate, quae huc revocari possunt; v. Vit. Virg. a. V. C. 724. 725. 729. 731. 734; (vid. etiam Lachmann. Praef. ad Propert. p. XXV. *Wr.*) nec dubitare licet, poetam in Augusti gratiam illa saltem adiecisse, *seu tendere ad Indos Auroramque sequi.* Ut tamen haec ad ipsum annum 732 retrahat Ianumque eo anno reseratum ex his vss. probet, multa gratis sumit nec tamen rem conficit Massonus in Iano reserato Sect. III, 5, uti idem vir doctus in aliis locis vim facit Virgilii verbis. (Hyrcanos, Arabas, Indos Parthosque similiter iungit Catull. XI, 5 sqq., ubi velim Silligium meum edidisse *Hyrcanos Arabasve mollis, Seu Sacas,*

Digitized by Google

Sunt geminae Belli portae (sic nomine dicunt)
Religione sacrae et saevi formidine Martis:
Centum aerei claudunt vectes, aeternaque ferri
Robora; nec custos absistit limine Ianus. 610
Has, ubi certa sedet patribus sententia pugnae,

607 *Sunt Gemini* emendatio Io. Marii Matii apud Heins., ut Ianus Geminus designetur. *Ianus Geminus* saepe memoratur: an usquam *Geminus* solum et absolute, merito dubites. Idem multo etiam durius e Prisciano contendit una voce scribendum esse *Belliportae*; etsi verum est, ipsum templum per *portas Belli* fuisse declaratum; erat enim διθυρον, et portam in postico quoque habebat; conf. Plutarch. Numa p. 73. *Belli* per maiusculam litteram exarandum est. Est enim Numen h. l. cf. Not. 608 *et* abest Franc. *form. Belli* Parrhas. 609 *externaque* Parrhas. 611 *Haec* Medic. a m. sec., ut referatur ad *limina*, interpolatum.

sagittiferos ve Parthos; vid. Q. V. in V. L. laud. *Wr.*) *Auroram sequi* magnifice, ad extremum Orientem usque progredi. Ferebat hoc multo magis usus loquendi Romanorum, cum v. c. dicerent, *ad Orientem missum, profectum, esse* aliquem. *Bellum* autem *lacrimabile* est Homericum πολύδακρυς Ἄρης, πολυδάκρυτος μάχη, δακρυόεις πόλεμος.

607 — 610. *Sunt geminae Belli portae* pro: Est aedes Belli binis portis instructa, perpetuo clausis, nec apertis, nisi instante bello. Vides hic exemplum fabulae veteris nova interpretatione interpolatae. Iani religio ab initio haud dubie symbolica fuit ad denotandam rerum naturam variasque eius proprietates. cf. inf. Excurs. V. Traducta ea est postea ad alia, et Romae Iani templum, a Romulo conditum, ex Numae, ut aiunt, instituto clausum vel apertum belli pacisque habebat indicia. Hoc vero ornavit poeta remque ita expressit, quasi in eo templo Bellum et Mars vincti tenerentur, custode in foribus Iano. Fecerat hoc idem sup. I, 294 — 296, ubi vid. Excurs. IX. Contrario commento Horatius Ianum clausis foribus ait cohiberi, tamquam pacis auctorem et custodem II Epist. 1, 255 *claustraque custodem pacis cohibentia Ianum.* Pacem includi dixere alii. conf. l. c. *Belli* autem *portae* proprio nomine dictae videntur. vid. ibid. cf. inf. 622 et ibi Not. *ferri robora,* ornate, pro ferro simpl. seu ferreis repagulis: Lucretii exemplo lib. II, 449. *nec custos absistit,* videri potest Iani signum in ipso templi aditu (ἐν προνάῳ) stetisse: nisi ipsa templi forma, quae et a fronte et a tergo portam habebat, talem poetae animo speciem obiecit. Verbo poeta nobis Iani templum exhibet hac specie: esse aedem Belli et Martis gemino aditu ab antica et a postica parte, (ναὸν ἀμφιπρόσυλον) clausis foribus robore et ferro munitis, posito ad fores Iani signo; quoties bellum a Senatu decretum fuerit, Consulem fores aperire, bellum indicere, classicum canere.

Digitized by Google

Ipse, Quirinali trabea cinctuque Gabino
Insignis, reserat stridentia limina Consul:
Ipse vocat pugnas, sequitur tum cetera pubes,
Aereaque adsensu conspirant cornua rauco.
Hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus
More iubebatur, tristisque recludere portas.
Abstinuit tactu pater, aversusque refugit
Foeda ministeria, et caecis se condidit umbris.
Tum regina deum coelo delapsa morantis

612 *cinctoque* Mentel. pr. *cinctusque* Menag. pr. et Goth. tert. Similis variatio Liv. V, 46 pr. *Sabino* plerique apud Pier. et Bigot. a m. sec. (adde fragm. Vatic. *Cyrinali* Medic. *Wr.*) 613 *stridenti limine* coni. Burm., perperam. *has, str. limina*, ex apposito dixit. Etsi praecesserat v. 610 *limine*. Deberet esse scriptum *stridenti cardine*: verum hoc est poetam in ordinem cogere, non eius lectionem restituere. (Est tamen ea ratio non appositionis, quae est languidior, nomine appellanda; vid. Q. V. XXI, 7. Primum ita instituerat poeta scribere: *Has — — stridentes reserat.* Adde V. L. ad V, 51. *Wr.*) 614 *cum* duo Burm. (*tunc citera* Medic.; vid. Q. V. XXV, 5, b. *Wr.*) 615 *accensu* Menag. pr. *ab sensu* Franc. *accentu* coni. Heins. 617 *videbatur* duo Burm. *reducere* duo alii. *excludere* Ed. Mediol. et Goth. pr. 618 *adversus* tres apud Burm. 619 *antris* Dorvill. (*ut caecis* scriptum malit Bothius. *Wr.*) 620 *dilapsa* Ven. *d. per auras* pr. Hamb. pro var. lect.

611—615. *Has* portas, *stridentia limina*, reserat Consul trabeatus. (vid. V. L. ad vs. 613. *Wr.*) Trabea *Quirinalis*, dicta, puto, quod uti Regibus, ita ipsi Romulo, trabeae fuerat usus. Plinius VIII, 48 s. 74 *Trabeis usos accipio reges:* et IX, 39 s. 63 *Purpurae usum semper Romae fuisse video, sed Romulo in trabea.* Recte itaque Maro antiquissimum Latii regem Picum trabea vestiebat sup. v. 187. 188. *cinctuque Gabino*, a Gabiis translato et sacris servato. Bene Servius, qui in ceteris argutatur: *toga sic in tergum reiecta, ut ima eius lacinia a tergo revocata hominem cingat, simul caput tegat et ambiat.* Obvia res in vett. monumentis, inprimisque in numis. (vid. Otfr. Muelleri librum *Die Etrusker* Vol. I. p. 265 sqq. *Wr.*) 614. *vocat pugnas:* ut sup. v. c. III, 253 *vocantur venti*, velis expansis excipiuntur, ita nunc pugnandi potestas datur, et admittitur, indicitur bellum. Mox v. 615 classicum canitur. Nec tamen intercedo, si quis morem reconditum et formulam sollennem respici dicat, qua in reserando Iano usus sit Consul, ut in ea invocaverit Martem et Bellum, et adstans multitudo verbis sollennibus responderit: etsi ea de re aliunde nihil nunc constat. In vss. 616—622 orationis copiam observa et ornatum in singulis. cf. sup. ad v. 601. (Pictura fragmenti Cod. Vatic. ad v.

Digitized by Google

Inpulit ipsa manu portas, et cardine verso
Belli ferratos rumpit Saturnia postes.
Ardet inexcita Ausonia atque inmobilis ante;
Pars pedes ire parat campis; pars arduus altis
Pulverulentus equis furit; omnes arma requirunt.
Pars levis clipeos et spicula lucida tergent
Arvina pingui, subiguntque in cote securis;

622. RUPIT 626. TERGUNT

622 *rumpit* Medic. cum aliis. (etiam 2. 8. 10. 11.; idque recepi; vid. Q. V. VII, 7.; *rupit*, quod tuetur fragm. Vatic. cum Palat., a librariis scriptum videtur, ut tempus tempori, *Inpulit*, conveniret. *Wr.*) *rumpunt* duo. *ferratas portas* Parrhas. a m. pr. 623 Arusianus Messius in suo libro legerat *Ardet in excitam Ausoniam*. Argutatur in hoc librarii lapsu Heins. Vulgatam fragm. Vatic. quoque tuetur. 624 *parant* Gud. a m. pr. et Zulich., hic quidem male; nam variandum erat poetae in numeris. (an Latinum hoc: *pars parant ire pedes*? elegans tamen Heinsio videtur. *Wr.*) *Mars* Zulich. a m. pr. et Menag. alter, stupore librarii, quem *pars arduus* male habebat. *artis* Medic. a m. pr. 625 *fugit* Dorvill. a m. pr. (Medic. *omnis*. *Wr.*) 626 *tergunt* plures et probatiores Pierii: item Medic. et alii cum Probo apud Heins. (Quae hic narrat Heynius, pleraque falsa sunt. Audiamus Pierium: „Quamvis, ait ille, codices nonnulli *tergunt* legant, plures tamen et probatiores *tergent* legunt." Quod autem Pierius, idem fere Heinsius refert de suis. Et *tergent*, ut alios omittam, exstat in Medic. fragm. Vatic. et Rom. Neque e Probo quidquam discimus, nisi hanc lectionis varietatem iam suo tempore inventam esse h. l. Et *tergent*, ut etiam Pierius vidit, manifesto tuetur Servii scholion, certe quale nunc exstat: „TERGENT ab eo, quod est *tergeo*, *terges*, venit; et *tergunt* a *tergo*, *tergis*, quod de usu penitus recessit." At *tergunt* probabile est deberi librariis ad extremum versus superioris verbum, *requirunt*, aberrantibus. Itaque revocavi *tergent*. Alterum, *tergunt*, e Parisinis habent 5. 12. *Wr.*) Ceteri *tergent* cum trinis Goth. *lutea tergunt* Vratisl. *torquent* Parrhas. (*lurida* scribendum pronuntiat Wakef. ad Lucret. IV, 250., poetici moris parum memor. *Wr.*) 627 *subiciuntque* Rom. *que* abest binis Burm. (*arbina* fragm. Vatic.; vid. V. L. ad Ecl. II, 15. *secures* idem cum Medic. *Wr.*)

620 morem antiquum minus recte refert in templo Iani et foribus.) vs. 622. Ennianum exemplum servavit Servius ex Annal. *postquam Discordia tetra Belli ferratos posteis portasque refregit*; unde etiam intelligitur, quomodo Virgilius in Iunonis ministerium hoc inciderit. Adumbrasse eadem videtur Statius V Theb. 146 de Amazonibus: *ubi arma Indulget pater, et saevi movet ostia Belli.*

623. *inexcita atque immobilis ante.* Nam v. 45 *rex arva Latinus et urbes Iam senior longa placidas in pace regebat. Pulverulentus*; nil frequentius hac imagine motae pugnae vel cursus concitatioris, vel industriae et studii; κόνις. ἐγκονεῖσθαι. κονίσσαλος. *omneis arma requi-*

Digitized by Google

Signaque ferre iuvat, sonitusque audire tubarum.
Quinque adeo magnae positis incudibus urbes
Tela novant, Atina potens, Tiburque superbum,
Ardea, Crustumerique, et turrigerae Antemnae.
Tegmina tuta cavant capitum, flectuntque salignas
Umbonum cratis; alii thoracas aenos,
Aut levis ocreas lento ducunt argento;
Vomeris huc et falcis honos, huc omnis aratri

628 *iubet* Medic., forte *lubet*, addit Heins. *iuvant* Rom. 629 *Quin adeo* Goth. pr., manifesto vitio. Nec videtur poeticus sermo eam formam ferre. *impositis magne* Parrhas. 630 *Latina* fragm. Vatic. a m. pr. 631 *Ardua* Goth. sec. *Crustumerumq.* Ed. Ald. pr. et Iunt., sed emendatum statim in Ald. sec. *Crustumenumq.* Menag. pr. *Crustumiumq.* Goth. pr., quod apud Silium legitur VIII, 367 et *Crustumia pira* sup. Georg. II, 88. *et* abest Rom. *Antennae*, *Attennae*, *Amtennae*, aberratt. conf. Heins. 632 *Tegmine* alter Menag. *suta* coni. Heins. 633 *crateis* fragm. Vatic., sed emendatum *cratis*. (Medic. *crates*. *Wr.*) *corracas* Franc. *aeneos* Medic. eleganter, ait Heins. Saltem ferri potest. (sed hoc Medic. a m. pr., a sec. *aenos*, *e* et transfossa et puncto notata. *Wr.*) 634 *Pars levis* Schol. Horat. Art. 26. *condunt a.* Goth. tert., lapsu minus felici.

runt debitum Ennio esse notat Macrob. VI, 1. Sed in v. 626 ad nostros decori sensus exigendus non est laevor et splendor ex axungia et suillo adipe (ἀργέτι δημῷ apud Homerum) quaesitus. Nec tamen per se tenuior aut vilior rei est species quam acumen ex cote. (vid. Not. ad XI, 659. *Wr.*)

. 629 sqq. Voluntariam has urbes militiam suscepisse putabat Cerda, cum ceteris imperatum esset, ut militarent. Equidem verbis tantum inesse video hoc: non modo agrestes confluxisse (ut 573 sq. narratum erat), verum etiam magnas urbes bellandi studio exarsisse. Quinque autem numerat, ut poeta, cui omnia definite efferenda sunt. (*Quinque adeo*, vid. Q. V. XXVI, 3. *Wr.*) Debuit tamen harum Latii urbium praecipuum nomen esse antiquissimis temporibus: in finibus quidem, occidentem versus, Crustumerii et Antemnarum, ad orientem autem Latii, Atinae in Volscis. *Tibur superbum* a magnificentia partim ex opibus et cultu, partim ex situ in edito loco. Astute, ne metrum repugnaret, pro *Crustumerio* cives *Crustumeros* dixit: nisi *Crustumeri* fuit pro Crustumerii: quod verum esse suspicor. (vera prior ratio pro more poetarum variandae orationi studentium. *Wr.*) Quae sequuntur, ad has potissimum urbes spectant, ornate ea quidem exposita, sed satis ab aliis quoque frequentata. 632. *Alii* galeas cudunt, aut *salignas Umbonum crates*,

Digitized by Google

Cessit amor; recoquunt patrios fornacibus ensis.
Classica iamque sonant; it bello tessera signum.
Hic galeam tectis trepidus rapit; ille frementis
Ad iuga cogit equos; clipeumque auroque trilicem
Loricam induitur fidoque adcingitur ense.
Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete,

636 *requoquunt*, *recocunt*, scribitur, ut solebant multi. (*requoquont* Medic. *Wr.*) *recoquent* duo Mentel. cum Goth. tert. *primos* Goth. pr. (*enses* Medic. *Wr.*) 637 *tessara* Zulich. et Goth. tert. 638 *rapidus r.* Medic. a m. pr. *capit* alter Menag. *trementes* Gud. a m. pr. et Franc. (et 8. — *frementis* altera, *trementis* prior lectio Medicei. *Wr.*) *frequentes* Erf. 640 *Lorica* Rom. 641 *monete* magna codd. pars, ut solet, etiam Servius, et pro emendatione fragm. Vat. bene et hoc; bene et alterum, quod iam habemus. Heinsius coniiciebat, *cantuque monete*, ne bis idem versus occurreret; nam legitur ille totidem verbis lib. X, 163. At vero quot versus in Virgilio et in Homero essent mutandi, si hoc sequi vellemus. Et sic praeferam utique *cantusque monete* alterutro loco. (atque sic edidit Wakef. *monere* et *movere* sexcentis locis permutata esse norunt omnes. Hic quidem pauci admodum libri, — e Parisinis unus 7. laudatur, — *monete* offerunt; et si quis id habet e melioribus, in eo tamen est *movete* vel a prima, vel a sec. manu. Servius nihil, nisi etiam *monete* legi, scribit. Iam *mone* saepe quidem de Phoebo et Musis, quum carmina rogantur; ut supra vs. 41. Val. Fl. I, 5.: „Phoebe, mone.“ VI, 34.: „Musa, mone.“ At hoc, *monere rem*, ne Latinum quidem est, nisi forte corrupta dudumque emendata lectione apud Hor. Od. III, 7, 20. *historias monet* pro testimonio utaris. Nam quod saepe legimus *hoc te moneo*, *quod m.*, *unum m.*, *vera* vel *multa monere*, et his simila, ea nihil probant; vid. Not. ad III, 56. Itaque noli dubitare, quin vitiosissimum sit illud *cantusque monete*. Vid. etiam Not. ad h. vs. *Wr.*)

scuta de vimine facta, coriis inductis. 636. *recoquunt*, instrumenta illa rustica liquefacta recudunt. Hoc apud Lucret. V, 1292. *Inde minutatim processit ferreus ensis, Versaque in obscenum species est falcis aenae:* quod comparat Macrob. VI, 1 extr. *it tessera, signum bello*, h. e. diditur, distribuitur. *longo fugit ordine velox Tessera* ait Statius Theb. VII, 236. *trilicem* non tam triplici filorum ordine, ut esset lorica lintea; quorsum enim *auro?* sed *aureis* lamellis, triplici ordine sibi innexis; ut alias hamis, squamis seu catenulis. v. sup. ad III Aen. 467. *fidum* ensem 640 vidimus iam VI, 524.

641 sqq. Enumerationem, quae sequitur, copiarum Latinarum ipsa rerum ratio poetae ingenio obiicere debuit; ea enim, quae sigillatim exponuntur, multo maiorem mirationem faciunt, quam si sub uno numero quamvis grandi efferantur; porro, antequam res magnae et clarae geruntur, eos cognoscere avemus, per quos eae res gestae sunt; Homerici navium catalogi exemplo eam esse adumbratam, obvium est, et ab omnibus Interpp. observatum. Ab eodem Homero Iliad. β, 484 petita est Musarum invo-

Digitized by Google

Qui bello exciti reges, quae quemque secutae

642 *acciti* Medic. Colot. et Burm. Excerpta. Alterum doctius: *exciti*; et *bello*, ad bellum. *quemcunque* Gud. a m. pr. *quem quaeque* Dorvill.

catio; et recte, tamquam in rebus a prisca memoria repetitis. Comparationem inter Homericam et Virgilianam rationem a Macrobio inde Sat. V, c. 15 passim instituerunt viri docti, sed partium fere studio et alterutrius poetae amore abrepti. Nobis ea notasse sufficit, quae Virgilio propria sunt. Cum itaque Graecarum urbium et populorum enumeratio, tamquam in re communi Graeciae consensu suscepta gestaque, ad singulorum oppidorum laudem et gloriam avitam pertinere videretur, multa Homerus simpliciter nomine designare potuit. At Latii urbes pleraeque aut solo erant aequatae aut antiquo splendore exciderant. Necesse igitur fuit poetae commemorare paucas et commendare eas a vetere fama et antiquis fabulis, inprimis de iis, qui eas condiderant. Fabulas autem plerumque ad Graecanicae fabulae naturam accommodavit, origine quoque urbium Italicarum a Graecis repetita. Qua de re v. Excurs. VIII ad h. libr. Cum itaque Virgilius urbium et populorum varietate locorumque et morum diversitate inferior esset Homero, delectationem ex fabulis priscis recte quaesivit. Quod Troianam aciem non adiecit, ad Homericum exemplum, nemo facile miretur; quam enim varietatem et delectationem ea enumeratio promittere poterat? Etruscorum auxilia enarrare non oblitus est inf. lib. X, 163 seq. Erant enim in genere hoc rerum hominumque, quae animum tenere possent. Quod ad ordinem, quo urbes recenset poeta, attinet, etsi vana ea de re virorum doctorum est subtilitas, cf. Macrob. l. c., non tamen videntur observasse, ab occidente Latii ad orientales usque fines eum progredi.

641—646. Quid est *pandere Heliconem?* ut aditus poetae pateat? utque eas canentes audiat? ut fere Cerda exponit; et est utique proprium de aditu patefaciendo τὸ *pandere;* atqui iam ante per totum carmen in Helicone, inter Musas versari debuit; et Musae iam memorare debuere caussas irarum Iunonis cum ipsis odiis eorumque effectis; an ut Musae seu descendant, seu in conspectum veniant? ut in Hesiodi Theog. pr. Probabilius alterum hoc: ut rem novam, vetustae memoriae, sibi exponant. Est certe, adeste et dicite. ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι. Ad Claudianum IV, 1 Gesnerum de Helicone tamquam scena cogitasse video: quod nolim factum. (Verbum *pandere*, ut constat, proprie dicitur de rebus complicatis vel clausis; hinc transfertur ad res obscuras minusque notas, ut ap. Virg. Aen. VI, 267.: „Pandere res alta terra et caligine mersas.“ Inde oracula panduntur, Aen. III, 252. 479., et carmina res obscuras illustrantia, ut ap. Lucret. IV, 8.: „ob-

Digitized by Google

Conplerint campos acies; quibus Itala iam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis.
Et meministis enim, divae, et memorare potestis:
Ad nos vix tenuis famae perlabitur aura.
Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris
Contemtor divom Mezentius, agminaque armat.
Filius huic iuxta Lausus, quo pulcrior alter

643 *complerunt* Rom. et vett. apud Pier. et pars Burm. cum binis Goth.; et hoc magis epicum. (qui vitiosa oratio magis epica esse possit, quam recta et sincera, id non intelligo; commendat tamen eandem lectionem Cort. ad Lucan. IV, 426. Scilicet pro Coniunctivo Perfecti et Futuro exacto syncopen passo librarii fere Indicativum Perfecti vel Plusquamperfecti substituunt. *Wr.*) *compulerint* alicubi legi Pierius narrat. *acies campos* Exc. Burm. *acies, quibus arserit armis* Witt., librarii fraude. v. Burm. *q. I. tantum Fl.* vulgata aliqua ante Pier. legit. 644 *adserit* Rom. (etiam Medic. *Wr.*) 646 *At* tres apud Burm. cum tert. Goth. *famae* Oudart. *dilabitur* Zulich. *vox* alter Goth. 647 *in id* Montalb. 648 *Mezzentius* scribit Medic. et Rom., quod ad legentis fastidium defendit Pierius. (vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) *Mesentius* Witt., et *Mezencius* duo Burm. *Medentium* veteres dixisse, Priscianus, *Messentium*, Velius Longus traditi. Totum hemistichium: *Mezentius agminaque armat* a Goth. altero aberat. 649 *hunc iuxta* Medic. a m. pr. et Venet. (est ea prior lectio Medic. *Wr.*) *hunc Lausus iuxta*, et *huic fuerat L.*, et *huc iuxta* alii apud Pier. *hic iuxta* Rottend. tert. a m. pr.

scura de re tam lucida pando Carmina." ubi vid. Forbig. Iam ipsa propria huius verbi notio facile potuit imaginem clausi alicuius per portas sacrarii poetarum animo obiicere; hinc illud *Helicona pandere*, unde, apertis quasi portis, carmina res reconditas vel tenui tantum et obscura fama propagatas explicantia petuntur a poetis. Nec novatum hoc esse a Virgilio, persuadere poterunt verba Bacchylidis a Clement. Alex. servata Stromat. I. V. p. 423. D. Sylb.: „οὐδὲ γὰρ ῥᾴστον ἀῤῥήτων ἐπέων πύλας ἐξευρεῖν." Parum proderit cum Virgilianis contendere Pindarica Ol. VI, 45. Heyn.: „χρὴ τοίνυν πύλας ὕμνων ἀναπετάσαι." Facile autem iam senties, quam commode iuncta haec sint: *Pandite Helicona* et *cantus movete*, i. e.: Pandite Helicona, ut proveniant inde carmina; vid. etiam Burm. ad Vales. V, 100. Ceterum satis constat, repeti in longiore carmine invocationem Musarun a poetis, ubi magnam aliquam rem et difficilem ordiuntur, ut ab Homero in eodem argumento factum Il. II, 484. *Wr.*) 643. Sunt haec in laudibus Italiae, quas v. Ge. II, 167 sq., ubi illa 174 *parens magna virum. iam tum*, praeclare dixit, ad laudem sui aevi, tacita quidem comparatione. — 644. quos populos bellantes habuerit. 645. 646. ex

Digitized by Google

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.
Lausus, equum domitor, debellatorque ferarum,
Ducit Agyllina nequidquam ex urbe secutos
Mille viros; dignus, patriis qui laetior esset
Imperiis, et cui pater haud Mezentius esset.
Post hos insignem palma per gramina currum

652 Est Ἀγυλλα. *Agellina* nonnulli. *Agelina* Franc. et Dorvill. cum Goth. alt. *Agullina* Maronem dedisse arbitratur Heinsius. 653 *quo* sec. Rottend. pro var. lect. ex interpretamento. *patris* Dorvill. a m. pr. 654 *sed cui* Leid. 655 *insignem fama* Macrob. Sat. V, 15, non inscolenti varietate. *per gr. circum* Menag. pr. *per agmina* Witt. a m. pr.

Homer. conversi Iliad. β, 485 seq. Sequuti sunt alii, ut Statius Theb. IV, 32 seqq. Ovid. XV Met. 622. 623. κλέος. *fama*, et doctius *famae aura*.

647—654. Quod Mezentium Agyllae Lucumonem inter socios Latinorum memorat, ab antiqua fama mutuatus est. v. Exc. ad lib. VIII, 478. *Tyrrhenis ab oris Mezentius*, oriundus ex Etruria. Pulsus enim Caere ap. Rutulos tunc agebat. vid. inf. VIII, 492. 493. *contemtor divûm* ex fama antiqua: quam e Macrob. III, 5. v. inf. Excurs. III ad VIII. *Lausus, quo pulcrior a.* Imitationem Homerici Nirei multi notarunt Iliad. β, 673. 674 et similem locum de Euryalo Od. θ, 116. 117 et de Aloidis λ, 309. *corpore Turni* pro *Turno*, nota ex Graecis forma. conf. sup. VI, 22. Idem Lausus *equum domitor*, ἱππόδαμος, *debellatorque ferarum*: quod Homerico exemplo in laude viri fortis posuit. vid. Iliad. ε, 49 seq. 652. *Agyllae* seu *Caere* tyrannidem tenuerat. vid. inf. VIII, 481 sqq. *nequicquam* iungam cum *secutos*, qui ei in pugna cadenti frustra erant adfuturi. 653. *dignus patriis qui laetior esset Imperiis*, ornate, dignus, qui meliore patre gauderet; ad patrem autem declarandum *imperia* non minus valent, quam in filio *obsequium*. Comparant Homericum de Peripheta Eurysthei filio: Τοῦ γένετ' ἐκ πατρὸς πολὺ χείρονος υἱὸς ἀμείνων παντοίας ἀρετάς Iliad. ο, 641.

655 sqq. Aventinum tamquam unum ex heroibus Homericis inducit cum curru, quo victoriam ludis curuli certamine obtinuerat. Eundem exhibet clipeatum vers. 657, quod ferri potest; sed cum paullo post v. 666 eundem leonis exuviis indutum incedere narrat, in eo fateor me poetae diligentiam et iudicium desiderare; nam diversorum vitae priscae temporum fuit, spoliis ferarum tectum esse, et de curru armatum pugnare. Quod primum *curru* vectum (v. 655) mox *peditem* incedere facit (v. 664), in hoc morem Homericorum heroum sequi potuit, qui non raro, exiguo intervallo subsequente curru, pedites incedunt. Aventinum in nonnullis signis agno-

Digitized by Google

Victoresque ostentat equos satus Hercule pulcro
Pulcer Aventinus; clipeoque insigne paternum
Centum angues cinctamque gerit serpentibus Hydram;
Collis Aventini silva quem Rhea sacerdos
Furtivum partu sub luminis edidit oras,

656 *ostendit* aliquot Pier. *Hercule forti* codd. apud Pierium, ex interpretatione. (vid. Q. V. XVI, 1. *Wr.*) 659 *in silva* Sprot. et Leid. unus, et aliquot Pier. *Rhaea* Leid. *Reba* Hamb. sec. (*Rheda* Serv. Dresd. *Wr.*) *Rhea* h. l. est ex Ῥεία vel Ῥείη, v. c. apud Callimach. (Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I. p. 234. sacerdotis huius nomen ex adiectivo *reus* factum propterea que *Rea*, non *Rhea*, scribendum esse arbitratur; quae opinio nec codicum auctoritate confirmari videtur, et adversatur praeceptis metricorum. *Wr.*) 660 *Furtivo partu* plerique codd. apud Pier. *furtivo* unus Leid. a m. pr., quod Catroeus dedit, nec vidit se deterius et vulgarius pro exquisitiore dare; nam, qui *furtivo partu*

scunt recentiores veterum operum interpretes. Nobilissimum est in *Museo Capitolino* T. III, t. 26, iam a Dom. Rubeo (in *Raccolta di Statue ant.* n. XIX) exhibitum: sed id Herculis pueri esse nullus dubito. Exuviae leonis perpetuum Herculis sunt insigne, etiam pueri ante enectum Nemeaeum leonem. Ceterum Aventinus heros Virgilii ingenio deberi videtur, Homeri exemplo, qui in similibus heroum filiis et nepotibus commemorandis felicissimus est. Herculis autem accessus ad haec loca (vid. inf. VIII, 200 sq.) facile poetae animum impellere potuit, ut in Aventinum incideret; cuius nomen Romanis lectoribus placere debuit, cum mons Aventinus urbis Romae pars facta esset.

655. *insignem palma currum* simpl. intelligo *νικηφόρον*, *ἀθλοφόρον*, quadrigas, vel bigas, quae praemium cursus obtinuerant. Lauri vel palmae insigne currui infixum recentioris moris ne sit vereor. *Hercule pulcro Pulcer Aventinus.* Noli nec de Herculis nec de Aventini pulcritudine cum Cerda et aliis dubitare. Rem satis declarant signa vetera; sed cogitandum est de pulcritudine herois, qui robore corporis omnes mortales superavit. („Romulu' polcer" Ennius pag. 19. ed. Hessel. *Wr.*) 657. 658. Tragicorum more clipeum dat Aventino insignitum hydra. *Centum angues cinctamque serpentibus hydram;* eleganter variata oratio pro vulgari: *hydram centum cinctam serpentibus.* Ceterum poetae de parvis et tenuibus parum laborantis generosam incuriam observes in hoc, quod hydram nunc *centum*, at lib. VI, 576 *quinquaginta* capitibus horrendam exhibuit. Comparent deliciarum harum studiosi, praeter Silium II, 158. 159, Eurip. Phoeniss. 1142 sqq. Quintum Cal. VIII, 349. 350.

659 — 663. Bellum poetae

Digitized by Google

Mixta deo mulier, postquam Laurentia victor,
Geryone exstincto, Tirynthius adtigit arva,
Tyrrhenoque boves in flumine lavit Iberas.
Pila manu saevosque gerunt in bella dolones;
Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello. 665

editus est, eum elegantius *furtivum* poeta appellat. *furtivum edideras partu sub l. auras* Ed. Ven. *partus* Rom. *liminis* alter Hamb. et Gud. *ad sublimia edidit auras* sunt qui legant apud Pier. *sub luminis oras* Heinsius ex Medic. et aliis reposuit, iam Pierio e codd. probatum; in nonnullis *horas*; in ceteris (etiam in Palat. *Wr.*) et in vulgg. Aldd. et cett. ante Heins. *auras* legitur: quod nollem mutatum esse, cum altero in loco Ge. II, 47 idem servatum sit. Nec dubito *oras* nihil aliud esse quam antiquam scripturam et pronuntiationem τοῦ *auras*. conf. ad Ge. II, 47. (*oras* tuentur longe optimi plurimique libri; *auras* ex Heinsianis Menag. pr. et Ven. tantum enotatur, quibus Burmannus addit Witt.; vid. Q. V. X, 1. et Forbiger. ad Lucret. I, 23. *Wr.*) 663 *in flumina* Gud. *Hiberos* duo Moret. *Iberos* aliquot Pier. 665 *Ut t.* Oudart. Heinsius coni. *aut*.

commentum a Rheae Silviae, quam Mars compressit, exemplo ductum: Herculem actis per Italiam Geryonis armentis cum Rhea sacerdote consuevisse, unde natus sit Aventinus heros. *mixta*, μιγεῖσα θεῷ. *Laurentia arva*, ut poeta, latius dixit; nam apud Evandrum, qui tum loca circa Palatinum et Aventinum tenebat, deverterat Hercules: qua de re v. inf. VIII, 200 sq. v. 663 poeticum ornatum habet commode ab eo petitum, quod in armentorum cura proprium est, lavare gregem; pro: *et armenta ex Hispania adduxit*.

664—669. *gerunt* scil. Aventini comites; quos paullo durius subintelligi non inficior: etsi eo ducere potest τὸ *Ipse* v. 666. Nec monitum, unde ii fuerint, quos adduxit. Loca circa Aventinum montem eos inhabitare dicere poterat. Sed totus locus a poeta inchoatus, non absolutus esse videtur. (Equidem nihil hic desideraverim. *Wr.*) *Pila* bene memorat, tamquam Romanorum et Italorum telum; v. de iis Polyb. VI, 21, ubi ὑσσοὶ appellantur. *De dolone*, de quo Reines. Var. Lect. pag. 646 egit, unice amplectendum est, quod e Varrone affert Servius: esse ingentem contum cum ferro brevissimo. Tale genus teli illis temporibus accommodatum. Petit hinc Silius III, 250. *Mucronem teretem* ex usu loquendi non nisi de gladio exiguo accipi posse puto; nec tamen τὸ *teres* satis convenit: *Sabellum* autem *veru* nullum aliud esse videtur, quam verutum, iaculi seu teli missilis genus: praefixum ei ferrum melius utique *teres* esset; an poeta illud per *mucronem* declarare voluit? Samnitium quidem proprium hoc telorum genus, σαυνίον dictum, a quo adeo nomen eorum ductum esse volunt Saunitarum et Samnitarum seu Sa-

Digitized by Google

Ipse pedes, tegumen torquens inmane leonis,
Terribili inpexum saeta, cum dentibus albis
Indutus capiti, sic regia tecta subibat,

668. SUBIBAT Horr.

666 *tegumen* Heins. e Medic. (a Fogginio *tegimen* expressum) et tribus aliis. In reliquis, etiam Pierianis, *tegimen*. Vulgo *tegmen*: v. sup. ad III, 594. (ubi forma *tegumen* sarta tecta est per codicum auctoritatem; itaque ad illud exemplum huius quoque loci lectio videtur conformanda. *tegmen* Palat. *Wr.*) Eadem varietas in Livio et aliis observata. 667 *implexum* aliquot Pieriani, et duo Burm. *impecum* Dorvill. *implexu* Rom. 668 *tunc r. t. tenebat* Sprot. *subibant* Rom. Ceterum, quomodo Interpretes haec acceperint, ex vulgari quidem interpunctione non assequor; *Terribili impexum saeta, cum dentibus albis Indutus capiti, sic regia tecta subibat Horridus*, — Omnino post *tegumen torquens* durum est *Indutus capiti*. Ergo *idem tegumen torquet* et id, h. e. eo, *indutus est capiti*? Mox idem *humero innexus amictu* est. Mollius esset, si scriptum foret *indutum* sc. *tegumen capiti*, nisi *indutus* substantive positum, ut sit indumentum capitis: ut inf. 688. 689 *fulvosque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti*; sic nunc *indutus capiti*. Interpungam saltem plene aut in fine versus 667: *albis. Indutus capiti sic, regia tecta subibat Horridus Herculeoque humeros innexus amictu*; (hoc sequitur Iahnius, cum maximo damno numerorum. *Wr.*) aut, quod facere praestat, post *Indutus capiti*: *Sic regia tecta subibat*. Licet quoque suspicari, vitium in *torquens* latere; nam, si eo sublato substituatur epitheton leonis, v. c. *Ipse pedes tegumen Nemaei*, (? *Wr.*) vel *Gaetuli*, *immane leonis*: omnia bene se habent, ut sic: *Ipse pedes tegumen — indutus*. Fuit vir doctus qui coniiceret: *tegumen tollens*, ut inf. VIII, 141. At *torquet* vere et proprie intorquet, supra humeros vel brachia leoninam pellem Hercules; multo magis proprio aliquo modo in monumentis priscae artis Italiae. Probabile mihi videtur locum ultimam poetae manum expectasse, et, quae varie ab eo tentata fuerant, ex eius codice a Tucca esse apposita: ita ut aut servandi essent vss. 666. 667 expunctis 668. 669, aut hi, expunctis illis prioribus. Possis, quoque lo-

mnitum. vid. Festum voc. *Samnitibus* et qui ad e. l. laudantur, et Strabon. V, p. 383 B. Iam, cum Samnites Sabinae gentis propago sint, etiam Sabinis idem hastae genus sollenne esse, aut saltem tribui potuit, unde *veru Sabellum*. Nisi omnino commune fuit populorum Latii et reliquae Italiae. Sic Georg. II, 168 *Volscos verutos* vidimus. 666. *tegumen leonis*, cui nunc *saeta* tribuitur, ut infr. 790 bovi, sunt exuviae: has *torquet*, retorquet, in cinctum corporis; infr. VIII, 460 *Demissa ab laeva pantherae terga retorquens*. Easdem exuvias ita accommodat capiti, ut rictus pellis pro galea sit, ut inf. XI, 680. 681 *caput ingens oris hiatus Et malae texere lupi cum dentibus albis*. conf. mox v. 688. 689. Dentium nitorem, ut in apro, sic in leone non memini usquam praedicatum: itaque *albus* tantum ornans esse videtur epitheton. In ceteris scabra est oratio. vid. Var. Lect. Saltem iung. *Ipse pedes* sc. pugnat, *torquens tegumen*

Digitized by Google

Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu.
Tum gemini fratres Tiburtia moenia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,

cum interpolatum dicere: eiice versum importunum 668 *Indutus capiti, sic regia tecta subibat*, quae a sensu et loco aliena sunt, et iuncturam verborum enecant: praeclare tum procedunt reliqua hunc in modum: *Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello*: *Ipse* (pugnat) *tegumen torquens inmane leonis Terribili inpexum seta cum dentibus albis, Horridus Herculeoque humeros innexus amictu.* Attamen ad sensum meum vel sic ultimus versus *Horridus* — otiosus est. (*indutus* corruptum eiusque loco *indutis* ponendum censet Bothius, coll. Ge. III, 363. „*Tegumen torquens* et *indutus capiti* non bene coeunt. Planus erit sermo, si pro *indutus* legamus *induitur*, et post *capiti* interpungamus.“ Haec Waardenburg Opusc. p. 172. sq. Haud inepte quidem; sed, si quid video, omnia sunt non modo integra, sed etiam praeclara. Cetera maxima ex parte bene explicat Heynius in Nota. *Ipse pedes*, non *pugnat*, quod Heynius subintelligit, sed aut *est* vel *venit*; nam sic solere in descriptione nudos saepe poni nominativos dictum est in Not. ad IV, 201.; aut, quod longe praestat, ita haec strue: *Ipse pedes subibat*; quam iuncturam huic loco multo aptiorem esse statim videbimus. Apparet, ex more vulgaris sermonis haec, *torquens* et *indutus*, copula fuisse iungenda. Sed de industria ab eo more discessit poeta, quod in re horrida horridiore etiam dicendi genere utendum putavit. Atque ipsam hanc horridi habitus notionem declarat urgetque particula *sic*; quam si graviore interpunctione seiunxeris a praegressis, multum detrahes de propria huius loci virtute. Ita autem Graeco more participiis subiicitur haec particula, quemadmodum supra I, 225. et vid. Q. V. XXV, 7. Sic nihil est, quod mutatum aut aliter tractatum velis. Nec vs. 669. otiosus, utpote causam reddens huius vestitus, paterno quippe assimilati; comma tamen in fine superioris versus addidi, quo fit, ut, quae sequuntur, per appositionem adiecta, plus adipiscantur roboris. *Wr.*) 669 *Herculeos q.* Goth. tert. *innixus* Rom. et duo Burmann. *indutus* Bigot. 670 *T. limina* Parrhas. et cod. apud Pier. (*Tunc* Rom. *Wr.*) 671 *Tyburni* Rom., (et Serv. Dresd. *Wr.*) quod Cerda praefert. Sane apud Horat. I, 7, 13 *Tiburni lucus*, etsi et ibi variant codices. v. Torrent. et Lambin. cf. inf. lib. XI, 519. *Tiburni* expressum dedit Brunck., idque et ipse malim. Vitium nasci potuit e versu antec. Habet tamen et altera forma *Tiburti* suas auctoritates: v. Exc. VIII. (*Tiburni* h. l. Handio restituendum videtur ad Stat. S. I, 3, 74. atque ita edidit Iahnius. Sed si *Tiburtia* au-

— *indutus* (illud l. illo) *capiti*: (indutum caput habens eo) *Sic regia tecta subibat Horridus* —. (Rem videor mihi satis expedisse in Var. Lect. *Wr.*)

670—677. In condenda urbe Tibure tres fratres consociasse operas suas narrantur, Amphiarai, qui ad Thebas ab terra haustus interiit, Argivi filii. Quod ii isto adhuc tempore inter vivos habentur, non urgendum est, nec temporum ratio subtilius exigenda. vid. Excurs. VIII. *gentem*, ut poeta, narrat, cum *urbem* dicere deberet; quod passim obvium: v. 673. προμάχονται heroum Homericorum exemplo procurrentes ante aciem. Tenendum est ex Iliadis lectione.

Digitized by Google

Catillusque acerque Coras, Argiva iuventus;
Et primam ante aciem densa inter tela feruntur:
Ceu duo nubigenae quum vertice montis ab alto
Descendunt Centauri, Homolen Othrymque nivalem
Linquentes cursu rapido; dat euntibus ingens
Silva locum, et magno cedunt virgulta fragore.

674. Ceu,

diant h. l. ista moenia, nomen conditoris aut *Tibur*, aut *Tiburs*, aut *Tiburtus* esse debuit; a *Tiburno* appellanda erant *Tiburna*. Ceterum *Fratres* Medic., e versu superiore. *Wr.*) 672 *Chatillus*, *Catthillus*, *Cathillus*, *Cathilis*, *Cathilus*, *Casullus*, aberrationes. (*Catillus* Medic., sed perfossa altera *t*; et *Cătillus* correpta prima syllaba Stat. Silv. I, 3, 100., ubi vid. Hand. *Wr.*) *Choras* Goth. sec. *Corax* Moret. tert. cum tribus aliis Burm., utroque Goth.; et sic Schol. Horatii Cruquianus ad I Od. 7, et I Od. 18. (*Corax* etiam Serv. Dresd. *Wr.*) 673 *inter bella* Goth. et Witt. (—674. Eieci comma post *Ceu*; vid. V. L. ad Ge. I, 303. *Wr.*) 675 *Omolen*, *Emalon*, *Amolon*, *Tymolen*, aberratt. librariorum. Nam Ὁμόλη satis nota ex Pausan. IX, 8. Steph. Byz. h. v. Mons idem Centaurorum clade notatus apud Eurip. Herc. fur. 371. Panis sedes apud Theocr. VII, 103. Urbem simili nomine Homolen vel Homolium laudat Strabo lib. IX, p. 675 B. et Ptolemaeus, notante Iulio Sabino, qui docet alios legere *Oloen* pro *Pholoen*. Sed is Arcadiae mons est. Mox in Ὄθρυς alii errores: *Otyrumque*, *Othirumque*, *Tyrrimque*, *Nothumque*. At Medic. *Othrumque*, et vulgg. ante Heinsium *Othrynque*. (*Otrumque* sine aspiratione a Foggin. expressum; vid. etiam Cort. ad Lucan. VI, 337. praeterea *Discenduns* ap. eundem in Medic. *Wr.*) Tandem *nivantem* Vratislav. 676 *rabido* Exc. Burm. Ge. Fabricius interpungebat: *Linquentes*: *cursu rapido dat e.* 677 Ex Miscell. Obss. Vol. I, 17 notatur ad h. l. reprehensio poetae, qui post *silvam virgulta*, post maius minus commemorando, versus vim infregerit. Respondet ibi vir doctus alius, sed parum commode; nec magis commode Schrader. ad Musaeum p. 164, a generaliori poetam ad specialius transire. Dicendum erat, *virgulta* poetico sermone iungi cum *silvis* et eodem loco haberi, nec inferius illo esse. Simili modo *arbusta* pro arboribus, nulla cum extenuatione. Vide lib. VI, 704. XII, 522. Et *virgulta* aliquoties in libro Georg. tertio pro *silvis* dixit: Lucretii exemplo, quem v. lib. V, 933.

Comparatio v. 674 splendida est: eadem imitatione expressa a Statio IV Theb. 139 — 141. IX, 220—222. *nubigenas* Centauros cum prisca loquendi ratio appellasset, quod altissimos Thessaliae montes, ex quibus Othrys et Homole sunt, (v. de hoc V. L.) inhabitabat gens fera et silvestris, fabula eam locis intra nubes editis habitantem a nube repetiit, quam Ixion pro Iunone erat amplexus. 677. *cedunt virgulta* sc. perrumpentibus; ut de apro Calydonio Ovid. VIII Met. 340 *Sternitur impulsu nemus et propulsa fragorem Dat silva.* (Homericum ἀκροτάτη δὲ ποδῶν ὑπ' ἴσχετο ὕλη [Iliad. ξ, 285], quod post alios Cerda laudat, di-

Digitized by Google

Nec Praenestinae fundator defuit urbis,
Volcano genitum pecora inter agrestia regem
Inventumque focis omnis quem credidit aetas,
Caeculus. Hunc legio late comitatur agrestis:
Quique altum Praeneste viri, quique arva Gabinae
Iunonis, gelidumque Anienem, et roscida rivis
Hernica saxa colunt; quos dives Anagnia pascit,

684. QUOS, D. ANAGNIA, PASCIS,

934. 1365. (Num igitur putabimus arbores ab illis carrentibus fractas aut prostratas? Potius dicendum erat, *silvam* h. l., ut saepe, dici de densis fruticetis minoribusque arbustis; epitheton *ingens* h. l. nihil nisi densitatis notionem augere. Sed proprie poetam locutum puto: Silva dat locum, dum ramuli arborum prominentes cursus impetu franguntur; virgulta cedunt, proteruntur pedibus Centaurorum; utraque re equorum quidem cursum, quocum Centaurorum cursus hic tacite comparatur, aeque praepediente. „*magno fragore*: cum magna scilicet sui ruina atque diruptione." Haec Wakef. ad Lucret. V, 318. *Wr.*) Porro *cedant* Gud., unde Heins. coni. *se dant*. 678 *Non* duo Burm. *deficit* Rom. Versus 679. 680 suspecti erant Iac. Bryant, nec iniuria; est enim paullo abruptior oratio versuum horum interpositu, et languent illa *omnis quem credidit aetas*. (Nimis hic fastidiosi Bryantus et Heynius. Et tribuendum fortasse aliquid vetustae famae a Servio propagatae: „Et cum — *Caeculus* — ad ludos vicinos populos invitasset, coepit eos hortari, ut secum habitarent, et pro gloria iactare se filium esse Vulcani. Quod cum illi non crederent, invocato Vulcano, ut eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis coetus est flamma circumdatus. Quo facto commoti omnes simul habitaverunt et Vulcani filium esse crediderunt. Hinc est: Omnis quem credidit aetas: quasi post dubitationem." *Wr.*) 681 *late legio* Medic. et Parrhas. *comitantur* tert. Mentel. a m. pr. 682 *Preneste* passim in libris. Sed Gr. est ἡ Πραίνηστος. v. Heins. 683 *rosida* duo recentes apud Burm. cum uno Goth. Sic passim scribitur. 684 *Hernea* Excerpt. Burmann. *Aragnia* Goth. alter. *Anagria* Ven. *pascis* praetulit Heins. ex nonnullis Pierianis. Vulg. *pascit*. Ita variari videri potest oratio; et praetulit Wakefield. (item Iahnius; sic etiam Macrob. Sat. V, 18. et Servius; quod iam V. L. ad II, 56. restituendum diximus. *Wr.*) Apud Servium liber: *misit*.

versam rei speciem habet.) Tum *virgulta* pro silvis, ut alibi, v. c. Ge. II, 308, Lucretii exemplo. conf. Var. Lect. (et quae ego ibi scripsi. *Wr.*)

678 sqq. De Praeneste fabula domestica veterum Latinorum affertur, de conditore urbis Caeculo, cum infans esset, in foco reperto, et pro Vulcani filio habito. cf. Serv. et Solin. cap. 2 ad eumque Salmas. p. 46. (adde nunc Scholiast. Maii. *Wr.*) *genitum inter pecora* iungere fas est, non, *regem inter pecora*. 682. *altum* a situ, vid. Strabo V, pag. 365 A. 682. 683. *Gabinae Iunonis*. Pelasgorum religio in Latium illata, unde *Iuno Lanuvina* et hic *Gabina*. Repetiit eam hinc Silius lib. XII, 537 *Iunonis tecta Gabinae*.

Digitized by Google

Quos, Amasene pater. Non illis omnibus arma,
Nec clipei currusve sonant: pars maxuma glandes
Liventis plumbi spargit; pars spicula gestat
Bina manu; fulvosque lupi de pelle galeros
Tegmen habent capiti; vestigia nuda sinistri
Instituere pedis; crudus tegit altera pero.

686 *currusque* codd. Pier. et sec. Rottend. 687 *viventis p.* pr. Moret. *liventes* tert. Mentel. *linquentes* Leid., sed *livens plumbum* bene de colore plumbi nativo nigricante. *spargunt* et *gestant* Ven. a m. pr.; alterum in binis aliis. (vid. Q. V. VIII, 4, b. *Wr.*) *gessit* sec. Rottend. 688 *fulvoque* Ven. 689 *habent* Heins. ex suis et Pier. Vulgo, *habet*. *Tegmina habent* Gud. a m. pr. *capitis* Medic. a m. pr. (*capiti* Medic. et *s* superscripta. *Wr.*) 690 *crurum* Schol. Iuvenalis ap. Heins. *cero* Rom. (*pedes* Medic. apud Fogg. *Wr.*)

Alias non nisi in binis marmoribus ea occurrit apud Vulpium in Latio profano T. IX, p. 274. 684. qui *Hernica saxa colunt*. Si verum est, quod a Festo et Servio traditur, *Sabinorum*, seu (quod Festus habet, quodque eodem redit: nam Sabina stirpe oriundi fuere Marsi) Marsorum lingua, *herna*, *saxa* vocata fuisse: docte poeta *Hernica saxa* dixit; (*hernas*, feminino genere, appellant Servius et Scholiastes, Asper, ut videtur, apud Mai. *Wr.*) erat autem Hernicorum ager saxosus circa *Anagniam*, quam *divitem* cur dixerit, ex Silii imitatione intelligitur, XII, 532. 533 *surgit suspensa tumenti Dorso frugiferis Cerealis Anagnia glebis*. conf. idem VIII, 392. 393; ergo fertilis est. Iam *roscida rivis* quod ait, rivi esse possunt nulli praeterquam Trerus et Cosa, Cluverio quoque monente. *Amasenus* supra Setiam in Volscis ortus Privernum praetergressus per Volscum agrum in mare apud Circeios exit. cf. in Excurs. VIII. 686. *sonant* eleganter pro, *sunt*. 688. seu ut lupi exuviae caput tegant, cf. v. 666, seu ut galea e lupina pelle facta sit. (hoc verum; aliter non dixisset *galeros*. *Wr.*) 689. laevum pedem nudum, dextrum perone, h. corio crudo, καρβατίνῃ, tectum. Alibi laevum pedem seu ocreatum seu alio modo tectum et munitum legimus, v. c. Liv. IX, 40, quod ipse status pugnantis postulare videtur, quandoquidem pedi laevo insistit eumque anteriore in vestigio ponit is, qui aut funda glandem, aut qui iaculum emittit, aut arcu sagittam. Probabile adeo fit eos scuto usos, quo laevum crus tectum esset. cf. Exc. VIII. *vestigia instituere*, statuere, ponere, pedem, de gradu militum pugnantium. Lucretium praeeuntem habuit lib. IV, 474 *qui capite ipse suo instituit vestigia retro*: h. qui capiti suo insistit, contra quam debebat pedibus insistere. Ita intelligo locum. Idem Lucret. I, 407 *Cum semel institerunt vestigia certa viai*.

Digitized by Google

At Messapus, equum domitor, Neptunia proles,
Quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro,
Iam pridem resides populos, desuetaque bello
Agmina, in arma vocat subito, ferrumque retractat.
Hi Fescenninas acies Aequosque Faliscos,
Hi Soractis habent arces Flaviniaque arva,
Et Cimini cum monte lacum lucosque Capenos.

691 *Mesapus*, *Messapus*; etiam apud Graecos scribitur, at vitiose, *Mesaphus*, *Messaphus* in mss. h. l. 692 *nec sistere* aliquot Pier. 693 *resides animos* Bigot., forte ex lib. I, 721. 722: *et vivo tentat praevertere amore Iampridem* resides animos *desuetaque corda*, at VI, 814 *residesque movebit Tullus in arma viros*. porro *bella* Medic. (sed a m. pr. *Wr.*) 694 *retractant* Leid. *retorquent* Oudart. a m. pr. 695 *Fescellinas*, *Phoesienas*, et *equi currusque Faliscos* misere depravatum in nonnullis. Vitiosam scripturam *aequos* deserui. v. Not. *Aequosque Faliscosque* qui cum Cuninghamio emendant, inter quos etiam Iensius de Fetial. 3, non vident Aequos inter Etruriae populos memorari non posse. In Goth. tert. hemistichia extrema v. 695 et 696 erant permutata. 696 *Flaminiaque* pars codd. Heins. *arma* Franc. 697 *Cymini* vulgg. *Calenos* Rom.

691 sqq. *Messapi* obscura est fabula, saltem in his Etruriae ad Tiberim locis; nam Messapum, conditorem et regem Messapiorum in extrema Italia, quae Messapia et Iapygia est, huc vocare non licet. Nostrum hunc in Etruriae locis ad orientem videmus in h. l. fuisse bellatorem invulnerabilem. cf. Excurs. VIII. (*At*, in enumeratione; vid. Q. V. XXXVII, 3. *Wr.*) *equum domitor*, ut v. 651 *Lausus*. 692. invictus, igni et ferro. *fas*, *δυνατὸν*, ut interdum apud poetas. 695. Quae sequuntur urbes, in Etruriae parte ad Tiberim vergente quaerendae sunt: *Falisci*, seu *Falerii*, nec longe ab his *Fescennia* cum *Flavinio*, s. *Flavina*, dudum e medio sublata. *Mons Soracte* (cf. infra XI, 785 sqq.), *Lacus Ciminius* cum Monte et Saltu Ciminio e Liv. IX, 367 noto, nunc *Lago di Vico* (*nam*, inquit Pompon. Sab., illic *oppidulum nuper dirutum appellabatur vicus Cimini*), et *Lago di Ronciglione*; tandemque *Capena*, Faliscis contermina, cum *luco Feroniae* in agro Capenate sito. vid. Liv. XXVI, 11. I, 30. Dionys. III, 32. Silius XIII, 84 seqq., qui idem locum nostrum expressit lib. VIII, 491 sqq. Quod autem *Aequos Faliscos* appellat, ad antiquum Faliscorum nomen spectat, *Aequum Faliscum*; ab Aequis enim vel Aequiculis et Aequanis traxerant illi nescio quid; v. Cluver. Ital. ant. pag. 538 ex Strab. V, pag. 346 A; *Aequos Faliscos* etiam Silius dixit lib. VIII, 490. (Faliscos ex parte Aequos fuisse probare instituit Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I. p. 81. Sed *Aequum Faliscum* Otfr. Mueller. in libro, cui inscripsit *Die Etrusker*, Vol. I, p. 110. simile Ae-

Digitized by Google

Ibant aequati numero, regemque canebant:
Ceu quondam nivei liquida inter nubila cycni,
Quum sese e pastu referunt, et longa canoros
Dant per colla modos; sonat amnis et Asia longe
Pulsa palus.

699 *inter flumina* Gud. cum altero in marg. *inter aera* Parrhas. 700 *a pastu* aliquot codd. apud Macrob. V Sat. 8, sed *e p.* Ge. I, 381. IV, 186. 434. 701 *longae* Gud. *longa* Ven.

quimelio nomen iudicans, oppidum significari coniicit Faliscum in aequo, sive plano, conditum; cf. eiusd. libri p. 222 sq. *Wr.*) Quod ab iis *populus Romanus, missis decem viris, iura fetialia et nonnulla supplementa XII tabularum accepisse* narratur a Servio, aut omnino commentitium aut male interpolatum est; maiore adhuc corruptela in Pomponio; ab Aequiculis iura fetialia petita esse e Liv. I, 32 constat; idemque Servius ad lib. X, 14 tradit; etsi iam antiquitus inter alios Italiae populos illa viguere, ut inter Albanos Liv. I, 24, inter Samnites Liv. VIII, 39. (Opinionem istam ex male intellecto nomine Aequorum Faliscorum ortam esse acute suspicatur Otfr. Mueller. l. l. p. 398. *Wr.*)

698. *aequati numero* aequalibus numeris h. ordinibus. Nimis argutum est, quia sequitur: *regemque canebant*, id sic accipere, ut sit: *ibant numero*, h. ad numerum, s. numero, numeroso incessu ad rhythmum facto. Firmari quidem potest haec altera interpretatio Silii imitatione lib. III, 345 sq.: *misit dives Callaecia pubem, Barbara nunc patriis ululantem carmina linguis, Nunc pedis alterno percussa verbere terra Ad numerum resonas gaudentem plaudere cetras.* Vix tamen aut collocatio verborum, aut interiectum *aequati* alteram hanc interpretationem admittit: praestat prior. („Non Musicum sane, sed Vulgarem, sive rudem et incompositum, Numerum, aurium non artis mensura decurrentia spatia et membra, a Virgilio tributa arbitror priscis Etruriae rege Messapo populis VII Aen. 698: *Ibant aequati* Numero, *regemque* canebant. — quorum proinde cantus raucorum anserum vel gruum clamoribus comparat vs. 705." Haec Santen. ad Terent. M. pag. 176. Sed *aequari numero* vix videtur ita accipi posse. *Wr.*) Cantantes inter incessum simili exemplo Sabinos expressit idem Silius lib. VIII, 420 *Ibant et laeti pars Sancum voce canebant Auctorem gentis* (magis hoc consentaneum, quam h. loc. Virgil. *regem*) *pars laudes ore ferebant, Sabe, tuas.* Notabile adeo fuit, hos certis ordinibus incedere et inter incessum cantus habere.

699. Comparationem ex Homero Iliad. β, 459 sqq. et Apollonio lib. IV, 1300 sqq. adum-

Digitized by Google

Nec quisquam aeratas acies ex agmine tanto
Misceri putet: aeriam sed gurgite ab alto
Urgueri volucrum raucarum ad litora nubem. 705

703 *Ne q.* Reg. *exactas* Ven. *examine* alter Hamburg., et Leid. *ex nomine Lani*: Mira Lectionis varietas a nemine notata in Pompon. Sab. occurrit; subiunctis his: *Lanum quidam putant fuisse patrem Messapi. Ex nomine Lani Misc. aer. ac. Lanus fuit dux Laestrygonum, ut in commentario in Homerum.* De Lamo Grammaticum cogitasse manifestum est. v. Od. κ, 81. Ceterum τὸ *tanto* non satis placet; etsi in Apollonio est τόσσον στόλον. Quorsum enim magnitudo agminis commemoratur? Vir doctus coni. *agmine tali*, ut syllaba ultima ex fine versus sequentis adhaeserit priori. Sed *tanto* pro *talis* sup. 448 *tantaque se facies aperit*, Deficit nos, censeo, vera lectio. (*tantus* non dicitur pro *talis*; nec, si scripsisset poeta *ex agmine tali*, id recte factum existimarem; sic enim fieret, ut eadem repeteretur comparatio: regem canebant, ceu cycni, nec exercitum hunc putares, sed aves. Itaque sic potius statuendum: priora, vss. 699—702., id quod sponte apparet, referri ad cantum, posteriora, vss. 703—705., ad numerum; et quum ea ipsa ad Apollon. in Not. laud. et ad Homeri exemplum Il. III, 2—7. composita sint, numerum harum copiarum cum avium gregatim volantium multitudine conferri intelligitur. Sic sua vis constat voc. *tanto*; cfr. etiam vs. 718. sqq. Mira est Donati interpretatio: „Non invenietur, qui putet, illum avium numerum aliqua posse ratione confundi, quum tendit ad litora: sic enim conglobatae tendunt, ut nubes." *Wr.*) 704 *putat* Medic. a m. pr. Dorvill. *aetheream* Menag. pr. (—705. *volucrem* a m. pr. Medic. *Wr.*)

bratam esse, in oculos incurrit. Nostrum multi imitati sunt: cf. Cerda. Virgilio propria vis in illis: *cum sese e pastu referunt* et dant modos *per longa colla*. *Asia palus*, campus palustris ad Caystrum. conf. Georg. I, 383 seqq. *pulsa* scil. modis, sono; non, remis, ut alii accipiunt. Burmannus ait: a cygnis natantibus vel plaudentibus aquas alis suis. Etiam hoc longius petitum.

703—705. Ut agmen incedebat cum cantu et tripudio, nemo putaret illud ad pugnam faciendam incedere. Et color orationis et ex parte comparatio sumta est ab Apollonio IV, 238. Colchi convolant ad naves, οὐδέ κε φαίης Τόσσον νηΐτην στόλον ἔμμεναι, ἀλλ' οἰωνῶν Ἰλαδὸν ἄσπετον ἔθνος ἐπιβρομέειν πελάγεσσιν. *miscentur acies*, dum congrediuntur, pugnant: sollenni vocabulo. 704. 705. Vix et hoc commode satis ad cygnos referri potest: malim de avibus, v. c. gruibus, accipere agmine austrinas plagas ultra mare petentibus. Sup. VI, 310 *ad terram gurgite ab alto Quam multae glomerantur aves, ubi frigidus amnis Trans pontum fugat et terris immittit apricis*. Inest alia difficultas in comparationis ratione et vi: num comparatio ad *ordines incedentium aequatos* spectet, an ad *modos canoros* et carmina? *Scilicet ut incedebat agmen cum cantu, e longinquo aliquis volucrum cum*

Digitized by Google

Ecce, Sabinorum prisco de sanguine, magnum
Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar,
Claudia nunc a quo diffunditur et tribus et gens
Per Latium, postquam in partem data Roma Sabinis.
Una ingens Amiterna cohors, priscique Quirites,
Ereti manus omnis, oliviferaeque Mutuscae;

706 *Sabinarum* Gud. a m. pr. *p. de nomine* Goth. tert. 707 *Clusus* Montalb. *ipsi* Gud. a m. pr. 708 *e quo* Medic. a m. pr. *tribus ingens* alter Hamb. et Goth. pr. (et ipse Medic.; adhaesisse *in* videtur e supra scripto *instar*. *Wr.*) 709 *in* abest tribus Burm. *postquam pars est d.* aliquot Pier. 710 *Aminerna* pr. Rottend. a m. sec. *ipsaque Quir.* Parrhas. 711 *Heriti* apud Pier. *Erecti*, *Etreti*, *Eriti*, *Eruti*, *et erti*, *Creti*, aberrationes; (*Freti* Medic. a m. pr. *Wr.*) et mox *Mitiscae*, *Mutiscae*, *Mutescae*, *Mitiscae*, *Metuescae*, *Mutustae*. In marmoribus est *Trebula Mutuesca*.

clangore volantium gregem, non viros militares accedere putasset. Videat pro se quisque, an talem comparationem probandam iudicet: poeta tamen vix aliam sequi potuit, si grammaticam rationem et sententiarum ordinem expendas. Haesit in hoc vestigio iam Trappius et Ios. Wartonus. Omnino tamen illa: *Nec quisquam putet — sed* — pro variatione formulae comparandi habenda memineris, nihilque aliud voluisse poetam declarare, quam: *et erat agmen simile agmini volucrum*. (vid. iam V. L. ad vs. 703. *Wr.*)

706—709. Commode gentis Claudiae originem (nomen potius dixeris; vid. Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I, p. 466. edit. tert. *Wr.*) ab Atta, vel Atto seu Attio, Clauso arripuit, etsi vulgo auctor stirpis habebatur ille Clausus, qui quinto a regibus eiectis anno cum clientibus Romam Regillo in Sabinis venerat. conf. Pompon. ad h. l. Nota res ex Livio lib. II, 16. Sueton. Tib. c. 1. *prisco de sanguine Sabinorum* iungunt fere post Servium alii omnes: nec male, cum Sabinorum stirpem vetustissimam esse constet. Suavior tamen videtur mihi iunctura: *Clausus, prisco de sanguine, agens agmen magnum Sabinorum, magnique* etc. (Sed quare id suavius sit, non video. Ceterum usum copulae *que* in *magnique* illustratum videbis Q. V. XXXIII, 7. *Wr.*) Virgilii locum expressit Silius VIII, 414—425.

710—717. Situs locorum, qui nunc commemorantur, docet, agri Sabini fines a poeta paullo latius constitui, quam apud Strabonem et Plinium produntur. Scilicet poeta antiquiora tempora respicit. cf. Excurs. VIII. *prisci Quirites* h. Curites, Curenses, ex Curibus Sabinis. *Mutusca* est Trebula Mutusca. *Nomentum* sup. lib. VI, 773 inter colo-

Digitized by Google

Qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini,
Qui Tetricae horrentis rupes, montemque Severum,
Casperiamque colunt, Forulosque, et flumen Himellae;
Qui Tiberim Fabarimque bibunt, quos frigida misit
Nursia, et Hortinae classes, populique Latini;

715. THYBRIM

712 *roscida* aliquot Pier. et alii apud Heins., (ita 8. 7. 8. 9. *Wr.*) unde factum *rosida*, perperam. v. Excurs. VIII. conf. Heins. et Burm. (*Rosa* Medic. apud Fogg. *Wr.*) 713 *Tetrici* Ven., sed *Tetricam* montem Varro aliique agnoscunt. cf. Heins. idem *horrentis* revocavit e codd. vulgo: *horrentes*. tum, *amnemque Severum* Gud., perperam. 714 *Casperulam* aliquot veteres: etiam Pompon. emendatum a Pierio. Eadem depravatio apud Silium VIII, 416 observata. v. Heins. *Caspeream*, *Caspiam* ex compendio scripturae, et *Caffeam* (Goth. sec.) corruptelae sunt: ut et *Ferulos*, *Florulos*, *Ferolos*, item *Himillae*, *Hymellae*, *Hymillae*. 715 *Tybrim* et *Tiberim*, (Burm. et Heynius *Thybrim* edunt; qua fide, ignoro; quamquam id eo probari possit, quod ubique praeterea in Aeneide *Thybris* scripsit Virgilius, etiam ubi altera syllaba sub ictum cadit, vid. III, 500. VI, 87. VII, 151. 242. VIII, 64. Heinsius edidit *Tiberim*, quod etiam in antiquioribus, quae modo ruri in villa amoenissima Thienemanniana degenti ad manum sunt, invenio editionibus; et quum in patris Danielis editione 1636., cui suos Nicolaum commentarios inseruisse novimus ex Praefat. Burm. pag. *** 3. aversa, *Tiberim* legatur, nulla ab eo affertur lectionis discrepantia. Quare *Tiberim* in suis codd. invenisse Nic. Heinsium, pro comperto habendum videtur. Iam *Tiberim* est in Mediceo apud Foggin., item in Lips. alt., et *Tyberim* apud Servium, tum in Lips. obl. et cod. 1. 6. 7. 3. edit. Vinar. 1826. Quare hos testes secutus, quum *Thybrim* nulla certa auctoritate niti videatur, *Tiberim* exarandum curavi, quae forma etiam Ge. I, 499. servatur. Ceterum de industria, an casu h. l. ita scripserit Virgilius, supervacaneum est quaerere; satis est demonstrasse, ita videri scripsisse. *Wr.*) tum *Faburum*, *Faberim*, *Sabarim*, *Fabarym*, *Fabrim*, multi. *Favaris* in cod. Pomponii Sabini. 716 *Nosia* Medic. a m. pr. *Nyrsia* duo Heins., porro *Ortinae* (ut Medic., sed *H* superscripta. *Wr.*) et *Urtinae*. Catroeus malit *Hortanae*, perperam.

nias Latinas nominatum; est ab eo via Nomentana dicta. *Rosea*, seu *Campi Roseae*, in agro Reatino, ad lacum Velinum, summa fertilitate celebres. (— 714. *colunt flumen Himellae*, Liv. XXII, 20.: „omnium populorum, qui Iberum incolunt." vid. Not. ad Ecl. I, 52. Burmann. ad Grat. Cyneget. vs. 314. ad Claudian. pag. 658. adde Cerd. ad XI, 659. Iaeger et Arntzen. ad Mamertini Gratiar. Act. Iuliano Aug. cap. VII, 3. *Wr.*) *Hortinae classes* simpl. pro copiis, a classibus, quae populi partes sunt: contra quam Fontanin. de Antiqq. Hortae lib. I,

Digitized by Google

Quosque secans infaustum interluit Allia nomen:
Quam multi Libyco volvuntur marmore fluctus,
Saevus ubi Orion hibernis conditur undis,
Vel quum sole novo densae torrentur aristae,
Aut Hermi campo, aut Lyciae flaventibus arvis.
Scuta sonant, pulsuque pedum conterrita tellus.

722. SONANT P.

717 *Quosque sequens* Witt. *intralluit* Dorvill. *interfluit* Menag. pr. *intervenit* excitat Ascon. Pedian. Divinat. in Verr., quod Heinsio placebat. vid. VI, 132. *Halia* Parrhas. *Alia* Rom. (Et ita haud iniuria putant *Aliae*, correpta prima syllaba, Lucanum scripsisse VII, 633.; vid. Osann. ad Apulei. de Orthograph. p. 28. sq. et Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. II. not. 1177. *Wr.*) 718 *in L.* Menag. pr. *v. littore* plerique Pier. et sex Heins., sed *marmore* doctius, et sic Medic. Rom. 719 *cond. annis* Sprot. 720 *vel quam* haud dubie legendum esse, pronuntiabam in prima editione, ut sit *quam densae* pro *quam multae*. Atque ita emendarunt iam Faber et alii, et receptum nondum esse mirabar. Exhibitum idem in edit. Pinciana 1495. Retinet tamen nunc me, primo, quod ingrata est oratio, *vel quam sole novo densae*; tum, quod in Menag. fuit *vel quos*, aliquanto lenius. Nihil autem tuto reponi posse arbitror, quoties aliqua lectio pluribus modis mutari potest. In Goth. sec. erat *Ut cum*. In Mediceo vulgaris est lectio, contra quam Burmannus tradit. („*Vel* scil. „„quam multi volvuntur fluctus.““ *Fluctus* enim etiam de segetibus motis dicuntur.“ Haec lahnius; sed parum eleganter *fluctus* ita primum proprie, tum improprie diceretur. Quum dicendum esset, *Vel quam multae sunt aristae*, invertit poeta orationem in eum, quem videmus, modum ita, ut comparationis ratio pendeat e praegresso *Quam*, quo spectat particula *Vel*, multitudinis autem notio insit in epitheto *densae*. Similis quaedam est comparationis forma X, 641. sq.; omnino autem tenendum, significari interdum magis quasdam res per comparationes, quam explicari; cuius rei nullum fere exstat illustrius exemplum, quam II, 304. seqq. Ceterum *haristae* Medic. a m. pr. *Wr.*) 721 *in campo* Goth. tert. Mirabar neminem in *Libyae* incidisse: quod video nunc contigisse Io. Schradero in schedis. 722 *cursuque pedum* Medic. (e vs. 807., ut videtur; cfr. etiam V, 67. *Wr.*) *tremit excita* primum

c. 1, p. 8 statuebat. *populi Latini*, oppida Latinorum in agro Sabino vel Sabinis accenso. cf. Excurs. laud. 718. 719. Ex Apollonio adumbratum, I, 1201 sq. ὡς δ' ὅταν ἀπροφάτως ἐστὸν νεὸς, εὖτε μάλιστα Χειμερίη ὀλοοῖο δύσις πέλει Ὠρίωνος Τῷόθεν ἐμπλήξασα βοὴ ἀνέμοιο κατάιξ, Ἀντοῖσι σφήνεσσιν, ὑπ' ἐκ πρυτόνων ἐρύσηται. Mare tempestatibus vexatum sub Orionis occasum, qui fit ineunte hieme. cf. Petav. ad auctarium Op. de Doctr. temp. p. 90. Est scilicet occasus Orionis matutinus apparens circa Decembris initia. 720. 721. *sole novo*, prima aestatis parte, bene Serv. explicat. Scilicet *Sol* nunc est pro aestivo tempore, solis aestu, dictus. (v. Gronov. Diatr. cap. XXXVI, init. *Wr.*) *Lycia*, aspera et saxosa regio nescio an alibi fer-

Digitized by Google

Hinc Agamemnonius, Troiani nominis hostis,
Curru iungit Halaesus equos, Turnoque feroces
Mille rapit populos: vertunt felicia Baccho
Massica qui rastris; et quos de collibus altis
Aurunci misere patres, Sidicinaque iuxta

vulgatum, quantum video, a Naugerio in Ald. tert. Exhibebant eam lectionem Medic. et Porcius Pierii, Montalb. Voss. et a m. sec. Moret. tert. cum Zulich. (cum 3. et Palat. *Wr.*) Reliqui longe plures numero, etiam vetustissimi, Rom. et Medic., habent: *pedum conterrita tellus*; quod revocavi cum Brunckio; alterum autem ex lib. XII, 445 retractum in h. l. suspicor. vid. etiam Heins. ad XII, 334. (Comma posui post *sonat*; melius hoc: *conterrita*, sc. *est*, *tellus*, quam *conterrita sonat t.*; elumbe est enim verbum *sonat* adiunctum fortioris verbi participio *conterrita*. *Wr.*) 724 *Alesus* fere scripti. *Halaesus*, *Alaesus* alii. *equos Alesus* Bigot., perperam, ut vel ex Ovidii locis constat. Sane in Cicerone legitur constanter *Halesa*, urbs a nomine conditoris dicta; in Diodoro XIV, 16 scriptum quoque Ἀλέσα ubi v. Wessel. Verum in Strabone et aliis urbs est Ἅλαισα, quod firmant numi. Actum copiose de his a Cluverio, Cellario, Dorville in Siculis pag. 403. 609. et nuper ab Eckhel Doctr. Num. T. I. pag. 195. doctissime a Principe Torremuzza Num. Sicil. pag. 11 sqq. Sequutus sum numorum auctoritatem, quod iam fecerat Editor Parmensis. (Mira Heinsii, Burmanni atque Heynii inconstantia in scribendo hoc nomine. Illi ubique exaraverunt *Halesus*, sed X, 352. *Halaesus*; hic, Heynius, nostro loco *Halaesus*, ceteris *Halesus*. De aspiratione vid. Heins. ad X, 352. Ego Medicei potissimum auctoritatem secutus ubique edidi *Halaesus*; ita enim in eo exstat, praeter hunc locum, X, 417. 422. 424., ibid. 411. *Alaesus*, sed superscripta *H*; semel *Halesus* in eodem X, 352., sed ibi quoque alii ex vetustioribus apud Pier. et Heins. *Halaesus* vel *Alaesus*. Quamquam, qui nomina *Halesus* et *Falerii* inter se cognata esse statuunt, ut Otfr. Mueller., antiquos testes, Ovidium, Servium, secutus, in libro, cui titulus *Die Etrusker*, Vol. II. pag. 272. sq., *Halesus*, non *Halaesus* exarari malent. *Wr.*) 725 *veniunt* Rom. 727 *Arunci* aliquot Burm. *A. m. senes* Medic. a m. pr. et Colot. (*patres*, ut liquido apparet

tilitatis laude celebretur. Fidem tamen poetae facit Phrygiae et Lydiae, quam Hermus alluit, vicinia. Ceterum comparationis vis ut teneatur, observandum est, aut v. 718 (id quod facere praestat) cum superioribus iungi et *tam multi* suppleri; ut sit: et hi quidem *tam multi* incedunt, *quam multi* fluctus vel aristae sunt. (Eadem comparationis forma exstat II, 304 sqq. *Wr.*) Ita pro epiphonemate est versus: *Scuta sonant pulsuque pedum conterrita tellus;* h. e. contremiscens; aut distingui potest 717 post *nomen*. *Quam multi* nova sententia facta, cui apodosis supplenda sit: tam multi erant in eo agmine; pro quo subiicitur declaratio: *Scuta sonant p. p.* (Merito prior ratio ab Heynio praefertur. *Wr.*)

723 sqq. *Halesus* adducit populos e priscis Auruncorum et Oscorum sedibus; oriundus is ab Agamemnone, seu inter eius comites olim habitus et post eius caedem in Italiam profugus. vid. in eodem Excursu VIII. *rapit*

Digitized by Google

Aequora; quique Cales linquunt, amnisque vadosi
Adcola Volturni, pariterque Saticulus asper,
Oscorumque manus. Teretes sunt aclydes illis 730
Tela: sed haec lento mos est aptare flagello.
Laevas caetra tegit; falcati comminus enses.
Nec tu carminibus nostris indictus abibis,

ex apographo Foggin., est prior lectio Medicei, *senes* altera; eaque primum orta videtur e proximorum vocabulorum sono *misere* — *Sidicina*; vid. V. L. ad vs. 444. *Wr.*) *Fidicinaque* Vratisl. *longe* Bigot. 728 *Littora* Cerda, quod unde acceperit non assequor. (*liquent amnesque* Medic. a pr. m., *liquunt amnisque* a sec. *Wr.*) 729 *que* abest binis Burm. *Satelicus*, *Sapticulus*, duo alii. *Satilicus* unus Goth. 730 *Tuscorum* Rom. et aliquot Pier. *Hoscorum*, *Hosquorum*, *Ysorum*, *Voscorum* aliae sunt depravationes. *aclydes* Mediceus, etiam Pompon. Sab., verius, quodque ab Heinsio non receptum esse miror, ex ἀγκύλαι, quod iaculorum genus est, ἀγκυλίδες. Contra, quod vulgatum est, *aclides*, ἀκλίδας, ut δικλίδας, formatas ratio grammatica forte admittit; sed notio vocabulo nulla commoda subest. *acides*, *alcides*, librariorum sunt ludibria. 731 *hic* Menag. pr. *et* Goth. tert. *tereti* duo Burm. ex priore versu. (ita etiam Priscian. VII, 8, 35. a Jahn. laud. *Wr.*) *bacillo* pro *flagello* coni. Io. Schrader. ex iis, quae sunt apud Reines. Var. Lect. pag. 640. (*mol est* Medic. a m. pr.; apparet librarium primo scribere voluisse *moles*. *Wr.*) 732 *Laevas* Heins. e libb. post Pierium. Vulgo erat *laevam*. Alii *laeva scetra* et *sceptra*. Scriptura *caetra* satis firmata est a viris doctis, inprimis Drakenb. ad Silium et Livium. (*cetra* tamen Medic.; *caetra* et *scetra*, ut est in utroque Lips., Pierius in suis invenit; ceteri codd. quid exhibeant, parum constat. *Wr.*)

Turno, nota elegantia, quam mox et Tacitus aliique sunt sequuti, pro adducit. Proprie vim et festinationem innuit. *Aurunci* ultra Lirim, in Campania, montium iuga, *Sidicini* camporum planitiem tenuisse dicuntur poetae, nam *aequora* nulla alia sunt quam camporum. conf. 739. (729. *Adcola Volturni — Saticulus*, haec quum referenda sint ad illa *Mille rapit populos*, quartum casum exspectabis, *Adcolam*, *Saticulum*; sed repete ex illis tale quid, quale *cum eo veniunt*. Similiter Aeschylus Pers. 33 sqq.: „ἄλλους δ' ὁ μέγας καὶ πολυθρέμμων Νεῖλος ἔπεμψεν· Σουσισκάνης, — Ἀρσάμης, — Ἀριόμαρδος.“ *Wr.*) 730. *aclidas*, seu *aclydas*, ipse Virgilius satis declarat, iacula fuisse, *flagello*, amento, h. e. loro aptata, illigata, quae emitti et retrahi possent. conf. Cerda. Mox *falcati comminus enses* scil. armant, ex antec. *tegunt*, sed simplicius est accipere: *falcati enses* ipsis sunt *cominus*, quoties cominus pugnatur. (Nihil hic supplendum aut e praegressis repetendum esse, docent, quae scripsi in Not. ad IV, 201. *Wr.*)

733. *Teleboae*, relicta Tapho, quae una ex Echinadibus insulis Acarnaniae obiectis erat, Capreas occupasse dicuntur. Rex eorum

Digitized by Google

Oebale, quem generasse Telon Sebethide nympha
Fertur, Teleboum Capreas quum regna teneret, 735
Iam senior; patriis sed non et filius arvis
Contentus, late iam tum dicione premebat
Sarrastis populos, et quae rigat aequora Sarnus,
Quique Rufras Batulumque tenent atque arva Celennae,
Et quos maliferae despectant moenia Abellae: 740

735. TENERET IAM 737. DITIONE

734 *genuisse* Hugen. *Telum*, *Thelon*, et *Sebetide*, *Sedethide*, *Sebretide*, *Sebethride*, *Sebthride*, *Suberetide*, *leboetide*, monstra depravationis. *ὁ Τέλων.* et *Σεβηθὶς Νύμφη.* etsi mox *Τηλεβόαι.* 735 *Capras* Dorvill. *Caprois* Schol. Iuvenal. ad Sat. X, 72. (Comma post *teneret* addidi; iunge: *quem iam senior generasse fertur*; et vid. Q. V. XIII, 2, d. *Wr.*) 736 *patris* Reg. *sed non iam* Pier. aliquot, et recepit Catroeus. *iam non et* Zulichem. 737 *iam dum* Witt. *tenebat* Medic. cum magna codd. parte. (in quibus 7. 9. *Wr.*) Ex Aen. I, 236 et 622 irrepsisse putabat Burm. (*dicione* Medic. et Rom., quod revocavi; vid. V. L. ad I, 236. 622. adde K. L. Schneider. Gr. Lat. Vol. I, p. 249. sq. Lindemann. Grammat. Lat. Vol. I. p. 14. not. 8. *Wr.*) 738 *Sarrastis* Heins. ex vetustioribus. (*Sarastis* Serv. Dresd. *Wr.*) Vulgo *Sarrastes*. (ut Palat. *Wr.*) Corrupte al. *Sarrastres*, *Serestres*, *Sarrastris*, *Sarrantes*. At *Sarrastas* nusquam vidi memoratos. Silius VIII, 538 *Sarrastes etiam populos totasque videres Sarni mitis opes. et qua rigat* Rom. et aliquot Heins. cum Witt. (idque fortasse verum. *Wr.*) *qui r.* Franc. 739 *Rufras* Heins. e vetustioribus. Vulgg. *Rufas*. (ut Palat. *Wr.*) Tum *Batalum* Rom. et Gud. a m. pr. *Batylum* Medic. a m. sec. (est ea altera lectio. *Wr.*) *Butulum* Zulich. *Baculum* Goth. tert. *Celene* Medic. a m. pr. (est ea prior lectio. *Wr.*) *Celemnae* aliquot Pier. cum Heins. multis. (eaque est altera Medicei lectio; ac retinui vulgatam paene invitus. *Wr.*) *Calemnae* Rom. alii *Calenae*, *Calemnae*, *Celenae*, *Celaenae*. Etiam Goth. tert. *quique arva*. 740 *moenia Bellae* omnes Pier. et Heins. Scilicet antiqua scriptura: *moeniabellae*. Sed iam ante Servium emendatum fuit: *moenia Abellae*. (et ita exstat in Palat. *Wr.*) Pompon. *Avellae*. In Servianis etiam narratiuncula occurrit, *Nolae* primum a poeta fuisse scriptum, sed mutatum nomen propter negatum ipsi hospitium. Similis fabula de loco Georg. II, 225.

Telon, ex Nympha, Sebethi fluvii ad Neapolin filia, suscepit Oebalum, qui in continente loca circa Sarnum in Hirpinis et extrema Campania occupavit. vid. in eod. Excurs. VIII. 735. *Capreas*, *Teleboum regna*, insulam, quam Teleboae incoluisse dicuntur. *Sarrastes*, Sarni fl. (quem olim *Sarrum* pronuntiatum esse apparet) accolae. 738. *aequora* camporum, ut vs. 729. 740. *quos despectant moenia Abellae*. videtur altum in monte situm habuisse hoc oppidum, unde prospectus erat in agros et

Digitized by Google

Teutonico ritu soliti torquere cateias;
Tegmina quis capitum raptus de subere cortex;
Aerataeque micant peltae, micat aereus ensis.
Et te montosae misere in proelia Nersae,
Ufens, insignem fama et felicibus armis: 745

741 *catheyas* Witt. *catelas* Rom. *catellas* Medic. et al. (etiam Medic. *catelas*, vid. Fogg. p. 452. *cateias* Palat. *Wr.*) *catenas* Hugen. 742 *rapta* Witt. 743 *auratacque* Ed. Ven. *aeneus ens.* Serv. ad Aen. I, 299. 744 *ventosae* Goth. sec. *mentosae* tert. *Nersae* Heins. e codd. Vulgo, *Nursae*: (ut est in Palat. *Wr.*) etsi neutrum alibi occurrit. (*Nursae* tamen Bothius restituit, quum Nursini recenseantur a Plinio III, 12. in Sabinorum populis; recepit hoc etiam Jahnius. Verum ipsorum Sabinorum exercitus iam supra recensitus vs. 710 sqq.; et Nursini nomen habent a Nursia supra vs. 716. commemorata; quamquam ea res, si *Nursae* esset praestantiorum codd. lectio, non ita multum ponderis haberet. *Nersae* quidem etiam Serv. Dresd. *Wr.*) *Narsae*, *Persae*, aberratt. *Nyrsae*, Rom. *Nursae*, *Nirsae* tres Goth. 745 *Uffens* Menag. pr. cf. inf. 802. Nullus habet *Oufens*, ut marmora et codd. alibi scribunt.

camporum planitiem. 742. *Cateia*, teli genus, hoc loco Teutonibus tributum, quo nunc Sarrastes et Hirpini utuntur. E Virgilio Valerius et Silius eam repetierunt. Vocem Celticam esse, quae omnino longius hastae genus designet, docuit nuper Bullet *Diction. Celtic.* T. II, p. 286. et Macpherson in *Critical Dissertations on the Caledonians* pag. 153. (Pandum fuisse, quod in hasta mireris, hoc telum, discitur e Silio III, 277. — Aspera primum intuenti videri debet haec iunctura; pronomen adiiciendum fuisse putes: *qui soliti*. Sed nihil hic durum; notes autem velim Nominativum appositi, praegresso Accusativo. Cuius rei ea est ratio, quod non satis commode h. l. dicitur *populos dicione premebat solitos torquere cateias;* nihil enim bellandi ratio attinebat ad modum imperii; quare quod antea Obiectum, quod vocant Grammatici, fuerat, id recte nunc per eum casum, qui est Subiecti, effertur; illic eos patientes aliquid videmus, imperium scilicet, hic agentes. Similiter infra X, 496 sqq.: „rapiens inmania pondera baltei, Inpressumque nefas: una sub nocte iugali Caesa manus iuvenum foede, thalamique cruenti.“ Quis enim hic ferat *rapiens caesam manum et thalamos cr.?* Hinc etiam defendi poterit vulgata interpunctio VI, 540 sqq.: „Hic locus est, partes ubi se via findit in ambas: Dextera, quae Ditis magni sub moenia tendit; Hac iter Elysium nobis.“ Nemo enim facile dixerit: via dividitur in duas partes, in dextram et sinistram; quasi, si una via in duas se scindat, altera earum non possit dextra, altera non sinistra esse. Alia ratio est eorum, quae modo legimus vs. 729. *Wr.*) Mox *su-*

Digitized by Google

Horrida praecipue cui gens, adsuetaque multo
Venatu nemorum, duris Aequicula glebis.
Armati terram exercent, semperque recentis
Convectare iuvát praedas, et vivere rapto.
Quin et Marruvia venit de gente sacerdos,
Fronde super galeam et felici comtus oliva,
Archippi regis missu, fortissimus Umbro:
Vipereo generi et graviter spirantibus hydris
Spargere qui somnos cantuque manuque solebat,

750. MARRUBIA

746 *a. bello* Witt., sed in marg. *multo*. 747 *duri* Rom. *Aequicula* recte Heins. emendavit e codd. Nam vulgg. *Aequicola*, (sic 2. 7. 11. 12. cum Palat. *Wr.*) quae depravatio Grammaticorum est. (vid. Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I. not. 218. et 225. *Wr.*) 750 *Marruvia* Medic. cum al. Heins. *Marubia* paene omnes Pier. *Marrala* Rom., alii *Marubia*, *Marrivia*. Straboni est: *Μαρούιον*. (*b* pro *v* et *v* pro *b* in codd. saepe scribi, iam saepe est et a me et ab aliis observatum. Apud Sil. Ital. VIII, 507. *Marruvium* editur. Et quum ita scriptum hoc nomen in libris longe praestantissimis, Medic. Gud. Mentel. utroq., compareat, quo accedit Strabonis auctoritas, non dubitavi hoc restituere; vid. etiam Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I. not. 317. *Marrubia* Palat. Non nauci faciendum est scholion, quod additur in Serv. Dresd.: „*βλος* enim vita dicitur, ut sit nomen e Graeco Latinoque — *mare* — compositum." *Wr.*) 751 *galea* tert. Rottend. 752 *Areippi*, *Archipi*, *Alcippi* in libris. *iussu* Franc. edd. Ven. et Mediol. cum Goth. sec. et tert., qui et *Umbo*. 754 Tellez apud Burmann. legebat: *cantuque herbisque volebat*. perperam. vid. Not. ad h. v.

beris cortex, recens detractus, in galeam inflecti et formari debuit. cf. Servius.

744—749. Sequuntur *Aequi* vel *Aequiculi*, qui ad utramque Anienis ripam habitarunt. Oppidum eorum obscurum *Nersae*. v. in Excurs. VIII. 747. *Aequicula* (sc. gens; nam haec iungenda; sic *Aequicula rura* Silius dixit; adiectiva forma) *duris glebis*, cui est ager asper et aratu difficilis, declarat *gentem horridam et venatui deditam*. Hinc etiam rapto vivebant, cum, nude viverent, partum et conditum non haberent. conf. IX, 609 sq. 613.

750. *Marrubiam* (*Marruviam Wr.*) gentem exquisite dixit, ab urbe praecipua, pro *Marsis*. Ducit hos sacerdos *Umbro*, cuius soror fuit *Anguitia*, Nympha, v. 759 memorata. conf. in Excurs. VIII. *Umbronem* sacerdotem, quam regem, adducere maluit, forte quoniam fama antiqua ille notior erat, quippe qui serpentes deliniret incantatione. *fronde — et oliva*, nota forma poetici sermonis pro fronde olivae, qua sacerdos ornatum caput habuit ap. Marsos. Omnia haec vetere fama accepta esse videntur. 753. *graviter spirantibus*, afflatu no-

Digitized by Google

Mulcebatque iras, et morsus arte levabat.
Sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum
Evaluit; neque eum iuvere in volnera cantus
Somniferi, et Marsis quaesitae montibus herbae.
Te nemus Anguitiae, vitrea te Fucinus unda,
Te liquidi flevere lacus.
Ibat et Hippolyti proles pulcerrima bello,

761. BELLO V.

755 *feras* Sprot. *et mortes* Montalb. a m. pr. 756 *Dardanidae* duo Burm. 757 *neque enim* Goth. tert., non male. *in volnere* plerique veteres Pier. et Medic. a pr. m., (est ea prior lectio. *Wr.*) et superscriptum ab alia: *ad volnera.* adde Erf. (*in volnere* etiam S. 8. 9. 11.; non placuit Heinsio Burmannoque, indicare, qui codices *volnera* habeant; invenio hoc e Palat. enotatum. Interim *vulnere* ultimae syllabae verbi *iuvere* deberi credam. *Wr.*) 758 *in montibus* ante Heins., qui sustulit *in* codd. auctoritate. (in quibus 2. 7. 11. Tibull. I, 5, 53.: „herbasque sepulcris quaerat." adde Cort. ad Lucan. II, 79. In Mediceo *in* superscriptum visitur. *Wr.*) 759 Variant codd. *Angitiae* (ita Palat. *Wr.*) et *Anguitiae*; Medic. *Anguetiae*, Rom. *Angitte*, nonnulli quoque depravate *Argitiae*, *Argivae*, *Argiae*: *Angutiae*, *Angiciae*. Sed *Anguitiae* firmatur lapide Gudiano p. LIV, 9. cf. Heins. et Drakenb. ad Sil. VIII, 500; et videntur utique veteres nomen hoc ab anguibus duxisse. Tum *Ficinus*, *Focinus*, *Fulcinus*, *Fuscinus*, aberratt. 760 *lacus nemorosaque Tempe* explent hemistichium Vratislav. et Dorvill. cum Goth. pr. (—761. post *proles* et *bello* interpungitur in Mediceo, vid. Not.; ego tantum in fine comma posui. *Wr.*)

centibus. 754. *manuque*. Haerent intpp. De offis soporiferis vel herois manu admotis Burm. accipit. Sed res ipsa fert, ut de tactu accipiatur. Est hoc genus domandi et sopiendi angues satis notum, quod manuum contactu fit. cf. Plin. VII, 2. Etiam Silius in loco ex nostro expresso VIII, 501 *tactuque domare venena* h. serpentes venenosos. Idem I, 411. 412 *nec non serpentes diro exarmare veneno Doctus Atyr, tactuque graves sopire chelydros.* adde III, 302 et ibi viros doctos. 756. Suavis haec rei serius gestae anticipatio, ut et mox orationis conversio, v. 759. 760; utraque tamen iam in Homero obvia. cf. Iliad. β, 858 sqq. Aliorum imitationes collegit Cerda: occurrunt passim alia. *in vulnera* docte poetae dicunt, pro, ad vulnera sananda. *Fucinus lacus* inter Apenninorum montium iuga; ad quem *lucus Anguitiae* fuit. Lacus huius descriptionem et delineationem dedit Generos. *Car. Ulysses de Salis Marschlins* (*Reisen in verschiedenen Provinzen des K. Neapel, I. Band.* 1793. p. 259 sqq. et p. 427 sqq. add. tab. IV).

761 sqq. In *nemore Aricino* Diana peregrino more culta, quem Scythicum ediderunt veteres. In eodem templo *Virbius* heros indigena divino ho-

Digitized by Google

Virbius: insignem quem mater Aricia misit,
Eductum Egeriae lucis, humentia circum

762 *Verbius* et *Aretia* Rom., ex more veterum pronuntiandi. (*Verbius* erit fortasse qui tueatur, si verum est, quod Buttmann. Mytholog. T. II. p. 152. contendit, vocc. *herba*, *verbena*, *Virbius*, eiusdem radicis esse; vid. etiam infra vs. 777. *Wr.*) *Atria* Goth. pr. *Ariola* Parrhas. 763 *Hymettia* ab Heinsio, qui tamen ipse improbat, et ab Burmanno relictum miror: nam Cuningham. post Ruaeum, Catroeum, Trappium *humentia* recte retraxit. Monuit quoque Io. Schrader. Emendatt. p. 8. Sed reti-

nore habitus. Arcebantur antiqua religione ab hoc loco equi. Inde factum videtur, ut Virbium alii Hippolytum, Thesei f., interpretarentur a quadrigis dilaniatum, Aesculapii autem opera a Diana ex inferis reductum et in hoc luco collocatum: cui adeo equi odiosi esse debebant. At Maro Hippolyti filium facit Virbium, ex Aricia nympha susceptum et in Egeriae luco ad urbem Ariciam educatum. vid. in eodem Excurs. VIII. (In hac Virgilii narratione illud per mihi semper mirum est visum, quod cognomines sunt pater et filius contra morem aevi antiquissimi. Quamobrem sive ab ipso Virgilio, sive ab aliis ante eum tota haec res conturbata esse, errorisque causa illud ipsum *Aricia mater*, e vetere, puto, aliquo poeta repetitum, fuisse videtur. Quod quum essent qui non ita dictum intelligerent, ut infra X, 172. *Populonia mater*, i. e. patria, Hippolyti autem aliam fuisse matrem meminissent, alterum finxerunt Virbium, filium Hippolyti sub Virbii nomine ad superos reducti. Cui opinioni multum accedit fidei ex scholio Servii, qui et hoc loco, et ad X, 172. Ariciam civitatem intelligit, haud dubie auctores, fortasse satis locupletes, secutus. *Wr.*) *pulcerrima bello* iungunt interpp. Ergo erit, insignis, clara, conspicua, ex καλός. Praestat forte, *ibat bello*, ad bellum; multo tamen magis malim iungere tertio loco *bello insignem*: ne *insignem* nudum frigeat. (dura est haec, insolens etiam ac nova, ratio. Nudum ponitur *insignis* etiam alibi, ut *insignis pharetra*, *galea*, V, 367. VIII, 166.; quamquam hoc non prorsus eodem modo dicitur, quo *insignis Virbius*. Sunt talia pro cuiusque orationis habitu interpretanda. Itaque ad bellum quum eat Virbius, insignem esse armorum specie putabimus. *Wr.*) *Egeriae* fons et *lucus*, in quo educatus fuit Virbius, ad Ariciam est; alius vulgo narratur prope Romam ad portam Capenam. Fabulam utrique communem esse de Numae cum Egeria congressu, putabat is, qui diligenter de eo egit, Cluver. p. 931. 932 sq., sed Ariciae nemus et fontem esse Egeriae domum, antrum autem Capenarum sub Aventino fuisse locum congressus cum Numa, subtiliter docuit Holdsworth. Diss. IV. Pro Egeriae fonte nostra aetate etiam tertius locus vendi-

Digitized by Google

Litora, pinguis ubi et placabilis ara Dianae.
Namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte novercae 765

nuit forte viros doctos dubitatio, unde tam erudita lectio in poetam venerit. Fraudem tamen detegere in promtu est. Vera lectio est *humentia*, quam praestantissimi codd. Rom. et Medic. servant, una cum Parrhas. Franc. et ed. Ven. apud Burm., sicque emendatum per Naugerium ed. tert. Ald. 1513. Scriptum hoc fuit in aliis *umentia*, *umētia*, *humecia*, in Gud. *ymetia*, quod alii apud Heins. depravarunt in *himetia*, *himecia*, *imetia*, *ymettia*, *hemetia*, *hymetia*, unde perperam eruditiores *Hymettia* fecerunt, quod alienissimum ab h. l. est. Quod vero multo etiam magis fraudi fuisse videtur, fuit adscriptus locus alter huic simillimus lib. IX, 584 *Symaethia circum Flumina* etc., unde in Leid. transiit *Symetia*, in Goth. sec. *Sinnetia*, in alios *Cymetia*. Nemo itaque dubitet, *humentia* veram esse lectionem: ut recte censuere Guell. cum Gifanio, Cerda et aliis. Vs. 764 dubito an satis sanus sit; certe languet illud: *ubi ara Dianae est pinguis et placabilis*: etsi bene novi *pinguis*, ut Homeri πίονα νηὸν, ad victimarum frequentiam, *placabilis*, ad Scythicam religionem referri, qua homines mactabantur, quod nunc Ariciae non ita fiebat; ut hactenus adeo, quae olim implacabilis dici poterat, iure videri posset *placabilis dea*: id quod a dea ad aram translatum, ut sit ara placabilis, qua litatur, ad quam dea adeo placatur. At ingrata sunt quae copulantur: *pinguis et placabilis ara*. Saltem *et* deletum malim: *pinguis ubi placabilis ara Dianae*; sic *ara pinguis* est *Dianae* nunc *placabilis*. (Quod cave amplectaris! *ubi*, infinitis locis apud Virg. lectum, nusquam productam habet alteram syllabam, quamquam *ibi*, quod raro apud eundem exstat, ancipiti est mensura; producitur enim Aen. II, 792. VI, 333. 700. Cuius rei ratio aperta est, posita in diversa harum particularum natura; quare nihil etiam impediebat, quominus, etsi *ubi* corripitur, *ubique* tamen produceretur. *Wr.*) Cluverius in Ital. ant. p. 934 legit: *pinguis ubi implacabilis ara Dianae*, uti *immitem* dixit Silius. (Punic. IV, 369. et VIII, 364. Quare ingrata haec sint, *pinguis et placabilis*, equidem non video. An, quia duo epitheta uni substantivo iunguntur? at vid. V. L. ad V, 24. n. 7. Scabram etiam appellat hanc orationem Heynius in Not. An propter eandem causam? an, quod deest Verbum? at vid. Q. V. XV, 2. extr. Ac si ipsa dea placabilis, quid vetat, ne ara eius placabilis dicatur? Opportuna certe Dianae mentio, quae Virbium ex inferis reduxisse memoratur. Haerebat, puto, Heynius in eo, quod, quum *placabilis* cum certi cuiusdam cultus respectu dicatur, *pinguis* vagum multisque aris commune videretur. At in eiusmodi causa summa est critico cautio adhibenda. An non latere nos potest, quare hoc potissimum epitheto hanc aram ornare placuerit poetae? Nonne, liceat enim hariolari, eandem ob causam, qua placabilem, etiam pinguem dicere potuit, ut hanc aram ab immani illa distingueret? Tauricae enim Dianae quum advenae mactari solerent, consenta-

tatur II millia extra portam S. Sebastiani, vulgo *Caffarelli* vocatus. 763. *humentia littora*, ad lacum Aricinum, ubi ara Dianae seu templum. Diversus ille a lacu Albano. 764. *ubi ara Dianae pinguis et placabilis*. templum Dianae Aricinae *ara pinguis* victimis caesis, et *placabilis*, pro deae placabilis. Scabra oratio. v. V. L. (ubi vide etiam, quae ego scripsi. *Wr.*) 765—769. *arte novercae*, dolo, τέχνῃ Phaedrae. *explerit sangui-*

Digitized by Google

Occiderit, patriasque explerit sanguine poenas
Turbatis distractus equis, ad sidera rursus
Aetheria et superas coeli venisse sub auras,
Paeoniis revocatum herbis et amore Dianae.
Tum Pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris 770
Mortalem infernis ad lumina surgere vitae,
Ipse repertorem medicinae talis et artis
Fulmine Phoebigenam Stygias detrusit ad undas.
At Trivia Hippolytum secretis alma recondit

769. PAEONIS 773. IN UNDAS.

neum est, omnes abhorruisse a tam inhumano litore, raro igitur casu aliquem eo delatum, rarissimaque in ista ara facta esse sacrificia. Contra Aricinae Dianae quum bestiae immolarentur, abundasse eius aram victimis existimabimus. Ceterum quae ad hunc versum disputavimus, eadem dicta existimes de IX, 585. *Wr.*) 766 *Deciderit* pr. Hamb. pro var. lect., quod Burmanno placebat propter v. 768, mihi non item. *explevit* idem et Witt. *s. mensas* Leid. pro div. lect. 769 Vulgg. *Paeoniis*, quod quatuor syllabis poetae probatum esse non potuit: a *Παιών*, quod Apollinis cognomen est (deflexum quoque in *Παιήων*, e quo *Παιηόνιος* apud Homer., *Παιάων*), *Παιῶνος*, *Παιώνιος*, duci debuit: vide v. c. Pausan. I, 24. At *Παιόνιος* ad *Παίονας* Thraciae et Macedoniae spectat. Scribendum *Paeonis*, aut saltem *Paeoniis* accipiendum tribus syllabis, quod et Brunck. monet. In Dorvill. erat *Paeonis*. (ita etiam cum 2. 3. 7. Medic., sed inserta altera *i*, quod saepe in similibus nominibus fieri videmus. Ceterum vid. V. L. ad I, 2. et Santen. ad Terent. M. p. 122. *Wr.*) 771 *ad limina* aliquot apud Burm. et edd. apud Cerdam: qui recte monet *lumina* requiri propter *umbras*. 773 *Phoebigenam* recte iam inde ab Aldd. constanter habent edd. *Poenigenam* Servius in suo habuit, „*matris poena genitum*: *alii* Phoebigenam *legunt*, *ut Probus*." Addit Sabinus etiam Apronianum ita legere: quod miror; nam in Mediceo *Poenigenam* occurrit, (ut est in 7. 8. 12. *Wr.*) inepta lectio, nata ex errore calami: *Phoenigenam*, quod in multis est. *Poeniginam* Rom. *Penigenam* Goth. tert. *Phoenigneam* Mentel. pr. *Denigenam* Rottend. sec. De Aesculapio, Phoebi f., a Iove fulmine percusso obvia est fabula. Tum *detraxit* Dorvill. *ad undas* Rom. Medic. Gud. a m. pr. et al., etiam edd. apud Pier., (cum 3. 9. *Wr.*) itaque erat praeferendum, ut sibi constarent editores. (Et revocarunt *ad* Wakef., cfr. etiam eius not. ad Lucret. III, 363., Bothius et Iahnius; recte, vid. Q. V. X, 2. Silius XV, 43.: „Haec Decios Stygias Erebi detrusit ad undas." *Wr.*)

ne poenas, nove dixit, ut exsolvere, exhaurire, dare, quantum imperatum est, morte luere. *turbatis* pro consternatis. *ad sidera — venisse sub auras*, ornate pro revixisse. *Paeoniis herbis* simpl. pro medicantibus, medicis, a Paeone deorum medico, Apolline. Iliad. ε, 401. De Aesculapio Phoebi f., quod mortales in vitam restituerat, a Iove fulmine percusso, obvia est fabula. Locus class. Apollod. III, 10, 3, ubi Not. p. 701. Pind. P.

Digitized by Google

Sedibus, et nymphae Egeriae nemorique relegat:
Solus ubi in silvis Italis ignobilis aevum
Exigeret, versoque ubi nomine Virbius esset.
Unde etiam templo Triviae lucisque sacratis
Cornipedes arcentur equi; quod litore currum
Et iuvenem monstris pavidi effudere marinis.
Filius ardentis haud secius aequore campi
Exercebat equos, curruque in bella ruebat.
Ipse inter primos praestanti corpore Turnus
Vertitur arma tenens, et toto vertice supra est:

(— 775. *nympha* Medic., sed superscripta *e*. *Wr.*) 776 *ibi* Medic. a m. pr. Ven. et iterum v. sequ. cum Hamb. pr. (*ibi* prior lectio Medicei, sed prior *i* paululum remota a litera *b*, interposito etiam puncto et superscripta *u*; at vs. sq. *ubi*, non *ibi*, in eodem. *Wr.*) *ignorabilis* Medic. (sed abrasis literis *ra*. *Wr.*) 777 *que* deest Pier. plerisque; atque ita malit Pierius. *Verbius* Gud. et Dorvill. v. ad vs. 762. 778 *Triviae templo* al.; et sic editum ante Pier. (Mirum est, quum *Triviae templo* editum fuerit in Dan. Heinsii editione, quod Nic. Heinsius ne verbo quidem hanc diversitatem attingit; *templo Triviae* Medic. et uterq. Lips., nec invenio alterum positum ex ullo cod., praeter Palat., notatum; vid. etiam Cort. ad Lucan. I, 228. *Wr.*) *luco T. templisque* Goth. tert. *sacratas* Dorvill. 779 *littora* Ven. Markland. ad Stat. I Silv. II, 45 et III, III, 25 coni. *litora circum Heu iuvenem*, suavi lusu. (Negat ille recte iungi *currum et iuvenem effundere*; repetenda videlicet evertendi notio e verbo *effudere*: everterunt currum et iuvenem effuderunt. *Wr.*) Tum *quo littore* aliquot Pier., perperam. 780 *pavide* Gud. a m. pr. *effundere in armis* Dorvill. *effudere in harenis* Goth. tert. (*effundere* Medic. *Wr.*) 781 *haud segnius* pars Pier., item Dorvill. et Witt. a m. pr. cum Goth. tert., perpetua aberratione. *haut setius* Rom., pro more suo. v. ad Ge. II, 277. 784 *Venerat* Goth. sec., pessime. v. Not. *est* deest Menag. pr. (*arma gerens* Schol. Stat. ad Theb. I, 201. *Wr.*)

8, 96 sq. 775. *relegat*, legat, mandat, tradit, commendat. Alii *relegat ad nemus*, segregat: ut Georg. III, 212 *tauros procul atque in sola relegat Pascua*. (vid. Q. V. XXXIII, 4. *Wr.*) Tum *ignobilis*, in bonam partem, utpote in secessu et solitudine, placide adeo et tranquille; alias *ignobile aevum* effertur. 778. Religiosus igitur erat mos, ut ad lucum curru vehi nefas esset: Caussa ab Hippolyti quadrigis rapti fortuna in his vss. arcessitur. *haud secius*, etsi equi a luco parentis arcebantur, haud minus tamen filius eos agitabat. (Ceterum vid. V. L. ad vs. 779. *Wr.*)

783 seqq. De Turno vid. Excurs. VII, de eius copiis Excurs. VIII. *vertitur* docte ad animi corporisque vigorem designandum, movet, agit se, pro ince-

Digitized by Google

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram
Sustinet, Aetnaeos efflantem faucibus ignis:
Tam magis illa fremens, et tristibus effera flammis,
Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.
At levem clipeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, iam saetis obsita, iam bos,
Argumentum ingens, et custos virginis Argus,
Caelataque amnem fundens pater Inachus urna.
Insequitur nimbus peditum, clipeataque totis
Agmina densentur campis, Argivaque pubes,

785 *crinata* alter Menag. et Ven. 786 *Aetnaeos ignis* doctae lectioni substituit aliam *aeternos*, ut sit ἀκάματον πῦρ, Wakef. ad Ionem p. 27. (et rursus aliam *Aetnaeis* idem ad Lucret. VI, 639. *Wr.*) *afflantem* Menag. pr. et Franc. cum binis Goth. 787 *Iam mag.* Medic. *Tum* Goth. alt. *Quo mag.* Gothanus apud Quinctil. lib. IX, 3. qui inter archaismos refert. Scilicet vulgare erat: *Quo — Hoc.* (vid. Heins. ad Georg. III, 309. Apud Quintil. l. l. §. 15. edit. Spald. legitur *tremens*, quod arridet Wakefieldio ad Lucret. V, 299. *Wr.*) 789 *Ad* Gud. *Et* Sprot. 790 *insignabat* Dorvill. *insigni ibat* Goth. sec. *obstita* Rom. *iam bis* alter Menag. (— 791. *Arcus* Medic., vid. V. L. ad III, 14. contra supra vs. 764. *plagabilis* in eodem pro *placabilis*; et similia alibi. *Wr.*) 793 *pilata* nonnulli ap. Cerdam: ex Aen. XII, 121 *pilataque plenis Agmina se fundunt portis.* 794 *densentur* Heins. ex Medic. aliisque. (ita etiam 5. 7. 8. 10. vid. V. L. ad Ge. I, 248. *Wr.*) Defendit quoque Serv. conf. sup. ad Ge. I, 248. 419. Alii *densantur*. Variabant Pierii quoque codd.

dit, ut στρέφεσθαι, et Homerica κορυθαίολος et αἰολοθώρηξ. *supra est*, ὑπερέχει. Comparant intpp. Iliad. γ, 226. 227. de Aiace. 785—788. manifeste vestigiis Homeri insistit, ornatis sane verbis, sed ut rei miraculo fidem parum faciat. Recte Iliad. ε, 4 sqq. Diomedis galea aerea, clipeus et thorax in sole coruscans ignem effundere narratur; idemque etsi paullo magis in miraculum conversum tribuit Achillis galeae Iliad. σ, 205 sqq. Virgilius expressit eum locum lib. X, 270 sqq.; hic vero etiam auxit prodigium, cum galea, Chimaera ornata, furente in praelio Turno, inter motus rapidos et multiplices ita coruscet, ut Chimaeram, quo magis pugna exardescat, eo magis flammas spirare dicat. Motu enim crebro corporis et capitis coruscare sole adverso aeream galeam necesse est: quod transfertur ad signum Chimaerae in galea, et eius naturae accommodate ornatur. Hoc monere satius erat, quam inani reprehensione vel laude locum atterere, quod Scaliger quoque facit Poet. lib. V, c. 3, (p. 228 ed. 1561) impugnans Macrob. V, 13 extr., in quo hoc reprehenditur, quod ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ Homericum toties repetiit Virgilius IX, 733. X, 271. VIII, 620. Est autem *galea crinita triplici*

Digitized by Google

Auruncaeque manus, Rutuli, veteresque Sicani, 795
Et Sacranae acies, et picti scuta Labici:
Qui saltus, Tiberine, tuos, sacrumque Numici
Litus arant, Rutulosque exercent vomere collis,
Circaeumque iugum; quis Iupiter Anxurus arvis

797. NUMICI

795 *Arruncae* Ge. Fabricii codex, et sic ille vel *Aruncae* scriptum malebat; vetere more. (Sed duos idem populos esse vult Auruncos et Aruncos; vid. V. L. ad XI, 318. *Wr.*) Mox *Siculi veteresque Sicani* Serv. ad I Aen. 2 laudat; memoriae, ut credi par est, vitio. Male tamen me habent hi *Rutuli* sequentibus mox v. 798 *Rutulis collibus*: ut adeo Servii errorem cupide amplectar. (Sed minus offendet ea res, si iis, quae inde a vs. 797. leguntur, non novos aliquos populos significari statueris, sed, ipsis populorum nominibus nunc memoratis, loca deinde, quae illi incolant, designari. *Wr.*) 796 *Sarranae* et *Saranae* aliqui: *Saturnae* Menag. pr. *Gauranae* nonnullae edd. Macrob. V Sat. 15, ubi Thuan. *Gaurinae*. Sed *Gaurus* apud Puteolos alienus ab his locis. vid. Excurs. VIII, ubi ad h. v. Mox *Lybici* Menag. pr. *Libici*, *Linici* Goth. bini. (nullus cod., ut videtur, *Lavici*, de qua scriptura vid. Garaton. et Wunder. ad Cic. orat. pro Planc. c. 9. Ita tamen scripsisse Virgilium, persuasum est Niebuhrio *Roem. Gesch.* Vol. I. p. 94. cum not. 260. *Wr.*) 797 *Munici* Leid. (vid. V. L. ad vs. 150. — 798. *colles* Medic. *Wr.*) 799 *Axurus* rectius scribi post Ursinum putabat Heinsius, quoniam sic in codd. Silii VIII, 333, et in numo gentis Vibiae expressum (vid. Thesaur. Morell. Haverk. tab. 2, II. Nec simulacrum Iovis Anxuris, quod Guellius ad se pervenisse narrat, aliud quam huius numi fuisse arbitror. Quem autem altero loco numum, alienum a Iove Anxure, laudat, qui *Iovem crescentem* exhibebat, is Gallieni vel Salonini esse debuit; diversus est numus, cuius alteram faciem laudat cum capra sine sessore et verbis: *Iovi conserv. Aug.*, qui inter raros habetur, v. Bandur. T. I. pag. 164): et quia Ζεὺς Ἄξυρος dictus sit *imberbis*. Sed illa etymologia ad *iuba*, ἔχουσα τρεῖς λόφους, quam τρυφάλειαν dictam volunt pro τριφάλεια. 787. *illa* Chimaera; non galea, etsi paullo durius. (sed vid. Q. V. XXVIIII, 5. *Wr.*) 789 sq. In clipeo expressa Io cum Inacho fluvio: nam ab hoc ducebat genus Turnus sup., v. 371 sq. ibique Excurs. *sublatis cornibus Io* ornate pro Io cornuta: argumentum etiam in gemmis expressum (v. Lippert. *Dactyl. Mill.* II, 1, 18): male pro ablatis, demtis, Cerda et al. Locum perquam similem laudant interpp. ex Europa, quod Moschi est Idyll. II, v. 43. 44. *nimbus peditum* νέφος πεζῶν Iliad. δ, 274 et al. *Argiva pubes*: pertinet ad originem Turni et colonos Argivos, qui cum Danae ad Italiam venerant; v. Exc. VII. *Aurunci* h. l. sunt qui cis Lirim habitabant. vid. Excurs. VIII ad v. 723. *Sicanos*, int. reliquias ex iis, quae ad Tiberim in Rutulorum finibus consedisse videntur: lib. XI, 317. conf. Excurs. VIII ad v. 783 et Excurs. II ad lib. VIII. *Sacranas acies* et re-

Digitized by Google

Praesidet, et viridi gaudens Feronia luco; 800
Qua Saturae iacet atra palus, gelidusque per imas
Quaerit iter vallis atque in mare conditur Ufens.
Hos super advenit Volsca de gente Camilla,

grammaticorum nugas est ableganda; nam Volscum nomen Anxur est; tum, litteram *n* excidere in numis et titulis, nihil novi. In Graeco Augusti numo Iovis caput cum voce Ἄγξυρος occurrit apud Golzium Numism. Gr. Augusti t. 75, XXIIX, verum aut sibi fraudem fieri passus est aut facere voluit aliis. Codices depravationibus suis vulgatam confirmant. Rom. *Auxyrus*, (ut etiam 7. 8. 9. *Wr.*) alii *Anxirus*, *Auxurus*, *Anxyrus*, (*Anxyrius* cod. Gud. Arusiani p. 252. edit. Lindemann. *Wr.*) *Anxyris*, *Anxiris*, (ut 5. 8. *Wr.*) *Anxeris*. Sed Mediceus diserte *Anxurus* cum binis Goth., et parte codd. Heins., cuius Cod. Scheff. *Anxur et arvis*, unde ille malebat *Axur et arv.*, frustra. In Aldd. *Anxuris*; (ut 2. 12. et Palat. *Wr.*) etsi Ald. sec. 1505 dederat *Anxurus*, tamen reditum est ad illud alterum, nec ab eo decessum nisi a Pulmanno et Dan. Heins., qui revocarunt *Anxurus*. 800 *Foronia* Parrhas. 801 *Asturae* alios legisse notat Servius: perperam; nam Astura fl. et oppidum paullo remotius est a Saturae palude. vid. Cluver. p. 1003. Errorem iam Iulius Sabinus arguit. 802 *volvitur* aliqui apud Cerdam, cum Leid. *Uffens* Ven. cf. sup. 745. *utens* Goth. tert. (*valles* Medic. *Wr.*) 803 *Vulsca* multi, ut solent. *Volsca* pr. Hamb.

liqua vid. in eod. Exc. VIII. *Sacrani* Ardeatium agmen videtur fuisse e vere sacro natum aut certo numini, forte Magnae deum matri, consecratum; obscura enim rei est memoria. *Sacrumque Numici Littus:* proprie ipse Numicius amnis sacer, δῖος. *Anxur* Volscorum nomine Iupiter appellatus, pueri forma in numis occurrit; ut adeo cum Veiove comparari possit, de quo Ovid. Fast. III, 437 sq. Idem urbi Anxuri, mox Tarracinae, nomen dedisse videtur: (ita etiam Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. II. not. 1026. suspicatur. *Wr.*) cuius ager h. l. per arva, *queis Iupiter Anxurus praesidet*, declaratur. Ad tertium inde lapidem *Feroniae lucus*, fons et templum. Fuit ea ex diis Latii Indigetibus, mox modo inter Nymphas relata, modo cum Iunone comparata et pro Iovis Anxuris coniuge habita. Quae Dionys. recitat, lib. II, 49, pag. 113 et lib. III, 32, Graecanicae argutiae sunt. *Saturae palus* circa Ufentem amnem ad paludes Pomtinas spectasse videtur, quae, etsi viginti trium urbium, quas traditum est Volscorum fuisse, solo occupato, tamen olim non tam late per agrum Pometinum, ac nunc, patebant. vid. Cluver. p. 1003. et, post *Adler Nachrichten von den Pontinschen Sümpfen*, nunc primo loco *Nic. Mar. Nicolaj de' Bonificamenti delle Terre Pontine* p. 82. De Saturae tamen situ nulla ne quidem suspicio habetur. cf. Silius VIII, 382 sq. ubi v. Ruperti notata.

803. De Camilla vid. inf. XI, 535 seqq. (et de toto hoc loco V. L. ad XI, 168. *Wr.*) Pen-

Digitized by Google

Agmen agens equitum, et florentis aere catervas,
Bellatrix: non illa colo calathisve Minervae
Femineas adsueta manus; sed proelia virgo
Dura pati, cursuque pedum praevertere ventos.
Illa vel intactae segetis per summa volaret

804 *A. a. comitum* alter Hamburg. *florente aetate catervae*, vana Waddelii emendatio apud Burm. v. Not. (*fulgentes* vel *flaventes* poetam scripsisse putat Bothius. *Wr.*) 805 *calathisque* Parrhas. 808 *volasset* Stephanus emendabat apud Burm., quia *laesisset* sequitur. Nunc satis constat, nec alterum ab usu poetarum recedere. (vid. Not. *Wr.*) At *infractae* segetis Wakefield nunc emendavit in Silva crit. P. III p. 140 atque in ipsum poetam intulit, *verissimam hanc emendationem* esse professus, *vulgatam ab ineptiente quodam monacho miracula captante profectam.* Ingeniosam esse emendationem, quam Homericus locus facile cuivis offerat, lubenter concedo: ubi equae ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων, *neque infringebant*, ducere potest ad *infractae segetis.* Enimvero *infractus* quoties apud Maronem occurrit, est, valde fractus vel fractus simpliciter, ex *infringere*: neque alio sensu *infractus* occurrit apud bonos scriptores. *Intactam* segetem non esse ad etymum revocandam, quippe in poeta, per se patet. Quis enim, si Ge. IV, 540 *intacta cervice iuvencos* audierit, de eo cogitet, an nunquam ne propius quidem admotum fuerit iugum! Etiam in pedestri oratione diceremus, tam leviter aliquem insistere vestigiis, ut vix terram attingat. Poetica autem ratio non modo permittit, sed et iubet res in maius augere, ut mirationem faciant. Esse loca, in quibus *frangendi* vocabulum occurrit, haud miror; nam versum Homericum ante oculos habuere, quem ipse Virgilius expressit simulque τὸ *intactae* segetis ipse uberius declaravit: *nec teneras cursu laesisset aristas.* Ut Claudianus in loco hinc expresso de Cons. Honor. 199 *segetemque levi percurrere motu — nec proterat ungula culmos.* Et Ovid. Met. X, 654. 655 *sicco freta radere passu Et segetis canae stantes* (h. e. intactas) *percurrere aristas.* Calpurnius autem Ecl. VI, 57 *Tangeret ut faciles, sed non curvaret, aristas.* Variavit itaque Statius Theb. VI, 640 *Raraque non fracto vestigia pulvere pendent.* At propius ad Maronis rationem accedit ipse Apollon. I, 183 de Polyphemi celeritate: supra mare currebat, οὐδὲ θοοὺς βάπτε πόδας, ἀλλ' ὅσον ἄκρος Ἴχνεσι τεγγόμενος. Argutabimurne et in hoc? atqui et hoc expressum statim videbis a nostro: *celeres nec tingueret*

thesileae exemplo eam poetae ingenio esse subnatam nullus dubito. (*Hos super*, vid. V. L. ad vs. 462. *Wr.*) *florentes aere catervas* h. splendentes, fulgentes. Servius notavit Ennii et Lucretii exemplo hoc factum. Sane locus, quem laudat e Lucretio (lib. V, 1441), ubi *mare florere navibus* dicitur, non tam commodus erat quam alter lib. IV, 452 *Bina lucernarum florentia lumina flammis.* conf. Cerda. Sic ἀνθηρὸς et ἀνθεμόεις pro αἴθων, et τὸ ἄνθος, τὸ ἄνθεμον de fulgore auri: unde Pind. Ol. 2, 130 ἄνθεμα χρυσοῦ φλέγει. 806. *sed adsueta pati praelia dura*, virgo cum esset, etc. Velocitatis denotationem v. 808 sqq. temere reprehendunt viri docti. Nec illa utique convenit nostris sensibus; sed, cum Maro ea uteretur, a

Digitized by Google

Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas;
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeris nec tingueret aequore plantas.
Illam omnis tectis agrisque effusa iuventus
Turbaque miratur matrum, et prospectat euntem,
Adtonitis inhians animis: ut regius ostro
Velet honos levis humeros; ut fibula crinem
Auro internectat; Lyciam ut gerat ipsa pharetram,
Et pastoralem praefixa cuspide myrtum.

aequore plantas. Si *cursus per mare* factus placet, quo *nec planta mari tingitur*, potestne displicere *cursus per segetem* factus sic, *ut nec aristas attingerent plantae*? Ipse Maro Ge. III, 194. 195 *per aperta volans — Aequora, vix summa vestigia ponat arista.* (*segetes* Medic. *Wr.*) 809 *arenas* alter Hamb. v. Burm. (*haristas* Medic., ut supra vs. 720., sed *h* puncto notata. *Wr.*) 810 *fluctus s. tumentes* aliquot Pier. (— 811. *celeris* Medic., sed *i* in *e* mutatur. *Wr.*) 814 *A. haesere animis* Gud. Idem vir doctus, Wakefield, correxit *ostri*: quod et ipsum bene dictum esset, forte quoque facilius: *regius ostri honos.* alterum tamen doctius: *ostro.* ut sit: *honos regius velat ostro*, purpura: quorsum igitur mutantur ea, quae bene se habent, forte etiam melius! 815 *letos h. et f.* Goth. sec. *humerosque leves* Ven. (*laevos* fuit qui Virgilium scripsisse existimaret, invita Minerva. *levis* Ruhkopfius interpretatur *pulchros*; nempe *levia membra* sunt tenera et mollia, qualia sunt in iuvenili corpore; cf. XI, 40. *Wr.*) *ut f. vestem* pr. Menag. et duo Heins. pro div. lect. cum Goth. tert., scilicet tamquam magis obvium. Nam *fibula* in capilli ornatu nondum reperi; nec tamen probabile fit, *vestem* a librariis in *crinem* mutari potuisse. 816 *aut g.* duo Burm. *ferat* et *illa* alii ap. Pier. 817 *Ut p.* Oudart. cum Goth. tert.

vetustate quasi per manus erat tradita; expressit enim Iliad. *v*, 226 — 229 de equabus Erichthonii. Similiter de Euphemo Apollon. I, 179 sq. Alios, inprimis Virgilii imitatores, v. apud Cerdam et al. (*volaret — laesisset*, i. e. laesura esset; vid. V. L. ad II, 136. *Wr.*) *Ferret iter*, docte, ut *f. pedes.*

812 sq. Ornate, quae simpliciter Homerus dederat *Τὸν δ' ἄρα πάντες Λαοὶ ἐπερχόμενον θηεῦντο* Od. *β*, 13. *ϱ*, 64. In reliquis argutantur interpp. Indutam illam puta chlamyde purpurea: is est *regius honos, qui velat humeros ostro*, dum ipse ex ostro est. Accipio *fibulam* de acu: v. Var. Lect.; in media fibula est acus, quae mordet laciniam: potuit adeo et fibula pro acu dici: et *Lyciam* dixit pharetram, ut solent poetae praestantius genus designare: sic, *arcus Cretici.* (*ut gerat ipsa*, quorsum *ipsa?* vid. Q. V. XVIII, 2, n. *Wr.*) *E myrto* hastilia. vid. Georg. II, 447, et *pastoralis myrtus* de iaculo, quo pastores utuntur.

Digitized by Google

EXCURSUS I

De Caieta et Insula Circes.

Lib. VII, 1. 2 *Tu quoque littoribus nostris, Aeneia nutrix, Aeternam moriens famam, Caieta, dedisti* — 10 *Proxima Circaeae raduntur littora terrae* etc. Cum Virgiliani carminis praestantia, etiam inventionis laus, inprimis in doctrinae copia et sermonis poetici ornatu spectanda sit: nos operae pretium in hoc facere putamus, quod legentium animos ad haec potissimum duo capita in interpretatione nostra advertere studemus. Exspectatur itaque a nobis, ut in his quoque posterioribus sex libris in iisdem rebus illustrandis praecipuam aliquam operam collocemus: idque eo magis, quo *novum fabularum genus*, Italiae domesticum, parum a plerisque perspectum et cum Graecis mythis in vulgari antiquitatis doctrina confusum, in iis tractatur. Ne vero legentium animos oculosque distineamus ac distringamus, reiectis ad librorum calcem disputationibus exspatiabimur interdum et nonnulla excutiemus accuratius. Facient haec ipsa diverticula ad recreandum animum ex commentandi et variae lectionis enotandae taedio, quod quidem nonnunquam, quomodo reprimeremus, vix habere videbamur.

Caietae memoriam non praeteriit poeta, quandoquidem inter fabulas veteres de Aeneae erroribus ea occurrebat, nomenque promontorii portusque et urbis in Latii et Campaniae finibus ab ea ductum vulgo ferebatur: ut taceam Formiis *aedem Apollinis ac Caietae* a Livio XL, 2 commemoratam. Vid. Dionys. I, 53. Strabo VI, pag. 330. Victor O. G. R. 10. Adde Solin. 8. Ex quibus locis quoque discimus, a cremata Troianorum classe (ἀπὸ τοῦ καίειν) nonnullos, Caesarem inprimis et Sempronium, nugantes suo more in nominum originibus, nomen repetiisse. cf. ad lib. V Excurs. VI. et Cerdam ad lib. VII, 2. Varie quoque tractatam esse fabulam ex eo apparet, quod alii Aeneae, alii Creusae, alii Ascanii nutricem Caietam ediderant. Nutricis autem in vetere vita, ut educandis pueris praecipua opera, ita magna erat reverentia, ut parentali ea

Digitized by Google

pietate coleretur. Res inprimis in tragicis obvia. Facit autem etiam hic iustorum nutrici persolutus honos ad Aeneae pietatem declarandam. Haec et similia cogitare debet is, cui haec Caietae memoratio nimis videtur esse tenuis et epico spiritu indigna. Hoc tamen verum est, post similem de Miseno et Palinuro narrationem novitatem huic Caietae commemorationi deesse. Nec hoc non sensisse videri potest poeta, qui similem aliam de *Baia*, Euxini matre, fabulam (Victor O. G. R. 10) non attigit: nec *Leucosiam* insulam in sinu Paestano a consobrina Aeneae aut *Prochytam* ab eius cognata ibi sepulta (v. Dionys. I, 53) appellatam memorare voluit. Nec sine iudicio videri debet omisisse alia errorum Aeneae in his locis vestigia vulgo credita, quae poetica arte tractari vix poterant, ut *Aenariam insulam a statione navium Aeneae* dictam apud Plin. III, 6 s. 12. Quid? quod adeo ad Sardiniam Troianos nonnulli veterum deduxerant; parum docte, puto, et ex Iolai nomine, de quo tot fabulae in Sardiniae originibus habentur, opinione ducta: Paus. X, 17, p. 837 extr. quam etiam Silius sequitur lib. XII, 363 sqq.

Ceterum totus ille littoris tractus fabulis priscis inclaruerat: ut tanto magis poeta noster decerpere de iis nonnihil potuerit. Non longe a Caieta aberant *Formiae*, Laestrygonum, ferorum hominum, qui carne humana vesci solebant, sedes ab Homero nobilitatae: unde adeo Silio VIII, 531 *regnata Lamo Caieta* dicta est. Nec male Ovidius Met. XIV, 158 sqq. unum ex Ulyssis sociis, Macareum, superstitem in his locis finxit Aeneae occurrere: etsi Achemenidis in Cyclopum antro relicti ex lib. III Aeneidis exemplum Nasoni ante oculos fuisse facile intelligitur. Est autem ad rerum fidem valde accommodatum, adhuc Troianorum temporibus homines feros et anthropophagos Italiae saltibus, lacubus et ignibus subterraneis horridae loca saltem nonnulla inhabitasse. Hinc et *Caci* memoria. cf. ad lib. VIII Excurs. II.

Circes insulam, quam adeundam esse Helenus iam praedixerat (lib. III, 386 *Ante et — Aeaeaeque insula Circes lustranda*), non magis praetermittere debuit poeta, cum illa ab heroicis inde temporibus tantopere fabulis frequentata et celebrata esset, inprimis ab Homero Odyss. κ. *Circeii* quidem notum est Latii promontorium: Homerus tamen narrat de eo, tamquam de insula. *Circeii*, ut Plinii verbis utar (lib. III, 5, 9), *insula quondam immenso quidem mari circumdata, ut creditur Homero, at nunc planitie* (cf. II, 85 s. 87). Nata hinc opinio, aggesta fluminum alluvie terra, insulam aliquando factam esse continenti; v. Theophrast. Hist. Plant. V, 9, quem locum Plinius expressit l. c. Nec multum dissidet, quod Varro tradiderat, ut e Servio ad lib. III, 386. VII, 10 discitur, fuisse Circen insulam, nondum siccatis paludibus, quae eam dividebant a continenti. Quod in priscae Italiae silvestri habitu quis miretur, cum tales lacus multi adhuc sint in vicinis locis, hi-

Digitized by Google

bemo tempore aqua stagnantes, cumque inde procedant Pomtinae paludes! cf. Corradin. Latio vet. Tom. II, pag. 242. Itaque Strabo inter loca maritima palustria et morbosa etiam Circeios numerat lib. V, p. 353 C. et ipse Circeius mons ipsi est, quem mare et paludes insulam faciunt: τὸ Κιρκαῖον — ὄρος νησιάζον τῇ θαλάττῃ τε καὶ ἕλεσι, p. 355 B.

Aeaeam appellat insulam Homerus, hincque Maro sup. lib. III, 386 *Aeaeae insula Circes*. Fuit quoque τὸ Κιρκαῖον in Colchide: v. Apollon. III, 200. II, 402. Quomodo autem veteres in hoc incidere potuerint, ut Circen ex Aea, Colchorum urbe, Aeetae regis sororem ex Sole et Persa, translatam in insulam hanc collocarent, vix assequatur aliquis, nisi antiquioris Graeciae ignorantiam geographiae animo teneat. Occidentis faciem et fines ante Troiana tempora prorsus ignorabant Graeci, nec ante Homerum nisi fabulosas narrationes de eo vulgo audiverant. Itaque pone Siciliam magnum Oceanum circumductum usque ad septentrionem patere credidisse videntur *). Iam fuit fabula aliqua perantiqua de Circe Solis filia, cui insula in hoc mari assignari coepta: eamque adiisse narrati sunt Argonautae, quorum, seu Tanain seu Istrum invectorum, ex Colchide reditus per talem Oceanum, qualem tunc sibi finxit antiquitas, factus facile credi potuit. Temporum successu orbis hic priscae Graeciae ignotus adiri navibus coepit, sensimque Italiae, Galliae, Hispaniae notitia aliqua verior ac certior inter Graecos increbescere. Accommodarunt itaque poetae, pro suae quisque aetatis et pro suae scientiae modulo, veteres fabulas ad novas notitias occidentis, cuiusmodi forte tum erant: atque hinc illa fabularum diversitas, inprimis in Argonauticis, nata. Nec facile est quicquam aliud, quod Orphicorum Argonauticorum haud infimam antiquitatem, si non verborum, argumenti tamen, aeque arguat, quam ἀνισοφησία locorum in occidentalibus terris; et hoc, cum eiusmodi aliis veteris geographicae notionis vestigiis, est, quod in eo carmine inprimis spectandum veniet, si quis ad illustrandum illud accedet in posterum. Orphicorum igitur auctor iam notitiam aliquam acceperat de procurrente in occidentem Europa, isque Circes insulam extra fretum Gaditanum in Oceano occidentali quidem collocavit (v. 1205 sqq. coll. 1239 sqq.), *Lycaeam* tamen *ad terram*: Κίρκης δόμον — Ἀυκαῖον πρὸς ἕσπερον· in qua *Ligures*, populum mythica geographia celebratum, latere nullus dubito, adeoque praefero cod. Voss. Leid. lectionem, quae in aliis quoque locis recipi in contextum debebat, Λιγγαῖον, quae propior est ad vulgarem sonum *Ligyes*. Apollonius IV, 646 de Argonautis: ὅτ' ἔθνεα μυρία Κελτῶν καὶ Λιγύων περάασκον ἀϋτήσι. Errori autem locum

*) Scripta haec a me esse memineris iam in prima editione, adeoque ante annum LXXV, ut me mihi constare intelligas.

Digitized by Google

fecit hoc, quod Ligures olim, Iberica gens, late tenebant maritima loca non modo Galliae et Italiae, sed et Iberiae. Itaque ipsae Gades in Liguribus memorantur, et *Λιγυστίνη* prope Gades ap. Steph. Byz. h. v. ex poeta puta antiquo; et apud Avien. Ora marit. 284 *Ligusticus lacus*, et magis fabulosa 131 sqq. 196 sq. (cf. Wernsd. p. 1443.) Traduntur certe Ligures Sicanos, Ibericam gentem, ex Hispania pepulisse. (vid. Thucyd. VI, 2. Dionys. I, 22. Diodor. V, 6. Silius Ital. XIV, 34. 35, loca excitata olim a nobis ad Guthrianum opus Tom. III, pag. 73.) Permixti mox iidem Ligures cum Celtis passim habitarunt, ex quo genere Salyes erant. v. Strabo IV, p. 311 A; itaque loca circa Massiliam et Rhodanum ad Ligures referuntur: sic ap. Apollod. II, 5, 10 et in loco Aeschyli ex Prometheo liberato ap. Dionys. I, 41. cf. Aristot. de Mirab. audit. T. II Opp., p. 725. (c. 91.) et Strabon. IV, p. 277 B. Intra Alpes tamen et Apenninos, a Celtis diversi, coluerunt. v. Strabo lib. II, p. 190 C. In Homericis quidem Ligures non memorantur; at in Heracliis multa de iis fuit memoratio. Itaque, antequam Italia superior Graecis penitius innotuerat, per Ligures eam universe declarare solebant. Tenendum hoc est propter multa poetarum loca. Ita Circes quoque insula ad Ligures referri: *Λιγυστὶς ἡ συῶν μορφώτρια* Circe ap. Eurip. Troad. 437. Atque adeo Cytaeam Colchidis *Λιγυστικὴν* ab ea dixit Lycophr. 1312, unde perperam Eusthat. ad Perieg. 76 coloniam Ligurum in Colchidem ductam effinxit. Itaque Padi quoque ostia, fabulam de Phaethonte et Cycno inf. X, 185 sq. et succinum ad Ligures referebant veteres, conf. Plin. XXXVII, 3 s. 11, et hinc corruptum nomen *Lingurii* v. c. apud Strabonem lib. IV, pag. 310 B. *πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λιγγούριον παρ' αὐτοῖς (τοῖς Λίγυσιν), ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσι.* Lingurium ex ea, quam supra posuimus, *Λιγγεῖς*, pronuntiatione nasci potuit; factum adeo Lyngurium et Lyncurium, quod nomen ad lapidis genus translatum, et nata ex etymo fabula de nato lapide ex lyncum urina. Accidit autem nomini Ligurum, ut multis in locis corrumperetur. Ita ap. Apollod. I, 9, 24 et II, 5, 10, ubi v. Not. pag. 210, 398; porro ap. Aristot. H. A. I, 15, ubi post Reines. Var. Lect. p. 74 restituit Schneider. Etiam planta Ligustica, *Λιγυστικὸν*, mutata in *Λιβυστικὸν* v. Salmas. ad Solin. p. 899. In Avieni O. M. 196 *pernix lucis* praeclare *pernix Ligus* emendabat Schrader Emendatt. praef. pag. XXIX. Latere quoque Ligures *Λίγυας* arbitror in *Lyncei* nomine apud Lycophr. 1240, ubi Aeneam dicitur exceptura esse *Τυρσηνία Λυγκεύς τε θερμὸν ῥεῖθρον ἐκβράσσων ποτῶν, Καὶ Πίσσ', Ἀγύλλης θ' αἱ πολύῤῥηνοι νάπαι.* Audiverat Alexandrinus poeta de thermis Etruriae et Liguriae; estque ei fluvius aliquis Ligur, *Λιγὺς*, vel *Λιγεὺς*, et corrupte *Λιγγεὺς*, ut ibidem in aliis scribitur, et excudendum erat. Apud eundem ab Aeneae posteris urbs exstruenda narratur circa Circaeum: tam late Latii locus, quo Roma condita, designatur: v. 127 *Ἐν ὑψιτέκνοις ὀλβίαν δωμήσεται*

Digitized by Google

cos referre videret, ut omnino Aborigines nullos alios ab origine quam Pelasgos fuisse arbitraretur, quod Cluverius et plerique e nostris sequuti sunt. Verum Dionysius rem ipse ita tradit, ut, *quid* ex iis, quae a se narrata erant, ad Romanorum opiniones comparatis, *sequatur*, non, quid verum et exploratum sit, exponere videri velit.

Pelasgorum tres potissimum fuisse in Italiam deductas colonias narrant vulgo fere omnes; unam ab Oenotro ex Arcadia, XVII aetatibus ante bellum Troianum, alteram e Thessalia, Deucalioneo aevo, et tertiam ab Evandro LX annis ante b. Troi., ut facile intelligas, non nisi serius a chronographis ex coniectura, secundum rerum et aetatum comparationem subtiliorem, haec esse constituta. Antiquissimus ille Oenotri et Peucetii ad Italiam accessus satis diserte a Dionysio exponitur lib. I, c. 11 sqq. De *Peucetio* v. inf. Excurs. VIII ad v. 691. Consedisse dicitur Oenotrus cum suis in sinu Lametino seu Hipponiate inferioris Italiae, qua Bruttiorum aliquando ager patuit; et primum quidem intra Lametinum et Scylleticum seu Scylaceum sinum se continuerunt, hinc ad Laum usque fl. et Metapontum, tandem ad Silarum et Bradanum fines sedium extenderunt; mox et ultra eos ipsos fines progressi sunt; uti altera parte agrum obsederunt, qui Bruttiorum postea dictus est. Conf. quae ex Antiocho Syracus. narrant Strabo VI, p. 254. 255 et 264 f. Dionys. I, 35, II pr. Aristot. Polit. VII, 10, ubi et *Chones* ex Oenotriis fuisse narrantur; Nam, quod etiamnum per Amerioae solitudines evenire videmus, ex communi stirpe oriundae tribus, locis ac sedibus dissitae, novo nomine celebrari solent. Versus Iapygiam et ad Ionium Mare habitasse Chonas τὴν καλουμένην Σίριν Aristoteles ait l. c. cf. sup. Exc. XXI ad lib. I. Male ex corrupto Stephani loco in Βρέττος Bruttios primos et ante Oenotrios incolas venditant nonnulli, ut nuper *Grimaldi*, vir cetera sagax (in *Annali del Regno di Napoli* T. I, p. 131. 138 sqq.). Proprio nomine Oenotriam appellavit loca circa Aesarum et Crimisam, quae Philoctetes adiisse dictus est, Lycophron v. 911. 912.

Quando et quomodo Pelasgi ex his locis ad Aborigines illos in Umbris finitima quaeque infestantes pervenerint, nec ipse Dionysius habet, quod afferat, nec res per se satis fit probabilis. Quomodo enim ad ulteriora progressa exigua Pelasgorum turba per tot barbaros populos ad mediam usque Italiam penetrare potuisset? Verum ex tota Dionysii disputatione satis apparet, hos Oenotrios cum Aboriginibus, ex sumta illa opinione seu hypothesi, a Graecis Romanorum stirpem esse repetendam, permisceri, multoque peius pro iisdem haberi; ut mihi adeo satis liquere videatur, primae huic Pelasgorum coloniae, si modo ea unquam fuit, nihil plane cum Aboriginibus esse commune, nec quicquam amplius teneri posse, quam hoc: antiquissimis iam temporibus de Pelasgorum sub Oenotro sedibus in inferiore Italia occupatis famam fuisse inter Graecos.

Digitized by Google

Altera Pelasgorum colonia, sub Deucalionea tempora deducta, ea est, a qua Aboriginum cum Pelasgis in unum populum coalescentium origo repetenda videtur. Ex Thessalia illi electi alii in alias terras, pars per Epirum, oraculo Dodonae accepto, quod etiam Macrob. I Sat. 7. recitat, Ionium trajecerant, et tempestate vexati ad ostium Padi Spineticum appulerant. Ibi pars castra et urbem muniunt, alii ad interiora terrae pergunt, et Umbris primum, tum Aboriginibus lacessitis, ubi ad Cutiliam eventum habere vident Iovis Dodonaei responsum illud, cum his foedus faciunt, agrique parte accepta adversus Siculos belli societatem ineunt hosque tandem ab utraque Tiberis parte sedibus eiiciunt. v. Dionys. I, 18 — 21. Sed Pelasgi, ab egregio rerum hominumque auctu, aliquanto post variis calamitatibus et dissensionibus domesticis agitati, in varias partes dispersi sunt. Pauci, qui remanserant, Aboriginum nomini suum paullatim submiserunt. v. ibid. ad c. 30. Accesserunt mox Pelasgi ex Arcadia sub Evandro, de quibus alio loco videbimus; tum Graeci cum Hercule aliique. Dubitari itaque non potest, in media hac Italia (nam de extrema Italia coloniis Graecorum variis temporibus occupata non agimus) magnam Aboriginum partem ab eo inde tempore Pelasgicae et Hellenicae fuisse stirpis, multaque ex horum sermone et religionibus illos adscivisse. Quo ipso poeta paratam habet excusationem, quod multa in his locis ad Graecanicam religionem deflexit; eius enim vestigia passim etiam Dionysius agnoscebat inprimis Faleriis c. 21.

Nec tamen Aborigines propterea Pelasgicae stirpis habendos videri pronuntiavimus. Recte, si quid videmus; Faciunt enim multa, quae hic enarrari nequeunt, manifestum, Aborigines ad *Ausonum* nomen pertinuisse, quod late per totam Italiam sedes non uno nomine habuit, ut tamen Aborigines ad Circeios aut forte ad Lirim usque habitarent: quandoquidem Latinum nomen, quod in illius locum successit, eo usque pertinuit; hinc vero qui per Campaniam et reliquam Italiam inferiorem habitarunt, passim Ausonum nomen servarunt; unde apud Festum, in *Ausonia*, ea pars Italiae, in qua sunt Cales et Beneventum, prima Ausonum sedes fuisse traditur. Ad Lirim urbs Ausona adhuc sub Romanis fuit, nam V. C. 440 ea cum Minturnis et Vescia ab iis capta, *deletaque Ausonum gens:* Liv. IX, 25. Ex eodem genere homines fuisse necesse est, qui loca intra Lametinum et Scylacium sinum tenuere, antequam Pelasgi Oenotrii ea occuparunt. Pars eorum alia *Opicorum*, vel *Oscorum*, ex Opscis, nomen habuit, quorum superstes ad seriora tempora fuit numerus per loca Campaniae proxima Atellis, unde et *linguae Oscae* nomen mansit, quam Aboriginibus et Ausonibus communem fuisse adeoque Latinae ortum dedisse necesse est. Pars Ausonum in *Sabinos* abiit, pars in *Auruncos*, cultu illa horridior; facta scilicet magna vitae et morum mutatione, alii veterem asperitatem retinuere; aliis Graecarum co-

Digitized by Google

loniarum artes et instituta adsciscentibus. Consentiunt cum his loca Aristot. de Rep. VII, 10 ᾤκουν δὲ τὸ μὲν πρὸς τὴν Τυῤῥηνίαν Ὀπικοὶ, καὶ πρότερον, καὶ νῦν καλούμενοι τὴν ἐπωνυμίαν Αὔσονες, et Dionys. I, 72 ex Aristotele, Ὀπικὴ, *in qua Latium.* Ex Thucyd. VI, 1, cum Dionys. I, 22 *Siculos, dum Opicos fugerent, in Siciliam traiecisse:* etsi Thucydides Siculos in inferiore Italia quaesivisse videtur: quia Italia ab Graecis antiquioribus de extrema parte dici sollenne erat. Omnino autem mirum non est, in tanta populorum cognatione nomina saepenumero promiscue poni.

Ab hac communi *Ausonum stirpe* ortum duxere tot nominibus *diversi Italiae populi:* permixti quidem illi passim cum Pelasgis, alibi cum Siculorum et Umbrorum reliquiis, forte etiam cum aliis, qui a Gallis, Liguribus, Liburnis aliisque Illyrici generis populis orti erant; Ausonium tamen nomen ubique fuit superius et Ausoniae originis vestigia mansere ubique non obscura. *Sabini* quidem, qui ea loca inhabitabant, in quibus Ausones seu Aborigines Umbris expulsis successerant (Dionys. I, 14. II, 48. 49), pro vetustissimis eius stirpis fuerunt habiti: ad eos originem referebant *Picentes, Peligni, Marrucini, Vestini, Marsi, Aequi, Hernici, Samnites.* A Samnitibus *Frentani, Hirpini, Lucani,* et ab his *Bruttii* provenerant; a Samnitibus etiam *Campani,* qui priscos locorum incolas, Ausonum et Auruncorum nominis, cum Etruscis, agris passim eiecerant. Accuratius haec exponere tanto opportunius fuit, quo multa, quae in sequentibus ad poetae interpretationem afferentur, sine his vix intelligi possunt.

Habemus iam communem Ausonii generis stirpem, de cuius remotiore origine inquirendi locus nunc non est; etsi proclive est a Celticis populis eam repetere. Ad Ligures, Ibericum genus, olim eam retulere scriptores apud Dionys. I, 10. Verum nec definiri quicquam in agrestium gentium originibus tam antiquis potest, nec ad unum sed ad plures e septentrione et occidente adventantes barbaros populos prima Italorum origo referenda esse videtur.

Progredimur nunc ad alterum, quod posuimus: novum in carmine nostro fabularum ordinem, quas *Italicos mythos* appelles, ab iisdem priscis populis, inprimisque ab Ausonibus et Aboriginibus, procedere: modo adolescentum, qui haec legent, animos eo adhuc intenderimus, ut Romanorum originem linguaeque Latinae caussas suo ipsi iudicio ex superioribus intelligant: cum Romani Albanorum coloni fuerint, ex Aboriginum, hoc est Ausonum, genere, sed cum Pelasgis, et, si famae fundus vere fuit, cum Troianis ac Graecis mixto, ad intelligendum in promtu est, sermonem Romanum a Latinis inprimisque ab Albanis profectum, communem eundemque cum sermone Ausonum, huiusque nonnisi dialectum fuisse, excultam temporum successu, cum ceterorum Ausonicae stirpis populorum sermo antiquam asperitatem retinuisset. Habuere

Digitized by Google

igitur populi Italici, primo ritus ac religiones, in multis quidem haud abludentes a Graecis, cetera proprias ac domesticas; habuere a Pelasgis Iovem, Iunonem, Minervam, Vestam, Martem, cum aliis; habuere ritus sacrorum cum antiquioribus Graecis fere communes; etiam mythos nonnullos Graecanicis similes; habuere alios ritus ac mythos variatos, mutatos, alios proprios ac domesticos a Graecis abhorrentes; barbariem et horridam vetustatem in iis facile agnoscas, inprimisque superstitiosum deorum metum, quem sane iniicere animis poterant magnae ac crebrae naturae conversiones et perturbationes in his locis ex tremoribus soli, ex ignibus subterraneis, eorumque eruptione, ex aquarum stagnatione silvarumque vastitie. Necyomanteum Cimmeriorum erat in finibus anthropophagorum Laestrygonum; sacra humana in locis ad Tiberim, Fauni oracula incubatione in victimarum caesarum pellibus accepta. Habebant iidem fabulas et narrationes suas a maioribus acceptas super origine sua ac primo vitae cultu, symbolis fere ac symbolicis personis expressas, ad quas magna pars Italicarum fabularum redit, tum super illustrioribus aliquot viris vel heroibus, et nonnullis naturae eventis insignioribus, sed fabuloso illo sermonis et narrationis genere exponi solitas; neque poetarum ingeniis, ut inter Graecos factum, expolitas et ornatas; sed ipsa argumenti tristitia aut foeditate notabiles, ut de Caco latrone. Itaque Italici mythi longe a Graecae fabulae suavitate absunt; nec varietas grata inest, et maior ornatus pars ab ineptis verborum lusibus aut veteris sermonis ad recentiora verba interpretatione vel inflexione ducta: Cum enim veteres ritus, ut fit, et essent admodum mutati et caussa eorum ignoraretur: ariolatione incerta multi ritus et sacra interpretari conati ad verborum lusum et originem confugerunt et inde fabularum caussas deduxerunt. Passim tamen Graecanicae quoque fabulae aspersa sunt vestigia aliqua.

Ea quidem, quae VII, 45 sqq. exposita sunt, de quibus Exc. V videndus, haud dubie *Aboriginum* vel *Latinorum* habendi sunt *mythi*, qui mox inter Albanos servati, tandem ab his ad Romanos pervenerunt. Latinus a Fauno ortus Pici nepos et Saturni abnepos proditur; quod ita intelligendum, ut illos inter maiores, stirpis vero auctorem ultimum Saturnum habuerit. Sic inf. 219 *Iove Dardana pubes Gaudet avo*. Aboriginum alii mythi fuere de *Iano*, de *Camenis*, de *Anna Perenna*, de *Angerona*, de *Carna*, de *Ope*, symbolicae fere naturae, sed plerique obscuriores, cum ipsis nominibus, quae apud Varronem, Festum, Macrobium, Augustinum, Arnobium et alios sunt videnda; ut adeo vix sit operae pretium, in illis otium consumere: inprimis, cum pauca integra ac sana, pleraque commentis et interpretamentis foede contaminata ad nos pervenerint. Certatim enim ab historicis, grammaticis, et multo magis a doctoribus Christianis allaboratum est, ut antiquitatem obscurarent ac tandem penitus extinguerent. Rara itaque for-

Digitized by Google

tuna vix unam et alteram veteris Italiae religionum interpretationem servavit; etsi sunt in iis nonnullae, quibus priscorum hominum sermo symbolicus egregie illustratur. Sic Vulcani, qui ignis est, uxor apud Macrob. Sat. I, 12 editur *Maia*, hoc est Terra, Mater magna, sed cum notione auctus: unde eadem *Maiesta* dicta fuit. Apud Tusculanos *Maius* erat Iupiter. Eadem cum Maia *Ops*, *Bona Dea*, *Fauna*, *Fatua*, habita: vid. Macrob. ibid. *Vertumni* et *Pomonae* fabula ex ipso nomine lucem habet: eam v. apud Ovidium et Propert. IV, 2.

Sed in his fabulis magna facta esse videtur perturbatio, *quatuor* potissimum, si recte iudico, *modis*. *Primum*, cum, communi licet stirpe oriundi, diversi tamen et per varias Italiae partes dispersi, populi proprios quisque quosdam suos haberent mythos: ad Aborigines seu Latinos eos trahere serior coepit aetas, inprimisque e Romanis quisquis veteres historias conscripserat. Videndus in hanc rem inprimis Sext. Aurel. Victor; add. locus Tzetzae ad Lycophr. 1232, quem ad Dionem retraxit Valesius. Ita factum ab iis, quos Virgilius alio loco sequitur. Nam, quod modo eum vidimus Latini maiores edere Faunum, Picum et Saturnum atavum, id paullo post v. 177 sqq. deserit. In Latini regia: *Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum Antiqua ex cedro; Italusque paterque Sabinus Vitisator, curvam servans sub imagine falcem, Saturnusque senex Ianique bifrontis imago Vestibulo adstabant.* Hic *Sabinus* ad Sabinos, qui inter vetustissimos ex Ausonibus fuere, referendus est, gentis a nonnullis, ut a Catone, auctor habitus; etsi alii aliter de populi origine et nomine argutati sunt. Silius VIII, 424 *Sabum* vocat. conf. Pompon. Sab. ad h. l. VII, 178. *Italus* autem ad Oenotrios spectat, quos Ausonum sedes in extrema Italia occupasse et, quod probabile est, cum iisdem promiscue habitasse, supra vidimus. Namque in his locis primum Italiae nomen auditum est, sive ab Italo rege sive ab alia caussa ductum. conf. Excurs. XXI ad lib. I. Italum Oenotrios, qui dispersi habitabant (*νομάδας*), ad agriculturam adduxisse, leges scripsisse et, inter alia, sodalitia conviviaque publica (*συσσίτια*) ad suum usque tempus frequentata constituisse narrat Aristoteles de Rep. VII, 10, quod frustra conantur ad Saturnum revocare. Quidni Oenotriis suas fabulas relinquimus?

Altera mythorum Latinorum interpolandorum ratio ab allegoricis narrationibus profecta, quas in historiarum ordinem et numerum seriores retulerunt: quod idem inter Graecos et omnes omnino terrarum populos factum esse modo in multis modo in paucis manifestum est. Ita Saturnus, Faunus, Ianus, inter Latini maiores relati sunt, qui tamen symbolica fuerunt nomina ac signa, quibus varias res physicas et ethicas declarabat vetus Italia; ut Excursu V videbimus.

Digitized by Google

Sed maiorem mutandi et ad peregrinam indolem inflectendi mythos Latinos licentiam, *tertio* quidem loco, attulit insanum Graecanicae doctrinae in patrias historias et religiones inferendae studium inter Romanos, quod a pluribus caussis profectum est. *Partim* enim domesticae historiae antiquioris ignorantia, et plenior expeditiorque Graecarum rerum cognitio, *partim* Graecorum historicorum exemplum in originibus veteris Italiae e Graecia arcessendis, eorumque de veterum Pelasgorum communibus cum Ausonum vel Aboriginum gente sedibus narratio et disputatio, *partim* denique animadversa in nonnullis Graecanicae originis et linguae vestigia eo adduxerant multos, ut omnia, quae in antiquitate Italiae obscura et parum explorata essent, ad Graecos referre, ex Graecis moribus, institutis, et opinionibus illustrare, et ea, quae a Graecis discreparent, ad eorum verba et res accommodare studerent. Est ea studii historici inter omnes populos infantia, ut suarum rerum origines aptas et nexas esse velint ex illustri aliquo sui seu prisci temporibus populo. Maiores nostri regum stirpes ad Troianos vel Graecos referebant. Similiter Romani omnium fere Italicarum urbium nomina et origines a Graecis repetebant, quandoquidem colonias Graecas in multis Italiae passim locis consedisse acceperant.

Huius generis mythologiis pleni sunt Grammatici, inprimisque Macrobius: in quibus tempus consumere sigillatim exponendis nolim quemquam; satis est rem omnino tenere. Sed, quod gravius est, antiqui isti scriptores, quos illi adhuc integros versabant manibus et exscribebant, iisdem opinionibus erant imbuti. Ex qua secta *Cato* inprimis fuit, qui sero litterarum Graecarum studio ad pravam eam rationem deductus esse videtur. Eidem adiungit *P. Sempronium Asellionem* Dionysius I, c. 11. *Caecilium*, qui Graecam urbis Romae originem ediderat, Strabo memorat lib. V, p. 852 C; qui tamen forte est *Cincius*, cuius nomen apud Dionysium quoque lib. I, 74, p. 59 Huds. *Καίκιος* in Cod. Vatic. scriptum esse video, vel *C. Acilius*, cuius annales graece scripti a Claudio aliquo conversi legebantur. Eos, qui graece res patrias conscripserunt, Romanos Graecas quoque fabulas esse amplexos, nemo mirabitur; ut *Q. Fabium* in Annalibus et *L. Cincium* in Annalibus Graecis (ap. Dionys. lib. I, c. 6), *A. Albinum, qui Graece scripsit historiam*, Cic. Brut. 21, et *Cn. Aufidium*, Tusc. V, 38. Enimvero necdum alium quemquam scriptorem veterem, quantum quidem ex fragmentis intelligi potest (inspiciat aliquis v. c. librum de Orig. G. R.), reperi, qui non Graecas fabulas sectaretur. Varro quoque, qui tamen in aliis, etiam in etymologiis, graeca respuit, eidem studio nimium indulsit, ut vel ex uno loco de R. R. III, 1, 6 satis intelligi potest. Inprimis autem in urbium Italicarum originibus e Graecis fabulis repetendis laborarunt tantum non omnes, ut nec modum nec rationem servarent; nam levissima quaque rerum nominumve similitudine arrepta originem, caussam, et conditorem

Digitized by Google

in Graecia reperisse sibi videri solebant. Hoc idem tot virorum doctorum exemplum obfuerat Dionysio Halicarnassensi, viro acutissimo, ut urbem Romam iam inde ab initio ad Graecae coloniae morem descriptam, opibus inter Regem, Senatum et Populum, sapienter ad trutinam exaequatis, reique publicae partibus subtiliter constitutis egregie fundatam, tamquam in tabula picta exhiberet.

Pravo hoc Graecae doctrinae studio doctissimos ex Romanis si quis imbutos fuisse audierit, non amplius mirabitur Etruscos a Tyrrhenis, Sabinos a Lacedaemoniis, deductos ferri; Tibur esse Argivorum coloniam (VII, 672); Halesum, Agamemnonis filium, Auruncos e Campania ducere (ibid. 723 sq.); Ariciam Dianae amasium Hippolytum excepisse (761 sq.). Comparet aliquis Fastos Ovidii v. c. lib. IV, 63 sq. et ad sacrorum rituum festorumque caussas et origines ibi traditas attendat, aut ad Quaestiones Romanas Plutarchi. Innumera huius generis sunt alia apud Servium, Plutarch. Romul., Iustin. XX, 1 pr., Solinum c. 8 et apud Grammaticos. De instituto talia persequuti esse videntur Alexander Polyhistor et Avianus aliquis „qui iambis totum Livium scripsit," ut Servius ait ad lib. X, 388, item Hyginus *de urbium Italicarum origine*. Si forte mireris, quomodo his somniis tantum tribuere potuerit antiquitas, recordandum est similis vanitatis, qua viri docti superiore aetate omnem veterem Italiam ex Hebraicis Lexicis (Phoenicia verba se tenere putabant) repetiere.

Ita tandem factum est, ut pauci Latini mythi propriam suam naturam retinerent. Ita Saturno ea tribuerunt, quae Graeci de *Κρόνῳ* suo narrabant, etiam auream aetatem (v. c. Aen. VI, 793 —795) et Iovis impia consilia. Faunos, qui Latio et Etruriae propril sunt, cum Panibus, Satyris, et Silenis miscuerunt, adiuncto etiam Baccho; Camenas Nymphas cum Musis: et sic porro. Albuneam fecerunt ex Leucothea, Portumnum ex Melicerta, qui Phoenicum utique navigationibus ad Graecos pervenerat, forte is iam a Cadmo illatus et Palaemonis nomine insignitus. Adsciverunt quoque passim religiones et nomina deorum graeca, quae obliterarunt antiqua; ita Venerem receperunt et Dioscuros. Res tandem eo adducta, *ut pessimi fabularum suarum interpretes essent Romani*. Nec quicquam fuit Italis adeo domesticum ac proprium, quin a Graecis repeterent. Ipsum Ianum ex Perrhaebia Thessaliae qui adducerent, fuisse video apud Plutarchum Qu. Rom. p. 269 A, alios, qui ex Creusa, Erechthei Athenarum regis filia, natum, apud Victor. O. G. R. 2. Quid? quod Ianiculum ab Ione, Creusae filio, ex Euripidis fabula noto, fuere qui conditum traderent ap. Aurel. Vict. O. G. R. 2. Maia, quae, ut supra vidimus, mater Terra erat, ad Maiam Mercurii matrem revocata est. Nerienes, Virtus vel Fortitudo inter Sabinos, in Nereidem est depravata. Gell. conf. XIII, 22. Corrupere quoque sacra sua Romani admix-

Digitized by Google

tis alienis opinionibus, ut Lupercalium ritus arreptis fabulis de Pane Graecorum.

Tandem *quarto* loco ineptis et pravis etymologiis turbatae sunt historiae antiquae Italiae plus quam credi potest. Hoc quidem studium veteres res ac ritus ex nominum origine interpretandi, ipsamque adeo verborum originem investigandi, iam inter Graecos parum ad sermonis indolem et grammaticam rationem fuit tractatum, inter Romanos autem intra meros sonorum lusus substitit; quod e Varrone, Catone, Cicerone et aliis infinita exemplorum copia docet, ut Grammaticorum volumina taceam. Eadem res ipsis historiis et fabulis noxae fuit, dum eas ex nominum originibus interpretati variis modis interpolarunt veteres scriptores. Ut Umbros quasi Ombrios dictos, Thuscos a sacrifico ritu dictos, et similia omittam: de Aboriginibus quam multa illi commenti sunt ex vocis sono! Latium a latendo cum duxissent, quae non excogitarunt in eam rem! Hinc fuga Saturni in Italiam et latebrae. Anna Perenna in Didonis sororem mutata et Nympha Numicii illa facta, cum dea esset ex indigetum numero, et haud dubie anni initia fausta designaret. conf. Macrob. I Sat. 12 Ianuario — *et publice et privatim ad Annam Perennam sacrificatum itur; ut annare perennareque commode liceat.* Ardea, Rutulorum urbs, nomen habens cum ave ardea commune, fabulam absurdam peperit avis ex urbis incensae cineribus enatae. vid. Ovid. Met. XIV, 574. 580. Virbius heros in Hippolytum deflexus quasi bis vir et vitae redditus ib. XV, 497 sqq.

Fuisse iam inter Graecos scriptores *Dioclem Peparethium* et alios, qui Italicarum urbium origines hunc in modum interpretarentur, docent exempla apud Dionys. lib. I, 34 sq. 49 sqq. 72 sqq. Esse in his Scymnum videbis in eius carmine vs. 225. In Parallelis Plutarcho tributis magnus eorum numerus laudatur, qui Italica scripsere, Aristides Milesius, Theotimus, Alexarchus, Cleonymus, Theophilus, Dorotheus, Aristocles, Meryllius, Chrysippus, Agesilaus, Aristobulus, Alexander Polyhistor; cum his Xenion apud Macrob. I Sat. 9. Adde his eos, qui Tyrrhenica scripserant, ut Sostratus. Omnes hos Graecas fabulas in Italiam transtulisse apparet, seu opinione falsa deceptos, seu pravo studio ductos. Omnino serius ad Graecos Italicarum rerum notitia paullo luculentior pervenit. Nam etiam illo tempore, quo Graeci navibus Italiae littora frequentabant aut Graecia Magna civitatibus Graecis potentibus florebat, interiores tamen terras pauci adiisse videntur. Itaque fragmenta, quae ex priscis Graecis scriptoribus nova super Roma et vetere Italia affert primis in libris Dionysius, miram prodere videntur inscitiam doctisque hominibus prorsus indignam.

Fabulas autem super Italicis rebus procudendi facultatem et materiam Graecis ingeniis praebuit inprimis primo Herculis profectio cum Geryonis armentis per Italiam facta (conf. Apollod. II, 5,

Digitized by Google

10), tum Homerica narratio multis mirisque fabulis de maris terrarumque facie variata, de Ulyssis erroribus et ad Italiae littora accessu. De Hercule quidem fabulas innumeras, magnum inprimis urbium numerum Italiae ab eo vel ab eius filiis conditarum, narraverunt, Ulyssis autem progenie aut sociorum stirpibus omnem pasim Italiam frequentarunt. Ipsi adeo Ausones ab Ausone, seu Circes filio ex Ulysse seu Calypsus, ortum habuisse narrantur. Festus: *Ausoniam appellavit Auson Ulyssis et Calypsus filius eam primam partem Italiae, in qua sunt urbes Beneventum et Cales* (hoc quidem, ut supra vidimus, recte; nam ea Italiae pars Ausoniae nomine proprie insignis fuit); *deinde paullatim tota quoque Italia, quae Apennino finitur, dicta est Ausonia* (hactenus vere; sed reliqua fabulose) *ab eodem duce, a quo etiam conditam fuisse Aruncam urbem ferunt* (Suessa Arunca, ab Auruncis habitata). Ab Ulyssis et Circes tribus filiis, Romo, Antia et Ardea, tres urbes conditas et nominatas Xenagoras tradiderat ap. Dionys. I, 72 (p. 58). cf. viros doctos ad Stephan. in Ἀρδέα et Cluver. pag. 976. Latinum Circes et Ulyssis filium iam Hesiodus prodidit Theog. 1011. 1013, Telemachi et Circes filium alii, forte ipse Telegoniae auctor, carminis cyclici: v. Hygin. f. 127, ubi v. Intpp. add. Geopon. XI, 2, ubi v. Niclas. Corruperant Telemachi nomen et tradiderant Telephi filium alii, quos Cedrenus sequutus est p. 135 D. Huius generis multa in primo statim libro Dionysii et Solin. cap. 2 cognosci possunt. Traducta quoque res ad alios a Troia seu reduces seu profugos. Ita Capys Campaniam tenuit. Alia v. ap. Serv. ad Aen. I, 242. Ipsas sacrorum origines sic corrupere Romani, ut Lupercalium. De Fauno v. Plutarch. Parallel. p. 315 C. Quae omnia si semel animadversa et perspecta habueris, ducta illa ex prava opinione, sed cum ratione certa, multarum obscuritatum et difficultatum nubem ex vetere historia facile dispulsam esse intelliges.

Quid quod satis probabile mihi fit, etsi aliquid pro liquido et explorato in his, quorum nulla fides historica est, tradere velle ineptum sit, ipsam fabulam de Romulo et Remo a lupa lactatis a nominis interpretatione esse profectam: nam a *ruma*, seu *rumi*, quod vetus mammae nomen est, Romae nomen deduxisse nonnullos videmus; ut alios a *virtute* ac *robore* ad Graecam vocem ῥώμην. Ignoratio originis, a qua nomen urbis ductum esset, hominum animos ad coniecturas convertit, quae postea in narrationes abierant. Quod si verum est et ex antiquioribus sumtum, quod Servius ad lib. VIII, 90 et alibi habet, ut Tiberis priscum nomen *Rumon* fuerit (neque illud adeo abhorrens ab antiquissimo aquarum et amnium nomine per Celtas et Graecos vulgato: *Rha, Rho, Rhu, Rhiu, Rhiw, Rhei* [ῥέω, ῥόος],) non improbabile fit, urbis nomen a flumine esse ductum, et omnia alia, quae narrantur, pro commentis seriorum aetatum esse habenda.

Digitized by Google

Sed de his nolim cum quoquam, cui aliter videatur, contendere. Mihi satis est dilucide satis exposuisse naturam et caussas corruptarum fabularum veteris Italiae, ut mihi via ac ratio expeditior sit ad ea, quae in sequentibus erunt tradenda.

EXCURSUS V

Historiae veteris mythicae Italiae capita potiora de Saturno, Iano, Pico, Fauno, Latino.

VII, 45 sqq. *Rex arva Latinus et urbes Iam senior longa placidas in pace regebat. Hunc Fauno et Nympha genitum Laurente Marica Accipimus: Fauno Picus pater: isque parentem Te, Saturne, refert: tu sanguinis ultimus auctor.* Cum haec sint quasi potissima historiae veteris mythicae Italicae capita, disquirendum de iis esse videtur paullo accuratius. Multo magis, quoniam vulgari opinione vera facta, homines et res antiquae tamquam vere gestae, in his tradi credantur, ita ut tamquam fide historica accepta regum antiquorum res et facta exponi a scriptoribus putentur.

Ad *Saturnum* videmus Latini genus simulque fabulas veteris Italiae tamquam ad caput et originem deductas subsistere, nec ulterius procedere. Est autem de *Saturno* mythus proprius Aboriginibus ac domesticus, nec quicquam aliud, si recte iudico, quam symbolicum nomen melioris vitae, cuius initia a frugibus inventis, satione et messe repeti solent: non quasi cum philosophica aliqua subtilitate haec excogitaverint aut arte aliqua expresserint; sed quia animi sensa aliter quam per rerum sensibilium formas ac species eloqui nequeunt rudes populi, deficientibus verbis; et mala fraude mecum ageret, qui haec cum allegoriae, rei prorsus diversae, studio confundere, meque in antiquis rebus eam amplecti pronuntiaret. Itaque falx Saturno addi coepit; eoque narratum, ad cultum vitae eum Aborigines adduxisse: *Primus ab aetherio venit Saturnus Olympo — Is genus indocile ac dispersum montibus altis Composuit legesque dedit.* Aen. VIII, 319 sqq. Addita quoque coniux Ops, h. e. Terra. Commenta seriorum apud Macrob. I, 7. 8. 10 non moror.

Cum a Graecis tractari coepissent fabulae Italicae, ad *Cronum* illi suum referre coeperunt *Saturnum*. Factum id iam ab Ennio in Annal. Nam fragm. p. 30 *Saturnus, quem Coelu' genit,* et a L. Accio in Annalibus apud Macrob. I, 7 extr. legitur, versibus inde adscriptis; etsi de illo nomine dubitare licet. Inde turbatus et

Digitized by Google

interpolatus est antiquus ille mythus, et narrata de Saturno ea quoque sunt, quae Graeci a Phoenicibus accepta de Belo ad suum Cronon transtulerant: ut iam supra monitum (Excurs. IV, p. 135). Falcem, messis symbolum, modo ad ἅρπην Κρόνου et rescissa Caeli pudenda, modo ad tempus, quod omnia demetit, revocarunt.

Ut autem Graeci Cronum in Italiam transferrent, etiam situs Italiae versus Graeciae occidentem eos impulisse videtur; *Occidentem* enim locis inferis, adeoque Tartaro, quo Cronus detrusus delitescit, finitimum credidit antiquitas. Hinc Ionium et Adriaticum mare Κρονίην ἅλα appellatum videas v. c. apud Apollon. IV, 510. 548 et al., et Κόλπος Ῥέας apud Aeschyl. Prometh. 836. Iuvabat quoque in partem nomen *Latii* a latendo ductum, quod ad Cronum trahi poterat, qui Iovem fugiens eo venerat. VIII, 320 *Arma Iovis fugiens et regnis exul ademtis.* Ex his manifestum fit, quo tot doctorum virorum somnia ex etymo vocis ducta recidant, etiam suavis illa interpretatio vocis *Chittim* cum Latio comparatae.

Receptus inde est Saturnus in Annales tamquam *gentis conditor* et legum vitaeque mitioris auctor rexque Latii vetustissimus; uti nullus facile est populus, qui non idem symbolica nomina pro stirpis suae auctoribus habuerit. Difficultatem ac molestiam fecit mox scriptoribus *Ianus*, quem et ipsum mitioris vitae inter veteres Italos auctorem traditum videbant.

Est *Ianus* hic et ipse inter mythos Latinos referendus deusque eorum domesticus. *Nam tibi par nullum Graecia numen habet,* ait Ovid. I Fast. 90; nec dubito, eum ab initio nihil aliud quam almae naturae, excultaeque eius dotibus vitae, symbolum aliquod fuisse. Itaque in Saliaribus carminibus *deorum deus* audiebat (Macrob. I, 9) tamquam principium rerum adeoque etiam deorum. Traductum postea symbolum ad alia cognata, ut designaret omnium rerum initia et origines, mox rerum vices, tempora, annum eiusque vertentis se nova exordia, mundi quoque seu caeli ortum et occasum, et sic porro: ita enim, ut in varios significatus symbola detorquerentur, ipsa res ac necessitas ferebat. Ita ipsum complexum siderum et caelum designasse dicendus secundum Messalam apud Macrob. l. c., ipsum chaos et ex eo orta rerum facies apud Ovidium in Fast. I pr. Plura alia, etiam multarum rerum inventa, ad Ianum retulere seriores non modo Grammatici sed et scriptores Romani, ut ex Ovidii Fast. lib. I intelligi potest, partim rerum similitudine partim nominis origine ab *eundo* repetita inducti. cf. Macrob. Sat. I, 9. Serv. ad Aen. VII, 610 et al. Quod belli pacisque habebatur arbiter, ortum forte non aliunde habuit, quam quod eius religio erat antiquissima: unde invaluerat, ut bello indicto templum eius ad supplicationes pateret. Distinguenda ab iis alia a serioribus adscita, ut prudentiae opinio a duplici facie; nec pro mundi anima Ianum dictum esse antiqua auctoritas firmat, aut inter sidera

Digitized by Google

Iani numen ortum, ita ut navicula inter Booten et Virginem ab initio dictus et habitus Ianus esset: quae nuper fuit ingeniosa V. C. *Dupuis* opinio: Critolai enim fides nulla est, Grammatici in phaenomena Arati ludentis, in libro supposititio Plutarchi, Parall. p. 307. 308.

Cum hoc nomen symbolicum mox et ipsum inter vetustissimos *Italiae heroes* seu *deos* esset relatum, dubitatum est *inter Ianum et Saturnum*, uter altero esset antiquior. Plerique tamen Ianum priorem Italiam obtinuisse narrant, et advenam Saturnum ab eo esse exceptum: cf. Ovid. Fast. I, 233 sqq. et Macrob. Sat. I, 7. Cum itaque Maro noster lib. VIII, 319 *primum* Saturnum in Italiam venisse dicat, multa argutati sunt etiam veteres, ut hanc difficultatem expedirent. Talis disputatio apud Aurel. Victorem O. G. R. c. 1 legitur: quam inanem esse, ex superioribus facile intelligitur. Nec vero Ianum excludit Virgilius, sed *primus* nihil aliud est, quam primis h. e. antiquis temporibus, prima hominum aetate. Sed forte tota illa de Saturni, et quidem navi vecti, Iano regnante in Italiam adventu narratio nullam graviorem caussam ac fundum veri habet, quam quod antiqui numi altera parte navis rostrum, altera Ianum bifrontem habebant; etsi his de signis dici vix potest quam multa veteres argutentur. cf. Ovid. Fast. l. c. et Plutarch. Quaest. Rom. p. 274 D. E. Neque absimilis, suspicor, ratio induxit, ut Ianum Saturnumque in regni societate vixisse traderent: quandoquidem vicinis collibus nomina eorum erant imposita: *Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen* lib. VIII, 358.

Secundus a Saturno apud poetam nostrum *Picus* memoratur l. c. VII, 48. 49 *Picus — isque parentem Te, Saturne, refert.* Primum omnino sanguinis auctorem per parentis vocem saepe declarari, et notus est loquendi mos, et Burmannus ad h. l. monuit. Iani utique ex Venilia filiam, *Canentem*, uxorem habuisse narratur. Multa sunt in hac historiae antiquae parte nomina ab initio symbolica, etsi obscurae nunc fere interpretationis, quae in viros ac feminas abiisse videntur. Ianus quidem secundum alios *Camesen*, sororem ac coniugem, secundum alios *Veniliam* in matrimonio habuit. Camese vix alia fuit quam Camesna et Camena, ut Casmilus, Camillus (v. Aen. XI, 543. cf. Varro de L. L. VI, 3); vetus Italiae numen, ad plures deas, *Camenas* dictas, traductum, quas cum Musis aliquando confuderunt Romani. Lucum iis cum fonte Numa dicaverat: ad eas enim pleraque carmina sua, hoc est vaticinia, referebat (Plut. in Numa p. 65 A.). Camesene nomen fuit antiquissimum montis ac loci, cui Ianiculum oppidum impositum erat. Hyginus illud nomen a Camese duxerat, qui cum Iano eas terras tenuisset: sed narraverat hoc ex Graeco homine, Protarcho Tralliano: apud Macrob. Sat. I, 7; at cf. Athen. XV, 13, pag. 692 E. Venilia autem inter deas marinas videtur fuisse, confusa illa quoque cum Salacia. Sed Varro de L. L. IV, 10 disiungit

Digitized by Google

eas: *Salacia, Neptuni, a salo, Venilia a veniendo* etc. (vid. de Venilia etiam scholia a Maio edit. ad X, 76. et Notam Maii. *Wr.*) Salaciae quoque nomen in Sexti Pompeii numis legi probabile fit, in quibus SAL. legitur: de Salacia itaque docte disputantem videbis Eckhelium in Doctrina num. vet. Tom. VI, p. 27. 28.

Ex hac igitur Venilia susceptam Iano filiam *Canentem* in matrimonium accepisse narratur Picus, v. Ovid. Met. XIV, 333 sqq., qui copiose fabulam persequitur, qua a Circe in venatione conspectus, cum eius amorem sprevisset, in picum mutatus fertur. Eandem fabulam attigit Virgilius lib. VII, 189 sq. *Picus — quem capta cupidine coniux Aurea percussum virga versumque veneno Fecit avem Circe sparsitque coloribus alas.* Picus vel picumnus priscis Italis inter sacras fuit aves inprimisque auguriis probatus, idem Marti sacer: v. Serv. ad lib. VII, 190. Nisi itaque nominis interpretatio fabulam istam mutatae formae peperit, nata illa esse potuit ex antiquo signo iuvenis cum pico in capite. Tale signum memorat Ovidius in Circes aedibus Met. XIV, 313 sq., ut augurandi peritia in Pico expressa fuisse videatur. Quo ipso declaratur id, quod apud Virgilium lituum manu tenet eius signum in Latini regia positum: v. 187 *Ipse Quirinali lituo — sedebat — Picus equum domitor.* Servius quoque ad e. l. ex Pontificalibus libris probare vult, Picum augurio clarum fuisse. Apud Valer. Fl. VII, 232 Circe, etsi simulate, profitetur se Pici matrimonio haberi.

Pici filium prodidit *Faunum* Virgilius: *Fauno Picus pater;* et lib. XII, 766. 769 est Faunus *Laurens deus.* Martis filium ediderant alii: Dionys. I, 31. Appian. fragm. lib. I. Cum in eius aetatem Evandri et Herculis accessus ad Italiam a Graecis relati essent, frequentior eius ab iis facta mentio. Ex tot inaniter plerumque de hoc Fauno dictis haec tenebimus: Primum numen fuisse antiqui Latii, idque fatidicum, Faunum; fuere autem priscae Italiae, et priscarum fere ac barbararum gentium omnium, dii fatidici tantum non omnes: haec enim futura praenoscendi ac praedicendi facultas in numine inprimis hominum rudium animos movebat: nec aliter barbari Americae et Africae populi de diis suis statuunt; et interdum omnem religionem, cultum et notionem numinis, ad opinionem et spem comperiendi futura e diis et sacerdotibus redire videmus. Faunus tamen inter fatidicos deos inprimis eminuit: eratque eius celebre oraculum in luco Albuneae apud Tibur; de quo v. lib. VII, 82 sqq.; ab eo enim acceptum nobile illud responsum de Lavinia. Symbolicum quoque nomen est *Fatuae* pro uxore Fauni habitae futura praemonentis. v. Iustin. XLIII, 1. Videntur autem oracula illa aliquando, serius forte, versibus rudibus fuisse reddita, quod versuum genus *Saturnios* appellarunt veteres: cf. Varro L. L. VI, 3. Inconditos versus poetarum superiorum Ennius vellicabat hoc nomine: *scripsere alii rem Versibus, quos olim Faunei Vateisque canebant.* (Redigi versus illos horridos ad me-

Digitized by Google

trum aliquod in summa asperitate posse docuit nuper Hermannus in docto libro de metris Graecorum.)

Hoc numen Romani de Pane Graecorum interpretati sunt: inde etiam Faunos (v. Aen. VIII, 34) ad morem Panum et Satyrorum produxerunt. Grammaticorum commenta non attingimus: v. Victor O. G. R. c. 4. Habiti Fauni inter comites Bacchi et orgia celebrantes, etiam in artis operibus: qua de re egimus in *Antiquar. Abhandl.* c. II, p. 53 sqq.

Inde inter priscos Italiae seu Latii reges idem Faunus relatus est, modo Martis modo Pici habitus filius, quod Virgilius amplexus est l. c. Eo regnante Evander ex Arcadia in Italiam venisse ferebatur. v. Dionys. I, 31, Iustin. XLIII, 1, O. G. R. 5. Constituerunt adeo inepti homines annorum numerum, quos regnaverit Faunus cum ceteris regibus. Syncell. p. 171.

Ex Fauno et Marica Nympha *Latinus* natus est, quo regnante Aeneas ad haec loca venit. *Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica Accipimus.* Fuit autem *Marica* dea Minturnensium ad fluvium Lirin, cuius lucus in eo littore fuit non ignotus, pro Venere male apud Servium habita; nam ea Murcia erat. An a Virgilio pro eadem cum Circe habita fuerit, disputatum est in Notis ad lib. XII, 164 *Solis avi.* Sed Latini genus diversimode traditum fuit; nec modo per Graecos scriptores, iam inde ab Hesiodo Theog. 1011. 1013, et a Telegoniae auctore: conf. sup. Excurs. IV ad h. l. sub f.; verum in ipsis Italicis mythis. Herculis filium ex Hyperborea puella fuere qui narrarent, uti Pallantem ex Lavinia Evandri filia ab eodem Hercule susceptum fabulati erant: Dionys. I, 43. Alii ex filia Fauni et Hercule natum Latinum, ap. Iustin. XLIII, 1. Sed omnino multis hoc nomen celebratum fabulis, quas nunc disponere non vacat, adeoque nec colligere. Hoc unum monebimus: esse nunc eius nomen proprium, ut Latinus rex fuerit; quod apud vetustiores tantum appellativum fuisse probabile est, ut unum aliquem ex regibus Latinorum, cuius verum nomen ignorabatur, designaret. Apud Servium ad lib. VII, 47, quem pleniorem dedit Iulius Sabinus, *Hyginus ait plures in Latio reges appellatos Latinos.* Vulgo tamen narrantur Latini ab eo nomen accepisse; quod vix ita se habere potuit, cum Latii vox antiquior ipso rege fuerit, unde Latini dicti. Mirum est, quod apud Cononem Narrat. 3 occurrit, ubi Latinus in inferiorem Italiam, ad veteres Pelasgorum ab Oenotro adductorum sedes, revocatur: filiam ille suam *Λαυρίνην* Locro Alcinoi fratri Italiam extremam insidenti despondet; occiditur uterque ab Hercule hospite. Scilicet omnino Graeci mythographi, quoties regem Italici soli nominare volunt, Latini nomine utuntur. Pro Latino, ad quem Aeneas venit, Faunum Martis f. memorat Appian. lib. I in Excerpt. ex Photio. Antiquior Latii rex

Digitized by Google

Dercennius ab ipso Virgilio commemoratur lib. XI, 850. Sive tamen fuit Latinus aliquis, seu non fuit, intelligendus utique est rex urbis et exigui tractus Laurentis, qui partem tantum Latii constituebat; totius Latii nondum illo tempore erat regnum, nec unquam fuit, nisi Romanorum.

EXCURSUS VI

De oraculo Fauni in luco Albuneae in agro Tiburtino.

VII, 81 sqq. *At rex sollicitus monstris oracula Fauni Fatidici genitoris adit, lucosque sub alta Consulit Albunea.* Sententiam verborum et vim in notis declaravimus. In agro Tiburtino ab occidente lucus erat, in quo aquae Albulae, medicatae et sulfureae; ex earum fontibus unus est *Albunea*, fons et Nympha, forte et Sibylla. cf. ad Tibull. II, 5, 69. In hoc luco, Albuneae dicto, oraculum fuit Fauni: de quo accurate agit poeta. Nostra adhuc aetate imminent Anienis catarractis ruinae templi, quod Sibyllae Tiburtinae esse volunt viri docti, nullo graviore, quam quod vetere fama ita traditum est, argumento. Hoc idem templum nonnulli a poeta spectari et versibus his describi contendunt. Copiose hanc opinionem adstruxit Vulpius in Vet. Latio, T. X, c. 5. Sed, ut solent ex Italis multi, modo patriae suae, modo locorum vel antiquitatis amore, plerumque etiam rerum ac sermonis ignoratione, multarum urbium sedes et ruinas prave interpretari, ita vir doctus in poeta usum loquendi, orationis vim et rationem, sententiam, communem sensum, omnia evertere maluit, quam veritati concedere. Ut Sibyllae templum ad hos Albuneae lucos revocare possit, interpungit v. 82 post: *oracula Fauni, Fatidici genitoris, adit. Lucosque*, ut scilicet Fauni templum res a Sibyllae oraculo diversa sit. Fauni autem templum in Laurentum finibus collocat, ubi Inui Castrum fuit (sup. VI, 776). Opinionis tamen auctoritatem nullam affert hic et alio loco T. V. Lib. IX, cf. c. 7, quam oleastrum Fauno sacrum ex Aen. XII, 766. Sed haec et reliqua omnia contortissima sunt, ut in his haerere necesse non sit. Sibyllae Albuneae nomine signum marmoreum in villa Atestina habetur, quod etiam in Vulpio aere expressum est; de quo tamen, nisi accuratius exploratum fuerit, nihil cum fide pronunties.

Digitized by Google

EXCURSUS VII

De fabularum Graecarum usu, et de Italicarum in illarum naturam deflexarum habitu; tum de Turno.

VII, 371. 372 *Et Turno, si prima domus repetatur origo, Inachus Acrisiusque patres mediaeque Mycenae.*

Pravum inter Romanos scriptores, inprimis veteres, fuisse studium deflectendi veteres Italorum mythos ad Graecas fabulas et repetendi origines rerum urbiumque Italicarum e Graecia, supra Excurs. IV diserte expositum est.

Quod tum inter caussas corruptae historiae memoriaeque omnis veterum Italorum obscuratae retuli: hoc Virgilius, summus poeta, seu communem opinionem sequutus, seu, si acriore iudicio verum perspexit, utilitatem tamen amplexus, pro adiumento praeclaro ad expediendam carminis sui materiem adscivit, erroremque, rerum veritati historiarumque fidei infestissimum, poeticis rationibus accommodavit sollertissime.

Cum enim *Italicas fabulas*, ut novitate rei placeret, carmini intexere constituisset, statim occurrisse necesse est hoc: eas quidem, quae carmine tractari possint, fabulas esse paucas, plerasque asperas et inficetas nominibus: cuius modi Salacia est, quae Neptuno coniux data, Nerienes, quae Virtus erat ac Fortitudo, eadem fere, quae Graecorum Minerva. Una est egregie ad poeticum usum informata fabula de Ora, Iuventutis dea, Quirino deo pro coniuge data, ut Herculi Hebe. vid. Gell. XIII, 22 et ibi Not. Sed haec quoque ad Graecum exemplar procusa est, et ipsum videtur nomen Graecum esse, Ὥρα. Esse eam Hersiliam, sed deam factam narravit Ovid. XIV Met. sub fin. Vidit igitur Maro fabulas Italicas tanto tractabiliores et carmini accommodatiores fore, quo magis ad Graecam illae rationem attemperarentur, nominibus aut inflexis aut mutatis aut translatis. Inde etiam totius carminis aequabilis tenor ac color, faciesque elegantior ac doctior proveniebat. Cum autem, quod sup. Excurs. IV vidimus, tot diversorum populorum Italiae, quos eiusdem stirpis quasi surculos ac propagines aut populi eiusdem tribus appelles, tam multae, et diversae quidem nominibus, re tamen ad idem fere redeuntes, essent narrationes de auctoribus ac primis heroibus regibusque: selegit quidem ex iis poeta nonnullas, quas carmine tractari posse videbat; ex earum tamen ipsarum indole intelligitur, quanta cautione in iis transferendis opus fuerit: cum non modo obscuriores pleraeque essent doctisque viris multo minus notae ac Graecanicae, verum et horridi aliquid et agrestis, aut ieiuni inconditique haberent, quod ne Virgiliana quidem elegantia iis ubique abstergere potuit. Ex hoc genere sunt: bellum inter

voy. la suite (p. 161 &c.) après la page 144

Digitized by Google

Τύρσιν, μακεδνὰς ἀμφὶ Κιρκαίου νάπας etc. Cuius loci perdoctam interpretationem dedit Cluverius Ital. ant. p. 762 sqq. Homerus, qui locorum nonnullorum situs per Siciliam et Italiam, littoralem saltem, audierat, servato *Oceani* vocabulo (cuius notio una eademque nec fuit nec esse potuit, variata illa iam ante Homerum, ut paullo ante diximus) Ulyssis errores ad Italiae oram retulit ac disposuit, Circesque adeo insulam ei loco assignavit, qui Circaei promontorii et portus nomen seu tunc iam habuit seu inde accepit. Nomina, iam in Argonauticis obvia, esse commentitia, ipsa etyma docent; nam *Αἶα* est antiquum nomen Terrae; frater *Αἰήτης*, terrigena; pater *Sol*, et mater *Perse* Oceanina; quoniam insula in Oceano occidentali sita ferebatur.

Circe veneficiis celebrata est inde ab Homero. Fuit hoc antiquorum temporum, ut etiamnum inter populos barbaros res est satis frequens, ut passim in minus notis locis crederentur esse populi vel familiae vel homines, qui veneficiis et magicis artibus pollerent. Ex Strabone l. c. lib. V, p. 355 B. apparet, herbarum copiam ac frequentiam in his locis memorabilem nonnullos prodidisse: quod tamen ipse potius ad Circes fabulam accommodatum putavit: *φασὶ δὲ καὶ πολύῤῥιζον εἶναι, τάχα τῷ μύθῳ τῷ περὶ Κίρκης προσοικειοῦντες*. De veneno mortifero in monte Circaeo obscura est narratio in Audit. Mirab. s. 79. Arboribus frequentissimum esse promontorium Circaeum, diserte narrat Theophrast. Hist. Plant. V, 9, inprimis myrtis, quarum genus aliquod humile et generi coronario proximum enascebatur in Elpenoris (qui ex Ulyssis sociis fuit) tumulo, ceteris amplioribus dissimile. Quod si hunc exscripsit Plinius, lib. XV, 29 s. 36, parum diligenter dixisse videri debet universe: Myrtus — *primum Circeiis in Elpenoris tumulo visa traditur*. cf. Not. ad v. 11. Fuere tamen eiusmodi fabulae de arboribus in heroum tumulis enatis plures: uti de platano in Diomedis tumulo: conf. inf. Excurs. I ad lib. XI.

Ceterum *fabula de Circe* una ex iis esse videtur, quam Homerus ab antiquiore aliquo poeta tractatam acceperat, qui forte voluptatum vim ad mores hominibus belluinos induendos hoc *mytho de mutatis a Circe in belluas hominibus* docuerat. Convertit fabulam, ut tot alias, Homerus in narrationem rei, quae vere ita evenerit, et ad Ulyssis socios transtulit. Ita vetus *mythus historica narratio* facta est. Sane haec intra coniecturae fines subsistere, nec fide historica substructa esse bene memini; sufficit, ea analogiam habere cum aliis similibus, quae Homerus in facta et res gestas mutavit. Alioqui recte et hoc statuas: poetam haec ex vetere Argonauticorum poeta accepta Ulyssis erroribus intulisse, seriusque alium in fabulam ethicam haec mutasse. Lepidum est commentum, commentum tamen, d'Hancarvillii, qui haec loca adiit, in *Vasis Etrusc.* T. I, p. 65, natam de Circe fabulam ex locorum facie; rudere enim in his locis ac mugire fractos ad scopulos maris fluctus,

Digitized by Google

ut belluas in Circaeo fremere credas, in quas mutatos esse socios, quos desiderabat, Ulysses credere potuit.

Virgilius narrationem Homericam copiose ab hoc poetarum heroe tractatam leviter attigit: sed, quo se Homerum facile superare videbat, rerum ac verborum dignitatem addidit, qua Homerica narratio destituitur.

EXCURSUS I*

Pecten et Κερκὶς in antiqua textrina.

VII, 14. *Arguto tenuis percurrens pectine telas.* Expectamus virum doctum, qui post Salmasium et Braunium omnem veterum textrinam, a nostra arte textoria tam diversam, cum iugo olim adstarent, qui texerent, et ex alto deorsum penderent stamina, recognoscat et exponat diligentius *): rem per se obscuram, multo magis propterea, quod non una ratio texendi fuit. Etiam Pollux antiquiorem aliquam rationem norat, verbis enim *κατὰ τὴν ἀρχαίαν ὑφαντικὴν* utitur lib. VII, s. 36, verum apponit ille verba sine explicatione: quae nec ipsa eundem ubique usum habuere; eadem ubi occurrunt in scriptoribus aut adiuncta non habent, aut metonymice dicta nihil definiunt. v. c. in Theocr. Idyll. XVIII, 33. 34. Cum noster versus conversus sit ex Homero: necesse est *κερκίδα* et *pectinem* esse eodem sensu dictos. Iam *pectinem* non esse posse eum, quem nostri homines appellant (*Kamm*), manifestum fit ex altero loco in Iliad. χ, 448, ubi Andromache *ἰστὸν ὑφαίνει*, cumque exterrita esset auditis lamentis, *τῆς δ' ἐλελίχθη γυῖα, χαμαὶ δέ οἱ ἔκπεσε κερκίς*. Nam, si nostratium instrumentum fuisset, pecten eius manu excidere non potuisset. Nec in Marone locum haberet, quandoquidem hic *Circe percurrit pectine telas;* at nostro more ipsa tela, stamen, percurrit pectinem. Iam *κερκίδα* quoties alias occurrit, esse fere videmus acutum quid, radium, virgam, bacillum. In Sophoclis Antig. 976 Phinei filiis oculi effossi *κερκίδων ἀκμαῖσι*, apud Antonin. Lib. 25 Orionis filiae *ἐπάταξαν ἑαυτὰς τῇ κερκίδι παρὰ τὴν κλεῖδα* in collo et mortuae corruunt. Eurystheo oculos effodit Alcmena *κερκίσιν* apud Apollod. II, 8, 1. Porro *pectinem* et *radium* esse eundem, apparet inf. ex Aen. IX, 476 *Excussi ma-*

---

*) Obtigit ille votis nostris post ista a nobis scripta. Vir enim eruditissimus, I. G. Schneider, antiquarum litterarum et naturae studiorum raro connubio inter viros litteratos eminens, qui in Indice ad Scriptores Rei Rusticae voc. *Tela* congestis undique veterum Scriptorum locis ingentes copias apposuit rei veterum textoriae illustrandae.

Digitized by Google

nibus radii revolutaque pensa, quod versum est ex Homerico supra memorato, ubi κερκὶς erat. Ergo *pecten*, *radius*, κερκὶς, designant eandem seu similem rem. Etiam *radio* pulsantur fides lyrae, ut et *pectine*: docent autem monumenta, hunc fuisse tenuem bacillum vel virgam variis formis effictam.

Si itaque quaeritur, qui sit *pecten* et κερκὶς in textrina antiquiore, necesse est usum eius fuisse in discriminandis filis seu staminibus, sive ut via patéret immittendo subtemini, sive ut ei involutum vel circumvolutum affixumve esset ipsum subtemen (an κανὼν, cui obvolutum τὸ πηνίον, trama inde deducenda Iliad. ψ, 761. 2) transmittendum per stamina: hoc alterum forte dixeris probabilius, quia *argutus pecten* in nostro dictus est, et alibi ei strepitus tribuitur: v. Ge. I, 294. add. locum v. 46—48 in Epithal. Laurentii et Mariae in Wernsdorf. Poet. Lat. min. Tom. IV. P. II. p. 495. passim in Anthol. ut in Antipatri Carm. XXII sec. Brunck. Archiae Carm. XI. Ut subtemen coiret et condensaretur, *spatha* erat, forma tamen prorsus diversa a nostro instrumento, quo trama densetur. Atque haec, in editione priore ad h. l. et sup. ad Ge. I, 294 recte exposita, ut in altera editione desererem, nullo adduci modo debebam.

Videntur sane in texendi arte et instrumentis nonnulla diversum in modum se habuisse sequioribus temporibus; nam locus apud Ovidium Met. VI, 54 sqq. nostrorum temporum texturae magis convenire videtur: quae tamen et ipsa est admodum diversa in diversis generibus: ea, qua homines in eo genere, quod *hautelisse* appellatur, utuntur, proxime accedit ad antiquiorum morem: ut taceam morem texendi Indorum, Islandorum aliorumque rudiorum populorum, qui antiquiori texendi rationi maxime respondere videtur. Verum hic de textrina apud Virgilium ad Homericum exemplum comparata agebatur.

EXCURSUS II

De accessu Aeneae ad Italiam.

VII, 29 sqq. *Atque hic Aeneas ingentem ex aequore lucum Prospicit* etc. Appellunt tandem Troiani ad Italiam, secundum Virgilium ipsa Tiberis ostia ingressi: *et laetus fluvio succedit* (Aeneas) *opaco;* cf. 201 *Fluminis intrastis ripas;* it. 303 *optato conduntur Thybridis alveo*, super quibus locis frustra argutatur Cluver. p. 880. 881; facta tamen, quod omnium quoque consensu traditur, escensio ad orientale littus in Laurentum agro. Locorum formam Exc. III animis subiiciemus.

Digitized by Google

Vix in grato solo consederant, cum nova prodigia eos exceperunt. Nam humi recubantes, et, ut a longa navigatione fessi facere solent, cibo potuque se reficientes, pro mensa panem pomis, quibus vescuntur, subiiciunt, moxque, coena facta consumtis et his, *se mensas comedisse* adeoque vetus vaticinium, ex nonnullorum fide iam olim a Sibylla Erythraea datum, quod hunc errorum terminum figebat, ne ad ulteriores occidentis oras pergerent, ad eventum perduxisse vident, ut a poeta copiose narratur; nec id sine dignitate epica factum, ut iam alias declaratum est. conf. Excurs. VIII lib. III. Frequentata est fabula omnium, qui de Troianorum in Latium adventu meminerunt, memoratione; plerumque simpliciter, sine mensae materia expressa, ut in Conone 46, ubi λόγος οὗτος κατημάξενται, sive Conon sive Photius adiecit, tritam esse fabulam significans. Sed inest diversitas in mensae materia, quam alii non libum sed apium fuisse tradiderunt. Dionys. I, 55 utriusque narrationis facit mentionem, σέλινά μεν πολλοῖς ὑπέστρωτο, καὶ ἦν ταῦτα ὥςπερ τράπεζα τῶν ἐδεσμάτων· ὡς δέ φασί τινες, ἴτρια καρποῦ πεποιημένα πυρίνου, καθαρότητος ταῖς ὑροφαῖς ἕνεκα. Etiam Dio in Exc. Vales. n. III τραπέζας σελινίνας οὔσας memorat ἢ ἐκ τῶν σκληροτέρων μερῶν τῶν ἄρτων (ignoravit Dio aut Tzetza potius ad Lycophr. 1232, unde haec a Valesio ad Dionem retracta sunt, panem priscis hominibus nihil aliud quam crustulum et placentam fuisse; ignoravit quoque Victor O. G. R. 10 *consumto quod fuerat cibi, crustam etiam de farreis mensis, quas sacratas secum habebat, comedisse*) et Domitius apud Aurel. Victor. O. G. R. 12 *mensarum vice sumendi cibi gratia apium, cuius maxima erat ibidem copia, fuisse substratum, quod ipsum consumtis aliis eduliis eos comedisse* etc. Diversitatem narrationis post tot harum rerum in superioribus exempla non modo aequo animo ferre didicimus, verum etiam, quid inde sequatur, quomodo a pluribus tale argumentum tractatum, aut iactatum multo sermone, quantaque inde poetae rerum copia ad manum esse debuerit, satis vidimus. Hanc tamen diversitatem narrandi admodum miratur Toupius in Emendatt. in Suidam P. I, p. 38. 39, cumque inter alia placentarum genera, quae infinita apud veteres sunt, in σελήνας incidisset, quae lunatae et μηνοειδεῖς erant, totum de *apio* commentum *ortum habuisse ex corrupta illa lectione historici alicuius veteris, quam bona fide exhibuit Dio*, τραπέζας σελινίνας. *Atqui scriptor iste — procul dubio dederat* τραπέζας σεληναίας: coniectat ingeniose et scite; nec tamen vere. Sane quidem plures, Italicas inprimis, fabulas a verborum similitudine ductas nemo neget. Hoc ipsum de mensis comestis vaticinium verborum lusu contineri supra vidimus; et aliorum quoque populorum fabulae, inprimis Romanenses, a nominum similitudine vel vario significatu petitae sunt, ingeniis hominum agrestibus et incultis in iis fere ad maiora se acuentibus. Ita de Melusina fabulam satis probabiliter

Digitized by Google

suspicantur viri docti natam esse ex aequivocatione vocis Celticae *Melus*, quae suavem et amabilem notat, et alterius vocis *me* et *lusen*, quae media sui parte serpentem esse significat. Ne tamen simile quid in Toupii coniectura locum habeat, facit hoc, quod σελῆναι inter pistoria opera exquisitioris artis fuerunt, quae adeo ab horrida antiquitate aliena sunt, nec, quomodo historicus res Troianas exponens, cum de panibus dicendum esset, placentas rarioris formae et nominis subiicere potuerit, intelligitur. Saltem hoc dicendum erat, fuisse forte veterem aliquem tragicum, qui, quod poetae licet, ubi oraculi illius vel eventus meminisset, pro pane vel placenta, quae priscis hominibus pro pane erat, genus exquisitius σελήνας aut τραπέζας σεληναίας poneret; etsi vel sic alia difficultas manet, quod non σεληναῖα πλακοῦντα illa dicta, sed ἐπισέληνα. Neque autem improbabile fit, etiam sine vocabulorum sonive fraude ad apium panes seu placentas deduci potuisse. Fac fuisse aliquem, qui, cum oraculum omnino pronuntiasset, sedes fore eo loco, quo mensas essent absumturi Troiani, aut cum rei eventus, non declarata satis ratione ac modo, narratus esset, ut a Lycophrone factum videas v. 1250—1253, deductos Troianos in Italiam et in herba recubantes exhiberet, ut Virgilius fecit; quidni pro mensis dederit herbas cibis substratas? cumque eas ipsas essent comesturi, genus tale ponere debuit, quod edule esset et in talibus locis frequens. Tale autem apium esse, nemo facile ignorat, nisi verba forte ac sonos discere ac tenere consueverit notione nulla subiecta. Nam condonandum est viri doctissimi elegantiae quod inter cetera posuit: *Vidistin quidquam inficetius aut ridiculum magis? Troianos pro mensis* apium *adhibuisse, atque eo denique, more Asinorum, vesci potuisse.* Non assequor, quid ille de hac planta statuerit. Etsi enim apii nomen latius patet, et incertum est, quale apii genus *veterum apium* sit, (conf. sup. ad Ge. IV, 120) cum alii cum Mathiolo *petroselinum* nostrum, alii nostrum *Celery* id habendum esse statuant (verum apium in Aegypto se reperisse Alpinus rer. Aegypt. III, 9, p. 158 asserebat; erat de eo narratio apud Theopompum, lib. VIII Philippic., ut ex Theonis Progymn. 2 intelligo, manet tamen hoc, inter edulia illud fuisse. Si tamen fabulae caussa et ratio a verborum lusu revocanda esset, potiore loco haberem Fabricii ad Dionem coniecturam, ex permutatione vocum τῆλις, quod foenum graecum, silicia est, unde τήλινον vel σήλινον ἄλευρον dictum, aut forte ex voce τηλία vel σηλία, quae pistorum arca vel tabula frumentaria est, in σέλινον aliquem incidisse. Sed, ut diximus, alienae sunt a re tales argutiae; nec res tanti est, ut diutius ei inhaereas. Nobis de poetae copiis instituta erat disputatio.

Alterum prodigium, quod Troianis in nova terra obiectum fuit, est sus cum XXX foetibus. v. VIII, 81 sqq.; fabula quidem nihil per se habens vel dignitatis, vel suavitatis, qua tamen vix alia inter Romanas origines celebratior; etiam multis numis, inprimis Adriani

Digitized by Google

et Antonini Pii, insignita; forte etiam gentis Sulpiciae, scrofa inter Dioscuros, Penates, iacente. Nam Lavinio condendo locus, et post XXX annos deducendae coloniae Albae Longae tempus, ab eo ostento peti solebat. Vetustatem ipsa declarat immundi animantis commemoratio, ab elegantiore aevo abhorrens. Omnino prisca Italia magnos suum greges alebat, inprimis Etrusci et Galli, adeo ut scrofam inveniri contigerit, quae mille porcorum gregem ex se prognatum duceret. V. loc. non indignum lectu Polybii Exc. Vales. XII, 2. Itaque poeta, qui mythis domesticis Graecis fabulis intexendis novitatis iucunditatem captabat, ad popularium suorum iudicium non insuaviter aut leviter suem albam commemorasse videri debet. Poterat forte rem ornare, cum etiam haec de alba sue fabula multis modis a veteribus narrata sit, quas, cui libuerit, apud Dionys. I, 56, Sext. Aurel. Vict. 12 ex Catone, Lycophr. 1257 sqq. (Locus in eo sic interpungendus: *Κτίσει δὲ χώραν ἐν τόποις Βορειγόνων, Ὑπὲρ Λατίνους Δαυνίους τ' ὠκισμένην Πύργους, τριάκοντ' ἐξαριθμήσας γονὰς Συὸς κελαινῆς* [nigram pro alba memorat] etc.) et Tz. ibi et ad 1282 (unde in Dionis Excerpta locus inseritur), Varron. de L. L. IV, p. 35. ed. Dordr. Servium ad III, 390. VIII, 43. 81, et ex Fabio Pictore apud Syncell. Chronogr. p. 199 D. cognoscere licet; quo ipso poetae defensio parata est, cum fabulam tam insignem omittere noluerit. Signum eius suis Lavinii ostendebatur: quod narrat Varro R. R. II, 4, 18, et, quod mireris in poeta locorum et rerum Latii alioqui admodum ignaro, Lycophron. 1259. 1260, *Ἧς* (συὸς) *καὶ πόλει δείκηλον ἀνθήσει μιᾷ | χαλκῷ τυπώσας καὶ τέκνων γλαγοτρόφων.* (ubi ipse Aeneas dicitur esse is, qui *ἀναθήσει*, *consecrabit* illud signum.) eoque loco, quo sus cum porcellis immolata fuerat, sacellum (*ἡ καλιὰς*) Dionysii aetate supereret lib. I, 57. Rem fecisse inutilem videri potest poeta in hoc, quod Tiberinum deum facit praedicentem ostentum (VIII, 42 sqq.); cum praedictum hoc idem iam olim esset ab Heleno lib. III, 389. Verum etiam in hoc veterem auctoritatem secutus esse deprehenditur ex Dionys. I, 56, ubi narratio vulgaris exponitur. Sequitur enim Aeneas porcam ab ara se proripientem in mediterranea, cumque in colle, urbi condendae parum idoneo, procubuisset, repente vox ex nemore allapsa dubitantem confirmat. At de auctore vaticinii tradiderant alii aliter. Nam una cum oraculo de mensis absumtis Dodonae vel Erythris datum illud prodiderant ii, quos Dionysius sequitur lib. I, 55, et ex Caesaris et Lutatii fide, qui eosdem fere auctores habuisse videntur, Sextus Aurel. Victor c. 11 *Scrofam* narrat *incientem* (gravidam), *quam cum e navi produxissent, ut eam immolarent, et se ministrorum manibus eripuisset, recordatum Aeneam*, quod aliquando ei responsum esset, *urbi condendae quadrupedem futuram ducem.* Scilicet, ut ex h. l. intelligitur, scrofam in navibus Ilio advectam narraverant alii, ut Lycophron l. c. 1256 *Συὸς κελαινῆς, ἣν ἀπ' Ἰδαίων λόφων | Καὶ Δαρδανείων ἐκ*

Digitized by Google

τόπων ναυσθλώσεται — Et Varro L. L. l. c. Alba — *id ab sue alba cognominatum. Haec e navi Aeneae cum fugisset Lavinium, triginta parit porcos. Ex hoc prodigio post Lavinium conditum annis triginta haec urbs facta, propter colorem suis et loci naturam Alba Longa dicta.* Scrofa sub arbore visitur in numis Adriani et Antonini Pii affabre factis.

De *loco, in quo sus inventa est*, adhuc nonnulla monenda sunt, cum poeta eum ita declarare videatur, quasi *eodem in loco* mox urbs condenda et condita fuerit: nam Aen. III, 389 sequ. Helenus: *Quum tibi sollicito secreti ad fluminis undam Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus Triginta capitum fetus enixa iacebit, Alba, solo recubans, albi circum ubera nati:* Is locus urbis erit; *requies ea certa laborum.* Et VIII, 42—48 ubi oraculum a Tiberino repetitur: *Littoreis ingens* — (si modo, quod dubito, vss. 46. 47. 48 recte ibi locum habent) Memorat ergo poeta locum ad Tiberim, *secreti ad fluminis undam*, et *hic* urbem condendam esse. Atqui in iis locis urbs condita ab Aenea memoratur nulla.

Conveniunt tamen in eo plura Virgilii loca, urbem ab Aenea conditam esse, ex qua reliquus fatorum ordo ductus esset. unde statim I, 5. *Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem, Inferretque deos Latio.* Eam *Lavinium* fuisse, dubitare non sinit ipse poeta lib. I, 259 Iupiter ad Venerem: *cernes urbem et promissa Lavini moenia.* Hic Aeneas bellum geret, *moresque viris et moenia ponet*, et hinc Ascanius *regnum ab sede Lavini Transferet et Longam multa vi muniet Albam.* In ea urbe deponenda erant sacra et Penates: lib. II, 294. 295. III, 159. 160. Et lib. XII, 193. 194, ubi Aeneas: *mihi moenia Teucri Constituent; urbique dabit Lavinia nomen.* Verum ea longius fuit a Tiberi et a loco Suis inventae remota. Dices Lavinium serius esse conditum, et *aliam urbem* iam *antehac* fuisse eductam *ad Tiberim*, ad quam spectaverit vaticinium. Verum post escensum statim ad Tiberim munita fuere *Castra* lib. VII, 157 sqq. de quibus v. Excurs. III. At urbs condita fuit haud dubie Lavinium.

Scilicet ab usu loquendi haud est alienum, ut *hic* et *is* latius, vicinis locis comprehensis, accipiatur, quod multo magis accommodatum erat vaticinio obscure res enarranti: *Is locus urbis erit;* ea terra, in qua iuxta amnem sus inventa fuerit; non autem spatium illud terrae, in quo sus iacebat: ut nec *tempus* urgendum est in oraculo: quasi statim post escensum factum sue conspecta, et mensis ambesis, (lib. III, 255—257) urbs condenda fuerit. Subvenerant tamen scriptores antiquae famae de urbe in loco, in quo sus inventa fuerat, condenda, dum hoc adiiciebant: Suem iamiam mactandam effugisse, et Aeneam, qui eam persequutus erat, pervenisse ad eum locum, in quo aliquando urbs condita fuit: v. Dionys. I, 56 supra laudatum, et Aurel. Vict. O. G. R. c. 11. Iterum tamen va-

Digitized by Google

riatam reperimus narrationem, cum vaticinium modo ad Lavinium, modo ad Albam Longam referri videamus in iisdem scriptoribus. Obscura quoque est Maronis sententia (in vaticinio l. c. III, 387 — 393 et VIII, 42 sqq.); sed ostentum ad Albam Longam spectare satis diserte declarat, urbem ab Aenea conditam esse Lavinium; etsi suem eo statim loco mactat, quo ea visa fuerat VIII, 81—85.

Commemorata haec a me sunt etiam propterea, quoniam vidi viros doctos duplicem Albam ex his Virgilianis locis prodidisse. Sunt *Xaverii Matthaei per saturam exercitationes* Neap. 1759, qui p. 59 *diversam ab Alba Longa* aliam *veterem Albam in Tiberis* littore fuisse statuit, eamque a poeta his verbis declarari: *Hic locus urbis erit — ex quo* (loco, unde) post XXX annos, *Ascanius clari condet cognominis Albam.* Atqui istius antiquioris Albae nusquam alibi facta mentio occurrit.

Hactenus poetam veteres fabulas suscipere vidimus; sed hoc non sine iudicio factum etiam ex hoc iudices velim, quod alias in eadem re non infrequentes nec obscuras fabulas sprevit et neglexit; qualis illa est, quam Dionysius tamquam ab indigenis acceptam narrat lib. I, 55, quod escensu facto in magna aquae penuria scaturigo ex solo emicuit. Fons Solis inde appellari coepit, cum binis aris adstantibus. Aliud oraculum Apollinis Delphici, ut Aeneas ibi consideret, ubi duo maria invenisset, e Domitio apud Sext. Aurelium Vict. c. 12, sed indocte, narratur, nam ad duo stagna aquae salsae in agro Laurente trahitur, quod ad mare Etruscum et Lacum Ostiensem referendum erat; ut iam monitum video a Cluverio p. 882. Tandem ostentum in Lavinio condenda oblatum ignis sponte exorti, aquila ac vulpe super eo contendentibus, multo minus a poeta tractari potuit: etsi numis gentis Papiae nobilitata. (Vide vel Eckhel Tom. V, p. 267.) Nata et haec anilis fabula videtur ex signis aquilae et lupi in foro Lavinii positis, quae Dionys. vidit, lib. I, 59.

Classem Troianorum in ipsis Tiberis ostiis incensam a mulieribus duce Roma quadam, tradiderant olim scriptores apud Dionysium I, 72 (p. 58), in quos inciderat Polyaenus Strateg. VIII, 25, 2, ubi idem Troianarum mulierum facinus exponit. conf. ad lib. V Exc. VI. Quod autem poetae *Thybris,* non *Tiberis* scribitur, qua de re tam multa argutantur Grammatici, illud ad dignitatem epicam spectare puta, cum forma vocis sit magis recondita ex Graecis poetis et scriptoribus translata, quibus Θύμβρις et Θύβρις est, sono ipsis magis frequentato.

Digitized by Google

EXCURSUS III

De locorum, in quae Troiani escensum fecere, situ: adeoque de agro Laurente et Troia nova, urbibus Laurento et Lavinio, Numicio fl., Iuturnae lacu, et urbe Alba Longa.

Nunc *de locorum*, ad quae sex posteriorum Aeneidis librorum res dispositae sunt, *situ* paucis videbimus, quantum quidem ad consilium nostrum conferre videri potest. Nam alio et suo more tractarunt haec Cluverius Ital. ant. et Vulpius Latio ant.

Escendisse Troianos ad *littus Tiberis orientale* locus VII, 29—36 diserte docet. Nam ex illo versu VII, 241. 242 *iussisque ingentibus urget Apollo Tyrrhenum ad Thybrim et fontis vada sacra Numici*, parum docte appulsum Troianorum ad Numicii fl. ostia transtulere nonnulli, in quorum aliquem incidisse videtur Zonaras, qui idem fere tradit. Sed Numicium posuit Maro poetica ratione omnino ad regionem designandam. (Sed vide, quae infra iis, quae de Numicio dicta sunt, adiecimus. *Wr.*) Faciem littoralis plagae et Tiberini ostii describit poeta admodum diversam ab ea, quae nostro aevo conspicitur. Nunc arena multa obtinet, aut ager apricus; idque iam Rutilii tempore ita se habuit, Itin. I, 181. *Laevus inaccessis fluvius vitatur arenis, Hospitis Aeneae gloria sola manet.* at Aeneas *ingentem ex aequore lucum Prospicit: hunc inter fluvio Tiberinus amoeno Vorticibus rapidis et multa flavus arena In mare prorumpit* etc. Quae tamen nemora non soli poetae ingenio deberi credendum est. Nam primum incultarum terrarum, antequam habitatores nactae sint, plerumque is habitus est, ut silvosae et paludosae sint; tum alia passim veterum poetarum loca, ubi de Romae originibus tradunt, utramque Tiberis ripam arboribus densam exhibent. Tandem meliore etiam Italiae cultu Romanorum tempore littus hoc Ostiense lucis abundasse Lancisius docuit in Diss. de Villa Pliniana in Opp. P. II, p. 122, ubi in aggestiones littoris Ostiensis factas, solo in mare ad III milliaria producto, post alios viros doctos inquirit.

Igitur a laeva seu orientali Tiberis littore late, ex poetae non modo mente, sed et ex vera locorum indole, patuit silva, et ea quidem adhuc Commodi tempore *lauris* frequens, ut ex Herodiano intelligitur lib. I, 36. Tenebant haec loca *Aborigines rege Latino*, ipsi *Laurentes* dicti: lib. VI, 892 *Laurentes populos urbemque Latini.* Idem nomen urbis, *Laurentes* vel *Laurentum*, ab inventa, dum condebatur, lauro; ut VII, 59—62 narratur: id quod poetae relinquendum; potuerunt enim etiam aliae nominis esse causae: forte ipse laurorum per haec loca laetus proventus. Ager autem usque ad mare ac Tiberim patens *Laurens* vel *Laurentinus* fuit di-

Digitized by Google

ctus. Nomen tamen interdum Maro, ut poeta, latius ad totum Latium traduxit; ut cum lib. VII, 650 *Turnum Laurentem* appellat, et *Laurentem Maricam* lib. VII, 47. Ex quo quidem loco male nonnulli Laurentes usque ad Lirim habitasse collegerunt. Nec illud turbare quenquam debet, quod et Latini urbem *Laurentem arcem* poeta, VIII, 1, aut *Laurentes muros* lib. X, 671, et idem *Laurentia castra* lib. X, 635, novam Troiam appellat. In epithetorum ornamentis nulla subtilitas a poetis et religio expectatur.

Aeneas e loco, ad quem appulsa classe copias eduxerat, altero die missis, qui vicina explorarent, oratores Laurentum ad regem Latinum legat. Interea *castra* munit VII, 157. 159, qui locus inde *Troiae* nomen obtinuit. Eo allusum lib. X, 26 *muris iterum imminet hostis Nascentis Troiae.* cf. v. 74. 75. In Troiae huius, Laurenti, Lavinii et Lanuvii nominibus valde turbant aut nugantur Grammatici, antiquiores et seriores historici, ut Servius passim. Ita Charax Ardeam appellarat *Τροίην* apud Stephan. Byz. in *Ἄρδεα*. Dio ex Tzetza excerptus p. 21. 42 *Λαύρεντον τὸ καὶ Τροίαν λεγόμενον*. Appian. in Excerpto ex Photio Cod. 57 *littus Laurentum* et *oram maritimam Troiam* dictam perperam narrat. Satis est semel de hoc monitum esse. v. inpr. Vulpii Vet. Lat. Tom. VI, p. 13 seqq. Sed et veteres passim scriptores, ut Strabo V, p. 350 B. (p. 229) Troianos egressos statim Lavinium condidisse aiunt. Nomen Troiae ex Livio iam notum esse potest, lib. I, 1 *ab Sicilia classe Laurentem agrum tenuisse: Troiae et huic loco nomen est. Ibi egressi Troiani.* Et Servius ad VII, 158 *Et sciendum, civitatem* (parum proprie dictum), *quam primo fecit Aeneas, Troiam dictam secundum Catonem et Livium.* Ita quoque Steph. Byz. in *Τροία* ex Charace. Quatuor a mari stadiis seu passus quingentos eam distare Dionysius adiicit lib. I, 53, unde recte Virgilius VII, 158 *primas in littore sedes* dixit. Strabo enim, qui lib. V, p. 229, XXIV stadia memorat, de Laurento loquitur, non de Troiae situ. conf. Cluver. p. 880, et Vulpius l. c. p. 40 sqq.

Locus hic a Troianis captus munitusque (*χάρακα ἔθεντο* etiam Dionys. I, 53), quem *Troiam novam* appellant scriptores, est is, quem poeta fere *castrorum* nomine ac notione designat, quemque Turnus oppugnat lib. IX. *Τειχομαχία* castrorum Achivorum partem Iliadis constituit insigniorem. Sed Maro similem pugnam locorum situ variavit praeclare. A dextra moenia ad amnem pertingebant (IX, 469 *nam dextera cingitur amni*), quam partem Turnus in castris interceptus petiisse putandus est (v. 790 *Turnus paullatim excedere pugna, Et fluvium petere ac partem, quae cingitur amni*); inde enim se in Tiberim saltu immittit v. 815. In proximo subducta erat classis Troianorum, aggere cincta et fluvio tuta IX, 68 sq. *Classem, quae lateri castrorum adiuncta latebat, Aggeribus septam circum et fluvialibus undis Invadit.* Ab altera parte mare erat; nam *porta* castrorum *proxima ponto* commemoratur

Digitized by Google

IX, 238. cf. Serv. ad e. l. et ad VII, 31. Erat tamen campus inter mare et castra satis patens, quo Rutuli ordines explicare et urbem oppugnare poterant. Nam Troiani *murorum in parte sinistra opposuere aciem* etc. IX, 468. Ex hoc locorum situ etiam illustranda est Nisi et Euryali nocturna profectio. v. ad lib. IX, 195.

Non longe a castris his et a Tiberi versus orientem aberat *Laurentum*, eo loco situm, qui nunc *Paterno* et *Torre di Paterno* vocatur, ut docent Cluver. Ital. ant. p. 883 et ex Fabretto Vulpius Vet. Lat. Tom. VI, p. 29. Locum *S. Lorenzo* alii perperam Laurenti vestigia habere crediderunt. Ad urbem iter Aeneas fecit agmine ad laevum, a septentrione, circumducto, per saltus et clivos silvis illo tempore consitos: de quibus v. inf. XI, 513 sqq. 522 sqq. Ad dextram versus littoralem plagam aperiebat se camporum planities, in qua equestris pugna facta. In eosdem campos descendebat agmen pedestre, cum ad urbem appropinquaret: XI, 903—907. Castris ibi positis altero die, foedere et certamine singulari inter Turnum et Aeneam frustra constituto, tumultuaria exoritur pugna: quam cum in neutram partem inclinari videret Aeneas, subito partem exercitus ad urbem oppugnandam admovet. Tandem in eadem camporum planitie concurrunt Turnus et Aeneas pugna facta, quae Aeneidem absolvit. Fugit fracto ense Turnus: inclusum se videt undique a corona spectantium. *Atque hinc vasta palus hinc ardua moenia cingunt* XII, 745. Scilicet hae sunt *paludes Laurentinae*, ad urbem usque produotae: quibus Laurens hic tractus etiamnum invius et inaccessus est: idem tamen apris frequens, quos toties poetae memorant. vid. Cluver. p. 886. 887. Vulpius l. c. p. 36. Et de iis ipse Maro lib. X, 107 sqq. *aper*, quem multos annos *defendit palus Laurentia, silva pastus arundinea*. Erat igitur paluster hic tractus passim silvis consitus: uti omnino magnam agri Laurentini partem *silva Laurentina* occupabat. Latius tamen ea antiquioribus temporibus procedere debuit. Ea est, de qua lib. IV vs. 381 sqq. accipiendi: *Silva fuit late dumis atque ilice nigra Horrida*. Per has fugam faciebat Nisus castris egressus ad interiora loca versus montes Albanos, et qui iis subest, lacum Albanum, ad quem Latinus armenta tum habebat: ibid. 387 sq.

A Laurento si ad orientem paullo altius in mediterranea processeras, III M passuum a mari, *Lavinium* ab Aenea fuit conditum: *urbs et promissa Lavini moenia* lib. I, 258. Tria ista passuum millia redeunt ad XXIV stadia, quae Strabo lib. V, p. 350 B et Dionys. I, 56 memorant. A Roma aberat millia passuum XX. Sita urbs ἐπὶ λόφῳ τινὶ apud Dionys. I, 45, sive collis is fuit, in quo nunc *S. Petronellae fanum* est, v. Cluver. p. 894, seu non longe ab hoc loco collis, qui nunc *Monte di Levano* appellatur. Ita Holstenius statuebat: v. Vulp. l. l. p. 31 et 86. Ibidem alii pro vetere Lavinio habuerunt oppidulum *Patrica* vel *Pratica*, quod MIo passus ab eo colle abest. Iis Vulpius hactenus accedendum statue-

Digitized by Google

bat, ut ibi *lucus Patris* vel *Iovis Indigetis* fuisse videatur; esse enim nomen a *Patre* Indigete ductum: nec longe abesse fontem Numicii, ad quem Lavinium situm fuisse uno ore omnes tradunt. In hanc urbem delati sunt Penates Troiani: de quibus sup. Exc. IX ad lib. II egi: Varro de L. L. IV, p. 35 *Oppidum, quod primum conditum in Latio stirpis Romanae Lavinium; nam ibi dii penates nostri. Hoc a Latini filia, quae coniuncta Aeneae, Lavinia appellata:* in editissima collis parte, et quidem Veneris Frutis templo, cuius etiam Strabo V, p. 355 A (p. 232) meminit, conditi, si Solinum audias c. 8, ubi v. Salmas. p. 49, atque in eo loco relicti, etsi Alba Longa condita et sede regni facta. Etiam ea in re portentum intercessit, quod Dionys. I, 67 exponit, et de quo auctoritatem Annalis Pontificum, Cincii, Caesaris, Tuberonis excitat Victor O. G. R. 17. Colonorum quidem numerus non adeo magnus esse potuit ab initio, siquidem iis Io, vel, ut alii tradiderant, IoCC iugera satis fuere ad arandum: vid. infra ad lib. XI, 316 sq. Duxit enim ex ea narratione Maro agrum suum a Latino rege, ut Troianis assignaretur colendus, propositum, ut ibi videbimus. Nomen urbi a *Lavinia* inditum constans fuit fama a maioribus accepta, etsi, quae illa fuisset, varie erat traditum: v. Dionys. I, 59. Lavinum quoque Latini fratrem videntur prodidisse olim quidam, ut e Servio colligas ad lib. VII, 59. Sed de his, aliisque, quae ad consilium nostrum non faciunt, videndi Cluverius et Vulpius Lat. ant. T. VI. add. Lucatelli Diss. in *Diss. dell' Accademia di Cortona* Tom. VII, p. 109. Hoc unum monebimus, *Laurolavinii* nomen ad seriora tempora post Vespasianum spectare; colonia forte ex Laurentibus et Lavinatibus in unam urbem conscripta. Peccat in hoc Servius ad VII, 59 et alibi cum aliis.

Nobis *Numicius* adhuc verbo commemorandus est, inter Laurentum ac Lavinium defluens amnis, alteri huic tamen propior. Eum sub monte S. Petronellae ex antro in subiectos agros pronum decurrere narrat Cluver. Ital. ant. p. 894. At ex lacu Nemorensi prodire et nunc sub nomine *Rivo de Nemi* latere Ligorius tradidit. Sub oppido Patrica alii eum investigarunt: quod tamen ad eadem loca spectat: in *Castro*, Messirano in *Ville di Plinio*. Alii nunc exaruisse eum affirmant; et interceptum amnem iam Servius notavit ad lib. VII, 150. In hoc fluvio Aeneas, pugna ad eum seu cum Etruscis seu cum Rutulis facta, interiisse, certe oculis sublatus esse creditus est: factum ei ad ripas sacellum, cum luco, *Iovis* vel *Patris indigetis* nomine; aut, quod credere par est, antiquioris numinis in hoc loco a priscis Latinis culti sacra ad Aeneam retulere seriores: uti tot alia veteris Latii numina ex suis opinionibus interpretati sunt Romani. Inde Numicii nomini religio aliqua inesse coepit. Utitur eo poeta aliquoties omnino ad designandum Latium: v. c. VII, 242. Fontem fluvii lacum vel stagnum fuisse tradunt ex Aen. VII, 150 *haec fontis stagna Numici:* Sed si gravior aucto-

Digitized by Google

ritas alia nulla est, poetam ornate pro fonte stagna fontis dixisse arbitrari malim. Etsi toto suo decursu fluviolus lacubus interceptus tardoque ac tacito motu similis stagno fuisse videtur, nam alveum habuit ulvosum et limosum: Ovid. XIV Met. 598. 599 *Littus adit Laurens: ubi tectus arundine serpit In freta flumineis vicina Numicius undis:* et v. 601 *tacito cursu* de eodem. (Numicium ab eo, qui nunc ita appellatur, diversum significari a poeta, probe intellexit C. V. de Bonstetten *Voyage sur la scene des six derniers livres de l' Enéide* p. 82 sqq. Qui fluvius quoties a Virgilio memoratur, ita iungitur cum nomine Tiberis, ut illum huic proximum fuisse appareat: VII, 241 sq.:

iussisque ingentibus urguet Apollo
Tyrrhenum ad Thybrim et fontis vada sacra Numici.

ib. 797. sq.:

Qui saltus, Tiberine, tuos sacrumque Numici
Litus arant.

Sed plurimum ponderis ad eam rem probandam habent vss. 148—151.:

Postera quum prima lustrabat lampade terras
Orta dies, urbem et fines et litora gentis
Diversi explorant: haec fontis stagna Numici,
Hunc Thybrim fluvium, hic fortes habitare Latinos.

Quis enim existimet, proximo post factam exscensionem die Troianos iam progressos usque ad eum fluvium, qui Numicii nomine adhuc notus est, circiter XV Millia Rom. a Tiberi distans? Aut si eo usque processerint, mirum profecto erit, quod nulla praeterea locorum interiacentium mentio a poeta facta sit. Videmus autem infra l. IX. Niso et Euryalo nullum ad Aeneam iter relictum fuisse, quam ab ea parte, quae aversa erat a Pallanteo, quo illi tendere constituerant. Nempe a tergo erat Tiberis, etiam dextrum latus castrorum cingens, IX, 468 sq., cuius alterum alveum, nam in duos scissus in mare se effundit, magis sinistrorsum, deinde rursus dextrorsum, olim curvatum fuisse, et nomen et species fluminis emortui, *Fiume Morto*, adhuc indicat; quare sinistra parte l. l. duo latera castrorum hostibus adversa, dextra parte altera duo ab iisdem aversa significari statues. Si autem dextrum latus castrorum Tiberi cinctum erat, frons eorundem mare et campos, inter ipsa et mare patentes, spectaverit necesse est. Nova igitur oboritur quaestio, quare Nisus et Euryalus non a sinistro castrorum latere exierint, unde brevius erat iter ad urbem Euandri? nam per portam mari adversam, quae erat in fronte castrorum, eos exisse discitur ex IX, 237 sq. Nempe omnis regio castris illis a tergo sita inaccessa fuit. Non longe enim ab antiquo Tiberis alveo stagnum erat, quod hodie vocatur *Stagno di Levante;* breve autem spatium, quod inter illud stagnum flumenque Tiberim fuit, paludosum fuisse et invium, ex loci natura, qualem hodieque esse scri-

Digitized by Google

bunt, coniicere licet; et si expeditum ibi fuisset iter, ea proficisci haud dubie aut ipsi maluissent, aut iussi essent a ducibus Troianis. Itaque coacti erant per ipsa hostium castra vadere et, postquam circumierant stagnum, ad laevam versus Pallanteum flectere, IX, 372. Num igitur putabimus, quum in designanda reliqua locorum facie satis accuratus fuerit Virgilius, stagnum illud silentio eum praeterisse? Immo haec sunt illa stagna fontis Numici; hinc etiam patet, quare ipsum fontem Numicii commemoraverit; nempe, ut in tabulis chorographicis videre licet, ex illo stagno prodit fluvius, quem ipsum illum, de quo quaeritur, Numicium fuisse facile intelligitur. Iam contemplare horum locorum faciem tabula aenea ad lib. IX. Exc. I †. expressam. *Wr.*)

Haud longe a Numicii fonte, nec nisi VI M passuum intervallo, *Iuturnae* fuit *lacus* et fluvius et fons: quem ex montis Albani radicibus, utque perhibetur, ex occultis lacus Albani meatibus, prodeuntem in occidentem ferri, mox in lacum haud magnum diffundi, inde in Tiberim deferri eique V milliario ab Ostia, VII ab urbe Roma, misceri tradunt Cluver. p. 722 et inde Vulpius Lat. ant. Tom. VI, pag. 225. Esse ei nomen nunc *Treglio;* lacum tamen, ante centum et quod excurrit annos, fere totum exaruisse hic idem testatur Tom. V, p. 218 (quo tamen loco Iuturnae lacum cum altero illo confundit, quem poeta lib. XII, 745 memorat). *Iuturnam*, Nympham, Turni sororem, adeoque Dauni filiam (unde XII, 785 *Daunia dea* est), edidit Maro noster: an vetere auctoritate, non constat; argute tamen seu invenisse seu usurpasse dicendus est. Fontis enim in iisdem locis siti numen curare populares suos et tueri adversus advenas recte videri poterat. Etiam hoc ad locorum situm spectat, quod Iuno cum Iuturna actura in Albanum montem descendit lib. XII, 134 *At Iuno e summo*. Fuisse Iuturnae nomine deam Latii indigenam, et quidem fontis numen, satis constat. Argutatus est in nomine iam Varro L. L. IV, 10, esse ductum a iuvando eiusque fontem haberi saluberrimum. Adiiciunt alia commenta Servius ad XII, 139 et alii. Fuit tamen Romae quoque *Iuturnae lacus* et *fons:* vide v. c. Ovid. Fast. I, 708 seqq. et post alios Vulpium Vet. Lat. Tom. I, p. 346 sq.; itaque et *Iuturnalia* festum. Fontium omnino nympham edere voluisse videri potest Virgilius XII, 139. 140 Diva — *stagnis quae fluminibusque sonoris Praesidet* et v. 142 *Nympha decus fluviorum:* Sed, tamquam poeta, genus pro individuo posuisse videri debet, et ornamenta adiecisse. Ornans quoque epitheton *sonoris;* nec alia vis inesse putanda. Ornavit porro idem fabulam de nympha a Iove amata ibid. 140., quam suo more exposuit Ovid. Fast. II, 585 seqq. Alia Numicii fl. nympha fuit *Anna perenna*, parum lepide de Didonis sorore interpretata a poetis Romanis. De *Ardea* in his locis sita v. dicta ad vs. 411. et Excurs. VII ad h. libr.

Digitized by Google

Ab his inde locis surgit campus in clivum, qui ad montem Albanum ducit, in quo XXX a Lavinio annis condita est ab Ascanio *Alba Longa:* quae res ostento suis albae iam Aeneae fuit significata VIII, 81 seqq. *Ecce autem subitum* etc. Varro de L. L. IV, p. 35 *Hinc* (Lavinio condito) *post XXX annos oppidum alterum conditur Alba: id ab sue alba cognominatum* —. Albae exstructionem iam Iupiter Veneri praedixerat Aen. I, 267 — 271 *At puer Ascanius — et longam multa vi muniet Albam.* Urbis conditae etiam alio loco meminit poeta lib. V, 597 *Ascanius, longam muris cum cingeret Albam.* Qui minus accurate haec exploraverant, Albam ab Aenea conditam dixerant, ap. Conon. 46. Ab urbe nomen accepit *mons Albanus.* Sed illo tempore, quo Aeneas Latium adierat, *Tum neque nomen erat neque honos aut gloria monti,* XII, 125. Sub monte *lacus Albanus:* de quo lib. IX, 387 *lacus, qui post Albae de nomine dicti Albani.* Qui minus accurate haec tradiderant, Albam ab Aenea conditam dixerant; ut ap. Conon. 46.

EXCURSUS IV

Veteris Italiae origines, populi et fabulae ac religiones.

VII, 37 sqq. *Nunc age, qui reges, Erato, quae tempora rerum, Quis Latio antiquo fuerit status* etc.

Primum observandum est, Virgilium Latii res non persequi, nisi quatenus ad Aborigines spectant, adeoque eorum origines pro rerum in his locis initiis ponere; etsi, ante Aborigines, Siculos, partim etiam Umbros, in his locis fuisse constat. Porro tenendum, Aborigines hos, seu, quod videbimus, Ausones, populorum per Americam ferorum et silvestrium more, dispersis per Italiam, ipso locorum inter amnes ac montes situ fines regente, sedibus, et in plures populos ac nomina divisos, habitasse. Religiones adeo ac ritus sacrorum et numina domestica inter tot populos non omnino eadem fuisse mirum non est. Fuere tamen etiam religiones ac fabulae omnibus tamquam a communi stirpe ortis communes. Utrumque genus in suam rem convertit poeta: atque hinc in seqq. libris *fabularum novus ordo* exoritur: ex variorum Italiae populorum, Aboriginum maxime Latii, historiis et religionibus petitus. De utraque re omninoque de vetere Italia paullo accuratius nunc dispiciendum est, ut pluribus Virgilii locis una opera lux affundatur, utque, quale historiarum veterum genus poeta, quoque iudicio amplexus sit, appareat. Nec vero sex posteriorum librorum lectione

Digitized by Google

delectari potest aliquis, qui veteris Italiae statum non imbiberit animoque suo repraesentare sibi vitam illam antiquam possit. Proclivore quoque studio ad declarandam hanc Italiae antiquitatem feror, quo plura viri docti, nulla subtilitate iudicii (*criticam historicam* appellamus) adhibita tradiderunt, quoque pauciora rite et ad scriptorum aevique prisci fidem moremque sunt explorata et constituta.

Intra *Aboriginum stirpem* poetam Latii res continere et includere modo diximus. Qui illi fuerint, quaestio est inter veteres et recentiores variis modis agitata. Ponemus hic ea, quae, post diligentem in his rebus alio loco collocatam operam, ex ceteris maxime nobis se probarunt, eaque aliis rationibus illustrabimus; quantum quidem ad doctam poetae interpretationem satis esse videbitur.

Fuere *Aborigines* ex antiquissimis veteris Italiae habitatoribus, sed *post Umbros* et *Siculos*. Quae de eorum origine vulgo tradita legimus, ex nominis fere caussis parum feliciter petita sunt. Mihi vero ne id quidem liquere videtur, an antiquum eorum nomen illud fuerit. A serioribus, qui antiquas res memoria vel litterarum monumentis repeterent, inventum nomen puto, ut primos Latii et locorum circa Tiberim ad mare properantem cultores designarent, tamquam *αὐτόχθονας*, respectu ad advenas habito, qui deinceps in eadem loca confluxerant. Oblituerunt posthaec Aborigines sub Latinorum nomine, quod principio partem tantum populi, qui sub rege erat, designasse, nec, nisi Albanorum regum crescentibus opibus, latius patere coepisse videtur. Virgilius tamen, ut poeta, iam Aeneae tempore Latium et Latinos ex sequentium temporum conditione aestimare potuit.

Antiquiorum auctorum, quos Dionysius exscripsit, fide constat, *Aboriginum* memoriae et nominis *prima vestigia* circa Reate, ultra Velinum lacum et fluvium, in Umbris occurrere. Ex his locis versus mare vicina quaeque deinceps tenuerant, et in iisdem locis plura loca eorum memoriam servabant Dionysii adhuc tempore, quem vide lib. I, c. 14—17. 18 cum illustrationibus locorum; quas dedit *Cap Martin de Chaupy* (in *Decouverte de la Maison d' Horace* Tom. III, p. 112 sqq.). Ut adeo Aboriginum nomen ad unum aliquem non valde potentem aut late habitantem populum spectasse necesse sit.

Mature cum barbaris illis promiscue habitarunt Pelasgi; terram a populis per solitudines errantibus male habitatam facile occuparunt advenae, ut nostris aetatibus Americam. *Pelasgi* qua origine fuerint, nondum quicquam satis explorati habeo. Ex Thraciae quidem locis eos in Graeciam descendisse satis liquet; liquet etiam hoc: a Phoenicibus eos habuisse litteras; unde tamen perperam colligitur, eos Phoenicia origine et ipsos fuisse: hoc inter certiora refero, antiquissimo iam tempore Pelasgos cum Aboriginibus fuisse permixtos: id quod Dionysium adduxit, cum insigniores inter Romanos scriptores Catonem, Sempronium et alios Romanam originem ad Grae-

Digitized by Google

Laurentes Troianosque cerva caesa, quae Silviae in deliciis erat, concitatum; Caeculus scintilla ab Laribus foco impositis desiliente a matre conceptus (cui similis fabula de Romuli et Remi ortu apud Plutarch. Romul. p. 18 D. E. occurrit); Cacus, qui ignem ore vomebat; mutatae in Nymphas naves; Ocnus, Mantuae conditor; Camilla infans hastae illigata et trans amnem iacta; strix Turni os circumvolans mortemque portendens. Quae fabulae cum poetae summi arte et ingenio expolitae vix nitescant; prorsus omittendae fuere aliae. Nec vero hoc mirabitur, qui meminerit, Graeciae veteris fabulas ab initio forte non minus a poetica elegantia, suavitate et dignitate, alienas, magno plurium poetarum sibi invicem succedentium studio fuisse expolitas; Italicis autem fabulis similem fortunam nunquam contigisse, uti nec artium maturum cultum. Itaque in his videas nonnulla, quae ne definita quidem et constituta satis sunt, ut attributa deorum, quae apud Graecos artificum opera egregie sunt disposita et descripta. Inde factum arbitror, ut falx, quae Saturno proprie erat tribuenda, Sabino adiecta sit lib. VII, 178. 179 *paterque Sabinus Vitisator, curvam servans sub imagine falcem.* Clavis proprium est insigne Iani. At apud Festum in *Claudere* Portumnus clavim manu tenere dicitur, ut deus portuum. Qua re adduci se passus erat Heinsius ad Ovid. Met. XIV, 334, ut Ianum aliquem Portumnum sibi fingeret.

Haec cum ita se haberent, deligendae fuere Maroni fabulae ex multis paucae, eaeque non modo succo et sanguine, verum etiam habitu ac specie, ut ita dicam, Graecanicae fabulae vestiendae. Quo ipso et novitatis aliud genus consequutus est poeta, et permixtis inter se illigatisque fabulis Graecis Italicisque ornamenta habuit in promtu, quae pro lubitu aut consilio adhibere posset. Originibus autem populorum et urbium Italiae a Graecis repetitis, non modo contextus rerum et carminis aequabili, nec a se abhorrente, facie habituque procedit: verum etiam fabulas Homericas, quae carmini omnium maxime accommodatae esse solent, ut adiungere posset Italicis, adeoque narrationum copias haberet paratissimas, effectum est. Ceterum in hoc genere imitatorem habuit perpetuum Silium Italicum, perdoctum poetam.

Dardanum quidem ex Corytho Etruriae urbe ortum habuisse, absurda est narratio, si de historica ratione quaeritur (v. Excurs. VI ad lib. III). Poeta tamen oraculorum ambages in ea egregie fundavit (vid. Disq. II, p. LXXXI, conf. VII, 205 sqq.).

Herculis reditus per Italiam, abductis Geryonis armentis, de quo tam iucunda instituitur libro VIII narratio, Graeca est fabula, diverse a diversis ornata; vide v. c. Conon. Narrat. 3 post Dionys. I, 34. 39 sqq. et Victorem O. G. R. c. 6.

Missa ad Diomedem a Latinis legatio ad petenda adversus Troianos auxilia, et narratio legatorum de Diomedis rebus, praeclari episodii laudem habet. Eo autem careremus, nisi vetus fa-

Digitized by Google

bula Diomedeas insulas huic heroi consecrasset, Dauniaeque vicinia poetae locum fecisset, quo commode intexi posset.

Pulcerrimum locum de Amata, furore Bacchico correpta, lib. VII, 376 sqq., tractare poeta non potuisset, nisi cum aliis Graecis ritibus ac religionibus etiam sacra Bacchica in Italiam illata esse ex tot Graecarum rerum originibus probabile fieret: inter Etruscos quidem, et hinc per reliquam Italiam, iam satis antiquis temporibus ea sacra recepta fuisse ex Etruscis Graecisque monumentis probatum alio loco dedimus. Reprehensus est a priscis Criticis apud Servium locus lib. XII, 83 de Turni equis, *Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia*. Excusationem tamen poetae, qui Graecam nymphaam heroi Italo iunxit, habemus in tota fabulae, quam instituit, ratione.

Inter Troianos, a quibus gentium Romanarum illustrium originem repetit poeta, est etiam Capys lib. X, 145 *Et Capys; hinc nomen Campanae ducitur urbi*. Capuam a Capy dictam credidit antiquitas: v. c. Liv. IV, 37. conf. Silius XI, 30. 299. Iam autem nomen erat illustre inter Aeneae maiores Capyis, et inter reges Albanos alius: v. lib. VI, 868; et inter eos, quos adduxerat Aeneas in Italiam, Capys non extremo erat loco. conf. lib. I, 183. II, 35. IX, 576.

Recensus populorum, qui Latinis tamquam auxiliares copiae adscripti sunt, inter elaboratissimos poetae locos est. Suavitatis tamen, quam habet, maxima pars a fabulis Graecis ducta est. Verum nec eius omnino ulla ratio reddi potest, nisi teneas hoc, omnes *populos, qui cum Turno in Latini partibus sunt, Graeca origine ortos* ferri; *Aeneae* contra *socios* addi *prisca origine Italica*. Qua de re seq. Excurs. VIII agetur.

Est scilicet eius artificii, quod modo exposuimus, argumentum vix aliud illustrius quam de *Turno* narratio, quando quidem is inter primarios Aeneidis heroes est, adeoque magnam carminis partem ad eius nomen et personam accommodari necesse fuit. Fuisse de eo fabulas domesticas coniicere licet; et multo magis liceret ex paterae, vulgo pro Etrusca habitae, in Museo Venuti Cortonensi, argumento; Hercules enim clava virum prosternit, adscriptis vocibus: HERCLE. THURN. modo litterae non essent obscurae et extritae. Verum his relictis omne Turni nomen ad Graecas, quae de eo ferebantur, fabulas revocavit Maro. Dumque adeo Graecae fabulae semel in Turnum essent translatae, ad multas alias patefacta est hoc ipso via et aditus.

Turni itaque originem poeta a *Danae*, Acrisii regis Argivorum filia, Persei matre, repetiit: fabulam vulgarem sequutus, qua *Ardea a Danae, Persei matre, condita* credebatur: Plin. III, s. 9. Danae enim vitio a Iove accepto intra aream a patre inclusa inque mare praecipitata, inde ad Seriphum, unam ex Cycladibus, delata, a piscatore reti extrahitur. Vide Pherecydis narrationem apud Schol. Apollonii IV, 1091. Alii a praedonibus repertam nar-

Digitized by Google

rasse videntur. Inde Plinium XXXV, 40 s. 32 illustrandum arbitror: *Artemon* pinxit *Danaen, mirantibus eam praedonibus.* Accesit hinc alia fabula: Danaen fuisse ad Italiam delatam, ibique eam Ardeam condidisse. Navi quidem cum sociis advectam poeta noster tradere maluit: nam lib. VII, 409 *Audacis*, inquit, *Rutuli ad muros, quam dicitur urbem Acrisioneis Danae fundasse colonis Praecipiti delata noto.* Inque eo adeo a vulgari narratione recedit Maro, quam Servius male ad loci huius interpretationem admovet, ad v. 372, cuius nota apud Pompon. Sab. plenior extat. Qua Italiae parte Danaes appulsus factus esset, non constante satis fide traditum videtur: aliis ad Apuliae littus, aliis ad Ardeatem agrum, aliis (ap. Servium ad VIII, 345) ad ipsa Romae loca cum filiis Argo et Argeo, escensum factum prodentibus. Tota tamen fabula nugatorio, quantum quidem video, verborum lusui originem debet, ac si Daunia, quae Apuliae pars est, a Danae Acrisii filia nomen et colonos acceperit. A Daunis autem cum Rutulos ortum traxisse vetus fides esset, Danaes fabula etiam ad Rutulos tracta et revocata est.

Itaque Turni quoque genus ab eadem Danae repetitum a poeta in versibus supra adscriptis: Turno *Inachus Acrisiusque patres mediaeque Mycenae.* Generis splendorem egregie ornavit poeta, etiam nominum vetustate, pro eo quod dicere poterat, ab Argivis regibus Turnum genus suum duxisse. Acrisius, Danaes pater, Argivorum rex, ab Inacho erat oriundus (hinc: *Inachus Acrisiusque patres*), Perseus autem, Danaes f., Mycenas condiderat regnique sedem fecerat, relictis Argis Megapenthi Proeti filio (hinc: *mediaeque Mycenae* pro media Graecia).

Ex Servii ad lib. VII, 372 narratione Danae ad Italiam delata, *regi* (addunt alii Pilumni nomen, Rutulorum regem Pompon. Sab. edit) *oblata fuit: qui eam sibi fecit uxorem; cum qua etiam Ardeam condidit: a quibus Turnum vult* (poeta) *originem ducere.* Nihil de his diserte Virgilius: sed is Turni genus alia arte ad summam nobilitatem evexit, dum ei maiores assignavit veteris Italiae heroes ac deos creditos; cumque in his a communibus fabulis aliquantum recedat, dispiciemus haec paullo curiosius. Alia narratio apud Serv. ad VIII, 345 occurrit: *alii Danaen cum duobus filiis Argo et Argeo, quos de Phineo habuit, venisse in Italiam, et locum, ubi nunc Roma est, tenuisse, ibique Argum Aboriginum insidiis interfectum loco* (Argileto) *nomen dedisse.*

Turni quidem patrem edidit *Daunum*, nomine antiqui illius Dauni, de quo modo memoratum est, a quo tamen diversum eum statuere necesse est. Ab hoc designantur Rutuli: *Daunia gens, Daunia plebes:* agitque de eo poeta sic, ac si ille ea loca ante Turnum tenuisset, senex tamen adhucdum viveret: lib. X, 615. 616 *quin et pugnae subducere Turnum Et Dauno possem incolumem servare parenti;* v. 688 *Et patris antiquam Dauni defer-*

Digitized by Google

tur ad urbem, h. Ardeam. Lib. XII, 22 *Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta Multa manu;* v. 43. 44 *miserere parentis Longaevi, quem nunc moestum patria Ardea longe Dividit;* et XII, 934 ipse Turnus ad Aeneam: *Dauni miserere senectae.*

Mater porro Turni *Venilia* est: lib. X, 76 *cui diva Venilia mater;* illustre nomen a Venilia dea ductum, de qua sup. Exc. V egimus. Sed Turni mater soror erat Amatae, Latino nuptae: unde lib. VII, 366 ei *consanguineus Turnus*, et XII, 29 *cognatus sanguis*, qua cognatione victum se profitetur Latinus, ut Laviniam Turno desponderet. Apud Victorem O. G. R. c. 13 *Piso quidem Turnum matruelem Amatae fuisse tradit.* Paullo ante *consobrinum Amatae* dixerat. Itaque et haec poeta non invenit, sed in suam rem transtulit.

Porro inter Turni progenitores *Pilumnus:* ibid. *Cui Pilumnus avus.* Non subtiliter cum poeta agendum, qui Pilumnum modo avum, modo parentem (lib. IX, 4), etiam abavum Turni facit (X, 619 *Pilumnusque illi quartus pater*); utitur enim communibus vocabulis parentis, avi, latiore sensu. Valere autem et hoc nomen ad dignitatem generis augendam debet. Fuit enim Pilumnus nomen dei Indigetis, quem varie interpretantur veteres, modo qui cum Picumno inter deos coniugales sit, atque infantiae mala propellat, modo qui e diis agrestibus sit, pilo invento rusticis gratus, idem qui Stercutius: conf. Serv. ad lib. IX, 3. 4, lib. X, 76, et Non. Marc. XII. 36. Arguit haec ipsa interpretationis diversitas vetustatem religionis. Per Pilumnum autem genus suum Turnus ad ipsos deos Saturnios et ad ipsam Iunonem referre debuit, etsi, qua ratione id factum, obscurum sit; nam Iuno lib. X, 618 *Ille tamen nostra deducit origine nomen, Pilumnusque ipsi quartus pater.* Ut tollantur obscuritates huius stirpis, apponere placet stemma ex Virgilio adumbratum:



De *Iuturna*, Turni sorore, Nympha Latii, supra Excurs. III extr. disputatum est.

Etsi igitur Turnus Graecam originem referre videri potuit, ex altera tamen parte inter Latinos populares habitus est. Inde exclu-

Digitized by Google

sus est coniugio Laviniae ab oraculo, quod advenam ei destinaverat, non aliquem e popularibus, lib. VII, 96. In his iisdem vertitur argumentatio Amatae VII, 365 sqq. cf. Not. ad 599. 600.

Quod Turnum Herdonium appellavit Victor O. G. R. 13, gravis est lapsus ex permutatione Turni Herdonii Latinorum principis, quem Tarquinii Superbi fraus evertit. Ceterum de Turno et Ardea post Cluverium egit copiose Vulpius in Vet. Lat. Tom. V, sed doctrinae subtilitatem in plerisque desideres, copiam facile concedas.

EXCURSUS VIII

Ad recensum populorum, qui cum Latino armorum societatem inierant.

VII, 640 sqq. Cum Virgilii eruditio inprimis mirationem faciat in veteris Italiae originibus, quas et accurate investigasse et commode atque ingeniose carminis sui indoli accommodasse videtur; non pigebit, in hanc carminis partem excurrere, et, quae singulis locis veteres fabulae ei ante oculos versatae sint, sub unum obtutum exponere.

Primum quidem illud, quod iam diximus, observatione dignum inprimis est, quod *in Turni partes*, quem a Graeca origine genus ducere memoraverat, adduxit eos *populos, quibus Graecae origines vulgo tribuebantur:* quo ipso rationem aliquam invenit, qua excitos varios Italiae populos Troianis obiiceret adversa acie pugnantes. Vetus Graecorum odium adversus Troianos, nupera Troiae clade nondum expletum, sed eo magis in eos, qui clade superstites profugerant, inflammatum, caussas auxilii ferendi praebet idoneas. Quo illud idem, quod toties monuimus, firmatur, epici carminis Virgiliani fructum satis iucundum vix esse posse illi homini, qui non fabulis illis antiquis, inprimisque Homericis Italicisque, imbutum habeat ingenium. Hoc est, quo summa rerum redit.

Ii igitur, quos hic enumerat populos auxilia Latino et Turno adducentes, ex genere sunt eorum, qui *urbium* suarum *conditores Graecos* habuisse ferebantur, uti in singulis mox videbimus. Graeca origo eosdem movet, ut Diomedis auxilia petant inf. VIII pr. Latinos populos ac civitates ordine certo seu situs seu vetustatis memoratas expectabat forte aliquis a poeta. Verum lubrico ille insistebat vestigio: ab Alba Longa, quae hoc tempore erat nulla, ortum habere omne nomen Latinum, et ab ea deductas esse colonias XXX Latii civitates, vulgo tum constabat. v. Dionys. III, 31 et I, 15. Quid? quod superiore libro, VI, 773—777 aliquot harum

Digitized by Google

urbium ipse exoitaverat, quae tunc adhuc essent *sine nomine terrae*. Sapienter itaque ab hac enumeratione abstinuit, et vetustissimarum tantum urbium nomina apposuit, nullo certo ordine disposita: quarum etsi magna pars inter colonias Albae Longae numerata est, tamen eae his ipsis coloniis, quibus iterum frequentatae seu suppletae fuerant, antiquiores creditae sunt. Ordine autem geographico relicto poeticis rationibus melius consuluit poeta; varietatem enim et libertatem in dilectu sibi ita reliquit. Varietatem etiam in hoc sequutus est, quod *Troianorum socios Arcades* et *Etruscos* alio loco commemorandos distulit, illosque navibus advectos narravit inf. X, 166 sqq., ubi cf. Serv.

De *Mezentio* alio Excursu (III ad lib. VIII) dictum est: tyrannus ille fuerat Agyllae, urbis Etruscorum, quae Pelasgicae originis vestigia manifesta retinuerat. vid. Dionys. I, 21. Qui sequitur, *Aventinus*, Herculis filius, Graecam stirpem patris nomine satis prodit. De eo v. ad v. 655.

670—677. In iis, quae de *Tibure* memorat Virgilius, aperte rationem sequitur, quam supra attigimus, et morem illum, qui veteri historiae plurimum labis adspersit, ut urbium Italicarum origines a Graecis repeterent. Itaque Tiburis originem e Graecia media nonnulli petierunt. Locus classicus post Plinium XVI, 44, s. 87 apud Solinum, ubi c. 2 plures huiusmodi urbium per Italiam origines exponuntur, tum: *Tibur, sicut Cato facit testimonium, a Catillo Arcade, praefecto classis Evandri; sicut Sextius* (Sextius Niger esse videtur, Plinio memoratus, qui graece de medicina scripsit. Nisi Sextus Gellius est, cuius liber fuit, Origo gentis Romanae.) *ab Argiva iuventute* (et hoc plures alii sequuti sunt, unde Horatio: *Argeo positum colono Tibur*). *Catillus enim Amphiarai filius post prodigialem patris* (sc. terra hausti) *apud Thebas interitum, Oeclei avi iussu cum omni foetu ver sacrum missus, tres liberos in Italia procreavit, Tiburtum, Coram, Catillum, qui depulsis ex oppido Siciliae* (delenda haec vox ab indocto homine inserta) *veteribus Sicanis* (*Siculos* debebat dicere. conf. Dionys. lib. I, c. 16) *a nomine Tiburti fratris natu maximi urbem vocaverunt.* Cum in condenda urbe consociasse operas suas ferantur fratres, hinc modo *Tiburti* modo *Catilli* solius nomen in urbis origine memorari solet, uti *moenia Catili* ex Horatio nota sunt, et Silius VIII, 366 *Hinc Tibur, Catille, tuum;* conf. eund. IV, 225. *Tiburtus* heros etiam *Tiburs* et *Tiburnus* appellatus fuisse videtur. Variant fere libri in nomine, ut apud nostrum VII, 671, XI, 519. *Tiburni lucum* certe apud Horatium vindicarunt viri docti. Et *Tiburnum* agnovit haud dubie Statius I Silv. 3, 74, ubi scriptura tantum inter *Tiberinus* et *Tiburnus* variat; et idem *Tiburnam domum* dixit III Silv. 1, 183. Virgilius, fratre Tiburto ad urbis novae praesidium relicto, ceteros duo fratres ad belli societatem mittit. De Tiburte egerunt inprimis Cluver. in Ital. ant.,

Digitized by Google

Franc. Martius in Histor. Tiburtina, et Ant. del Rè in Antiqq. Tiburt. (Tom. VIII P. IV Thes. Antiqq. Ital.), et nuper Vulpius in Vet. Latio profano Tom. X.

De *Praeneste* v. 678 sqq. fabulam poeta domesticam praetulit, de Caeculo, cum tamen de eius urbis originibus non minus fabula Graecanica esset tradita, qua Praenestes, Ulyssis nepos, Latini filius, eius urbis auctor ferebatur. A Telegono conditum Praeneste nomenque ab ilice (πρῖνος) ductum, memoratur in personato Plutarcho Parall. extr. Ita enim ludebant hi homines in nominibus. Addit tamen Solin. c. 2 *ut Praenestini sonant libri, a Caeculo.* Plura de Praeneste vid. apud Cluverium, Suaresium in Praeneste ant. et Vulpium Tom. IX Latii prof. Hoc unum nescio an ab aliis observatum sit, quod Praenestinis h. l. Gabinos, Anienis accolas, Hernicos et Amaseni accolas, seu socios seu ditioni subiectos adiungit Maro.

De *Iunone Gabina* v. 682 in notis ad c. l. dictum est. Quod *arva Iunonis Gabinae* memorat, etsi ea nota est poetarum in designandis urbibus ratio, tamen id provide fecisse videri potest, quoniam lib. VI, 773 (ubi vid. Not.) *Gabios* inter urbes, quae illo tempore nondum erant, memoraverat. Ceterum etiam Gabiis origo Graeca adscripta, narratumque est, eam adeo Graecis litteris floruisse, ut etiam Romulus et Remus liberali disciplina imbuendi eo mitterentur. vid. Plutarch. in Romulo p. 20 D. Tom. I. ed. Frf. et Par., Dionys. lib. I, c. 84 et Festum in *Roma*, ex Diocle Peparethio. Quod etsi fabulose traditum videtur, *Iunonis* tamen *Argivae* in eam urbem recepta sacra Pelasgos aliquando cum Aboriginibus, hoc est, cum Ausonum stirpe, eam inhabitasse arguere possunt; nisi alterum sequi malis, serius numen aliquod patrium in Iunonis nomen fuisse translatum.

Praenestinis, ut iam monuimus, Virgilius adiungit praeter Gabinos et Anienis accolas, *Hernicos*, et addit: *quos, dives Anagnia, pascis, Quosque, Amasene pater*, pascis. Anagnia caput Hernicorum adhuc notum oppidum est. Enimvero in Amaseno fluvio, qui paullo ultra Setiam exortus Privernum praetergressus, per Volscorum fines apud Circaeum in mare exit, haeret Cluverius Ital. ant. p. 981, dum ad Hernicos designandos eum a poeta memorari arbitratur: inter Anagniam enim, Hernicorum urbem, et Amasenum interiectos esse Siguinos et Setinos. Sed sumit vir doctus, quod poeta non dat; non enim ille Amaseni accolas Hernicis annumerat, sed una cum Hernicis eos Praenestinis tamquam belli socios sub iisdem signis incedentes adiungit.

Alii adnotationi locum facit Macrobius Sat. V, 18, qui in verss. 689. 690, ubi Hernici cum sociis *vestigia nuda sinistri Instituere pedis; crudus tegit altera pero*, Euripidem in Meleagro, unde versus quoque adscripsit, — *Τὸ λαιὸν ἴχνος ἀνάρβυλοι ποδὸς, | Τὸν δ' ἐν πεδίλοις, ὡς ἰλαφρίζον γόνυ | Ἔχοιεν* — Virgilio ante ocu-

Digitized by Google

los fuisse contendit, et poetae huius *occultissimam diligentiam* inde arguit, quod ab Aetolis hoc ad Hernicos transtulit, qui Pelasgica stirpe orti ab Hygino tradantur, a qua etiam Aetoli originem habebant. Locus est satis copiosus; sed totum Macrobii acumen, ut ex animo dicam, idoneo fundo caret. Virgilium cum Iulio Hygino Hernicos ab Hernico, duce Pelasgo, ducere, nusquam apparet. Si tamen duxisset, nimis longe petita res erat, propterea quod ab Pelasgis Aetoli quoque oriundi erant, transferre ad Hernicos, qui nihil cum Aetolis commune habent, ea, quae de Aetolis narrata sunt. Sed nec Virgilius Hernicis id praecipue tribuit, ut uno pede calceato, altero nudo, incedant, verum omnino Praenestinorum et sociorum agmini: neque ille habitus adeo insolens et ad excogitandum difficilis erat, ut poetae in animum venire non posset; tandem et in eo fallitur Macrobius, quod *hunc morem in Italia fuisse, ut uno pede calceato, altero nudo, iretur ad bellum, nusquam repererat.* Nam occurrit ille passim, ut in Graecis sic in Etruscis monumentis, inprimis in vasis, ut apud Dempsterum in Etruria regali t. 90 in f. Porro, ut Silii imitationem omittam, qui dat lib. VIII, 421 Sabinis *laevo tegmina crure* (nam gentem Libycam nil moramur lib. III, 279 cui sunt *laevo tegmina crure*), apud Livium quoque IX, 40 Samnitium armatura eiusmodi narratur, ut *sinistrum crus ocreu tectum haberent.* Qui locus Aristotelis censurae robur addere videtur, qui Euripidem reprehenderat, quod laevum pedem nudum, dextrum ocreatum, tribuerat Thestii liberis Aetolorum more; nam apud hos contrarium morem obtinuisse (ita enim Aristotelis verba ab Euripideis seiungo), et id quidem merito; non enim laevum, sed dextrum pedem, tamquam anteriorem et praegredientem, nudum et expeditum esse debere. Contrarium tamen sequutus est Virgilius, nec minus recte. Nam Euripidis reprehensio proprie ad rationem adiectam ὡς ἐλαφρίζον γόνυ ἔχοιεν spectat: et sinistrum crus recte nudari potuit, quandoquidem scuto tegebatur. Ita de prisca Romanorum militia Vegetius lib. I, c. 20 *Pedites scutati, praeter cataphractas et galeas, etiam ferreas ocreas* in dextris cruribus *cogerentur accipere.* conf. Lips. de Militia Romanor. III, 7. Utraque adeo ratio usu et consilio defenditur. Nam nec minus *laevus pes*, qui in *gradu militari iaculantis vel sagittam emittentis anterior* est, (ut inf. X, 587 *proiecto dum pede laevo aptat se pugnae*) cum scuto tegi non posset, ocrea muniri potuit ac debuit. Verum etiam si scuto tegeretur, vel sic tamen ille ocrea muniri potuit, dexter nudari, quando in gradu militari hic retro ferebatur, laevus anterior erat; ut v. c. in gladiatore in opere figlino (*terra cotta*) expresso ap. Eminent. Card. Steph. Borgia in Museo Veliterno. (Guattani *Monum. ant. ined.* a. 1787. M. Maio tab. III et p. 43. 45. An anaglyphum No. 132 apud Winckelmann. Mon. ant. huc vocari possit, dubito: Achilli armis sumtis alteram ocream cruri circumdat nescio quis.) Alio sensu,

Digitized by Google

(contra quam statuebat Toup. Emendat. in Suidam Tom. I, p. 310. 311 in *Καρδοῦχοι*) *τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνειν* accipiendum erat apud Xenoph. in Cyri exped. IV, 2 extr., ubi de barbaris grandiore arcus genere utentibus: *εἶλκον δὲ τὰς νευρὰς, ὁπότε τοξεύοιεν* (adeoque dum arcum intendere volebant), *πρὸς τὸ κάτω τοῦ τόξου τῷ ἀριστερῷ ποδὶ προβαίνοντες*, *sinistro pede in imum arcum* (sc. humi impositum) *immisso*, virium colligendarum caussa. Illustrat rem Arrian. Indic. 16 *ἀλλ' οἱ μὲν πεζοὶ αὐτοῖσι τόξον τε ἔχουσιν ἰσόμηκες τῷ φορέοντι τὸ τόξον, καὶ τοῦτο κάτω ἐπὶ τὴν γῆν θέντες, καὶ τῷ ποδὶ τῷ ἀριστερῷ ἀντιβάντες, οὕτως ἐντοξεύουσι, τὴν νευρὴν ἐπὶ μέγα ὀπίσω ἀπαγαγόντες.* Convenit, nec tamen prorsus idem est, quod in tactica Graecorum erat, *ἐν προβολῇ ἱστάναι*, scuto proiecto: de quo v. Böttiger *Vasengemälde* 1 B. 3. St. p. 81. Ceterum Euripideum fragmentum ex Meleagro post Schraderum illustravit Valkenar. ad Phoeniss. pag. 623 et in Diatribe de fragm. Eurip. pag. 145. conf. Toup. Tom. I, pag. 301. Laudat Aetolorum morem etiam Schol. Pindari Pyth. IV, 133, sed nihil inde novae lucis expectandum. In carmine Anthol. Steph. pag. 315. Analect. Tom. III, pag. 213, 297 Lycurgi Thracis est signum, quod *μονοκρήπιδα* eum exhibebat, h. e. uno tantum crure ocreato: ut adeo falcem alteri facile infligere posset.

Copiae, quas *Messapus* adducit, v. 691 sqq., ex *Etruriae* veniunt *urbibus* iis, quae *Graecam originem* habere credebantur; eaque de caussa ipsae diversas a ceteris partes sequi existimandae sunt. De Faleriis, Fescennia, Soracte et Capena ex Dionysio, qui adeundus est lib. I, 21, tum ex Plinio et aliis, nolo enim nota repetere, pro certo id constat. Sed Messapum, cum in his commune aliquod aut fictum inventumque nomen ponere non liceret, unde poeta arcessiverit aut in Etruriam transtulerit, non video. Sane in extrema Italia *Messapia* est, Graeco nomine, ut Strabo ait lib. VI, p. 425 B, eadem *Iapygia* dicta. Eam oram variis temporibus varios accepisse cum ex Illyrico tum e Graecia colonos mirum non est. Ex Illyriis utique fuere Apuli. Antiquis iam temporibus Pelasgi circa ea loca consederant, *Peucetii* dicti a Peucetio, quem Oenotri fratrem ediderunt. *Peucetium*, *Iapygem*, et *Daunum* fratres memoraverat Nicander apud Anton. Lib. 31. Sane Daunii non nisi pars Peucetiorum fuerunt, ut ex Strab. VI, p. 437 B., et Anton. Lib. 31 colligo. *Sallentinos* ab Idomeneo deductos, lib. III, 400 vidimus. cf. Strabo VI, p. 430 A. Herodotus lib. VII, c. 170 *Cretenses*, qui cum Minoe in Siciliam venerant, postquam inde discesserant, ad Iapygiam appulisse, Hyriamque condidisse narrat: *καὶ μεταβαλόντας, ἀντὶ μὲν Κρητῶν Ἰήπυγας Μεσσαπίους γενέσθαι.* Scilicet consederant inter barbaros, Messapygas vel Messapios dictos, quorum nomine ipsi deinde censi sunt. Illyricos hos barbaros fuisse credere licet, et hoc inter cetera fabulose narrata recte tradit Nicander apud Antonin. Liber. c. 31. Pars ex iis in

Digitized by Google

Thraciam traiecit, ubi Bottiaei sunt appellati, v. Conon. c. 25, Strab. l. c. VI, p. 427 B, et ibi Not., et mansit adeo nominis memoria in monte Messapio Macedoniae apud Aristotelem Hist. Anim. IX, 45. Supra memoratam ex Herodoto famam respicit Strabo lib. VI, pag. 427 B. et pag. 431. 432. At ubi ille de Messapio monte agit, lib. IX, p. 621 A. B., cui Anthedon urbs subiecta est, *montem hunc Boeotiae* ait *nomen a Messapo habuisse, qui ad Iapygiam accesserit eamque Messapiam appellaverit.* vid. ibid. Casaub. Conf. Serv. ad Aen. VIII, 9. Fallitur vero Stephanus Byz., qui Messapum Euboeae montem edidit. Num vero Messapus e Boeotia homines deduxerit, et quo tempore hi Boeoti ad Italiam appulerint, et an nominis Bottiaeorum similitudo narrationi effingendae licentiam fecerit, equidem non dicam. Saltem Messapus aliquis conditor et rex Messapiorum inter veteres celebratus fuit: Plinius III, 11 s. 16 *Calabria — Graeci* Messapiam a duce *appellavere.* conf. Solin. c. 2, p. 10 B. Apud Silium lib. XII, 393 *Ennius antiqua Messapi ab origine regum* editur; et Servius ad nostrum locum v. 691 *Ab hoc Ennius dicit se originem ducere.* Rudiae enim in Iapygia seu Messapia sitae erant.

Quae cum ita se habeant, ad assequendum difficile est, quomodo hoc uno in loco Virgilius veterem famam deserere et Messapum, cui in extrema Italia sedem constanter assignavit vetustas, Fescenninis, Faliscis, ceterisque enarratis Etruriae populis ducem dare maluerit. Videtur certe poeta sequutus esse aliquid, quod nunc ignoratur: nam exornat hunc Messapum eiusque copias et singulari ritu illustrat, quod cum rhythmo et cantu incesserint. An Servio aliquid tribuendum sit dubito, dum ait: *Ab hoc* (Messapo) *Ennius dicit se originem ducere: unde nunc et cantantes inducit eius socios et eos comparat cycnis.* Incessum quidem talem cum cantu, et saltationi numerosae similem, multis barbaris usitatum fuisse satis constat. cf. Cerda ad h. l. Ad Fescenninorum carminum licentiam et iocos vero respicere poetam non credo. Quod Neptuni filium facit Messapum Virgilius, recte ex vetere more loquendi explicat Servius: *Hic Messapus per mare ad Italiam venit: unde Neptuni dictus est filius.* Ita enim multi passim Neptuni aut filii aut amasii appellati fuere, quoniam mari advenerant: v. c. Pelops apud Pindarum Ol. I. Unde autem in mentem venerit poetae, ut hunc Messapum indomitum igni et ferro faceret, ita fere assequi mihi videor, quod inter eos, quos ducit, Soractis montis accolae sunt, Hirpi illi suo nomine dicti, qui sacrificio annuo, quod ad eum montem fiebat Apollini, *super ambustam ligni struem ambulantes non adurebantur.* Plin. VII, 2. conf. Aen. XI, 587 sqq.

v. 706—717. *Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus — Una ingens Amiterna cohors* etc. Fines agri Sabini poeta paullo latius constituit quam ad sequentium aetatum rationes, quas Strabo et Plinius ante oculos habuerunt. Saltem

Digitized by Google

latus septentrionale usque ad montem Fiscellum extendit, sub quem Nursia posita erat, et ab occidente Hortam, ultra Narem Tiberi immissum, memorat. *Amiternum*, quinque circiter millia ab *Aquila* versus Alterni fontem in loco situm, qui *S. Vittorino* vulgo appellatur, non infrequens prisca aetate oppidum esse debuit, si quidem poeta *ingens Amiterna cohors* dicere potuit. *prisci Quirites* respectu Romanorum, qui et ipsi Quirites dicti, ex quo Sabini *Curibus* oriundi cum T. Tatio Romam venerant. *Cures* autem, antiquissimum Aboriginum oppidum, pronuntiari debuit *Quires* vel *Quiris*, *Κύρις*, unde *Quirites* dicti, pro *Curensibus*. Situs Curium fuit in Sabina regione, non, quod Cluverius p. 675 putavit, in loco *Vescovio* nunc dicto, sed paullo inferius ad sinistram ripam amnis *Corese*, in agri *Farensis* loco *Monte maggiore* dicto, id quod docte declaravit *Capmartin de Chaupy* (*Decouverte de la Maison de Campagne d' Horace*, Tom III, pag. 75 sqq.), qui in hoc eodem loco villam sibi redemit et instruxit. Idem pag. 67 sqq. totum poetae locum egregie illustrat; unde transferemus nonnulla in h. l., quandoquidem nusquam alibi tam accurate haec tractata vidimus. *Eretum* vulgo in colle haud procul Tiberis ripa, *Monte Ritondo*, quaesiverunt: idem vir doctus situm aliquanto propius ad Tiberim in colliculo exploravit; appellatur locus *Rimane;* v. pag. 85. 91. *Mutusca* est *Trebula Mutusca*, situ ex marmoribus et ruinis deprehenso, circa templum S. Victoriae fuit, mille passibus a vico *Monte Leone*, XIV millibus supra Reate, nunc *Rieti* ibid. p. 93. Nec longe abest vicus *Oliveto* dictus, quod ipsum nomen epitheton *oliviferae Mutuscae* declarat. 712. *Nomentum*, quod inter colonias Latinas sup. VI, 773 commemoratum vidimus, sed in agro Sabino situm oppidum, vestigia habet satis certa viae Nomentanae et nominis in vico *Mentana*. *Rosea rura Velini*. Rosea, seu campi Roseae, in agro Reatino ad lacum Velinum, summae olim fertilitatis, ex Plinio, Varrone aliisque satis noti sunt. vid. Cluver. p. 679 et Capmartinus l. l. 99 sqq. Magna pars horum camporum lacu demum Velino emisso emersisse videtur: aquarum autem sulphurearum limus ad fertilitatem soli haud dubie profuit. 713. *Tetricae horrentis rupes montemque Severum* in montium iugis fuisse, qui ad orientem Nursiae in Piceno erant, dubitari nequit. cf. Cluver. p. 692. 693. Ultra oppidum *Leonessa* in *Abruzzo ultra* eos constituit Capmartinus p. 120. 714. *Casperiam* versus Himellae fluvii, qui nunc *Aia* est, fontem sitam, eam esse, quae nunc *Aspra*, satis constat: abfuisse tamen aliquantum ab hac urbe, et in valle *Presenzano* ruinas conspici tradit Capmartinus pag. 122 sq. *Forulos* in loco inter vetus Amiternum et recentiorem civitatem *Aquila* sitos, nunc *Civita Tomassa* dictos, satis exploratum est. Quod tamen poeta Forulos inter *Casperiam* et *flumen Himellae* memoravit, transversum egit virum doctissimum modo laudatum, ut *Forum novum*,, quod circa Himellam situm fuit, et *Forum De-*

Digitized by Google

cii poetam respexisse putaret. Sed poetae hoc condonandum est, ut in regionum situ geographicam subtilitatem deserat. 715. *Tiberim* sc. qua patet inter Narem et Anienem. *Fabaris*, aliis *Farfarus*, nunc *Farsa*, ad Tiberim descendit. 716. *Nursia*, nunc *Norcia*, versus fontes Naris inter montium frigora, et *Horta*, ad ostia Naris, qua Tiberi immittitur, a Plinio oppidis Etruriae annumerata, nihil difficultatis habent. *populi Latini* intelligendi sive de coloniis Latinis in agrum Sabinum deductis, sive de oppidis a Latinis conditis et habitatis, quae temporum successu in Sabinorum ditionem cesserunt. Hoc Cluver. pag. 651 statuit. conf. Capmartin. pag. 136 sqq. 717. *Allia*, exiguum flumen, Romanorum clade a Gallis accepta satis notum, dubitatur, quo loco defluxerit. Cluverius esse credidit amnem *Rio di mosso*, Capmartinus amnem *S. Giovanni della Torre*, qui infra *Castel Giubileo* Tiberi iungitur. vid. ibid. pag. 148 sq. Ceterum in *Sabinis* abstinuit poeta ab *origine Spartana* commemoranda, cui comminiscendae morum severitas opportunitatem fecerat. Vide vel Serv. ad VIII, 638.

722 seqq. *Halesus*, vel *Alesus*, verius *Halaesus* vel *Alaesus*, v. V. L. ad VII, 724. adducit populos e priscis *Auruncorum* et *Oscorum* sedibus. Fuerunt isti veterum Ausonum reliquiae, tandemque a Romanis deleti sunt. Halesus, *Agamemnonius* dictus v. 723, quod accipiunt ut sit Agamemnonis filius. Id vero alienum a poeta. Nam inf. lib. X, 417 pater ipsi fuisse traditur *vates*, qui senex obiit et filium, cuius fata praeviderat, in silva educavit. *Agamemnonius* igitur ad originem generis referri necesse est: id quod commentis, super Graeca Italicarum urbium origine, quae saepe commemoravimus, debetur. Plinius III, 8. *Falisca, Argis orta, ut auctor est Cato, quae cognominatur Etruscorum.* Ab Argivis igitur repetitum est genus: *Agamemnone caeso, Et scelus et patrias fugit Halesus opes:* Ovidius Amor. III, 13, 31. 32, ut adeo inter Agamemnonis copias et comites Mycenas reduces Halesus fuisse credendus sit. Sed discedit ab aliis Maro in hoc, quod Campanorum ducem facit Halesum. Nam alii Faliscorum originem et nomen ab eo repetunt: Ovidius Fast. IV, 73. 74, et Amor. III, 13, 31 seq., in qua elegia Iunonis Faliscae sacrum et pompam narrat, Solin. c. 8, Servius ad VII, 695, Alsium autem Etruriae ei tribuit tamquam conditori Silius VIII, 476. Facilius tamen ad assequendum est, quomodo ad Halesum Falisci revocari potuerint; fuere enim Faliscorum Falerii, oppidum; *F*, Aeolicum digamma, adspirationis vicem subire, tot exemplis constat; itaque ex *Halesus, Halesii, Falesii, Falerii, Falisci* facti. (Nunc video eadem sequi Eckhel. Doctr. num. T. I p. 91.) Mox *Aurunci* v. 726 intelligendi, qui ultra Lirim habitarunt, quorum Suessa Aurunca fuit. Nam alia Auruncorum pars cis Lirim Latii partem coluit: Ex his sunt *Auruncae manus*, quae Turnum sequuntur inf. VII, 795. Potest Auruncorum pars ab eo perdomita fuisse videri; sic enim

Digitized by Google

lib. XII, 93. 94 Turnus hastam gestabat *Actoris Aurunci spolium*: et *oppida multa capta manu* iam ante v. 22 commemoraverat. Quid quod etiam Auruncos Rutulosque versus Sicanorum fines non longe a Tiberi collocat poeta lib. XI, 316. 318; quo factum, ut inter eos adeo, qui Turnum sequuntur, lib. VII, 795 *Sicani* ponantur: *Auruncaeque manus, Rutuli veteresque Sicani.* Inter Oscorum populos etiam *Sidicini* fuerunt. vid. Strabo lib. V, pag. 237 C., a quibus Teanum Sidicinum nomen retinuit. At *Cales* vetus Ausonum, tum Campaniae urbs Liv. VIII, 16. Etiam huius urbis originem Graecam effinxit Silius VIII, 514 sqq. v. 729 *vadosi Volturni*, qui aliis poetis *rapax, celer, sonorus*, quam fluvii naturam ipsum nomen, a vulture ductum, respicere videtur. Sed idem fluvius pro diversis locis, per quae cursum facit, diversam alvei et cursus naturam habere potest. conf. Burmannus ad h. l. *vadosus est prope mare*, ait etiam Pomponius: sed falso adiicitur: *ubi est Linternum. Saticula;* Campaniae urbs, unde Saticulani; priscis temporibus Saticulos, ab Ausonum stirpe, colonos habuisse videtur. Epitheton, *asper*, ad locorum situm Tifatis subiectum spectare arbitror; Iidem colles, Tifata, Capuae imminebant Liv. VII, 29, Silius XII, 487. *Oscorum manus.* Opici, Opsci, et Osci, vetus Ausonum gens, quae tamen temporis successu, ut fit, a communi stirpe ita abalienata fuit, ut pro diversis populis haberi possent Ausones et Osci, conf. Strabo V, pag. 242 C, antiquitus cis et ultra Lirim habitarunt. Sed in Latio mature nomen defecit, serius permansit in Campania. Primi in eorum terris advenae Cumas condidere Chalcidenses ex Euboea, mox Etruscorum vires in iis locis increbuere, tandem a Samnitibus et Romanis vestigia quoque gentis excisa sunt, quae supererant maxime circa Atellas.

733—743. Iterum aliae de Graeca Italicarum urbium origine fabulae. *Teleboae* Taphum, unam ex Echinadibus, incoluerunt, in quam ex opposita Acarnania transierant. Relicta Tapho, Capreas insulam, Surrentino promontorio Campaniae obiectam, eos adiisse, hoc ex loco constat. Rex eorum Telon ex Sebethide nympha, Sebethi fluvii ad Neapolim filia, suscepit Oebalum, qui in continente Italiae, ex adverso opposito, occupasse narratur loca circa Sarnum, in Hirpinis et in extrema Campania. Fabulam ex nostris petierunt Silius et Statius; quis Virgilio praeiverit, non constat. *Sarrastibus*, Sarni fl. accolis, Graecam olim originem tributam a nonnullis fuisse, ex Servio constat: *Conon* (videtur fabulosarum narrationum auctor fuisse) *in eo libro, quem* de Italia *scripsit, quosdam Pelasgos aliosque ex Peloponneso convenas, ad eum locum Italiae venisse dicit, cui nullum antea nomen fuerit; et flumini, quem incolerent* (l. quod accolerent), *Sarno nomen imposuisse ex appellatione patrii fluminis* (de quo nescio an aliunde constet) *et se Sarrhastes appellasse. Hi inter multa oppida Nuceriam condiderunt.* Scilicet *Sarnum* olim *Sarrum*

Digitized by Google

pronuntiatum esse necesse est. Neque aliud quicquam super Sarrastibus et eorum origine affert Camillus Peregrinius de Campan. felice Diss. II, n. 24. Qui somnia requirit, adeat *Euboici abitatori di Napoli* p. 263 sqq., qui liber Neapoli sub Ducis *Michele Vargas Macciucca* nomine vulgatus est. *Rufrae* vel *Rufrium* in Hirpinorum finibus, in Samnitium potestate habitum, nunc *Ruvo* in *Terra di Bari;* circa eadem loca *Batulum* et *Celenna* sita fuisse videntur. At *Abella* notum Campaniae oppidum, inter Chalcidensium colonias numeratum a Iustino XX, 1, 13. Quod *malifera* appellatur, etiam *nucis Avellanae* nomine firmatur.

744 sqq. *Aequi, Aequani* vel *Aequiculi*, vel *Aequiculani*, exiguum ad utramque Anienis ripam tractum inter Marsos, Pelignos, et Sabellos montes inhabitarunt, agrestis et fera gens, a Romanis victa et extincta; unde poeta: *Horrida gens adsuetaque multo Venatu nemorum duris Aequicula glebis. Nersas* a nemine alio memoratas vidi. *Ufentis* nomen ab amne, qui per Volscorum fines iuxta Tarracinam mare inferum intrat, ductum videtur. Fluvium eodem nomine in Aequiculis fuisse, tradit Pompon.

750. *Marruvia de gente.* Varia sunt veterum et recentiorum commenta. Res ita in ordinem redigenda. Videntur *Marsi* ab initio fuisse *Marri*, unde urbs eorum *Marrubium.* Tradit quoque gentis et nominis auctorem Marrum Silius VIII, 507 sq. Sed pro more, quem toties attigimus, etiam Marsis e Graeca fabula originem circumspexerunt Romani scriptores, partim a Marsya, Phryge, partim a Marso, Circes et Ulyssis filio: in quod commentum ut inciderent, locum fecit partim fama vetus de Marsorum veneficiis, partim promontorium Circaeum, quod Circe insedisse narrata fuit. Eius soror *Angitia*, cuius nemus paullo post v. 759 occurrit. Uti autem Circe veneficiis celebrata fuit, ita Marsi nobiles serpentum incantationibus. vid. Plin. VII, 2. XXV, 1 s. 5. Silius VIII, 497 seqq. conf. Cluver., ubi de Marsis pag. 759. Incredibilis est superstitiosae credulitatis veterum circa venena eorumque medicamina varietas. Videat aliquis vel Indicem Plinii in *Venenorum Medelis. Archippi* regis nomen poeta ex historiis accepit. Plin. III, 12 *Gellianus auctor est, lacu Fucino haustum Marsorum oppidum Archippe, conditum a Marsya, duce Lydorum.* Similia Solin. c. 2 pr.

761. Inter urbes Italiae, quibus Graeca origo tributa fuit, *Aricia* quoque est, Latii haud ignobile oppidum. In proximo nemore Diana peregrino more fuit culta: cum sacris praeesset fugitivus servus, cui gladio depugnandum erat adversus quemcumque alium servum, qui ei victo in sacerdotium succedere poterat; ἀγῶνα μονομαχίας appellat Paus. II, 27, p. 173. Videtur religio ludos gladiatorios constituisse, sed inter fugitivos, ut victor pro rege Nemorali esset. Quae religio cum Scythicum ritum referre videretur, narrari vulgo coeptum, Scythicae Dianae simulacrum

Digitized by Google

ab Oreste de Taurica deportatum in eo loco esse consecratum. vid. Solin. 2 pag. 13 C, et alios apud Cluverium pag. 921 seqq. conf. sup. Tom. I Vit. Virgil. §. 85. Egit de Aricia diligenter post Cluverium Vulpius Vet. Latii lib. XIII, Tom. VII, pag. 179 seqq. et nuper *Emanuel Lucidus Memorie Storiche — dell' Ariccia* Romae 1796. In eodem Dianae templo heros indigena Virbius (a quo et collis Virbius nomen duxit, de quo v. *Capmartin de Chaupy Maison de Campagne d' Horace*, Tom. II, pag. 117 seqq.) domestica religione cultus fuisse videtur, quem ex aliqua seu formae et attributorum seu forte fabularum similitudine Hippolytum seriores interpretati sunt: nisi ad commentum illud nomen Virbii, *bis viri*, *παλιμβίον*, ritusque religiosus arcendi equos a luco (v. inf. 778) duxit: ut veteris cladis memoriam renovari heroi nollent. Addita hinc narratio de Hippolyto e mortuis reducto et in nemus Aricinum a Diana abducto. v. Ovid. Met. XV, 532 seqq. Eam fabulam Aricinorum domesticam fuisse, ex Pausania intelligitur lib. II, c. 27. Nunc poeta Ariciam nympham facit (quod magis placet, quam ut Aricia urbs sit, etsi sic lib. X, 172 *Populonia mater*), quae ex Hippolyto peperit Virbium. Multis modis tractata est fabula ab aliis: unde diversae illae Grammaticorum rationes.

783 seqq. De *Turno* eiusque origine dictum est Excursu VII. Tribuit ei poeta v. 793 seqq. regnum in *Rutulos*, quorum caput Ardea; Accensi hi Latinis; etsi interdum de iis ita traditur, ut eos aliunde immigrasse putes: nisi hoc ad Daunum tantum spectat, Turni patrem, qui cum Dauniis terram insedisse videtur. Saltem XII, 22 *Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta Multa manu.* In Excerptis Appiani lib. I *Rutuli Tyrrheni* memorantur; sed vitiose; quod etiam monuit nuper cl. Editor. Copiis a Turno adductus accenset poeta etiam *Auruncos*, cis Lirim scilicet habitantes, aliosque a Tiberi inde ad Ufentem usque incolentes populos: quos tamen nunc sub imperio habere videri debet, quoniam Latini, bellum recusantis, partes et munia ipse susceperat. conf. inf. not. ad XI, 317. Et inter hos quidem *Sicani* ad Tiberim videntur a poeta collocari lib. XI, 317 in finibus Rutulorum: seu quod poeta Sicanos pro Siculis posuit: conf. Excurs. II ad VIII, 314. 328; seu quod alios auctores, qui nunc interiere, sequutus est. Inter populos quoque Latinos memorat *Sicanos* Plinius III, 9. Forte fuere ex priscorum Sicanorum reliquiis, qui hic priscas sedes retinuerant. *Sacranae acies* pro Ardeatibus dictae videntur, quoniam sacra magnae Deum Matris a Sacranis suscepta habebant. Certe hoc *Sacranorum* nomine Sacerdotum fuit collegium in ea urbe, qui Matris magnae Deum sacra curarent. Marmora bina in eam rem iam laudavit Burmannus e Gudio pag. XX, 8. 9. Vide eadem illustrata a Vulpio Tom. V vet. Latii pag. 209 sqq. Festi locum iam laudarunt intpp. *Sacrani appellati sunt Reate orti, qui ex septimontio Ligures Siculosque exegerunt: nam vere sacro orti erant;*

Digitized by Google

ex quo loco Serviana lacinia petita ad Aen. XI, 317 f. *Illi* (Siculi) *a Liguribus pulsi sunt, Ligures a Sacranis; Sacrani ab Aboriginibus.* Si tamen Silii versum recordamur VIII, 417 *magnaeque Reate dicatum Caelicolum Matri*, ad ver sacrum ne recurrendum quidem esse videtur. Servius: *Dicunt quendam Corybantem venisse ad Italiam et tenuisse loca, quae nunc urbi vicina sunt: et ex eo populos ducentes originem* Sacranos *esse appellatos; nam sacrati sunt matri Deum Corybantes.* Sunt haec commentis similiora: ad sacra tamen Cybeles nomen *Sacranorum* ea ipsa referunt. Propius ad Festum spectant ea, quae sequuntur in Servio: *Alii* Sacranas acies *Ardeatium volunt, qui aliquando, cum pestilentia laborarent, ver sacrum voverunt* (immo: quos parentes — voverunt), *unde* Sacrani *dicti sunt.* Iulius Sabinus Silii verba eo trahit (lib. VIII, 359) *Sacra manus Rutuli. Labici,* pro oppido Labico, seu pro oppidanis Labicanis, quod *picta scuta* habent, non apparet, poetaene ingenio an veteri famae debeatur. Ager Labicanus contiguus fuit Algidensi, Gabino, Tusculano ac Praenestino. Labici situm non longe ab oppidulo *la Colonna* Holstenius constituit, melius quam Cluverius in agro oppidi *Zagarolo:* ut docet Vulpius in Vet. Latio Tom. VIII, p. 286 sqq. (lib. XV, cap. 5.) Erat autem inter Latii oppida antiquissima, Albanorum colonia eo deducta. Quae Servius ad h. l. habet, inepti Grammatici commenta sunt. *Numici sacrum Littus:* De hoc vid. sup. Excurs. III ad h. lib. Reliqua in Notis ad e. l. persequuti sumus.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS
LIBER OCTAVUS

ARGUMENTUM

Belli signum Turnus ex Laurenti arce proponit, Latiique totius finitimarumque urbium sibi auxilia adiungit. Venulus quoque Argos ad Diomedem mittitur, ut eum periculi similitudine ad belli societatem impellat — 17. Quibus rebus permotus Aeneas, copiarumque suarum paucitati diffidens, Tiberini monitu, adverso flumine in ea loca subvehitur, in quibus postea Roma condita fuit; Euandrique regis, qui, ex Arcadia profugus, in Palatino monte oppidum nomine Pallanteum condiderat, auxilium implorat — 100. Euander Aeneam, adventus eius caussa cognita, benigne hospitio excipit; sacrisque Herculis, quibus tum intentus erat, adhibitum, caussam a Caci nece repetitam 185 — 267 ritusque sacrificii edocet, locaque eius tractus nobiliora obiter hospiti recenset 310 — 369. Postridie Aeneas, equitum quadringentorum subsidio adiutus, quibus praeerat Pallas, unicus Euandri filius, partem copiarum secundo flumine ad suos remittit: ipse cum reliquis Agyllam, florentissimam Tyrrhenorum civitatem, petit; cui cum Mezentio, quem ob intolerandam crudelitatem regno expulerat, internecina odia intercedebant 454 — 519. Interim Vulcanus, uxoris blanditiis adductus, privigno suo arma fabricatur 370 — 453, eademque a Venere ad Aeneam deferuntur; qui armorum pulcritudine delectatus, cum cetera omnia tum clipeum inprimis, qui res a posteritate sua strenue gerendas habebat depictas, studiose admiratur 520 ad f.

Digitized by Google

Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu;

1 *At* Zulich. et Erf. a pr. m. *signum belli* pr. Hamb. 2 *crepuerunt* Leid. *stupuerunt* Goth. sec. (*raucos crepuerunt cornua cantus*, ita hunc versum emendandum existimat Wakef. ad Lucret. V, 1083. *Wr.*)

Etiam hic liber bello parando consumitur, inprimisque auxiliis arcessendis, dum Turnus per legatos Diomedem, Aeneas Euandrum adit. Quae res episodio viam munit elaboratissimo de Euandro, quo fabulas veteres Italiae et origines coloniae Arcadicae in Palatino monte exponit, Romanis cognitu iucundissimas. Qui autem de Aeneidis praestantia recte iudicare vult, non ex nostrorum ingeniorum et aetatis genio iudicium facere debet; id quod importunum esset, etsi plerique ita faciunt; sed id respicere animoque assequi, quam delectationem poetae carmina Romanis potissimum afferre poterant, quibus ille ea meditabatur. Iam origines Latii et Romae, ad nostrum forte sensum, nisi peculiare studium his litteris addixeris, parum iucundae, Romanis haud dubie esse debuerunt cognitu gravissimae: et qui delectationem, quae inde capi potest, aestimare vult, ante omnia ipsis illis originibus accurate cognoscendis et enodandis operam impendat necesse est. Quod idem ut faciat tanto magis interpreti incumbere, recte iudices. Succedit aliud episodium de armis et clipeo Aeneae, quod et ipsum ad Romanorum studia comparatum esse manifestum fit.

1. Mira res videri debet, potuisse Turnum in aliena regia bellum instruere et copias parare. Talia animadvertere et poetam reprehendere in promtu est. Sed poeta ad priscas aetates singula componere et adornare debuit, non ad sua nec ad nostra tempora. In regnis istis antiqui aevi summa rerum erat apud populum: eiusque voluntatem seu impetum exsequebatur rex. Bellum adversus Troianos plebis studiis susceptum erat, renitente frustra Latino; tandemque, quod senectutis infirmitas et solitudo suadere poterat, rerum summam prorsus derelinquit: *Nec plura loquutus Sepsit se tectis rerumque reliquit habenas* VII, 600, et, cum Ianus esset reserandus, Latinus *foeda refugit ministeria et caecis se condidit umbris.* Itaque Turnus succedere in partes Latini debuit: quo assumto in carminis argumentum nactus est heroem, quem ornaret poeta, et quem Aeneae opponeret. Principium libri parum splendere videtur; repetuntur ea, quae iam satis ex libro superiore constabant: nexum tamen et progressum a superioribus ad alia poscebat oratio. Narratio poetae procedit a v. 9 *Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem.* (Si verum est, quae modo nar-

Digitized by Google

Utque acris concussit equos, utque inpulit arma:

3 *Atque a.* Goth. tert. *concessit* pr.

rata sunt, hic repetita legi, in iustam gravemque incurrit Virgilius reprehensionem. Neque excusat poetam, quod Heynius ait „nexum tamen posci et progressum a superioribus ad alia.“ Sed quidquid in hoc exordio haeretur, id interpretibus vitio vertendum est, non Virgilio. Is enim ipsa particularum *Ut — Utque — utque* repetitione, orationem concitatissimam reddente, novi aliquid proferre se voluisse, manifesto declarat. Nulla facta fuerat Latinorum mentio in recensu copiarum supra instituto. Qui quum videantur minime praetereundi fuisse, prudenter tamen, quum non, ut ceteri populi, suum habeant ducem, hic demum commemorantur; et Latino rege a belli consiliis abhorrente, populus tamen, prodito per Turnum, ducem sese iis offerentem, belli signo, paratissimus et ipse ad arma capessenda aderat. Ac ne his quidem copiis, quas maximas iam habebant, contenti duces auxilia sibi undique adiungunt. — Sic transitum ad ea, quae de legatione ad Diomedem missa narrantur, optime sibi munivit poeta. *Wr.*) In belli signo, vexillo, ex arce prodendo, Romanum morem adumbrasse videri potest, qui in comitiis superstes mansit, ut vexillum in arce tolleretur; sed puto argutius hoc quam verius dici. *signum* puto per ipsa illa *cornua* vs. alt. explicari. Sic sup. VII, 512 *Pastorale canit signum cornuque recurvo Tartaream intendit vocem.* (At tale signum canitur, non effertur s. proponitur; itaque prior interpretatio verior habenda. *Wr.*)

3. Simplicissimum est de apparatu bellico accipere: ubi Turnus equos et arma excitavit, protulit, in medium produxit: extemplo totum Latium ad bellum est inflammatum. Nam *simul* simpl. est copula. (*simul* auget vim voc. *omne;* sic VII, 393.: „Idem omnes simul ardor habet.“ XI, 834.: „simul omnis copia Teucrum.“ adde IV, 581. Eadem particula amat asyndeton, II, 755.: „Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.“ IV, 499.: „Haec effata silet; pallor simul occupat ora.“ adde V, 317. VI, 412. VIII, 80. IX, 198. XI, 362. 610. 755. XII, 26. 62. 88. 442. Valet *simul* etiam i. q. *continuo;* sed ne ita h. l. accipiatur, vetat praegressum *Extemplo;* nec facile hanc significationem induit, nisi post dicendi verba, ut Ge. IV, 359.: „fas illi limina divum Tangere, ait. Simul alta iubet discedere late flumina.“ ibid. 381.: „Oceano libemus, ait. Simul ipsa precatur Oceanum.“ Aen. IX, 221.: „Acceleremus, ait. Vigiles simul excitat.“ ibid. 324.: „Sic memorat vocemque premit. Simul ense superbum Rhamnetem adgreditur.“ adde vs. 303. 423. 561. 644. X, 856. Neque aliter in-

Digitized by Google

Extemplo turbati animi; simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium, saevitque iuventus
Effera. Ductores primi Messapus et Ufens,
Contemtorque deum Mezentius, undique cogunt
Auxilia, et latos vastant cultoribus agros.
Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem,
Qui petat auxilium, et, Latio consistere Teucros,
Advectum Aenean classi, victosque Penatis
Inferre, et fatis regem se dicere posci,
Edoceat, multasque viro se adiungere gentis

6 *Mesapus* et *Mesappus* in codd. 7 *Contemtor superum* Witt. *Mezzentius* Rom., ut al. (vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) 10 *considere* Gud., ut alibi. Illustrat Heins. 11 *Adventum* Zulich. Vrat. Ed. Iunt. cum Goth. tert. *Aeneam* edd. plerique. *classe* ed. Ven. *vectosque* Leid. a m. sec. 12 *Auferre* Goth. tert. *se ducere* alter. Tum in tertio hemistichia v. 12 et 14 permutata: *et futi r. dicere posse*, et: *Dardanio et late L. i. n.* 13 *se iungere* pr. Hamb.

telliges Ecl. VI, 25 sq.: „Carmina, quae vultis, cognoscite; carmina vobis, Huic aliud mercedis erit. Simul incipit ipse;" i. e. haec dicens simul incipit; cfr. Q. V. XXVIIII, 5. *Wr.*) *concussit*, concitavit adhuc otiosos. (Aliud est concutere *habenas equorum.*) *impulit*, movit, adeoque manu tractavit et protulit. Nam *impellere arma* de percussione clipeorum accipere durum esse arbitror. Servius autem pro more suo argutatur, dum ad ancilia commoveri solita refert; nec *arma* pro peditibus, ὁπλίταις, h. l. dici posse videntur. De *Messapo* copias ex Etruriae urbibus adducente lib. VII, 691, de *Ufente* 745 et de *Mezentio* 647 seqq. iam memoraverat poeta.

9 seqq. Ad Diomedem, qui auxilia petant, mittuntur, propter communem originem Graecam, quae Turno tribuitur. vid. sup. Exc. VII sq. ad VII. Diomedis autem in Troianos, qui Troia capta profugerant eiusque irae se subduxerant, inflammatus esse debebat animus. Quae huius legationis fortuna fuerit, infra videbimus XI, 226 seqq. ibique Excurs. I. *Venulum* ex antiqua fama adscivit poeta, quantum ex Servio colligas. Hunc, inquit, fuisse constat Argivum; nam Tiburs est, ut indicat locus XI, 757. Hunc alii Lavini imperasse olim tradunt. *urbs Diomedis* Argyripa est. v. inf. XI, 246 et ibi Excurs. I. cf. Serv. ad h. l. *et dicere, se posci regem fatis.* supra VII, 272 *Hunc illum poscere fata Et reor* etc. vocabulo de fatis proprio lib. V, 707. VII, 584. (— 13. *multasque viro se adiungere gentis,*

Digitized by Google

Dardanio, et late Latio increbrescere nomen.
Quid struat his coeptis, quem, si Fortuna sequatur,
Eventum pugnae cupiat, manifestius ipsi,
Quam Turno regi, aut regi adparere Latino.
Talia per Latium. Quae Laomedontius heros
Cuncta videns, magno curarum fluctuat aestu;
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partisque rapit varias, perque omnia versat.
Sicut aquae tremulum labris ubi lumen aenis
Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunae,
Omnia pervolitat late loca, iamque sub auras

18. LATIUM: QUAE

14 *Dardanium et — nomen* vir doctus in Misc. Obss. IV, Tom. II, p. 380, non prorsus male; etsi enim *vir Dardanius* et similia saepe occurrunt, tamen *nomen* nude positum minus gratum videtur. (Non est in voc. *nomen* nude posito, quod iure reprehendas; neque enim ad gentem universam h. l. referendum, sed ad solum Aenean; i. e. *eius famam. Wr.*) *increbescere* vulgg. (cum 7. 8. 9. 11. 12. *Wr.*) vid. I Georg. 359. Asperior sonus antiquioris usus esse et austeritatem gravitatemque epicam adiuvare videtur. (*increbrescere* etiam Medic., certe apud Foggin.; quod propter Burmannum moneo, alios codices laudantem. *Wr.*) 15 *Quid s. inceptis* Oudart. *Quid studeat coept.* Goth. sec. (*Q. str. hic coeptis* Serv. Dresd., fortasse, ne quis haec verba ad Diomedem pertinere putet. *Wr.*) *quae si* tert. Rottend. 16 *cupiet* aliquot Pier. et duo Burm. *cupiant* Ed. Bas. *capiat* Ed. Ven. 19 Sup. IV, 532 *magnoque irarum fluctuat aestu.* XII, 486 *vario nequicquam fluctuat aestu.* 20. 21 Versus supra lecti IV, 285. 286. 20 *celerem nunc huc* duo Goth. 23 *radientis* Gud. et pr. Rottend. cf. inf. 616. Lucret. IV, 214.

quasnam? vid. Q. V. XXXX, 2. *Wr.*) 16. *ipsi*, qui iam antiquus eius sit hostis — „Vult autem intelligi, ait Servius, Aeneam etiam contra Diomedem bella gesturum, non tantum propter praesens imperium, sed et causa hostilitatis antiquae."

20. De verbis cf. sup. IV, 285. 286. At comparatio, ut omnes viderunt, sublecta est Apollonio Rhodio III, 754 seq. ornata a Marone; nisi quod motae aquae caussa ex infusione recens facta in Graeco poeta non desideratur: *ὕδατος — τὸ δὴ νέον ἠὲ λέβητι Ἠέ που ἐν γαυλῷ κέχυται.* Ante oculos quoque erat Lucret. IV, 212 *Quod, simul ac primum sub divo splendor aquai Ponitur, extemplo, caelo stellante, serena Sidera respondent in aqua radiantia mundi.* Aliorum imitationes nos pro consilii

Digitized by Google

Erigitur, summique ferit laquearia tecti.
Nox erat: et terras animalia fessa per omnis
Alituum pecudumque genus sopor altus habebat:
Quum pater in ripa gelidique sub aetheris axe
Aeneas, tristi turbatus pectora bello,

25 multos *lacunaria* legisse narrat Serv., satis indocte. 26 *a. versa* Goth. sec. vss. 26. 27. laudantur in Controvers. Senecae lib. III controv. 16. a Iulio Montano, nobili poeta: *Virgilii imitationem bene cessisse* censente, *qui illos optimos versus Varronis expressisset in melius*: „Desierant latrare canes urbesque silebant; Omnia noctis erant placida composta quiete." *Solebat Ovidius de his versibus dicere, potuisse fieri longe meliores, si secundi versus ultima pars abscinderetur, et sic desineret*: „Omnia noctis erant." 28 *Tum* duo Burm. (— 29. *pectore* prior lectio Medicei, non animadversa ab Heinsio, neque ex alio praeterea libro notata. *Wr.*)

ratione non tenent. Ceterum laudata comparatio multis, etiam Lowthio *de sacra poesi Hebraeor. Praelect.* XII, p. 238, quippe in qua observata rerum dissimilium similitudo delectet. Nec tamen minus delectat ea propterea, quod animi status et affectio re sub oculorum intuitum cadente praeclare expressa est: id quod genus comparandi suavissimum est. Aliam comparationem Homeri Iliad. ξ, 16 seqq. cum fluctibus e diversorum ventorum afflatu suspensis conferant studiosi. In *imagine Lunae* argutantur interpretes: est ea pro ipsa Luna, cuius sane imago in aquae superficiem incidit ab eaque redditur. Alius, nec magis feliciter, possit verba *sub auras* calumniari, tamquam minus subtiliter dicta, cum sequantur *laquearia tecti*: verum poetica formula illam subtilitatem respuit. Silius VII, 142 sqq. fere verba ipsa retinuit: *Miscetque exacuens varia ad conamina mentem, Sicut aquae splendor radiatus lampade Solis Dissultat per tecta, vaga sub imagine vibrans Luminis et tremula laquearia verberat umbra.*

26 sqq. Iterum per novum visum fatalis rerum ordo declaratur: vide Disquis. II T. II s. VI. Noctis declaratio magnam suavitatem habet; Copiosiorem ornatum supra IV, 522 seqq. attulerat: ubi Apollonii Rhodii vestigia animadvertebamus. Nuper in Lexico Homerico alterius Apollonii pag. 490 (pag. 408 Tom. II) etiam illi Alcmanem praeivisse vidimus versibus forte sic constituendis:

Εὕδουσιν δ' ὀρέων κορυφαί τε καὶ φάραγγες,
Πρώωνες ἠδὲ καὶ χαράδραι·
Φῦλα δέ θ', ἑρπετά θ', ὅσσα τρέφει μέλαινα γαῖα,
Θῆρες ὀρεσκῷοί τε καὶ γένος μελισσῶν·
Καὶ κνώδαλ' ἐν βένθεσσι πορφυ-
ρᾶς ἁλὸς, εὕδουσιν δ' οἰωνῶν
Φῦλα τανυπτερύγων —.

(*Alituum genus*, antiqua forma antiqui Enuii sermonem „genus altivolantum" pag. 20.

Digitized by Google

Procubuit, seramque dedit per membra quietem.
Huic deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno
Populeas inter senior se adtollere frondis
Visus; eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, et crinis umbrosa tegebat arundo;
Tum sic adfari, et curas his demere dictis:
O sate gente deum, Troianam ex hostibus urbem
Qui revehis nobis, aeternaque Pergama servas,
Exspectate solo Laurenti arvisque Latinis,
Hic tibi certa domus; certi, ne absiste, Penates;
Neu belli terrere minis. Tumor omnis et irae

(—32. *frondes* Medic. *Wr.*) 33 *Cum* Iunt. et Ald. pr., sicque Rom., emendate *eum* Ald. sec. 35 *Cum* Moret. sec. *adfatur* Dorvill. 38 *loco* Medic., et in marg. „alibi *solo*." (In Mediceo ita scriptum fuerat: *Exspectate lo Laurenti*, omissa una medii vocabuli syllaba et per manum recentiorem, ut refert Foggin., inepte suppleta superscriptis literis *co*. *Wr.*) *Laurentum* Serv. ad v. 12. 39 *certive abs.* Dorvill. *adsiste* al. apud Pier. 40 *tumor* Heins. e libris secundum Pier., alii *timor*.

ed. Hessel. exprimere voluisse Virgilius videri potest. *Wr.*) Sub dio Aeneas obdormiit, *seramque dedit per membra quietem*: ducta loquendi forma ex altera, qua *somnus didi per corpus, spargi per membra*, dicitur. Monemus hoc, quod plerique verba tenent, caussas sermonis ignorant.

31. *deus loci ἐπιχώριος θεός*. (*Huic — ipse*, vid. Q. V. XVIII, 3, b. et XX, 7. extr. *Wr.*) Ripa Tiberis populis esse debuit praetexta: quod nunc aliter se habere audio: sed conf. inf. 95. 96, et VII, 29 sqq., ibique Exc. III a pr. 33. *tenuis carbasus, glauco amictu*, pro glauca palla carbasina humeris vel femori fluviorum inlecta in signis veterum. Imitatorem verbosum Claudianum Cerda comparavit in Paneg. Olybr. (I, 214 sqq.) Adde de VI Cons. Honorii (XXVIII, 163 seqq. Servius ineptit ad h. l.). 36. 37. *Troianam ex hostibus urbem Qui revehis nobis* idem orationis color, qui in illis: *Ilium in Italiam portans*: tua stirpe et Penatibus sacrisque adductis cum reliquiis Troianorum. *revehis* autem propter stirpem Dardani fabulosam ex Italia. v. sup. III, 167 sq., ubi cf. Excurs. VI. 38. *exspectate* propter deorum vaticinia; cf. v. 12 sup. ad VI, 687; nempe *exspectata* dicuntur esse ea, quae praedicta sunt, ut in libris sacris passim; eadem dicuntur *debita*. 40. *Concessere* h. resederunt. Non audiendi Interpp. vett. et recentt. Si dicas, necdum tamen Iunonis iram in Troianos cessisse seu placatam

Digitized by Google

Concessere deum.
Iamque tibi, ne vana putes haec fingere somnum,
Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus,
Triginta capitum fetus enixa, iacebit;
Alba, solo recubans, albi circum ubera nati. 45
Hic locus urbis erit, requies ea certa laborum:

41 *profugis nova moenia Teucris* suppletur versus in multis, quos Serv. Heins. et Burm. viderunt: perperam accepta voce *concessere*. Esse qui *consedere* legant, a Taubmanno notatum. 42 *nec vana putes* Rom. *ni vana putas* Gud. a m. pr., non male, inquit Heins., immo ad sensum pessime. *Iamque* (*tibi ne v. p. hunc f. s.*) *Lit.* Parrhas. 43 *sub ilice buxus* Rom., nec nisi recenter correctum. (ILICIB·USUS prior Medicei lectio. *Wr.*) Vss. 43. 44. 45. 46 iam supra lecti III, 390. 391. 392. 393, nunc, puto, male repetiti. (In vaticinio quidem minime reprehendenda eorumdem versuum iteratio. *Wr.*) 45 *recubant a.* — *nati* Medic. (a m. pr., sed *recubans* a m. sec. *Wr.*) 46 Abest versus a Medic. et a pr. m. a Gudiano. Sane ille cum trinis prioribus occurrebat sup. III, 393. Nunc eo vix careas propter seqq. Malim sublatos esse vs. 47. 48. *Ex quo* — *Ascanius*, sunt enim molesti (v. Not.) et a Tiberini persona et consilio ac tempore alieni: translati huc ex altero loco. Quid? quod suspicari licet, totum locum, forte ex ipsis Maronis schedis, a Tucca insertum esse. Lege modo carmen sic continuatum et placebit illud: *Concessere deum; Nunc qua ratione, quod instat, Expedias victor, paucis, adverte, docebo. ex quo* est ἐξ οὗ sc. χρόνου pro ὅτε; nam ut sit *ex quo*, secundum quod portentum, durissimum est. (Omisso versu 46., quem tamen damnat, ut importune illatum, Brunckius, damnat etiam Schraderus Emendatt. c. X. p. 203., solvi sententiarum compagem, vidit ipse Heynius; nec obest, quod supra III, 393. *Is locus*, nunc *Hic locus* legitur; vid. Q. V. XVII, 5, a.; firmissimum autem, quo hic versus propugnatur, argumentum, sub finem huius disputationis proferetur. Defendimus modo ad vs. 43. etiam vss. 43. sqq. integritatem. Itaque omnis huius loci, si qua est, molestia eo redit, quod minus usitata videri potest transeundi formula: *ex quo ter denis redeuntibus annis*; i. e. *et triginta annis ex eo tempore elapsis*: et triginta annis post conditum Laviniam Ascanius novam fundabit urbem ab hac ipsa sue nomen habituram. Neque vero credibile est, Virgilium tam claram Albani nominis originem, oblata hac opportunitate, praetermissurum fuisse. Ceterum non est probabilis, licet ita visa Iahnio, Güntheri explicatio, qui in Athenaeo I. pag. 270. *Ex quo* valere i. q. *ubi* existimat. Quo minus autem hunc locum sic, ut suspicatur Heynius, a Virgilio relictum putemus: *Tumor omnis et ira Concessere deum. Nunc qua ratione, quod instat, Expedias* cet.: prohibet transitus per particulam *Nunc* factus. *Nunc* in eiusmodi argumento ita nectit orationem, ut aut, quod faciendum vel futurum esse declaravimus, explicemus qui fieri possit, ut I, 676.; aut missa facientes cetera ad ipsam rem, quae agenda est, orationem convertamus, ut IV, 115. Nostro quidem loco apta est, quam priore

fuisse; si quidem compares IX pr. X, 62; vanam eam esse reputa.

42. De hoc ostento, quod iam Helenus vates praedixerat lib. III, 388 sqq., vide Excurs. II ad lib. VII, pag. 523. — 47. *Ex quo*: ex quo tempore, quando; cum

Digitized by Google

Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Haud incerta cano. Nunc qua ratione, quod instat,
Expedias victor, paucis, adverte, docebo.
Arcades his oris, genus a Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,

loco posuimus, significatio; respicitur enim ad vs. 46. At electis his „*Iamque tibi — Haud incerta cano*" ea existit sententiarum iunctura, quae particulam *Sed*, non *Nunc*, requirat. *Sed* enim ad praegressam aliquam negationem spectat, etiam ubi nulla negatio praecessisse videtur. Iam inter illa „*Tumor omnis et ira Concessere deum*" et haec „*qua ratione, quod instat, Expedias, docebo*" talis intercedit ratio: nihil igitur tibi ab hac parte timendum; sed alia quum sint pericula, obiecta illa ab animo hostili incolarum, inde quomodo te expedias, docebo. *Wr.*) 47 *tridentis* duo Burm. cum pr. Goth. 48 *condens* alter Hamb. *c. c. urbem* Goth. tert., quod equidem malim a poeta profectum in vaticinio. (at respuit aperte hanc lectionem praegressum superiore versu idem vocabulum. *Wr.*) 50 *Expediam* a m. pr. Medic. item Gud. (*Expediam* etiam 2.; sed in Medic. *Expedias* est a m. pr., *Expediam* a sec. *Wr.*) *Expedies* Goth. sec. 51 *hic* Medic. (*s* tamen superscripta est, sed a manu recentiore. *Wr.*) *is* eraso *h* Dorvill. Iungo autem: *Arcades his oris* sc. habitant: — *Hi bellum adsidue* sq. Durius videtur parenthesin facere, et iungere *Arcades his oris — hi bellum adsidue* sq. (Nihil tamen obstat, quominus ita iungamus; vid. Not. ad I, 23. Mihi quidem videtur Virgilius haec ita strui voluisse: „Arcades, qui Euandrum secuti, sc. *sunt*, his oris delegere locum." Quum autem ita dicendum esset: „delegere locum urbi," imperfecta sententia expletur altero hemistichio „et posuere in montibus urbem." — 52. Scripsi *Euandrum*, non *Evandrum*, vid. V. L. ad VII, 389.; cuius rei satis erit semel lectorem admonuisse. *Wr.*)

aliquando. Scilicet *hic* non est urgendum, in loco suis inventae; sed, in his terris XXX annis elapsis Ascanius Albam Longam condet; nisi dixeris: ipsum poetam verba: *hic locus urbis erit:* de Lavinio accipi voluisse, et *ex quo* supplendum esse *loco;* ut sententia sit: hic, ubi suem inveneris, urbs Lavinium condetur; et ex hac urbe post XXX annos Ascanius progressus novam urbem condet Albam Longam. Aberat ea a Lavinio XII M. P. Versus omnino non satis expoliti sunt: *hic erit locus urbis — ex quo urbem condet Ascanius.* Sed v. de his disputata Exc. II ad lib. VII, p. 130 sq. (cfr. utique ea, quae disputavimus in V. L. ad vs. 46. *Wr.*) *clari cognominis*, ab *alba* sue nominatam, et XXX inde anno conditam.

51 sqq. *Euander* cum matre Carmenta seu Nicostrata, vate, ex Arcadia profectus, Pelasgos suos in loca circa Tiberim adduxit, et in monte, qui inde Palatinus dictus, oppidum Pallanteum, mox Palantium et Palatium appellatum, condidit. Fuerat iam in Arcadia Pallantium pagus, et inter proavos Pallas, a quo hi Arcades orti dicuntur poetae; *genus a Pal-*

Digitized by Google

Delegere locum, et posuere in montibus urbem,
Pallantis proavi de nomine Pallanteum:
Hi bellum adsidue ducunt cum gente Latina;
Hos castris adhibe socios, et foedera iunge.
Ipse ego te ripis et recto flumine ducam,
Adversum remis superes subvectus ut amnem.
Surge age, nate dea; primisque cadentibus astris
Iunoni fer rite preces, iramque minasque
Supplicibus supera votis. Mihi victor honorem
Persolves. Ego sum, pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas, et pinguia culta secantem,

55 *ducent* Hamb. séc. 56 *foedere* alii apud Serv. et Gud. ac pr. Moret. cum al. apud Burm., sed offensa aure. 57 *ripis* sane parum commodum, secundum, intra ripas, alveo. *tecto* Menag. pr. pro *recto*; et sic Cerda coni. ad v. 95. 96. Schraderus autem coni. *silvis et tecto fl.* eleganter sane. 58 *in amnem* Witt. *superes remis* aliquot Pier. 59 *age* excidit Rom. et aliis Pier., in aliis suppletum *o*. Mentel. pr. a m. pr. *ait*. 60 *irasque* complures apud Heins. et Burm. (et tres apud Cort. ad Lucan. IV, 864. *precis* Medic. *Wr.*) 61 *donis* multi apud Pier. et Heins., sed *votis* tuentur Rom. et Medic. cum al.; et venit forte *donis* ex sup. III, 440. („Ipsa vota sunt vel cum donis coniuncta vel cum promissis suscepta." Haec Handius hunc ipsum laudans vs. ad Stat. S. I, 2, 195.; quo ipso loco docet Marklandus sic solere a poetis *preces* et *vota* iungi. Et *votis* est in libris praestantissimis omnibus. *Wr.*) 62 *Persolvis* Witt. *quem pleno gurgite c.* aliquot Pier. 63 *ruentem* Moret. sec., quod probat Heins. et illustrat, ut erat ille paullo proclivior ad captandas elegan-

lante, h. e. Pallantis progenies. Idem nomen filio Euandri impertitum. v. Excurs. I ad h. lib. In Euandro potuisset poeta omnia ad maiorem admirationem struere et parare. Euander gente Pelasgica oriundus vix videbatur bonae spei ac fiduciae locum relinquere Troianis, si repente in eum incidissent. Sed poetae placuit alia ratio, ut per somnum haec denuntiaret, utque, propter Latinorum in advenas Arcadas odia, communi periculi metu Troianos et Arcades, Pelasgicae licet stirpis, in foedus et societatem adduceret. cf. inf. 129 sq. Et vero Achaei, si propius inspexeris, qui Troiam expugnaverant, diversae stirpis sunt. 53. *in montibus*, ne arguteris; est, *in monte* Palatino: et v. 57 *recto flumine* recto fluminis itinere; (ut VI, 901.: „Tum se ad Caietae recto fert litore portum." *Wr.*) Nec audiendus Servius, qui in eo argutatur, quod flexuosam ripam alibi memoravit vs. 95. 59. *primisque cadentibus astris* sub primum diluculum; nam poetis sidera cursu noctis exacto occidere dicuntur. v. ad lib. II, 8. 9. Excurs. II. (Q. V. XXVIII, 3, b. *Wr.*) *Iunoni fer rite preces*, quod idem Helenus sedulo monuerat libro III, 435 sqq., ut videas poetam sibi constare. 61.

Digitized by Google

Caeruleus Thybris, coelo gratissimus amnis.
Hic mihi magna domus, celsis caput urbibus, exit. 65
Dixit, deinde lacu Fluvius se condidit alto,
Ima petens: nox Aenean somnusque reliquit.
Surgit, et, aetherii spectans orientia Solis
Lumina, rite cavis undam de flumine palmis
Sustinet, ac talis effundit ad aethera voces: 70

67. PETENS. NOX 70. SUSTULIT

tias secretiores et exquisitiores, etiam ubi ab ingenio scriptoris et loci erant alienae. Sed multo probabilius, librarium casu in hanc vocem incidisse, quam tot alios codices esse depravatos. Nec, quod Burm. bene monuit, placidum flumen bene dicitur *ruere*. Tum Auson. et ipse *secantem* legit Mosell. 460. Witt. a m. pr. *sequentem*. 65 *certa domus* Gud. *caesis* Medic. a m. pr. *escit* antique pro *erit* emendat Faber: et Heins. *exit* transitive pro effert, exerit, accipit. Utrumque perperam. Vid. Not. 66 *fluvio* Gud. a m. pr. *lucu et fluvio* Heins. coni. *fluvii* coni. Heumann. Sed vid. Not. 67 *relinquis* aliquot Pier., inter quos Rom. (Mutavi interpunctionem; est enim haec ratio horum enuntiatorum: Postquam ille haec dixit, nox reliquit Aeneau; solet enim ipsis somniis interrumpi quies. — 68. *aerii* Virgilium scripsisse coniicit Wakef. ad Lucret. III, 1057., quod vs. 70. redit *aethera*; sed vid. V. L. ad VI, 901. *Wr.*) 70 *Sustinet* Rom. aliquot Pier. cum Medic., Gud. a m. pr., Memmg. pr., ex interpolatione puto. (Non debebat contra optimorum librorum auctoritatem *sustulit* retineri. Et mireris, quum verbum *sustulit* manifesto interpretamentum sapiat, ab Heynio alteram veramque lectionem in eam suspicionem adduci. Offendebat haud dubie librarios *sustinet*, quod iungebant *sustinet de flumine*, quum iungendum sit *undam de flumine*, ut *homo de plebe* et similia. Revocavi igitur *Sustinet*, repositum etiam a Iahnio. At aliud est *sustulit*, aliud *sustinet*; illud quum idem significare possit, quod *hausit*, lavandi scilicet gratia, *sustinet* dicitur de eo, qui haustam aquam in manu retinet. Unde coniicias fuisse

victor h. omnibus ex voto peractis. (— 62. *Ego sum*, vid. Q. V. XVII, 1. *Wr.*) 64. *Caeruleus*. Atqui, flavus est Tiberis, et luteus, ut satis notum. Scilicet nunc deo communem fluviorum naturam dat. *caelo gratissimus*, θεοφιλής. etsi caelum pro caelestibus Maro non frequentat. 65. Circa has easdem oras surget aliquando magna urbs, Roma. Quod in vaticiniis facere mos est, res futura effertur tamquam praesens, *exit* pro *exibit*. *celsis caput urbibus* nota illa poetica oratio, pro: *caput urbium*. Tum ea urbs, dicta *domus* dei Tiberini, quatenus ille in ea consecrabitur et ut deus coletur. Sic facile componuntur turbae interpretum, quas hic commemorare nil attinet. cf. Burm. Mox 66. *lacus* pro alveo, vel, quod malim, pro profundo, vel fundo fluvii, adeoque pro ipso amne.

67. ἐμὲ δὲ γλυκὺς ὕπνος ἀνῆκεν Homer. 69. *rite undam sus-*

Digitized by Google

Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde est,
Tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine sancto,
Adcipite Aenean, et tandem arcete periclis.
Quo te cumque lacus, miserantem incommoda nostra,
Fonte tenet, quocumque solo pulcerrimus exis; 75
Semper honore meo, semper celebrabere donis,
Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.
Adsis o tantum, et propius tua numina firmes.

morem, nunc incognitum, cuiusque mentionem nullus praeterea, quod sciam, scriptor fecerit, ut, qui deum fluminis alicuius invocaret, haustam ex eo flumine aquam, dum preces faceret, manu teneret. Quae res haud ita improbabilis videbitur, si antiquissimis quidem temporibus, qui Neptunum precarentur, in ipsum mare vel flumen aliquod processisse meminerimus. *Wr.*) *effudit* lectum ante Heins. (ita exstat in Palat. *Wr.*) *diffudit* ed. Ven. 72 *Tu quoque Tybri* duo Burm. *o* aliis excidit; in aliis: *Tuque o Tybri, tu, o,* apud Pier. et Heins., quod probabat Ge. Fabric. cum Cuninghamo. (*tu o* sic divisim exaratur etiam in Medic. ap. Foggin. Praeterea *Thybre* Medic. a m. pr. *Wr.*) Alii aliter turbant. *tu flumine Thusco* Bigot. Vulgata est apud Serv. et Macrob. VI, 1, ubi docet ex Ennio adumbratum esse versum. Nam is: *Teque pater Tiberine tuo cum flumine sancto* cecinerat. (vid. etiam Not. ad IX, 816. *Wr.*) *xancto* codd. apud Pier. cf. Burmann. Sec. ad Antholog. pag. 73. Etiam ex Livio notum est lib. II, 10 *Tiberine pater, inquit, te sancte precor.* (*pulchro* pro *sancto* 3. ex VII, 430. *Wr.*) 75 *tenent* Rom. cum binis Heins. et fragm. Vatic., it. Erf. (idque reposuit Iahnius; quod non placet ut de nno lacu dictum et fonte. *Wr.*) *q. loco* Parrhas. 76 *venerabere* plerique Pier. et bini Heins., ex interpretatione. (Non licet *venerabere* cum Heinsio ex III, 460. defendere; alia est enim participiorum causa. *Wr.*) Alia in Witt. *honorabere.* 78 *Adsis et* aliquot Pier. *o tandem* vulgo lectum ante Heins., qui e suis et Pier. emendavit. (*o tandem* 5. 7. 9. 11. 12. vid. Not. *Wr.*) *proprius* scriptum viderat Serv. (vid. V. L. ad Ge. III, 58. *Wr.*) *placidus* apud Donatum, ex intpt.

tulit, manus lavit, tamquam precaturus. Nihil aliud. 71. *genus amnibus unde est:* quatenus Nymphae fontium sunt deae. Alias poetae aliter, ut Nymphae sint fluviorum. (—72. *tuo cum flumine sancto,* antique, vid. V. L. *Wr.*) 73. *arcete periclis,* liberate, finem laborum facite. 74. Expressit Statius IV Theb. 832 *quacunque domo gelida ora resolvit* etc. *lacus,* uti v. 66, pro ipso amne: ubicunque fontem tuum habes et scaturiginem ex terra. Est enim fons et caput amnium sedes Fluviorum; conf. ad Ge. IV, 319. 75. ad formam Odyss. λ, 238 structus est: ubi Enipeus Thessaliae: ὃς πολὺ κάλλιστος ποταμῶν ἐπὶ γαῖαν ἵησι. 77. fluviorum Italiae princeps. (Ge. I, 482.: „Fluviorum rex Eridanus.“ Sil. Ital. IX, 187.: „pater ipse superbus

Digitized by Google

Sic memorat, geminasque legit de classe biremis,
Remigioque aptat; socios simul instruit armis.
Ecce autem subitum atque oculis mirabile monstrum,
Candida per silvam cum fetu concolor albo
Procubuit, viridique in litore conspicitur sus:
Quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxuma Iuno,
Mactat, sacra ferens, et cum grege sistit ad aram.
Thybris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem
Leniit, et tacita refluens ita substitit unda,

(ita 8. 11. *Wr.*) *tua omina* emendaverat Palmer. Spicileg. p. 616. Sed *numen* pro voluntatis quacunque significatione, monito et oraculo, poetis dictum occurrere alibi iam monitum est. *n. serves* Oudart. 79 *memorans* pr. Voss. *geminas legit* Franc. *memorans geminas legit* Parrhas. 80 *a. socios*: *simul* alii male distinguunt v. Burmann. *s. atque instruit* Sprot. 81 Laudat hunc et omisso versu 82 tres seqq. auctor libelli de Progenie Augusti c. 14. 82 *foeta* Sprot. 85 *ad aras* aliquot apud Burmann. 86 *est* abest aliquot Pier. et Heins., mendose. conf. sup. IV, 193. 87 *Lenit* Rom. contracte. *sustulit* Goth. tert.

aquarum Ausonidum Eridanus." *Wr.*) Ἑσπερίδες κρῆναι, Ἑσπέριαι. 78. *numina*, tuum monitum per somnum. vid. Var. Lect. (*tantum* optantis hic est, ut alibi; VI, 74.: „foliis tantum ne carmina manda." *Wr.*)

80. *armis* proprie. conf. v. 93. 81. vide modo ad v. 42. Copia orationis in vss. 82. 83 parum placet: *Candida — concolor cum fetu albo; Procubuit — conspiciturque: per silvam* — in *littore*. (Mihi quidem non displicet haec copia in declaranda re tam mirabili; potuit quidem hoc brevius dici „*Procubuit per silvam in litore;*" sed si quid novum additur ad aliquam sententiam, — *in litore* —, saepe hoc ita fit apud poetas, ut novum etiam Verbum — *conspicitur* — adiiciant; vid. V. L. ad vs. 51. Nec pugnant haec inter se *per silvam* et *in litore*. *Wr.*) Mox 84 *enim* asseverative, ut *vero*, pro *utique*, σοί γε δή, nec vacat, quod putant grammatici. (Silius XIII, 136.: „Mactat, Diva, tibi, tibi enim, haec gratissima sacra;" sic enim interpungendum videtur; vid. Not. ad X, 614. Hand. Tursellin. Vol. II. p. 393. —86. *quam longa est*, de hoc Praesentis usu vid. V. L. ad IX, 9. *Wr.*) 87. Iung. vel *ita substitit, ut*, vel, quod forte magis poeticum: *ita substitit:* eo modo, sicut erat; cum ita factum esset. Sequitur: *ut* adeo *mitis* etc. (Prior ratio

Digitized by Google

Mitis ut in morem stagni placidaeque paludis
Sterneret aequor aquis, remo ut luctamen abesset.
Ergo iter inceptum celerant rumore secundo. 90

90. CELERANT; RUM. SECUNDO LAB.

88 *et in m.* alter Menag. 89 *et l.* Witt., et sic legere dudum malebam. *abiret* Ed. Ven. *abisset* Rom. 90 *incertum* Non. Marcell. in *Rumor.* *peragunt* Rom. pars Pier. et Heins. librorum, cum Goth. tert. Macrob. et Nonio Marcello. (adde 9. *Wr.*) *peragrant* Gud. *celebrant* Medic. Pierii, cum alt. Hamb. et Ed. Ven. (vid. V. L. ad IV, 641. *Wr.*) *accelerant* Goth. sec. *rumore* pro *Rumone* positum putabat Servius; id enim antiquum Tiberis nomen fuisse. Sicque lectum in codd. Sprot. *Rumone id est fluvio*, pr. Hamb. qu. Moret. Exc. Burm. Zulich. a m. pr. (*Rumone* etiam Medic. a m. pr.; sed et linea expungens et superscripta *n* recentioris est manus. Ac *Rumone* e veteri scholio in textum illatum esse, fidem faciunt verba Servii, qui, explicato vocabulo *rumore*, haec addit: „aut *Rumore* pro *Rumone* posuit." vid. Q. V. XVI, 6. *Wr.*) Esset adeo *Rumone secundo*, Tiberi secundo. Equidem *amne secundo* dictum bene novi: an *Tiberi secundo*, *Rheno secundo*, dicatur nescio. Etiam Xaver. Matthaei defendebat *Rumone secundo*, sed accipit: Tiberi favente: in Exercitationibus per saturam (Neap. 1759. p. 79). (Ut *amne secundo*, ita etiam *Tiberi secundo* dici posse, quis dubitet? Verum repugnat usus, qui, ubi talia iunguntur, de prono aliquo, non de adverso, flumine cogitare nos iubet. *Wr.*) Enimvero *rumor* est proba vox antiqua de strepitu aquarum ex remigio. v. Not. Interpungebatur antea: *Ergo iter inceptum celerant rumore secundo*; Recepi, quod iam olim dixeram melius factum videri: *celerant*; *rumore secundo Labitur uncta vadis abies.* Et sic quoque vidi malle virum doctissimum Burgess ad Dawes Miscell. p. 446. idque sequutum video Wakefield. (Ego vero pristinam reduxi interpunctionem, auctoribus etiam Mediceo et fragm. Vatic. Egregius foret talis versus: *Labitur uncta vadis abies rumore secundo*; sed ultima haec, *rumore secundo*, quum non praecipua aliqua in iis insit vis, praemissa prioribus praegravant reliquam sententiam. *Wr.*)

praeferenda, ne *ut* bis eadem potestate positum sit. *Wr.*)

90. *rumore secundo*, cursu secundo, etsi amne adverso (nam solvunt littore Laurentino in ostiis Tiberis et superiora fluminis petunt): fere quod X, 687 *Labitur alta secans fluctuque aestuque secundo.* *Rumor* enim, secundum Guellium et Gronov. Obss. II, 17, quibus Donatus praeivit, dictum olim est de murmure aquae carina et remis percussae, qua navis a puppi propellitur, adeoque omnino de motu aquae. Pro optimo interprete est Auson. Mosella v. 22 *interlabentis tacito rumore Mosellae.* Multa ad h. l. cumulant Fabric., Heins. et Burm., ut tamen de vi et origine vocis haud melius constet. Scilicet *rumor* a ruendo dictus videtur; ruitur seu eruitur aqua remo, adeoque ex impulsu strepitus oritur. Inde de quovis strepitu et murmure illud frequentatum, inprimis famae. Tum vero etiam, ut ὄσσα, pro voce ominata et omine. Pro plausu et laude *rumorem secun-*

Digitized by Google

Labitur uncta vadis abies: mirantur et undae,
Miratur nemus insuetum fulgentia longe
Scuta virum fluvio, pictasque innare carinas.
Olli remigio noctemque diemque fatigant,

91. UNDAE; 93. VIRUM, FLUVIO P.

91 *uda* aliquot Pier., sed vid. Not. *uncta abiesque vadis* Leid. unus. (Mutatae in fine versus interpunctionis rationem redditam videbis in V. L. ad. Ecl. IV, 6. *Wr.*) 92 *mirantur* pr. Menag. et a m. pr. Gud. cum fragm. Vatic. *assuetum* alter Hamb. *inceptum* Menag. pr. 93 *que* abest binis Bormann. *pictas fluvioque* Ed. Ven. Interpungi potest modo haud uno, pronti iunxeris: aut: *Miratur nemus scuta et carinas innare fluvio.* aut *fulgentia longe Scuta virum fluvio*, p. aut ut nunc feci: *miratur nemus fulgentia longe scuta*; et miratur *fluvio pictus innare carinas.* quod mihi splendidius visum. (Recte in Mediceo interpungitur post *fluvio*; vidimus enim ad Georg. I, 142., *que* non adhaerere secundo vocabulo apud Virgilium; quare, si *fluvio* sequentibus adiunctum voluisset, scripsisset *et fluvio pictas.* Nec recte *fluvio*, quum in eo ita iuncto nulla insit vis, principem teneret enuntiati locum. Tum *fluvio* minime ad alteram solum versus partem spectat. Neque enim arma dumtaxat miratur insuetum nemus, quae, quum Arcades bellum adsidue cum Latinis gerere vs. 55. dicantur, saepius ibi conspecta esse par est; sed id miratur, quod armati subvehuntur fluvio. Nunc video etiam Wakefieldium sic interpungere, quia, ut ait, numerosius hoc sit; idem confert Lucan. II, 576.: „signa tulit, toto fulgentia ponto." *Wr.*) . 94 *navigio* Ven.

dum dixit Horat. I Ep. 10, 9, ut fere h. l. etiam accipit Nonius: „hoc est prospero favore et auxilio fluminis." Idem e Fenestella et Ennio loca laudat, in quibus *populi rumore secundo* est favore et studio populi. (Solius haec Fenestellae esse, non Ennii, vidit Merula p. CCCCXLVII. collaudatus propterea a Planckio ad *Q. Ennii Medeam* p. 2. *Wr.*) Nec alio sensu dictum est in loco Cic. de Div. I, 16 et in loco Suevii apud Macrob. VI, 1, pag. 575 Lips. (Mihi quidem *rumore secundo* h. l. eodem modo accipiendum videtur, quo *clamore secundo* X, 266., i. e. laeto; et rumoris vocabulo celeusma significari existimo. Varie usurpatum illud *rumore secundo;* vid. Brant. ad Appulei. Met. l. IX. pag. 639. edit. Oudendorp. Schmid. ad Horat. Ep. I, 10, 9. *Wr.*) v. 91. *unctam* pice *abietem* ab Ennio accepit: *Labitur uncta carina, vocat super impetus undas:* Macrob. VI, 1, p. 578. Locum Apollonii I, 545 seq. comparat Brunck. paullo diversum. 93. *carinas pictas* v. ad V, 663. 94. *remigio noctemque diemque fatigant*, non, se, ut Cerda malit, quod prosaicum esset; sed est epica audacia. *Caelum clamore, silvas venatu* (IX, 605), *nivem cursu, amnem remis, fatigare*, passim in poetis occurrit. Est scilicet, quod satis constat, proprie *fatim agere*, valde, crebro, movere, tractare, agitare rem, adeoque omni-

Digitized by Google

Et longos superant flexus, variisque teguntur
Arboribus, viridisque secant placido aequore silvas.
Sol medium coeli conscenderat igneus orbem:
Quum muros arcemque procul ac rara domorum
Tecta vident; quae nunc Romana potentia coelo
Aequavit; tum res inopes Euandrus habebat.
Ocius advertunt proras, urbique propinquant.
Forte die sollemnem illo rex Arcas honorem

97 *medio* Sprot. *considerat* Franc. *axem* pro div. lect. pr. Rottend. vid. vs. 137. (*orbe* Wakefieldio videtur legendum ad Lucret. V, 654. *Wr.*) 89 *arces* oblongus et quidam alii Pier., quod recepit Catroeus, ut sint septem colles, quibus postea Roma fuit imposita. Sed *arx* simpl. pro urbe in colle Palatino posita; conf. inf. 313; ad veterem morem, quo acropolis, in colle condita, reliquae civitatis initia faciebat. *ac rara* Heins. secundum vetustiores, etiam Pier. Vulgo *et*. 100 *tunc* Rom. (et ita edidit Iahn.; sed vid. Q. V. XXV. *Wr.*) *Euandrus* Rom. et Medic. ceterique vetustiores: ergo recepit Heins., quem vide post Pierium. Vulgo: *Euander*, (ita 3. 5. 7. 11. 12. *Wr.*) etiam passim in seqq., quoties recurrit ea vox. 101 *avertunt* duo Burm. *et ubique p.* Goth. sec. 102 *diem* Dorvill. et Ed. Ven. cum Rom. cod. *solemne* Mediol.

no in re aliqua versari, vel eam frequentare. conf. sup. ad Aen. I, 280 et ad VII, 582. (Huic originationi non plus tribuerim fidei, quam illi supra propositae vocabuli *rumor*. *Wr.*) Simili modo *quatere, movere, impellere silvas, exercere* apud Silium XV, 769. Porro poetae tempori tribuunt tamquam actum ab eo id, quod in tempore fit: Sic *noctem produci, diem frangi*, adeoque etiam, ut h. l., *fatigari* dicunt: X, 807 *diem exercere*. Propertius IV Eleg. 11, 77 *Sat tibi sint noctes, quas de me, Paulle, fatigas:* quae forma tandem eo redit, ut *fatigare* sit, *consumere, exigere*. (— 95. Satis otiosa haec: *variisque teguntur Arboribus;* vid. Not. ad I, 678. *Wr.*) 96. *placido aequore*, alveo fluvii, *secant silvas*, navigant inter ripas silvis consitas: quibus prima aetate consitae erant ripae extremi Tiberis: unde supererat Laurentina silva. Nimis acute Serv. et alii: secant imagines nemorum, quae in pellucida fluvii superficie apparebant. 97. Ἦμος δ' Ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει Il. Θ, 68 et al.

102 sqq. Egregia carminis oeconomia, qua belli cum Latinis gesti argumento per se tenui et pauperi copiam rerum et narrationum conciliat poeta. Offendit Aeneas Euandrum sua sacra facientem Herculi; rerum species obiicitur augusta religionibus, et hominum saeculique simplicitate placens. Eadem v. 185 sqq. adducit episodium de caeso ab Hercule Caco, tamquam sacri instituti caussa et origine. Obversatum esse in omnibus his poetae animo locum Od. V, 32 sqq., ubi Telemachus in Nestorem sacra facientem incidit, ne-

Digitized by Google

Amphitryoniadae magno divisque ferebat
Ante urbem in luco. Pallas huic filius una,
Una omnes iuvenum primi, pauperque senatus,
Tura dabant; tepidusque cruor fumabat ad aras.
Ut celsas videre rates, atque inter opacum
Adlabi nemus, et tacitis incumbere remis:
Terrentur visu subito, cunctique relictis
Consurgunt mensis. Audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat, raptoque volat telo obvius ipse;
Et procul e tumulo: Iuvenes, quae caussa subegit
Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit.
Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis, an arma?

104 *Pallans* codd., vide Pier. *hinc* Oudart. *cui* sec. Moret. *quem* Parrhas. 106 *dabat* Gud. a m. pr. *trepidus* Zulich. cum Goth. pr. *ad auras* pr. Moret. 107 Melius esset: *utque inter o.* (ne crede. *Wr.*) 108 *tacitos* Rom. et alii Pier. cum Colot. et Medic., (sic etiam 5. 8. 11. *Wr.*) quod ex interpretatione profectum. Exquisitior forma *tacitis remis*, sive ut ipsos *tacitos* adnare dicat, sive ut sit pro, *tacite*, nullo aut exiguo undarum strepitu, ut quoque infra lib. X, 227. cf. Cerda. (et Cort. ad Lucan. II, 693. Ex interpretatione ortum esse *tacitos*, Servii scholion probat: „TACITIS: pro *ipsi taciti*, i. e. sine celeusmate." vid. Q. V. XVI, 1. Nisi iam illa aetate *tacitos* in *tacitis* mutatum fuisse statuas. Ex *remis* facile repetes *remiges*. *Wr.*) 110 *quod* Medic. a m. pr. (est ea prior lectio. *Wr.*) 111 *ille* Goth. tert. 112 *o Iuvenes* duo Burm. *quae cura* Menag. pr. cum aliquot Pier. 114 *Qui genus* ab Heins. e libb. τίνες (κατὰ) τὸ γένος; πόθεν πάτρας; pro πολας πάτρας; vulgo: *Quo genere, qua gente estis?* alii *quis.* Franc. *quid g.* Rom. *in arma.*

gari nequit: etiam ex Pisistrato Nestoris filio Pallas subnatus. Ad talia attendendum est ei, qui de sex posteriorum Aeneidis librorum praestantia et de poetae ingenio pronuntiare vult; ne argumenti inopia fraudi sit ingenio et arti poetae. 103. Herculi cum ceteris diis. v. Serv. 105. *pauper senatus*. Explicuit Silius I, 609 *castaque beatos Paupertate Patres*. cf. eund. VI, 631 sqq. 108. *tacitis remis*, nullum aquarum strepitum moventibus; in amne placido: ut modo vs. 86—89 vidimus. cf. Var. Lect. 111. *Sacra* sunt h. l. eadem quae modo *mensae*, scil. epulae sacrorum, quibus peracto sacrificio tum vacabant, quasque mox instaurant 172. 175. *vetat*, scil. quia sacra turbare et interrumpere nefas erat. cf. inf. 173. (*ipse*, i. e. cum aliis; vid. Q. V. XVIII, 2, b. *Wr.*) 114. Comparant Odyss. α, 170 et al. v.

Digitized by Google

Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta,
Paciferaeque manu ramum praetendit olivae:
Troiugenas ac tela vides inimica Latinis;
Quos illi bello profugos egere superbo.
Euandrum petimus. Ferte haec, et dicite lectos
Dardaniae venisse duces, socia arma rogantis.
Obstupuit tanto percussus nomine Pallas:
Egredere o quicumque es, ait, coramque parentem

122. o,

116 *protendit* Gud. a m. sec. *tetendit* Witt. *pauperaeque* Rom. a pr. m. 118 *ille* Rom. 119 *ferte hoc* Dorvill. 120 *Dardaniae duces* mihi quidem admodum displicent h. l., inprimis cum sequatur: *tanto percussus nomine. Dardaniae viros* pars codd. et edd., etiam Ald. pr., mutatum hoc in ed. sec. in *duces*; hinc in ceteris edd. obtinuit: quod Heinsius codd. auctoritate firmat. Sane *Dardaniae duces* dictos praeferam pro *Dardaniae viris*; verum, si *lecti* sunt, non tam *duces* quam *viri* dicendi erant. Malebam ergo: *Dardanios venisse viros*, aut, quia sequitur *tanto nomine*, legere: *Dardaniae venisse ducem — rogantem.* Verum video poetam docte posuisse pluralem pro singulari. Etsi *Dardanios* unus Montalb. exhibet. *Dardaniae advenisse* quatuor apud Burm. a m. sec. (*duces* etiam Rom. cum 3. 5. 8. 9. et magnificentius hoc esse bene sentit Pierius. Neque offendit *lectos*; non enim omnes, sed delecti, venerant proceres; nam *duces* h. l. idem, quod *proceres*, ut infra vs. 161.: „Mirabarque duces Teucros, mirabar et ipsum Laomedontiaden." et *lecti proceres* apud Ovid. Met. X, 315. Denique illa *tanto percussus nomine* referenda sunt ad nomen *Dardaniae*. Altera lectio *venisse viros* huc translata videtur ex VII, 168., unde etiam *advenisse*, quod in nonnullis exstat, adscitum puto. — *rogantes* Medic. *Wr.*) 121 *percussus* Heins. e praestantioribus secundum Pier. Vulgo *perculsus*. (in quibus 3. 8. *Wr.*) 122 *Et gradere* Rom. et boni codd. apud Benedict., quod ille probat, ut sit: *Obstupuit — Pallas, Et, gradere o. q.* (Ortum hoc e vitiosa scriptura *etgredere*, quae visitur in Mediceo; sic in eodem *etgressis* II, 713. pro *egressis*. Eieci autem comma post *o*, sunt enim haec *o quicumque es* pro vocativo. Hinc, si quos similes locos intactos reliqui, corrigendi sunt. *Wr.*)

Cerdam. 115. *puppi.* Scilicet, cum v. 101 *proras advertissent*, ut ad littus accederent, mox navi inhibita et in puppim retro remis acta puppim obvertebant littori.

117. *tela inimica Latinis* memorat propter v. 55 *Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.* Hinc quoque metus conspectis viris armatis maior esse debuit v. 109. Graviter et illud: *Quos illi bello profugos egere*, cum Latini tantum nollent sedem Troianis in suo agro concedere. Additur invidiae caussa *superbo*, ipsi superbi, superbe, ὑβριστικῶς. (*superbo*, quia adversus profugos et ἱκέτας. *Wr.*) 119. *ferte haec*, non ad ramum cum Servio et aliis referendum; sed,

Digitized by Google

Adloquere, ac nostris succede penatibus hospes.
Excepitque manu, dextramque amplexus inhaesit.
Progressi subeunt luco, fluviumque relinquunt. 125
Tum regem Aeneas dictis adfatur amicis:
Optume Graiugenum, cui me Fortuna precari,
Et vitta comtos voluit praetendere ramos;
Non equidem extimui, Danaum quod ductor, et Arcas,
Quodque ab stirpe fores geminis coniunctus Atridis; 130

123 *hac* Gud. sc. via, inepte. (*e s nostris* est prior lectio Medic. *Wr.*) 124 *Excepit* Heins. cum Pier. e libb., alii (in quibus Palat. *Wr.*) *accepit*. *Excepitque manum* Hugen. *Exceptaque manu* pr. Hamb. *manu dextraque* aliquot Pier. cum Schol. Statii I Theb. 470; sic erit *dextra inhaesit*. cf. Burmann. *implexus* alii Burm. 125 *lucum* Franc. *fluvioque* Gud. a m. pr. 127 *Optime* vulgg. ante Heins. In *cui precari* antiquitatis studium declaravit poeta, saltem exquisitam orationem captavit. 129 *timui* duo Burm. *exutus* sec. Moret. *arces* Rom. 130 *ab stirpe* Heins. e Medic. (et Mentel. alt. a m. pr. et cod. Gud. Arusiani p. 221. ed. Liudem.; vid. Q. V. I, 1.; *foret* male idem cod. Gud. Arus. *Wr.*) Vulgo *a stirpe*.

nuntiate. 124. (*Excepitq u e*, vid. Q. V. XXXV, 6. *Wr.*) *dextramque amplexus inhaesit*, pro, dextram amplexus est *eique* inhaesit, (ex Homerico: ἕν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ) et hoc pro simplici: manum prehendit. Nihil amplius ad sensum, sed ornate. At Burm. Homericorum et Graecae rationis in multis parum memor: *dextram amplexus* et *inhaesit* sc. cervice vel alia corporis parte.

128. *comtos*, simpl. pro ornatos. Ineptit Serv. et in hoc et in caussa origineque ἱκετηρίας, quae hoc versu designatur, exponenda. Mira comminiscuntur et alii: ut Paschalius de coronis, VI, 17. A religione ritum ductum esse manifestum fit e vittis seu infulis laneis, obvolventibus ramum oleagineum, cuius usus erat cum in sacris tum in lustratione et expiatione. Adeoque is, qui praeferebat, ἱκέτης, supplex factus, aut crimen expiare se et culpam deprecari velle symbolice et religiose significabat, aut simpliciter per sacra et deos se supplicare testatum faciebat. Hinc omnino foederis, pacis et legationis, symbolum est factum. („Simplicissima via ad hunc ritum rudiores homines pervenisse videntur, quum, ramo quocunque arrepto, inermes se esse, nec quidquam hostile meditari, quid, quod auxilio indigere, prae se ferrent. Sic Iac. Cookius, R. Forsterus aliique itinerum ad gentes rudiores Americae etc. descriptores rem se adhuc habere tradiderunt. Religio apud Graecos accessit." *Ruhkopf.* — *praetendere ramos*, ἱκετηρίαν προβαλέσθαι. *Wr.*)

130. *ab stirpe geminis con-*

Digitized by Google

Sed mea me virtus, et sancta oracula divom,
Cognatique patres, tua terris didita fama,
Coniunxere tibi, et fatis egere volentem.
Dardanus, Iliacae primus pater urbis et auctor,
Electra, ut Graii perhibent, Atlantide cretus,
Advehitur Teucros; Electram maxumus Atlas
Edidit, aetherios humero qui sustinet orbis.
Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia
Cyllenae gelido conceptum vertice fudit;

131 *Sed tua me virtus, tua terris didita fama, Cognatique patres et sancta oracula divom Coniunxere tibi*; vir doctus Obss. Miscell. Vol. I, p. 19. Potuisset quidem poeta et illud velle; ut apud Horat. *tua me tibi virtus fecit amicum.* Sed poeta nunc alterum voluit. 132 *dedita* Rom. et alii, (*didita* Medic. apud Fogg. et 5., vid. VII, 144. *Wr.*) et *debita* ap. Pier. et Burm. 135 Rufinianus de Schem. Lex. p. 254 corrupte: *Electram Graii p. A. cretam.* 136 *maxumus Atlans* Rom. 137 *axes* Ed. Ven. *auxes* Goth. tert. (*orbes* Medic. *Wr.*) 139 *Cyllene* Medic. (in hoc quidem *Cyllaene. Wr.*) et al., perperam. *Cylleni* Mentel. pr.

iunctus Atridis. Cognationis gradus esse potuerunt plures, nec dici potest, quemnam poeta sequutus sit, quo cum Atridis coniunctus esset Euander. Omnino utrumque genus a Iove ducebatur. Tum a sororibus, Atlantis filiabus, et Euander et Atridae oriundi erant (v. Excurs. I); ab iisdem Atlantis filiabus, Pleiadas vocant, alia cognatio mox v. 134 sqq. inter Euandrum et Aeneam deducitur: nam Dardanus Electra et Iove natus, Euander autem Mercurii, cui Maia mater, filius perhibebatur. v. Dionys. I, 31. Praeclare autem et ingeniose poeta hac generis coniunctione utitur ad caussas amicitiae inter Euandrum et Troianos serendas. 131. *mea virtus*, respicit illud: *non extimui*, confidentia, et animi fiducia ex meae virtutis conscientia, quam eandem confido apud te loco aliquo et auctoritate habitum iri. (Omnino tenendum, veteres maiorem virtutis suae fiduciam prae se tulisse; quodque apud nostros homines saepe arrogantiae crimen subeat, apud illos, qua erant animi magnitudine, rectae conscientiae tribui. *Wr.*) *Oracula divom* a Sibylla accepta. v. VI, 96. 97. *cognati patres*, per Atlantis filias, Dardanus a Iove et Electra, Mercurius a Iove et Maia natus, ut modo vidimus, et ut mox disertius narrat. (*tua terris didita fama*, Diod. Sic. IV, 47.: „διαδοθείσης τῆς φήμης εἰς ἅπαντα τόπον.“ *Wr.*) *coniunxere* h. adduxere me, ut me tibi adiungere studeam. *volentem*: Homerico more, quo ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ obvium est. (*fatis*: quum in fatis esset, ut te adirem, accessit etiam animi voluntas. *Wr.*)

134. *Dardanus.* cf. omnino Exc. VI ad lib. III. *advehitur Teucros* h. ad Teucros; s. Troa-

Digitized by Google

At Maiam, auditis si quidquam credimus, Atlas,
Idem Atlas generat, coeli qui sidera tollit.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno.
His fretus, non legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi: me, me ipse, meumque
Obieci caput, et supplex ad limina veni.
Gens eadem, quae te, crudeli Daunia bello
Insequitur; nos si pellant, nihil afore credunt,
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant,
Et mare, quod supra, teneant, quodque adluit infra.

a m. pr. *Cilleni* Dorvill. *Cyllenes* edd. ante Pier., (*Cillenes* Palat. *Wr.*) et ante Heins. *in vertice.* 140 *quicquam si* Goth. tert. (quod non improbat Santen. ad Terent. M. p. 261.; vid. V. L. ad XI, 298. *Wr.*) *si cuiquam* Rom. aliquot Pier. *auditi si quicquam creditis* Gud. a m. pr., (et adscriptum *credimus. Wr.*) unde Heins. coni. *auditi si quicquam credimur*, quod nemo facile praestare dicat. *auditus* Dorvill. cum Goth. sec. 141 *genuit* duo Burm. *qui s. torquet* Schol. Horat. Crucq. I. Od. 2. et Ed. Iunt. ex aliis locis, IV, 482. VI, 798, ait Heinsius; at h. l. aliter habere scriptos. Neque tamen satis placet τὸ *tollit.* Saltem est, βαστάζει, pro sustulit, sublatum humeris fulcit, portat. 142 *findit* Dorvill. *ab imo* Goth. sec. 144 *memet ipse* codd. Burm., qui infimi loci libros habuit: etiam aliquot Pier. cum Goth. sec. 147 Heins. distinguebat: *Insequitur nos: si p.* minus suaviter. Interpungo post *quae te* (bello insequitur,) eadem gens *bello nos insequitur*; nos si pellant — *pellat* duo Heins. *adfore* Medic. (*atfore* Medic., sed *t* in *d* mutatur; vid. V. L. ad VII, 498. *Wr.*) *offore* pr. Moret. a m. pr. pro obfore, ex *affore*, quod alii scribunt, ut Gothani. 149 *quodque supra* Ed. Iunt. *abluit* aliquot Pier. et Burmann. (vid. etiam Cort. ad Lucan. VI, 810. *Wr.*)

dem, quam Teucer tum tenebat, advectus est; Dardanus ibi Dardanum urbem condidit, Ilus autem filius Ilium; hactenus itaque poeta dicere potuit: *Iliacae primus pater urbis et auctor.* (Insigniter vero lapsus est poeta, qui Aenean hoc dicentem faciat: *ut Graii perhibent. Wr.*)

143 — 145. Praeclari versus. Hunc amo amplectorque Aeneam! Iunge: *non pepigi tentamenta tui prima per legatos neque per artem;* non prius te tentavi per legatos et callida consilia. *pangere* proprie non est pacisci, sed figere, constituere, facere; ex eo, quod *pangi*, figi, dicuntur ea, quae decreta sunt, etiam sunt pacta. *per artem* ad consilia cauta et callida spectare, quibus alterius voluntatem vel exploramus vel captamus, quis non videat? Burm. tamen eo devenit, ut *per epistolam* interpretaretur. (*me ipse* ex probatae Latinitatis more, de quo primus exposuit Hoffmannus in *Iahrbuecher fuer Philolog. u. Paedagog.* a Iahn. edit. Vol. VII.

Digitized by Google

Adcipe, daque fidem. Sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, et rebus spectata iuventus.
Dixerat Aeneas. Ille os, oculosque loquentis
Iam dudum, et totum lustrabat lumine corpus.
Tum sic pauca refert: Ut te, fortissime Teucrum,
Adcipio adgnoscoque libens! ut verba parentis,
Et vocem Anchisae magni voltumque recordor!
Nam memini Hesionae visentem regna sororis
Laomedontiaden Priamum, Salamina petentem,
Protenus Arcadiae gelidos invisere finis.
Tum mihi prima genas vestibat flore iuventa;

151 *e rebus* aliquot Pier. (*exspectata* 2. 3. *Wr.*) 152 *osque ocul.* Leid., quod Cuningham. coniiciebat. *Iste os* Witt. 153 *l. l. pectus* Witt. a m. pr. 154 *Tunc* ante Heins. (*Tunc* 3. 8. 11. cum Palat. *Wr.*) *iustissime* Exc. Burmann. 155 *Adspicio* aliquot Pier. et ed. Ven. (*vera*, sed superscripta *b*, Medic. *Wr.*) 157 *Hesiones* (ut est in Palat. *Wr.*) ante Heins., quem vide. *Hesione* al. *Hisionae* Rom. *Hesionis* Goth. sec. (Medic. *Hesione*, sed superscripta *n*, ut fiat *Hesionen*. *Wr.*) 158 *Laomedontiadem* alii, praeter edd. vett. Macrob. cum Goth. pr. et v. 162 alter. (adde Arusianum p. 245. edit. Lindem. *Wr.*) 159 *Protinus* Pier. et al., ut alibi, h. l. est porro, ulterius pergendo. Ceterum offendit *visentem invisere*. Vidit hoc idem sagax vir, Iac. Bryant, qui totum versum sublatum esse malit, quippe otiosum ad sensum, et ingrato modo interpellantem reliqua. Verum; si id feceris, ad sententiam explendam senties aliquid deficere. 160 *Cum* Ven. *vesteibat* codd. Pier., quem vide. *iuventus*, *iuventas*, variant codd. Pier. et Heins. (Eadem varietas Ge. III, 63. Aen. V, 398. Et Medic. cum castigatioribus Heins. magno numero, ad quos accedunt 5. 8. 9. 10., praebent *iuventas*, quod restitui iubet Wakef. ad Lucret. V, 672; *iuventa* exstat in Palat. et 2. 3., quod interim, propter praegressum *genas*, retinui. *Wr.*)

fasc. I. p. 34 sq., fere i. q. *ego me ipsum;* Cic. Ep. ad Fam. IV, 8.: „Non ita abundo ingenio, ut te consoler, quum ipse me non possim.“ Aliter hoc explicueram Q. V. XVIII, 2, *s*, *β*. *Wr.*) *meum obieci caput*. Etiam Gr. Σφὰς γὰρ παρθέμενοι κεφαλὰς Odyss. *β*, 237 et ψυχὰς παρθέμενοι Odyss. *γ*, 74 et al. conf. Quintus Cal. XII, 65. *gens Daunia*, Rutuli. vid. in Excurs. VII sub fin. ad lib. VII. Ad sententiam conf. vers. 55 sq. supra. 150. *Accipe daque fidem, foedusque feri bene firmum*. Ennius Ann. I apud Macrob. VII, 1, p. 572.

157 sqq. Hoc vero ingeniosum et elegans est poetae commentum, quo Priamum fingit Salaminem, Hesiones, sororis, Telamoni Herculis sodali nuptae, visendae caussa, hinoque Arcadiam adiisse, ut Euander eius notitiam habere posset. Sane quidem, qui Homerum legerit, facile is in hoc commentum incidat; nam et is recordationem priscorum hominum et rerum ex

Digitized by Google

Mirabarque duces Teucros, mirabar et ipsum
Laomedontiaden: sed cunctis altior ibat
Anchises. Mihi mens iuvenali ardebat amore
Conpellare virum, et dextrae coniungere dextram.
Adcessi, et cupidus Phenei sub moenia duxi.
Ille mihi insignem pharetram Lyciasque sagittas
Discedens chlamydemque auro dedit intertextam,
Frenaque bina, meus quae nunc habet, aurea, Pallas.
Ergo et, quam petitis, iuncta est mihi foedere dextra;
Et, lux quum primum terris se crastina reddet,
Auxilio laetos dimittam, opibusque iuvabo.
Interea sacra haec, quando huc venistis amici,
Annua, quae differre nefas, celebrate faventes

161 *duces Teucrum* Gud. pro diversa lectione, quod ornat Heins. Sic quoque Goth. sec. 163 *iuvenali* e codd. suis et Pier. restituit Heins. pro vulgari, *iuvenili*. (hoc tuentur 7. 9. 11. 12. et Palat. *Wr.*) 164 *dextram et c. dextrae* aliquot Pier. *et dextram c. dextrae* Parrhas. et Erf. *et dextrae iungere dextram* Ven. 165 *Phinei*, *Phoenei*, *Phaenei*, (ut est in Medic. *Wr.*) *Finei*, *Penei*, *Phinci*, aberratt. Est ὁ et ἡ Φενεός. 167 *intertexto* Rom. cum Moret. sec. Rottend. pr. a m. pr. tert. Mentel. Reg. et Exc. Burm. et arridet Heinsio. Scilicet inest aliquid prisci roboris, ὁ τῆς ἀρχαιότητος κίνος. Recepit quoque Wakefield; alterum tamen docte dictum, epitheto translato ad alterum. (*intertexto* etiam a Servio pro diversa lectione commemoratur; sed recte idem: „Figurate dictum est, intertextum aurum habentem." *Wr.*) 169 *et* erasum Dorvill. *et nunc quam* Leid. *quae* Montalb. 170 *lux quam* Bigot. *terris primum* Leid. 171 *tutos* aliquot Pier. tresque Burmann. *demittam* Ed. Iunt. 172 *s. huc quando v.* Menag. pr. 173 *Annue* alter Hamb. *celebrare* alter Menag.

prisco hospitio repetit; v. c. Iliad. γ, 205 sqq. et aliis locis; sed facere hoc debito loco ac tempore, id vero est, quod ingenium poetae commendare debet. (*visentem*, invisere volentem; vid. V. L. ad X, 801. *Wr.*) 160. *vestibat flore*, πύκασεν. A Marone sumserunt multi. cf. Cerda. Fundus in Homero Odyss. λ, 318. 319. 165. *Pheneum* posuit priscam Arcadiae urbem (Iliad. β, 605) passimque in fabulis, Herculis maxime, memoratam, tamquam sedem maiorum. 166. ex noto ritu τῶν ξενίων, munerum hospitalium, Iliad. ζ, 219 et al., ex quorum pretio et arte tanto maior honos accrescebat ei, qui ea acceperat. 171. *opibusque*. Serv. *id est militibus; opes antiqui vocabant milites.* Potest hoc ita se habere. Sed poeta posuit genus: *auxilium* et *opes* h. ea, quibus ad bellum gerendum Troiani instrui et ornari pot-

Digitized by Google

Nobiscum, et iam nunc sociorum adsuescite mensis.
Haec ubi dicta, dapes iubet et sublata reponi
Pocula, gramineoque viros locat ipse sedili;
Praecipuumque toro et villosi pelle leonis
Adcipit Aenean, solioque invitat acerno.
Tum lecti iuvenes certatim araeque sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum, onerantque canistris
Dona laboratae Cereris, Bacchumque ministrant.
Vescitur Aeneas, simul et Troiana iuventus,
Perpetui tergo bovis et lustralibus extis.

174 *ac iam* Goth. tert. *iam* abest Parrhas. 176 Versum recitat Macrob. III, 5. extr. et addit: *nam propria observatio est in Herculis sacris, epulari sedentes.* 177 *Principioque* Menag. pr. 179 *laeti* tres Burm. cum uno Goth. 180 *ferant* pr. Mentel. 181 *frequentant* Ed. Ven. (— 182. Non post *Aeneas*, sed post *simul* distinguendum videri, dixi ad I, 144. In Mediceo tamen post *Aeneas* interpungitur. *Wr.*) 183 *Perpetuo* Goth. tert., ex interpret. Est enim ipsum tergum, quod longe porrectum est, significanter ita dictum.

erant. 172 sqq. Color similis narrationis Odyss. γ, 34 sqq. et iterum δ, 48 sqq.

177. Nolim iungere *praecipuum toro*, quod impedit reliqua; sed *accipit praecipuum*; reliquos Aeneae socios in gramine collocat, Aeneam autem, praecipuum et principem inter eos, collocat in solio ex acere, cui torus est impositus pelle leonis instratus. cf. inf. 367. 368. (Non video, quid impediat, quominus iungas *praecipuum toro*; et ita haec iunxisse Silius videtur, Virgilii vestigia secutus XI, 275 sq.: „Praecipuis multoque procul splendentibus ostro Accipitur sublime toris.“ *Wr.*) *invitat solio*, ad solium, ut tot alia, v. c. *moenibus* inf. IX, 676. Tum 179. *arae sacerdos*, non enim templum erat Herculis, sed ara, maxima dicta. cf. inf. 269 sq. 181. Onerant canistra donis *laboratae Cereris*, frumenti πεπονημένου pro ἐκπονηθέντος, elaborati, labore confecti panis; (De structura orationis vid. Not. ad I, 195. *Wr.*) *viscera* autem sunt pro carnibus. 183. *Perpetui tergo bovis* expressit Homericum Νῶτα διηνεκῆ, Iliad. η, 321. Odyss. ξ, 437, ubi Aiax et Ulysses eodem modo praecipuae portionis honore excipiuntur. *lustratibus extis.* Multa perperam tradunt Serv. et alii; sed aliter accipi vix possunt quam quod eorum usus aliquis praecipuus in lustrationibus erat: non quidem tum, nam heroicis temporibus in epulis sacris exta apponebantur, ut

Digitized by Google

Postquam exemta fames, et amor conpressus edendi,
Rex Euandrus ait: Non haec sollemnia nobis,
Has ex more dapes, hanc tanti numinis aram
Vana superstitio veterumque ignara deorum
Inposuit: saevis, hospes Troiane, periclis
Servati facimus, meritosque novamus honores.
Iam primum saxis suspensam hanc adspice rupem:
Disiectae procul ut moles, desertaque montis
Stat domus, et scopuli ingentem traxere ruinam.
Hic spelunca fuit, vasto submota recessu;

184 *comprensus* Rom. apud Pier. 185 *Euander* pauci: v. Pier. *Euandros* duo Burm. 186 *tanti nominis aram* malit Cerda; quia *ara maxima* v. 271. 187 *veterumve* ante Heins. conf. Pier.; sicque omnes Goth. cum Erf. (et Palat. At *veterumque* Medic. Rom. Gud. cum aliis, etiam 3. 8. 11. et Lactant. l. infra laud., quod defendes ex iis, quae Q. V. XXXVI, 10. scripsimus. *Wr.*) Donatum suspicor *veterumque ignara parentum* legisse; sed recte *deorum* se habet; non novam hanc esse ait religionem et a priscorum *deorum* cultu temere recedentem. (At re vera fuit nova; neque excusatione opus esset Euandro, si non esset nova atque insolita haec superstitio. Itaque ego haec ita accipienda puto: non ita comparata est nova haec religio, ut veteres deos despicatui habeamus; non facimus nova haec et insolita sacra, quasi contemnamus veteres deos prae Hercule. Et respici videtur praecipue ad aram illam maximam, quanta nulli praeterea deo exstrui solebat. Hinc vs. 189. verbum *novamus* et ipsum proprie intelligo, ut de novis et antea non usitatis honoribus. *Wr.*) Bene exponit locum Lactant. IV Inst. 28. 188 *hostes* Franc. *h. servata* pr. Menag. 189 *S. colimus* Menag. pr. *meritos sacramus* Dorvill. et Exc. Burmann. *renovamus* pr. Moret. *novare* bene dictum de sacro anniversario. 190 *Iam pridem* unus pervetus Pierii (est is Romanus) cum Palatino ap. Benedictum, et pars Heins. *accipe* Franc. a m. pr. *Hanc primum s. s. suspice r.* Serv. ad I Aen. 438. 191 *deiectae* Rom. et Palat. idem, perperam. conf. I Ge. 283. conf. inf. 355. *disiecta est p.* Goth. sec. 192 *texere* duo Burm. 193 *Haec* qu. Moret. *huic* Ven.

h. l., sequentibus tamen aetatibus, quibus exta inspiciebantur et cremabantur; a Romanis autem etiam in sacris expiatoriis immolari ea solita esse, satis constat: v. c. in Fordicidiis Ovid. Fast. IV, 637. 638. 670 sq. *Lustralem facem* et similia comparat Barth. ad Stat. Theb. I, 507.

184. *amor edendi*, quis non videt Homericum ἔρον ἐδητύος. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο. 187. *vana superstitio*, deserens priscorum deorum cultum, a vetere religione desciscens, et *vana*, temere innovata, nullo certo animi iudicio. 189. *novamus* dictum de sacro anniversario. (sed vid. V. L. ad vs. 187. *Wr.*) Sacrum igitur fit *Herculi Servatori*, Σωτῆρι, Ἀλεξικάκῳ.

Digitized by Google

Semihominis Caci facies quam dira tenebat,
Solis inadcessam radiis; semperque recenti
Caede tepebat humus; foribusque adfixa superbis
Ora virum tristi pendebant pallida tabo.
Huic monstro Volcanus erat pater; illius atros
Ore vomens ignis, magna se mole ferebat.
Adtulit et nobis aliquando optantibus aetas
Auxilium adventumque dei. Nam maxumus ultor,

194 Interpunxi post Ruaeum et alios: *Semihominis Caci facies quam dira t.*, ut sit *facies Caci* pro Caco. cf. inf. 298. VI, 575 et Burmann. h. l. Vulgo interpungebatur, *Hic spelunca fuit — Semihominis Caci: facies quam dira tenebat*; ita sententia est: *cuius speluncae facies erat dira.* (Ita, post *Caci*, interpungitur etiam in Mediceo; quae distinctio hoc incommodi habet, quod ita fit, ut verba *Solis inadcessam radiis* explicationis loco subiiciantur his „*quam dira tenebat facies*;" at non id in ea spelunca fuit praecipue dirum dicendum, quod non collustraretur solis lumine. *Wr.*) *quem d.* sec. Moret. *tenebat* revocavit Heins., alii cum Rom. *tegebat*; ut sit: *facies quam dira tegebat*, quod et Cuningham. praetulit. (*tenebat* plerique vetustiores Heins.; eaque est altera lectio Medicei, prior *tegebat*, quod exstat etiam in 3. 7. 8. 9. *Wr.*) 195 *inaccensam* duo Heins. *inaccesam* Franc. *inadspectam* Schol. Statii Theb. I, 362, quod non displicebat Burmanno. (Sed non memini me hoc voc. apud quemquam antiquiorem poetam legere. *Wr.*) 196 *que* abest Medic. Pierii et aliquot Heins. *for. suspensa sup.* aliquot Pier., ex interpretatione. 197 *squallida* Medic. a m. pr. Coniecit quoque *squalida* Bentl. ad Lucan. II, 165. (Bene tuetur *pallida* Iahnius. Apud Fogginium quidem nullum est eius lectionis, quam Burmannus ab Heinsio in Mediceo inventam scribit, vestigium; et si vere in eo cod. ita exstat, refutatur haec lectio per geminatam literam *l*, quum simplici *l* in voc. *squalidus* Virgilium usum esse, probat constans in ipso Mediceo scriptura *squalens*, *squalor*. *Wr.*) 198 *Huic Volcanus erat monstro* malebat Cuningham. Itane poetae variare numeros non licebit? *atrox* Franc. 201 *adventus* neminem maluisse miror. *m. heros* aliquot Pier.

193 sqq. De Caco fabula Italorum domestica fuit: ornata a poetis Romanis variis modis. Conferant, qui volent, Ovid. Fast. I, 543 sqq. Propert. IV El. 9. Liv. I, 7. qui locus huic nostro simillimus est, Dionys. I, 39: Alia ac diversa leguntur apud Solinum et apud Tzetzam Chil. V, c. 21 e Dione. Traxere ex Virgilio suas descriptiones, Amyci Valerius Fl. IV, 177 sqq. et serpentis ad Bagradam a Regulo occisi Silius VI, 146 sqq. Ut autem poeta pro episodio fabulam adhibere posset, veniam dabat carminis consilium Romanorum originibus et nomini consulturi. Nam a Caco interemto sacri Herculi ad *aram maximam* fieri soliti origo repetita. cf. inf. 269 sq. Liv. l. l. et alii.

194. *facies Caci*, Cacus facie dira. conf. Var. Lect. 196. *superbus* Maroni est saevus, atrox. h. l. a Caco translatum ad fores

Digitized by Google

Tergemini nece Geryonae spoliisque superbus,
Alcides aderat, taurosque hac victor agebat
Ingentis; vallemque boves amnemque tenebant.
At furiis Caci mens effera, ne quid inausum
Aut intractatum scelerisve dolive fuisset,

202 *Geryonae* (ut exstat in 5. 8. 11. *Wr.*) vindicavit Heins. post Guellium, meliorum codd. auctoritate: ex *Γηρυόνης*. Vulgo *Geryonis*, ex *Γηρυών*. *Geryoni* Rom. (quod ortum est ex *Geryone*, ut est in Mediceo; infinitis enim locis *e*, maxime in fine vocabulorum, in *i*, literam quippe parvo discrimine in antiquissimis libris ab illa diversam, abiit. *Geryone* autem idem, quod *Geryonae*; atque *e* pro *ae* admodum crebro in veteribus codd. scribitur, ut paulo ante vs. 157. *Geryones* 2. et 3., i. e. *Geryone*, adscita, ut fieri assolet, *s* e proximo voc. Denique in Mediceo, sed a recentiore, ut Fogginio videtur, manu, superscriptum *is*, ut exsistat *Geryonis*, quod Palat. tuetur. *Wr.*) 203 *huc* Franc. a m. pr. cum Goth. tert. et Erf. 205 *furis* retraxit Burm. pro *furiis*, quod Heins. defenderat. Codicum quidem auctoritas utramque lectionem tuetur, priorem inprimis Servius, eamque probarunt Stephanus, Broukhus. et Marklandus cum Burmanno; quae tamen hic affert, levia sunt. Dicuntur *ferus* et *efferus* promiscue cum et sine adiecto casu. Equidem *furiis efferus* praefero: primum, quod poetico ornatui hoc consentaneum; *furis* vero vocabulum epica gravitate indignum (leve hoc quidem argumentum. *Wr.*) et exile. Tum *furiis* in *furis* mutatio prona fuit, e vetere scriptura; non item inversa ratione. Tandem in *furiis* conspirant Rom. et Medic., principes diversarum sectarum: *furis* in recentioribus regnat, ut in tribus Goth. (cum 2. 7. 9. 10. 11. 12. *Wr.*) 206 *intractatum* Rom. et Medic. Pierii, cum Gud. et tribus aliis Heins., quod placebat viris doctis, iam olim Benedicto, quia *tractare* et *contrectare* de furibus proprie dicuntur. Recte quidem; sed alienae istae ab h. l. argutiae; ante Heins. erat vulgatum: *intentatum*: hoc habet Medic. a m. sec. et pars codd.; (*intractatum* fuit prior lectio Medicei, literis *r* et *a* transfossis quidem, sed a manu recentissima; *intemptatum* est altera eiusdem lectio, quae interpretamentum sapit; *intentatum* 7. 9. 10., quod *ταυτολόγον* esse dicit Nobbius in *Syntagm. locor. parallel.* p. 84.; sed, quod peius est, *inausum* est gravius, quam *intentatum*; hoc rem cum aliquo labore, illud rem et cum labore saepe et semper cum periculo iunctam significat. *Wr.*) si *intentatum* a poeta profectum non est, saltem alterum eo sensu est

specus. 199. *magna se mole ferebat*, simpl. ad habitum corporis vastamque speciem refero, pro, *incedebat;* sed assumsit notionem vasti corporis; id quod ad *ἐναργειαν* facit.

202. Cf. sup. VII, 661 sqq. Herculis nomen variis Italorum fabulis implicuit antiquitas; et peragratae ab Hercule Italiae vestigia ubique ostentabant. cf. sup. Excurs. XIV f. lib. III. Quid? quod adeo *via Herculea* inde ab Italia usque ad Celticam fuisse narratur: Mirab. Audit. 86 et 100. 208. *Avertit*, abigit, ut I, 527 *raptas ad littora vertere praedas;* tum *intractatum* pro vulgari: intentatum; nam iunctum *τῷ inausum*. (*inausum* ita fere differt ab *intractatum*, ut consilium ab effectu; vid. etiam

Digitized by Google

Quatuor a stabulis praestanti corpore tauros
Avertit, totidem forma superante iuvencas.
Atque hos, ne qua forent pedibus vestigia rectis,
Cauda in speluncam tractos, versisque viarum
Indiciis raptos, saxo occultabat opaco.
Quaerenti nulla ad speluncam signa ferebant.
Interea, quum iam stabulis saturata moveret
Amphitryoniades armenta, abitumque pararet,
Discessu mugire boves, atque omne querelis
Inpleri nemus, et colles clamore relinqui.

accipiendum. *fuissent* Medic. et Gud. uterque a m. pr. *tulisset* alter Hamb. Sane *fuisset* dictum pro *esset*. (*fuisset* convenit narrantis Euandri, *esset* tale consilium animo volventis Caci personae; id quod etiam Iahnius ad VI, 754. videtur significare voluisse. *Wr.*) Wakefield, qui (ex imitatione Probae Falconiae Cent. Virgil. vs. 184. et, ut videri potest, Martialis II, 14, 1. *Wr.*) *intentatum* recepit, dubitat quoque, an non *relinquat* reponendum sit. 208 *Advertit* Dorvill. 209 *Atque has* Ven. *ferent* pr. Moret. *v. certis* Parrhas. 210 *tauros* pro *tractos* sphalma Goth. tert. 211 *raptos* post *tractos* tautologum esse censens Wakefield non modo coniicit, sed et reponit: *Indiciis, raptor saxo occ.* ut apud Propert. IV, 9, 9 *Incola Cacus erat, metuendo raptor ab antro.* 212 *Quaerentem* (ut exstat in Palat. *Wr.*) vulgo inde a priscis edd. lectum. *quaerenti* Heins. adoptavit e Medic. aliisque, ut *ferebant* sit, *se ferebant*. *quaerentis* Rom. et alii Pier., quod et Heinsius suspicatur ab initio fuisse in libris exaratum. *quaerentes* Gud. a m. sec. cum tribus Heins. (item 3. *Wr.*) *quaerente* Medic. Pierii. An *quaerentum*, quod Burmann. praescripsit, ullibi legatur, non invenio. (Signa eodem modo, quo via, ferre sive ducere dicuntur, quod pro *se ferre* dici non recte contendit Heynius; nec per ἐφέροντο, sed per ἔφερον, reddendum erat. Iam *Quaerenti nulla signa ad spel. ferebant*, i. e. quaerenti nulla ad speluncam ferentia signa apparebant. *Wr.*) Versum forte abesse posse, concedo. At Wakefield pro adulterino etiam habet. 213 *movebat* Ven. 214 *habitumque* duo Burm. *parabat* Medic. a m. pr. (est ea prior lectio. *Wr.*) *pararat* qu. Moret. *pararent* Rom. 215 *Discessum* Gud. 216 *relinquit* Goth. tert. *reliquit* sec. *colles relicti*, (scil. *impleri clamore*) coni. Io. Schrader.

V. L. *Wr.*) *a stabulis* autem, a pascuis, in quibus procubuerant: ut αὐλή. Iterum sic v. 213. (— 208. *forma superante*, i. q. forma superantes, egregias, excellentes. Supra V, 473.: „victor superans animis.“ *Wr.*) 209. 210. Hoc a Mercurii furtis adumbratum. vid. Homer. Hymn. in Mercur. vss. 69 seqq. 75. 76. *versa viarum indicia*, sunt vestigia pedum. *ferebant* se. ἐφέροντο, ut modo 199 vel, nulla vestigia vocabant quaerentem ad speluncam. (sed vid. V. L. *Wr.*)

216. Herculem cum armentis puta progressum iam ab altera montis parte processisse. *colles clamore relinqui*, h. a bubus;

Digitized by Google

Reddidit una boum vocem, vastoque sub antro
Mugiit, et Caci spem custodita fefellit.
Hic vero Alcidae furiis exarserat atro
Felle dolor: rapit arma manu nodisque gravatum
Robur; et aerii cursu petit ardua montis.
Tum primum nostri Cacum videre timentem
Turbatumque oculis. Fugit ilicet ocior Euro,

221. ET AETHERII

218 *Mugit* Rom., aliquot Pier. et Menag. alter. 219 *Alcides* Ven. *antro* Rom. *f. exardet* vel *exarsit et atro Felle dolor*: malebat Dorvill., nec male; etsi durior illa structura, duplici auferendi casu iuxta apposito, non infrequens est: *furiis*, per furias, propter iram. 221 *Robor* Gud. et Mentel. pr. *aetherii* novavit Burm. pro *aerii*, quod alii habent. (aerii montes, non aetherii, appellari solent; vid. Ecl. VIII, 59. Ge. III, 474. Aen. III, 291. VI, 234.; aetherius unus Olympus, Aen. VI, 579. VIII, 319. X, 621. XI, 867. Quare *aerium verticem* Tauro monti Tibull. I, 7, 15. recte restituit Huschk., quem vide; adde Weichert. Commentat. III. *De L. Vario Poeta* pag. 27. Et nostro quidem loco *aetherii* ex vocc. *et aerii* conflatum esse manifesto arguit Medicei scriptura, in quo a m. pr. scriptum fuit *Robur aetherii*. Iam transfossis, priore quidem, quod neminem morari debet, a manu recentiore, literis *a* et *h*, mediae voci superscripta est *a*, unde efficitur vera lectio *et aerii*, quam etiam Iahnius revocavit. *Wr.*) 222 *trementem* tres Burm. 223 *oculi* novatum erat a Burmanno. Sic duo Heins., Bigot. et pro var. lect. Servius. Probat quoque Wakefield. *oculos* Gud., quod Heinsio merito arridebat. *oculis* vulgo ubique legitur, quod utique amplector, etiam tamquam magis epicum, pro vulgari: *nostri homines viderunt eum turbatos oculos habentem*. Argutatur Burm., dum *turbatus* solum sic sufficere dicat: Lucan. III, 356 *quum turbato iam prodita vultu Ira ducis*. Sic enim *turbatus animo*, et *animi*. Nec aliter Graeci: ταραχθεὶς τῷ ὀφθαλμῷ. *Turbari* autem non modo ira, amore, furore, verum et timore a poeta aliquis dicitur. *fugit illico* Montalb. *illico et* Goth. sec.

superari boum mugitu: ut bene Burm. exposuit; ut ultra colles procederet auditus mugitus et usque ad Caci speluncam perveniret. Ita passim *relinquimus* eum, quem superamus, inprimis cursu, et *loca relinquimus*, per quae transimus, adeoque clamor relinquit montes, quos superat, ultra quos auditur. Haec usu loquendi et analogia defenduntur, dura tamen esse, sensus cuiusque docet. Alias esse possit dictum de clamore a colle resiliente adeoque ex impulsu eum relinquente; nam collis remittit clamorem; clamor ita eum relinquit. Obvia magis, tenuis tamen est oratio, si accipias: (et ita utique accipe. *Wr.*) *colles relinqui* a bubus discedentibus cum *clamore*. Praeferas tamen cum Servio; sic quoque I, 519 *et templum magno clamore*

Digitized by Google

Speluncamque petit; pedibus timor addidit alas.
Ut sese inclusit, ruptisque inmane catenis
Deiecit saxum, ferro quod et arte paterna
Pendebat, fultosque emuniit obiice postes:
Ecce furens animis aderat Tirynthius; omnemque
Adcessum lustrans huc ora ferebat et illuc,
Dentibus infrendens. Ter totum fervidus ira
Lustrat Aventini montem; ter saxea tentat
Limina nequidquam; ter fessus valle resedit.
Stabat acuta silex, praecisis undique saxis
Speluncae dorso insurgens, altissima visu;
Dirarum nidis domus opportuna volucrum.
Hanc, ut prona iugo laevum incumbebat ad amnem,
Dexter in adversum nitens concussit, et imis

233. SAXIS,

225 *includit* Goth. sec. *que* abest Parrhas. 226 *Obiecit* Leid. 227 *obice* al., ex more. *obiece* Ed. Mediol. *emunit* Rom. 228 *animi* Leid. *que* in fine aberat aliquot Pier. et Goth. tert. (et omissam copulam vult Nobbius in *Syntagm. Locor. parallelor.* p. 85., recte eandem tuente Weicherto in *Commentat. de versu poetar. epicor. hypermetro* p. 22. *Wr.*) 230 *tunc totum* Menag. pr. *frendens* Rom. 231 *Aventinum* tert. Rottend. pro div. lect. et Oudart., sed alterum doctius: ut *fons Timavi, urbs Buthroti*, quae Serv. laudat; conf. Burm. 232 Mire distinguebant aliqui ap. Serv. *ter s. t. limina: nequicquam ter: f. v. r.* (in Mediceo sic interpungitur: *Limina nequidquam · ter · fessus* cet. *Wr.*) 233 *praeruptis* Dorvill., a m. sec. interpolatrice. (Iunge *insurgens dorso saxis praecisis*; quare interpunctionem post *saxis*, auctore etiam Mediceo, sustuli. *Wr.*) 234 *incumbens* Menag. pr. et Parrhas. cum Goth. sec. e seqq. v. 236. 236 *impendebat* tert. Rottend. *in amnem* Rufinian. in Schem. Lex. p. 255. 237 *Dextera* alter Hamb. *convulsit* Goth. sec.

petebant, quidni poeta quoque dixerit, cum desiderio et clamore reliquisse armenta loca, colles, a quibus discedebant. 219. *furiis*, per furias, iram. (*exarserat*, vid. Not. ad XII, 430. *Wr.*) 220. *arma* sunt ipsa clava, de qua seqq.

226. *ferro et arte paterna*, catenis ferreis a Vulcano elaboratis suspensum erat saxum, quod demisit et aditum obstruxit, *postes fultos emuniit*, ornate pro muniit fores, *obiice*, saxo illo obiecto pro obice: quod idem vs. 231. *saxea limina*. (*fultos obiice*, Ovid. A. A. II, 244.: „apposita ianua fulta sera.“ vid. Heyn. et Wunderl. Observ. in Tibull. I, 2, 6. *Wr.*) Catenas ferreas ab usu istius saeculi alienas bene temperavit poeta adiecta artis Vulcani memoratione.

Digitized by Google

Avolsam solvit radicibus; inde repente
Inpulit: inpulsu quo maxumus intonat aether;
Dissultant ripae, refluitque exterritus amnis.
At specus et Caci detecta adparuit ingens
Regia, et umbrosae penitus patuere cavernae:
Non secus, ac si qua penitus vi terra dehiscens
Infernas reseret sedes, et regna recludat

239. INSONAT

238 *Advolsam* Medic. (a m. pr. *Wr.*) *Evulsam* Leid.; conf. III, 575. *volvit* tert. Mentel. (*Av. evolvit rad.* poetam scripsisse putat Wakef. ad Lucret. VI, 140. *Wr.*) *solidis radicibus* Parrhas. 239 *impulso* Mentel. alter. *intonat* aliquot Pier. et Heins.; et sic editum a Cuningham. (idem praefert Wakef. ad Lucret. V, 474. Et praebet *intonat* Mediceus cum Gudiano aliisque paucis, in quibus 12. Iam quum *intonare* sonum significet fragosum et abruptum, qualis est ruentis alicuius molis, hoc utique revocandum existimavi; vid. V. L. ad VII, 515. Hinc etiam de milite occiso IX, 709.: „clipeum super intonat ingens." Vulgatam tuetur Cort. ad Lucan. V, 633. *Wr.*) *aer* Ven. 240 *que* abest aliquot Heins. 241 *Ac* Ven. *ut* Moret. sec. *deiecta* Goth. tert. 242 *catervae* Goth. sec. Non placet repetita in binis versibus vox *penitus*. Priore loco *late* non male substituebat Schrader. ex Ennii versu, quem vid. in Nota. (Confert poeta miraculo miraculum, ut non sine vi repetita hic videatur vox *penitus*; vid. praeterea V. L. ad VI, 901. et Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 98. Not. *Wr.*) 243 *Nec s.* Goth. tert. 244 *reserat* et *recludit* pars Pier. et Heins., quod praeferam in poeta. (Coniunctivos et ratio postulat, et, quod vs. 246. legitur, *Cernatur*. Orta reliqua diversitas ex corrupto et ad sonum Verbi *recludat* accommodato *reserat*; vid. Q. V. VI, 1. *reserat* etiam Rom. cum 2. 5. 8 11., eadem est altera lectio Medicei, prior *reseret*. *Wr.*) *aperit s. ac r.* Parrhas. et Gud. a m. sec. *recludet* sec. Moret. *recludant* alter Hamb.

236. 237. Stabat saxum, sed prominens, πρηνὲς, ἐπιῤῥεπὲς, in tergo antri versus Tiberim, et in ripa fluvii ita situm, ut ad laevam ei amnis esset; amni ex adverso, ita ut a dextra ripa ei esset, stetit Hercules et saxum labefactavit, ita ut illud in amnem prolaberetur. 242. *regia* ut de Aeoli antro *aula* lib. I, 140 Serv. Ornavit autem Ennianum versum: *Tum cava sub montem late specus intu' patebat.*

243 sqq. Ex Iliad. υ, 61 sqq. esse adumbratos versus, monitum satis post Macrob. V, 16. Illud addam: Homerica esse longe graviora, quod ibi inter effectus pugnae deorum numeratur hoc, quod Maro tantum in comparatione posuit; minus autem mirationem faciunt ea, quae in comparatione memorata sunt, quam quae de ipsa re memorata, tamquam effecta, praedicantur. Petiit e nostro Statius Theb. VII, 815 Amphiarao a terra hausto: *ecce alte praeceps humus ore profundo Dissilit, inque vicem timuerunt sidera et umbrae.*

Digitized by Google

Pallida, dis invisa; superque inmane barathrum
Cernatur, trepidentque inmisso lumine Manes.
Ergo insperata deprensum in luce repente,
Inclusumque cavo saxo, atque insueta rudentem,
Desuper Alcides telis premit, omniaque arma
Advocat, et ramis vastisque molaribus instat.
Ille autem, neque enim fuga iam super ulla pericli,
Faucibus ingentem fumum, mirabile dictu,
Evomit, involvitque domum caligine caeca,
Prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro
Fumiferam noctem conmixtis igne tenebris.
Non tulit Alcides animis, seque ipse per ignem

245 *que* abest Ed. Ven. et ex suis membranis rescissum a Brunckio. (vid. Q. V. XII, 15. *Wr.*) *super* est, superne, desuper. 246 *trepident* Heins. e codd.; vulgo *trepidant*, quod Rom. quoque exhibet: recte, si quid video, modo *que* absit. Abest etiam a Rom. et aliis *que*. Equidem *trepidant immisso*, quod olim erat, praeferam. (idem Menagium videri praetulisse Porsonus in Edit. Virgil. Heyn. Lond. refert. *Wr.*) Verum piget mutare quae incerta sunt et lubrica. (Indicativus abhorret ab hac oratione. Copula, eiecta a Wakef., abest a Mediceo; servant eandem, Pierio et Bottario testibus, Romanus, etiam Palatinus et Serv. Dresd., nec commode omitti probavimus Q. V. XXXIII, 11. *Wr.*) Dorvill. *trepidant admisso*. 247 *in* abest parte codd. Pier. et Heins. 248 *insueta paventem* codices apud Pier. Sed *rudens* est ἐπιβρωμώμενος, ut apud Callim. in Del. 56. *saxoque insueta* Rom. 250 *instant* Lutat. ad Statium apud Burm., perperam. 251 *super u. p. est* vulgo legebatur. (ita exstat in Palat. et 7. 8. 10. 12. *Wr.*) Eiecit *est* Heinsius secundum codd. suos et Pierii. *fuga nunc super illa* Diomedes lib. I ap. Heins. *super illa* Leid. *super illa dabatur* alter Menag. 252 *m. dictu* Goth. tert. 255 *Fumigeram* Menag. pr. Bigot. et Goth. tert. *Flammiferam* ed. Ven. *coniunctis* Montalb.

245. *dis invisa*, argutatur Burmannus post Ruaeum et alios, dum interpretatur non visa, ut *invisus* lib. II Aen. 574. Sed in loco Homerico, quem poeta expressit, v. 65, satis manifesta sunt οἰκία — τά τε στυγέουσι θεοὶπερ h. *abhorrent, aversantur*, δεδοικασι; mox 245 *super* pro desuper. 248. *insueta rudentem*, insolito et horrendo more vociferantem. Comparat Ernesti τὸ ἐπιβρωμᾶσθαι ap. Callimach. in Del. 56. Frequens et obvius apud poetas usus vocum talium a clamore animalium traductarum, quem illustrare nihil attinet. *molaribus* simpl. pro grandibus saxis; sic μύλακες Il. μ, 161; et *rami* quoque pro stipitibus et truncis. Non de clava cogitandum erat, post molares. Ovidius l. c. Fast. I, 570 *Remque ferox* saxis stipitibusque *gerit*.

256. *animis*, prae ira. (*seque ipse*, vid. Q. V. XVIII, 2, s, β. *Wr.*) *undam*. Georg. I,

Digitized by Google

Praecipiti iecit saltu, qua plurimus undam
Fumus agit, nebulaque ingens specus aestuat atra.
Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem
Conripit in nodum conplexus, et angit inhaerens
Elisos oculos, et siccum sanguine guttur.
Panditur extemplo foribus domus atra revolsis,
Abstractaeque boves abiurataeque rapinae
Coelo ostenduntur, pedibusque informe cadaver
Protrahitur. Nequeunt expleri corda tuendo
Terribilis oculos, voltum, villosaque saetis

257. PRAEC. INIECIT

257 *iniecit* Heins. e parte codd. pro vulgari *iecit*, quod Rom. cum aliis tuetur. (Ad Romani cod. auctoritatem gravius accedit Medicei pondus; *iecit* etiam 7. 8. 9. 11. 12.; idque cum Wakef. ad Lucret. V, 1317. praetuli, raram et exquisitam locutionem librariisque parum cognitam amplexus; sic tamen ipse Virgil. infra IX, 712.: „pila, quam iaciunt ponto." X, 683.: „Fluctibus an — *sese* — iaciat mediis." *Wr.*) *eiecit* Hugen. *quo* aliquot Pier. (— 258. *nebulamque* Medic. a m. pr. *Wr.*) 259 *Sic* duo Burm. *moventem* Goth. tert. cum tert. Mentel., quod mire blandiri vidi viro docto, qui recte observabat, *vomere* iam antecessisse, *moventem* autem esse exquisitius et proprium in tali re poetarum verbum. (*moventem* etiam 3. 5. 8. Aliud est autem *incendia movere*, aliud *inc. vomere*; et hoc proprie dicitur de monstris ignem efflantibus. Ceterum post *in* in Medic. a m. pr. *e* insertum fuerat. *Wr.*) *novantem* alter Hamb. 260 *in medium* Bigot. et Goth. tert. *corripit in nodum* male iungit vetus Grammaticus Anthol. Lat. Tom. I lib. I, Ep. 45, 10. 262 *extemplo vel interea* Gud. *reclusis* aliquot Pier. Dorvill. et Oudart. pro var. lect. codices bini recentes et mendosi. *repulsis* Goth. tert. 263 *abstractique b. obiurataeque* Ed. Ven. *adiurataeque* Exc. Burmann. (etiam Medic., sed *d* transfossa. *Wr.*) 264 *immane* Goth. tert. 266 *pilosa* Dorvill.

472 *Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam* — Ornate omnia: *nebulaq. i.* pro, qua parte specus densissimus est fumus; ut *mare, ignis*, aestuat, sic nunc *fumus*. 260. 261. elidit fauces Caci arto brachiorum nodo constricti: ita ut elidantur oculi; more Herculis, quo leo et Antaeus fuere occisi: quem deseruit Propert. IV, 9, 15 (ubi quoque triceps Cacus) cum Ovid. I Fast. 576, ubi clava interimitur Cacus. (cf. Spenc. Polymet. p. 123.) *in nodum* doctius quam nodo, per nodum. *complexus corripit* ornate pro complectitur. 263. *abiuratae rapinae;* respicit epitheton rem supra non memoratam, sed intellectu facilem: Cacum periurio negasse se boves apud se habere. 265. conf. Il. χ, 369 sqq. de Hectore. Exhibent rem duo numi maximi mo-

Digitized by Google

Pectora semiferi, atque exstinctos faucibus ignis.
Ex illo celebratus honos, laetique minores
Servavere diem, primusque Potitius auctor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri. 270

267 *ac* Ven. *semifera* Goth. tert. (altera *i* in *ignis* mutatur in *e* in Medic. *Wr.*) 268 *celebratur* pars Heinsianorum codd. *servatur* Bigot. *servatus* Goth. tert. *honor* ex Prisciano Burm. (vid. V. L. ad Ecl. III, 56. — *minoris* Medic. *Wr.*) 269 *Poticius*, *Potius*, et in Goth. sec. *boetius* erratum. 270 *sacris* Rom. Io. Marius Matius apud Heinsium distinguebat post verba: *custos Pinaria sacri*, ut seqq. *statuit* ad ipsum Herculem referatur, quem alii aram maximam dedicasse aiunt; conf. Ovid. Fast. I, 581. Liv. I, 7. Equidem cum versu 270 finiendam arbitror sententiam, et versus 271. 272 eiiciendos tamquam commentitios et alterum ex altero procusum. Nihil potest esse ieiunius et poeta magis indignum quam: *quae maxima semper Dicetur nobis et erit quae maxima semper.* (Removi asteriscos ab Heynio appictos, quum nihil causae sit, cur hos vss. adventicios censeamus. Exstant hi vss. in omnibus codd., nisi quod in duobus vs. 272. desideratur, quod minime mirum propter communem cum praecedente exitum. Visi tamen hi vss. etiam Nobbio *Syntagm. locor. parallel.* p. 87. languere et non Virgiliani esse; quod mihi, ut etiam Iahnio, secus videtur. Voluit poeta tritum illud *dici haberique* exprimere, quod ille ita expressit, ut, quid vituperem, non inveniam. Et ex his *Dicetur nobis* repetendum est *nobis* ad *erit*; vid. V. L. ad Ecl. VII, 70.; unde haec existit sententia: ara illa et nomen et honorem Maximae apud nos semper tuebitur; nollem autem Nobbium post *Dicetur* interpunxisse. Ac vix est credibile, Virgilium, omnem occasionem rerum Romanarum origines explicandi cupide arripientem, commissurum fuisse, quin loco adeo opportuno originem tam nobilis arae traderet. Ceterum Iahnius superiorum editorum exemplo non incidit in fine vs. 270., quia non liceat Herculis nomen subaudire ad verbum *statuit*. At vid. V. L. ad IX, 733. Neque vero negaverim, iungi versum 271. posse cum superiore; sed quum etiam in altera ratione nihil sit, quod offendat, quumque in Mediceo cod. post *sacri* distinctum videam, nolui punctum ab Heynio positum tollere. *Wr.*)

duli ex aere nobilissimi: alter Antonini Pii, alter M. Aurelii. Pii numus alius est, in quo Hercules ipse ad aram maximam sacrificans exhibetur; et tertius cum Hercule epulum, quod instituerat, celebrante. Occurrunt apud numographos, tum apud Eckhel. in Doctrina num. Vol. VII, p. 29 sq.

268. Hinc sacrum celebrari coepit, quod posteri traditum servarunt, ita ut adhuc anniversarium sollenne agamus. 269 sq. conf. sup. ad v. 193 sqq. Narrata res a Liv. I, 7 et IX, 29, ubi cf. Intpp. Dionys. I, 39. Prop. IV, 9, 67. 68. Tac. Ann. XV, 41. *custos*, antistes, quae curaret sacrum. Aliis a fabulis Macrob. III, 6 haec repetiit. Inversa autem oratio pro: Potitius et Pinarius: seu Potitii et Pinarii. De iis v. loca laudd., ut et de Ara Maxima. In eodem sacro, *capite* erant *aperto*, qui sacra faciebant: unde mox 274. 277 coma frondibus cingitur; Liv. I, 7 *sacra diis aliis Albano ritu, Graeco Herculi, ut ab*

Digitized by Google

Hanc aram luco statuit, quae Maxuma semper
Dicetur nobis, et erit quae maxuma semper.
Quare agite, o iuvenes, tantarum in munere laudum
Cingite fronde comas, et pocula porgite dextris,
Communemque vocate deum, et date vina volentes.
Dixerat: Herculea bicolor quum populus umbra
Velavitque comas, foliisque innexa pependit,
Et sacer inplevit dextram scyphus. Ocius omnes
In mensam laeti libant, divosque precantur.

271. *Hanc 272. *Dicetur

271 *statui* legebat Pomponius: „*Euander instituit: ideo eo loquente melius* statui, *quam* statuit." 272 Hic versus aberat a pr. m. Mentel. pr. et Rottend. sec. At in Leid. finiebatur post *erit*. Markland. ad Stat. III Silv. I, 9 resecabat hemistichium: *et erit quae m. s. et erit quoque* Parrhas. 273 *Ergo agite* Priscianus apud Heins. 274 *fronte* duo Burmann. *comam* alter Leid. *porrigite* duo alii. *spargite* Dorvill. et aliquot Pier. *sumite* Oudart. pro var. lect. *porgite pocula* Goth. tert. 276 *Hercules umbrae* pr. Hamb. 277 *nexa* Gud. a m. pr. 278 *impleras* Bigot. *dextras* alter Hamb. *Et dextram implevit sanctus scyphus* aliquot Pier. 279 *In mensa* aliquot apud Burm. cum Goth. sec. Apud Macrob. III, 11 est censura versus. *In mensam libant* — in hoc errasse Ma-

Euandro instituta erant, facit Romulus; sic quoque Strabo V, p. 352 B (p. 230): caussam afferunt apud Macrob. III, 7 extr. vel quod Graeco ritu sacrum factum, (v. Livius l. l. I, 7 et Strabo V, p. 352. B. C.) vel quod signum Herculis capite opertо esset, sc. exuviis leonis; ne quis adeo in aede dei habitum eius imitaretur. At Romanorum mos erat in sacris *velato* esse *capite:* cuius moris originem a poeta expositam vidimus III, 403 sqq.

273. *tantarum in munere laudum.* Non assequor interpretes, nec Burmannum, qui lib. V, 652 huc vocat, ubi *munus* pro sacro positum est. *Laudes* dicuntur poetis pro virtutibus et strenue factis: ergo *in munere laudum* erit in honorem tanti facinoris, quo de nobis meruit Hercules; cf. sup. 185 sq. (*tant. in munere laud.*, i. e. in sacrificio Herculi ob egregium illud facinus instituto. *Wr.*) 274. Sequitur locus de libatione. *Porgite*, non ut alter alteri ex ordine poculum praebeat, aut omnibus famuli; sed quod libatio fit manu exporrecta et prolato poculo. Mox idem: *date vina. Communem deum* Troianis et Arcadibus, communi foedere iunctis, hospitibus et amicis. vid. vss. 172. 173. 174. Sic accipiendum cum Donato. Aliena multa cumulant Servius et inter-

Digitized by Google

Devexo interea propior fit Vesper Olympo.
Iamque sacerdotes primusque Potitius ibant,
Pellibus in morem cincti, flammasque ferebant.

ronem *cum non in mensam, sed in aram, secundum morem libare debuerint.* vindicat poetam alius vir doctus ibidem; et fuit alius mos Romanorum, alius Graecorum, saltem aetatis heroicae. Locum qui sequitur una cum hymno illustravit vir doct. Car. Aug. Böttiger singulari libello 1789. 281 *ibat* tert. Rottend. 282 *flammam* aliquot Pier., inter quos Rom. *gerebant* Goth. pr. Sane parum placet *ferebant*, *ferunt* trinis vss.; (Non esse haerendum in eiusmodi repetitione, et alibi vidimus, vid. V. L. ad V, 181., et de hoc ipso loco affirmat Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 104. *Wr.*) et quam impedita sit interpretatio versuum *Instaurant epulas et Dona ferunt*, in Notis declaravi; Scilicet si dicere licet quod sentio: hi duo versus a poeta in margine appositi fuisse videntur ad superiora: *Ocius omnes In mensam laeti libant, divosque precantur*: *Instaurant epulas* sq. Duobus versibus h. l. eiectis bene procedit narratio: *Iamque sacerdotes — flammasque ferebant. Tum Salii ad cantus, incensa altaria circum. Populeis adsunt evincti tempora ramis.* (vid. quae in Notis disputavi. *Wr.*)

pretes: Sic XII, 118 *Rutulique viri Teucrique — In medioque focos et dis communibus aras Gramineas* parabant. 276. 277. caput cinxit *populea* corona: quod *populus Alcidae gratissima* et quidem alba; hoc norunt omnes. *bicolor* tamen, variante scilicet candore in foliorum frontibus et tergis. Populo successit usus lauri in sacro Herculis. v. Serv., Macrob. Sat. III, 12 et Cerda. 278. *scyphus* proprie h. l. dictus, in re Herculi sacra: notante Macrobio V, 21.

280. *devexo Olympo;* caelo, circumacto motu diurno, inclinante se, ut II, 250 *Vertitur interea caelum:* ubi vid. Exc. II ad lib. II. 283. Necesse est, si verborum sententias explores, fuisse morem sacrorum, ut sub vesperam sacrum instauraretur, ignis in ara accenderetur a sacerdotibus; utque tum crematis victimae partibus aliae in epulis sacris apponerentur, inde saltatio religiosa cum cantu fieret ad aram. Haec et sqq. ad mensas secundas, atque adeo ad bellaria, convivantium referunt interpretes: quod pro temporum heroicorum ratione nullo modo fieri posse arbitror, inprimis libatione modo facta. Religiosum ritum describi in aperto est, quo ignis in ara instauratur, et circum aram saltatio cum hymno instituitur. Certe sacerdotes *flammas ferebant — Tum Salii ad cantus incensa altaria circum* saltant. Ergo et reliqua eodem referenda, et inter instauratum saltem sacrum epulas quoque instauratas fuisse dicendum, quas easdem inusitato more per *mensam secundam*, seu *mensae secundae dona* declarat. Fatendum tamen, et hac et quavis alia tentata ratione versus 283. 284 nec sensu nec structura satis congruere: etiamsi dixeris, antiqui sacri morem a poeta describi, qui nonnulla singularia habuerit: ita *pellibus in morem cincti:* Ergo ex vita antiqua,

Digitized by Google

Instaurant epulas, et mensae grata secundae
Dona ferunt, cumulantque oneratis lancibus aras.
283. *INSTAURANT 284. *DONA

283 *Instaurantque* Gud. a m. pr. In Menag. pr. hic ordo erat versuum 285. 286. 283. 284. Versus hos importunos, quocunque te vertas, eiiciendos esse, patebit e Nota. (ubi servandos esse censui. *Wr.*)

qua pellibus incincti esse solebant homines, mansit hic mos sacri in Lupercis; uti 285 Salii huic sacro adhibiti sunt. — *oneratis lancibus* ad turis copiam refert Cerda; sane tus etiam lance apportabatur, non modo acerra. cf. Ovid. IV Pont. 9, 33. Servius exta h. l. lancibus apponi ait: idque sequi praestat. Ita dum exta cremantur in ara, epulae interea instaurantur. *Instauratas epulas* supra vidimus lib. VII, ubi crustis iam comesis Aeneas vs. 133 *Nunc pateras libate Iovi*, et 146 *Certatim instaurant epulas:* quod ad solam libationem spectare videtur: sicque Od. ε, 388 seq., ubi Nestor de sacro domum redux assidet cum suis et libationem facit: sed nullas epulas secundas. (Sustuli asteriscos, quibus Heynius hos vss. notavit, iubente etiam Weicherto *De Verss. inius. susp.* p. 98 sqq., quocum de sentit Iahnius. Inprimis vero cavendum, ne adversus eiusmodi locos, rem aliquam prisca vetustate obscuratam exhibentes, criticam calidius exerceamus; quid autem obscurius antiquissimarum religionum ritibus atque caerimoniis? Quare ne Saliorum quidem mentionem, qua offensus Weichertus l. l. *Tunc alii* vs. 285. pro *Tum Salii* scripsisse Virgilium putat, non ferendum existimaverim. Quod genus sacerdotum si iam ante Romam conditam, ut visum est quibusdam, in urbibus Italiae exstitit, non reprehendemus eos, qui id a Numa demum ad solius Martis cultum adscitum esse, Virgilium autem tempora illo rege antiquiora respexisse iudicant. Heynium quidem, Saliorum nomen commune sacerdotum olim fuisse coniicientem, ita refutatum ivit Weichertus, ut diceret, idem hoc esse, ac si poeta dixisset: *Iamque sacerdotes ibant; Tum sacerdotes adsunt.* Cui respondet Censor eius in *Diar. lit. Halens.* 1819. n. 101. p. 811. a Iahn. laud.: Salios dici videri saltantes sacerdotes, et opponi sacerdotibus sacrificantibus. Quum autem primae epulae factae fuerant meridionali tempore, vid. vs. 97., vespere, vid. vs. 280., alteras fieri, seu instaurari, non mirer equidem; ac vid. l. VII. ab Heyn. iam laud.; et solebant sacrificia, vid. vss. 282. et 285., non sine epulis institui. Nam quod Weichertus instaurari epulas dicit, quia illae, quibus Aeneas cum sociis interfuerit, omissae sint, refellitur vs. 110.: „Audax quos rumpere Pallas Sacra vetat.“ Nec illud me offendit,

Digitized by Google

Tum Salii ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt evincti tempora ramis;
Hic iuvenum chorus, ille senum; qui carmine laudes

285. CANTUS, CIRCUM,

285 *Tunc* Rom. (*Tunc alii* Virgilium scripsisse iudicat Weichert.; vid. Not. ad vss. 283 sq. Sustuli commata, quippe quae male dirimant iungenda: adsunt, qui circum altaria cantent. *Wr.*) *accantis* Goth. sec. 286 *adsunt*: adveniunt ad cantum. Nisi dicas *adesse ad cantum*, seu *cantui*, esse respondere saltatione. Vox est parum commoda. Io. Schrader. coni. *saltant*. (Nihil hic incommodum, si eam sequeris legem, quae iubet in enarrandis antiquis scriptoribus simplicitati maxime studere; itaque *adsunt ad cantus* i. q. adveniunt et cantant; sic paulo ante *sacerdotes primusque Potitius ibant*. *Wr.*) *et vincti* aliquot Pier., inter quos Rom. *taenis* pr. Voss. et pro var. lect. Gud., et Moret. qu. *tenis*. 287 *atque senum* aliquot Pier.

quod mensae secundae non fuerunt heroici temporis, quum aut ad suae aetatis consuetudinem et usum, ut saepe fit, se applicuisse, aut morem aliquem ignotum hoc in sacrificio observari solitum tetigisse poeta videri possit. Accedit, quod haec mensarum secundarum mentio spectat ad libationes post coenam diis fieri solitas; nec puto hoc *mensae secundae dona ferunt* re magis, quam verbis differre ab illo *mensis vina reponunt*, de quo vid. omnino Q. V. XXXXI. Atque mensae secundae usum agnoverim etiam in coena Didonis, coll. inter se I, 723 sq. et 736.: „Postquam prima quies epulis mensaeque remotae, Crateras magnos statuunt et vina coronant. .... Dixit, et in mensam laticum libavit honorem.“ Ubi quum *prima* cum coniunctione *postquam* iungere liceat, vid. Q. V. XXVIII, 8, b., reliqua tamen oratio suadet, ut per illud *prima* mensas priores secundis opponi statuamus. Itaque per mensas secundas nec ἐφὰ ἁνάλωτα, ut Weichertus, nec epulas expositicias — *Schaugericht* —, ut eius Censor l. l. coll. Plut. Sympos. VII, 4. existimat, significari censuerim. Denique quod Heynio male interrupta videtur oratio interpositis his versibus, aliter fortasse statuisset, si cogitasset, *Tum* vs. 285. hic non esse temporis adverbium, sed vim habere, ut saepe, enumerandi et varia iungendi, vid. Q. V. XXV, 6, c. Et quum ad Potitios sacri faciendi cura pertineret, Saliorum autem esset carmina ad aras incensas canere, nihil est in horum versuum iunctura asperum aut ingratum. *Wr.*)

285. *Salii* apud Romanos Martis erant sacerdotes ex Numae instituto, ut creditum fuit. At h. l. poeta Herculi Salios assignat, quandoquidem in vetere Latio Saliorum nomen communne sacerdotum fuisse videtur, a saliendo; omnis enim olim res sacra cum tripudio et cantu coniuncta erat. conf. Serv. Haese-

Herculeas et facta ferunt: ut prima novercae
Monstra manu geminosque premens eliserit anguis;
Ut bello egregias idem disiecerit urbis,
Troiamque Oechaliamque; ut duros mille labores
Rege sub Eurystheo, fatis Iunonis iniquae,
Pertulerit. Tu nubigenas, invicte, bimembris,

293. BIMEMBRIS HYL.

288 *fata* duo Burm. *ferant* illatum erat ab Heinsio e libris; alii cum edd. *ferunt*: haud dubie verius; est enim pro: *ferunt illi*, efferunt, celebrant. Retinuit quoque hoc Cuningham. (Non de significatione verbi *ferunt* dubitatur, quae, sive coniunctivum praefers, sive indicativum, eadem est. Sed consilium supra iam significatum erat per illa *ad cantus*; narrationi ipsiusque carminis expositioni convenit *ferunt*. *Wr.*) 289 *geminas anguis* Nonius in *elidere*. vid. Heins. (*angues* Medic. *Wr.*) 290 *Et b.* Ven. *deiecerit* aliquot Pier. et Burmann. cum Goth. tert. (et 3. 9. *Wr.*) *devicerit* Ven. (*urbes* Medic. *Wr.*) 291 *Oethaliam*, *Oetaliam*, *Ethaliam*, *Aethaliam*, *Echaliam*, *Oeiam*, monstra lectionum: et mox *Aritheo*, *Euricto*. *et duros* Rom. Macrob. VI, 6 et duo Heins. (cum 2. 3. 8. *Wr.*) *eduros* Medic. (à m. pr., sed a secunda *ut d. Wr.*) *ut durus* Bigot. et Goth. tert. 293 *bimembres*: Voc. Cornificium primum ausum esse fingere notatum est apud Macrob. VI, 5 extr. (Distinxi post *bimembris*, ubi etiam in Mediceo interpungitur, et post *Pholumque*; aliquos poeta nominat e pluribus. Ceterum *bimembres* Medic. *Wr.*)

rant in hoc iam veteres. v. Macrob. III Sat. 12. (vide Not. meam ad vss. superiores. *Wr.*) Chorus h. l. est *περιβώμιος* et *ἐγκύκλιος*, ut docte observat Böttiger supra laudatus; et carmen dixeris esse *ὑπορχηματικόν*. (Carmen aliquod antiquum versibus Saturniis compositum hic exprimi a Virgilio suspicatur Santen. ad Terentian. p. 176. *Wr.*) De populea corona vid. ad v. 276. Illud quoque notabile, quod Salii seniores et iuniores memorantur.

Quae sequuntur v. 288 sqq., hymnorum veterum in Herculem argumenta sunt, oratione a poeta praeclare in hymni formulam conversa v. 293 seqq., ut ipsa narratio dramatis naturam induat. Observandum quoque artificium poetae, quo oratio variatur et invertitur, una notione subiecta: tu occidisti, tu prostravisti *Oechaliam*: quo nomine urbes fuere Messeniae, Thessaliae et Euboeae: ad hanc Euboeae Oechaliam referunt fere Tragici, quod de expugnatione ab Hercule facta narrari solet, denegata a patre Euryto Iole. v. de his ad Apollod. Not. p. 439. 480 et ad Homerum Iliad. *β*, 596. 730. — 291. *labores* cf. Iliad. *θ*, 393. *τ*, 133. Odyss. *λ*, 620. *fata Iunonis* infestae aiunt esse voluntatem: sic Serv. et alii. Accipio de fatis, quae Iunonis odium fecerat. Fatale enim erat, ut Hercules ad explendam Iunonis iram tot labores perferret, ita ut ne Iupiter quidem iis exsolvere ac liberare valeret. Sic IX, 135

Digitized by Google

Hylaeumque Pholumque, manu, tu Cresia mactas
Prodigia, et vastum Nemea sub rupe leonem.
Te Stygii tremuere lacus, te ianitor Orci
Ossa super recubans antro semiesa cruento;
Nec te ullae facies, non terruit ipse Typhoeus,
Arduus arma tenens; non te rationis egentem

294. PHOLUMQUE M. 297. SEMESA 299. ARDUUS,

294 *Yleum Pholumque* Parrhas. *Hylocumq. Polumq.* Goth. sec. *Neleum* Marius emendabat perperam apud Heins. *Crescia* Dorvill. *metas* Goth. sec. 295 *Nemea sub rupe* Rom. et Medic. (hic quidem *Nemaea* apud Foggin. *Wr.*) Gud., aliique (in quibus quidam libri ap. Cort. ad Lucan. I, 655. *Wr.*) doctius, ex *Νέμεος*, quam quod vulgo adhuc legebatur *Nemeae sub rupe*. 296 *flevere* Oudart. *timuere* duo alii Burm. 297 *semensa* Rom. cf. Serv. (*semiesa* e cod. Alb. recepi; vid. V. L. ad III, 578. *Wr.*) Seneca ep. 82 subiicit versum ex Aen. VI, 401. 298 *Non te* Parrhas. *Te nullae* Goth. tert. *nec terruit* duo Burm. cum Goth. sec. 299 *nec te* idem cum aliis. (Segnis est oratio: *Typhoeus, Arduus, arma tenens.* Non est, quod quis terreat virum fortem arma tenens. Nempe tale quid commemorandum hic erat, quod aptum esset ad terrorem

Sat fatis Venerique datum. Suavis et iam Macrobio VI, 6 med. observata conversio in secundam personam vs. 293., qua docti poetae haud raro utuntur, ut Horat. II Carm. 19, 13 *Tu flectis amnes.* etiam recentiores: videas v. c. Milton. *P. L. B. IV.* 1720 *sqq. nubigenas Hylaeum Pholumque* Centauros v. Georg. II, 456. 457; ad hos et ad sqq. cf. Apollod. II, 5, 4 sqq. *Cresia prodigia*, *τέρας*, taurus Cnossius: quem vivum ad Eurystheum adduxisse narratur. Ergo *mactas* solito more ita posuit, ut, etsi de uno tantum proprie dictum, pluribus membris esset accommodatum, aut aliam fabulam sequutus est. (hoc verum; prior ratio tum admitti posset, si Verbum alteri enunciato adiectum esset. — Ceterum vid. V. L. ad IX, 266. *Wr.*) 296. 297. descensu Herculis ad Orcum facto, ut Cerberum adduceret Iliad. Θ, 368. Odyss. λ, 622. 298. *facies*, monstra, quae in inferis occurrebant. Aen. VI, 285 seqq. *Hydra Lernaea* iam ibi commemorata: nunc *Typhoeus* additur, quem in Tartarum fulmine detrusum ediderat quoque Hesiod. *Θεογον.* 853 seqq. 867. (Hinc minime indigemus Servii interpretatione: „Non terruit, pro *non terreret*, vel *terruisset*.“ *Wr.*) Orionem in inferis collocavit Homerus Odyss. λ, 571 sqq. Ad communem autem interpretum morem iunginus vss. 298 — 300 cum antecedentibus. Alioqui, si sententias et facta seiungas, alterum ad pugnam deorum cum Gigantibus, quibus Typhoeum accensere solent poetae, alterum ad hydram Lernaeam apud Nemeam occisam referri poterat; ut confundantur Hercules ille antiquae religionis et Thebanus Her-

Digitized by Google

Lernaeus turba capitum circumstetit anguis.
Salve, vera Iovis proles, decus addite divis,
Et nos et tua dexter adi pede sacra secundo.
Talia carminibus celebrant; super omnia Caci
Speluncam adiiciunt, spirantemque ignibus ipsum.
Consonat omne nemus strepitu, collesque resultant.
Exin se cuncti divinis rebus ad urbem
Perfectis referunt. Ibat rex obsitus aevo,
Et comitem Aenean iuxta natumque tenebat
Ingrediens, varioque viam sermone levabat.
Miratur, facilisque oculos fert omnia circum,
Aeneas, capiturque locis; et singula laetus

308. AENEAM

vel audacissimo incutiendum. Parva irrepsit in libros editos corruptela: sublato post *Arduus* commate praeclara sunt omnia. V, 478.: durosque reducta Libravit dextra media inter cornua cestus Arduus." X, 196.: „saxumque undis immane minatur Arduus." Hinc XII, 789.: „acer et arduus hasta." Adde Sil. Ital. VIII, 559. sq. Neque offendet *Arduus* participio iunctum, coll. V, 277.: „sibila colla Arduus adtollens." adde XI, 755. et V. L. ad VIII, 559. *Wr.*) 300 *circumstitit* aliquot Burm. 301 *deus addite* Parrhas. 305 *Quo sonat* Goth. sec. 306 *Exhinc* duo Burm. (*Exim* Medic.; vid. V. L. ad VII, 341. *Wr.*) 308 *trahebat* pro var. lect. pr. Hamb., ut Aen. II, 457, unde huc venisse probabile mihi fit. (*Aeneam*, merum sphalma edit. Heyn. *Wr.*) 309 *Ingrediensque viam vario s.* Ven. *levabant* Hugen. a m. sec. et Schol. Statii apud Burm. *lavabat* Rom.

cules; quod nec sine exemplo fieret. (Cui explicationi ipse rerum narratarum ordo adversari videtur. *Wr.*) 299. *arduus* praeclare adiectum; stans enim erectus vasta corporis specie terrere poterat ille. (sed vid. V. L. *Wr.*) *rationis egentem*, consilii inopem, de ἀμηχανίᾳ, ἀπορίᾳ, ex pavore: h. terrore perculsum. 302. *dexter*, adsis propitius. (—303. *super omnia*, prae ceteris memorant; vid. V. L. ad VII, 462. *Wr.*) 304. *spirantem ignibus* doctius quam ignes exspirantem. (*ipsum*, vid. Q. V. XVIII, 2, b. *Wr.*)

307. *rex obsitus aevo:* ut alias *gravis* de magna copia, *oppressus*, *obrutus*, *gravis aetate*. cf. Burm. (Terent. Eun., a Serv. laud., II, 2, 5.: „annis pannisque obsitus." Plaut. Menaechm. V, 2, 4.: „consitus sum senectute." ubi vid. Taubm. *Wr.*) 310. *faciles* epitheton ornans, mobiles, vagos oculos, volubiles. (Manil. I, 647.: „Circumfer faciles oculos." *Wr.*)

Digitized by Google

Exquiritque auditque virum monumenta priorum.
Tum rex Euandrus, Romanae conditor arcis:
Haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant,
Gensque virum truncis et duro robore nata:
Quis neque mos neque cultus erat; nec iungere tauros,
Aut conponere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami atque asper victu venatus alebat.

312 *que* abest post *exquirit* in Ald. pr. *animumque virum* Goth. pr. 315 *et rupto robore* tert. Rottend. (et Serv. Dresd. Admodum memorabilem lectionem *nati* pro *nata* suppeditat idem Serv. Dresd.; eadem generis ac numeri synesis exstat VI, 660.: „Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi." adde VI, 580. sq. Sed cohibuit me ceterorum codicum reverentia a corrigendo. *Wr.*) 316 *neque iungere* aliquot Pier. 317 *haud* Burm. *nec* Serv. ad Aen. I, 374. *et parcere* alter Hamburg. *partis* Leid. *rapto* Medic., sed in litura. (nulla videtur esse litura: terna puncta, quae in eo cod. supra literas *R* et *P* apparent, transponendas esse significare videntur. *Wr.*) *gnorant* Mentel. pr. ἀρχαϊκῶς, ait Heins. 318 *victus venatus* Montalb.; per appositionem, ait Heins. (idque praefert Wakef. ad Lucr. IV, 634. *Wr.*) *asper cultu* Oudart. *alebant* Ven. et Dorvill.

314 sqq. Egregius locus, quo antiquus Italiae status describitur. v. Excurs. II ad h. lib. *indigenae Fauni Nymphaeque* non modo ἐγχώριοι, sed et αὐτόχθονες, αὐθιγενεῖς, scilicet designantur Genii locorum. Suaviter autem poeta extulit hoc: Loca circa Tiberim olim vastities obtinebat silvarum, per quas feri homines palabantur. *truncis et duro robore nata* pro truncis roborum. Nata, ut probabile fit, loquendi et fingendi forma ex more agrestium hominum truncos arborum inhabitandi. v. Serv. cf. Stat. IV Theb. 276 sqq. etsi non adeo subtiles in his loquendi formis fuere prisci homines; nam etiam e saxis natos dixere; et intra paucos versus apud Hesiod. O. et D. 143 sq. est γένος ἀνθρώπων χάλκειον, ἐκ μελιάν, ἀδάμαντος ἔχον θυμόν. At quae mox iterum ex aere memorantur, vss. 150. 151, ab interpolatione profecta esse videntur. 316. *mos*, certum vitae institutum, lex quaedam vivendi; τεθμός· praeclare autem mitior vitae cultus declaratur his: *componere opes et parcere parto*, τὸ συγκομίζεσθαι καὶ ταμιεύεσθαι, quibus feros homines assuefacere difficillimum est. Conferant erectioris indolis iuvenes Lucretianos versus lib. V, 951 sqq. in iisque 956. 318. *rami* h. fructus arborum. Porro iung. *asper victu*, non *alebat victu*. Est venatus, qui asperum victum praebet, h. non nisi labore et molestia parandum.

319. Antiquus mythus de Sa-

Digitized by Google

Primus ab aetherio venit Saturnus Olympo,
Arma Iovis fugiens, et regnis exsul ademtis.
Is genus indocile ac dispersum montibus altis
Conposuit, legesque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.
Aurea quae perhibent, illo sub rege fuere
Saecula: sic placida populos in pace regebat;
Deterior donec paullatim ac decolor aetas
Et belli rabies et amor successit habendi.
Tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae;
Saepius et nomen posuit Saturnia tellus.

324. FUERUNT

319. 320 Laudat Augustin. C. D. VII, 26. 320 *regnis*: *terris* pro div. lect. Hugen. 323 *tutus latuisset* apud Lactant. Heins. *in hortis* Goth. sec. 324 *Aurea quae perhibent* Heins. refinxit ex codd. tum suis tum Pier., omnibusque omnino praestantioribus, Rom. Medic. al. (etsi Mediceum *quae ut* exhibere ait; quod Fogginius non expressit). Vulgo lectum erat: *Aureaque, ut perhibent*; (ut est in Palat. *Wr.*) quod ortum ex librariorum more *q* per compendium scribendi, quod etiam alii depravationi locum fecit in aliquot Pier. *Aureaque perhibent — fuisse.* Argutatur Burm. *fuere* ante Heins. (idque e Medic. plurimisque aliis codd. restituendum esse vidimus Q. V. V. E Paris. unum 12. *fuerunt* exhibere Potterius refert. *Wr.*) 325 *longa* Serv. v. Burm. 326 *ac* deest Ven. 328 *manus Ausonia*, h. Ausones, praeclare Heins. reposuit ex Medic. Gud. et Ven. a m. sec. cum Romano. Vulgo cum Servio: *m. Ausoniae.* In Bigot. abest *et.* (E Servianis discimus, fuisse, qui non post *Sicanae*, sed post *Saepius* interpungerent; et ita distinguitur in Mediceo. *Wr.*)

turni fuga in has terras, ductus, ut videtur, ex etymologia voc. *Latii* a *latendo*. *Saturnus* tamen numen Latinorum patrium, forte a *satu*, seu satione rerum, inprimis frugum. Sed comparatus ille tum *Crono* fabulas Graecorum in se derivandi opportunitatem dedit. Contra Ausonum adeoque Aboriginum et Latinorum religiones videntur fuisse valde simplices; v. Excurs. V et IV ad lib. VII. (— *Primus*, vid. Q. V. XXVIII, 3, g. *Wr.*) 321. *indocile*; Serv. pro indoctum: malim pro fero et agresti accipere. (De numeris huius vs. vid. Q. V. XXXV, 16. *Wr.*) 322. *leges dedit*, h. mores et instituta; conf. VII, 203. 204. 325. *aurea saecula* observa per *pacem* declarari. 326. *decolor aetas* respectu auri, colore vitiato, dum aerea vel ferrea aetas succederet. 328. *manus Ausonia*. Ausones, quos Livius et alii vulgo Aborigines appellant. v. Excurs. IV ad lib. VII. Excurs. II ad lib. VIII. *Sicanos* autem memorat poeta, seu quod auctores habuit, qui et hos in Italiam venisse traderent; cum alias Sicanos a Liguribus ex Hispania pulsos in Siciliam traiecisse nar-

Digitized by Google

Tum reges, asperque inmani corpore Thybris:
A quo post Itali fluvium cognomine Thybrim
Diximus; amisit verum vetus Albula nomen.
Me pulsum patria, pelagique extrema sequentem,
Fortuna omnipotens et ineluctabile fatum
His posuere locis, matrisque egere tremenda
Carmentis Nymphae monita, et deus auctor Apollo.
Vix ea dicta; dehinc progressus, monstrat et aram,
Et Carmentalem Romani nomine portam

338. ROMANO

(—333. *pelago* scripsisse Virgilium opinatur Wakef. ad Lucret. IV, 267. *Wr.*) 334 *et i. bellum* sec. Moret., male. 335 *erigere tremendae* Rom. 336 *et monita* Parrhas. 337 *dein* Montalb. *et arma* Medic. (Scriptum est in Mediceo ARMA, quibus signis, ut saepe alibi, indicatur transponendas esse literas illas. *Wr.*) 338 *Romani nomine* Gud. cum quatuor aliis Heins.; adde Medic.; nec assequor, unde haec lectio venire potuerit. (Reduxi ex optimis libris *Romani*. *Romano* ortum e prima syllaba sequentis vocabuli, ut *animi miseratus* VI, 332. et X, 686.; alia his similia quum alibi, tum ad I, 104. notavimus. Potuit etiam longius remotum pronomen *Quam*, ut corrumpendae interpunctioni fuit, de qua vid. Heyn. ad vs. prox., ita verae lectioni *Romani* in *Romano* mutandae locum dare. Et vitiosa ista distinctio iam in Mediceo, etsi is habet *Romani*, visitur. Ad sensum perinde est, *Romani* an *Romano* legas. Sed apparet, *Romani* propterea scripsisse Virgilium, ne haec *Et Carmentalem — portam* e verbo *monstrat* suspensa faciant legentes, sed proximo demum versu absolvi orationem sentiant. Nec offendet quemquam, sermonis poetici non ignarum, *nomine* ita nude positum. *Wr.*)

ratum sit; seu quod *Sicanos* cum *Siculis* confundit, quos loca inter Tiberim et Lirin tenuisse constat, etsi alii in inferiore Italia, Oenotriorum sede, eos memorent; unde illic ab Ausonibus et Pelasgis, hic ab Opicis, qui et ipsi ex Ausonum genere fuere, exturbati in Siciliam traiecere. conf. Excurs. II ad h. lib. *Saturnia tellus* proprie ita dicta fuit in clivo Capitolino ad Tiberim; *clivus Saturnius* is olim dictus: Dionys. I, 34. Poetis inde nomen pro Latio et pro Italia frequentari coepit. Etiam reliqua Italiae nomina a certis tractibus, quibus ab origine propria erant, ducta sunt. Ipsum *Italiae* et *Oenotriae* nomen, primo ad sola loca circa sinum Lameticum spectabat. cf. eund. Excurs. 330. Sumsit et hoc poeta de Tiberi ex multis aliis commentis super nomine Tiberis; v. Serv. ad h. l., cf. Cerdam, Cluver. alios. (*reges asperque Thybris*, vid. Q. V. XXXIII, 6. et V. L. ad vs. 293. *Wr.*)

333. De Euandri adventu v. sup. v. 51 sqq. et Excurs. I ad h. l. *pelagi extrema*, mare ultimum, longinquum, saltem ex sensu et notione priscae Grae-

Digitized by Google

Quam memorant, Nymphae priscum Carmentis honorem
Vatis fatidicae: cecinit quae prima futuros
Aeneadas magnos et nobile Pallanteum.
Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Retulit, et gelida monstrat sub rupe Lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycaei.

339 *memorat* Goth. sec. *primum C.* Oudart., ex interpretatione, arbitror. Interpunctione refeci locum: *Et Carmentalem Romano nomine portam Quam memorant, Nymphae priscum Carmentis honorem, Vatis fatidicae.* Apposita sunt: *portam — honorem Nymphae Carmentis.* Antea interpungebatur sic: *Et C. — portam: Quam memorant Nymphae priscum Carmentis honorem Vatis fatidicae.* Ita frigebat totus hic versus, ut eum expungere mallem: expeditior enim fuisset oratio: *Et Carmentalem Romano nomine portam Vatis fatidicae.* (vid. nunc V. L. ad vs. superior. *Wr.*) 341 *et nomine P.* Rom. 342 *asper* pr. Hamb., sed *acer* defendit Burm.; recte, nec tamen expedit. *Acer*, ut δριμὺς, est poetis vocabulum proprium virorum fortium, δραστικῶν, uti alias impiger, promtus, animosus. 344 *Parnasio* Rom. *de monte* Bigot. et Goth. tert. Sicque emendabat Io. Schraderus, fundo emendationis in Ovidio quaesito: Fast. II, 423 *Quid vetat Arcadio ductos a monte Lupercos? Faunus in Arcadia templa Lycaeus habet.* Ita erit: *Lupercal dictum de monte Panis Lycaei Parrhasio.* quae non bene conveniunt. Sane *montem Parrhasium* putes esse debere τὸ ὄρος Παῤῥάσιον. At nunc erit dictum pro Arcadico. *Lycei* male excusum a Burmanno. Est urbs Arcadiae Λύκαια et ὄρος Λύκαιον, vide vel Pausan. VIII, 2 et 38. At τὸ Λύκειον (scil. ἱερὸν) in quo gymnasium, et περίπατος, Athenis, et Apollo Λύκιος. (Quum ex nullo cod. *Panis* enotetur, *Panos* autem etiam Servii testimonio confirmatum sit; quumque praeterea Graeca Genitivorum III. Decl. forma abstinuerit Virgilius, vid. V. L. ad Ecl. III, 12.: recte facere videntur, qui solam Graecam huius nominis terminationem probant. Vid. K. L. Schneider. Gr. Lat. Vol. II. P. I. p. 284. sq. *Wr.*)

ciae, cui occidens inter terras ignotas et invisas erat. 337. *aram* Carmentis seu Carmentae, quam se vidisse testatur *sub portam Carmentalem* Dionys. lib. I, 32 ad radices Capitolii. 338. *portam* per appositum *honorem Nymphae Carmentis, vatis fatidicae.* 340. 341. Ingeniose haec a poeta intexta sunt, ex instituto praecipitandi Aeneidis argumentum per vaticinia, secundum observata Disquis. II. inpr. s. VI seqq. Sententiam hanc Maronis ornavit Ovid. Fast. I, 475 sqq. 515 sqq. Propert. IV, 1 et iam Tibull. II, 5, 19 sq., ille ex sua, hic ex Sibyllae persona. *Pallanteum* Palatium. cf. sup. v. 54.

342. 344. *lucum — Asylum* cf. Liv. I, 8. Dionys. II, 15. *retulit* est, appellavit. (Verba enim sunt notae, quibus res quasi referimus, s. exprimimus. *Wr.*) Male aliter Serv. et alii. *Lupercal* sub monte Palatino, cf. Liv. I, 5. Dionys. I, 32. *dictum Panos Lycaei* Lupercal, nomen gerens Panis Lycaei, quasi is a

Digitized by Google

Nec non et sacri monstrat nemus Argileti,
Testaturque locum, et letum docet hospitis Argi.
Hinc ad Tarpeiam sedem et Capitolia ducit,
Aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis.
Iam tum religio pavidos terrebat agrestis
Dira loci; iam tum silvam saxumque tremebant.
Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem,
Quis deus, incertum est, habitat deus; Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iovem, quum saepe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimbosque cieret.

354. CONCUTERET, DEXTRA N.

345 *monstrant* Goth. pr. 346 *et mortem docet* aliquot Pier. 347 *ad* abest pr. Hamb. *et* abest Goth. tert. 349 *iam tunc* Dorvill., etiam vs. sequ. 350 *iam iam* aliquot Pier. *silvas* Rom. *saltumque* Montalb. *tenebant* Medic. a m. pr. Bigot. (est ea prior Medicei lectio. *Wr.*) 351 *hoc inquit f. v. saxum* Gud. pro div. lect. *formoso* sec. Hamburg. Probus I Instit. p. 1395 *hoc nemus, hunc, inquit, fontem.* 353 *vidisse deum* aliquot edd. 354 *crearet* Hugen. *saepe* alieno loco positum meminimus et alibi occurrere: ut statim Ge. I, 354 *quid saepe videntes* — et alibi. Mutavi interpunctionem, quam miror nemini moram fecisse. Vulgo: *cum saepe nigrantem Aegida concuteret dextra, nimbosque cieret.* Quis quaeso clipeum, si aegis pro clipeo est, *dextra* vibret? Scilicet iungenda sunt: *cum Aegida concuteret, dextra nimbosque cieret.*

λύκος, *lupus*, dictus sit: prava nonnullorum etymologia; cum verius ab urbe et monte Arcadiae Lycaeo ductum sit nomen. *de more Parrhasio*, h. Arcadico; ad exemplum Panis Lycaei nomine ab Arcadibus ducto.

345. 346. *nemus Argileti* sub Capitolio, ut docent Donatus et alii auctores de urbe Roma. *testatur* simpl. pro monstrat. (Vix crediderim; verum vidisse Servium, et hoc dicere poetam puto: monstrat locum, quo, tamquam ad testimonium vocato, crimen laesi iuris hospitalis a sua domo removeat. *Wr.*) *hospitis Argi*; adoptavit poeta veterem fabulam de Argo hospitio ab Euandro excepto et, eo inscio, ab Arcadibus caeso. Quis ille fuerit, varia erat fama. vid. Serv.

347—354. Locus splendidus de Capitolio, in quo τὸ ἐνφαντασιώδες in signis futurae maiestatis loci in promtu est sentire. 348. *Aurea nunc, olim.* Similis comparatio temporum et conditionis in Capitolio saepius occurrit. v. loca ap. Cerdam; inprimis Propert. IV, 1 et Tibull. II, 5, 23 sqq. tum et in aliis Urbis partibus, ut inf. 360. 361. *aurea* simpliciter esse multo auro ornata, nemo dubitet. Sic *aurea Roma.* 350. *dira*, magna,

Digitized by Google

Haec duo praeterea disiectis oppida muris,
Reliquias veterumque vides monumenta virorum.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem:

Laeva vibrat aegidem, dextra autem iaculatur fulmina. Poterat saltem Servius monere: *dextra nimbosque cieret: et de dextra fulmina commoveret.* Wakefield praefert antiquam interpunctionem, et simul aegidem pro thorace accipit, qui quomodo dextra concutiatur, non intelligo. (Servius: „Aegida concuteret: hic distinguendum; nam aegida — in sinistra Iupiter tenet.“ Sed hoc est poetam corrigere; vidimus enim V. L. ad Ge. I, 142. *que* copulam a Virgilio semper primo, nunquam alteri tertiove annecti vocabulo. Et quam facile hoc potissimum loco evitari poterat inelegans copulae positus, quum ita scribere liceret: *Aegida concuteret laeva, nimbosque cieret.* Post *dextra* inciditur etiam in Mediceo. *Αἰγὶς* quum procellam excitet, atque ipsam quoque procellam significet, non repugnabo, si quis fulmen hac voce hic denotari arbitretur. Potuit ea notio ex allegorica interpretatione nasci, quo ducit Eustath. ad Il. P, 595.: „σαφεστάτην ἀλληγορίαν ἐνταῦθα τῆς αἰγίδος χορηγεῖ, μονονουχὶ λέγων Διὸς αἰγίδα εἶναι τὰ νέφη καὶ τὸ τῆς ἀστραπῆς σέλας καὶ τὸν μάλα μέγαν κτύπον τῆς βροντῆς.“ Est etiam Aegis belua ingens ignivoma, Diod. Sic. III, 70.; et potuit fieri, ut flammae, quae propriae erant huius Aegidis, ut solent talia confundi, tribuerentur etiam aegidi Iovis; fulmen autem et flammas is dextra iaculatur. Verum quum Iupiter aegide ad terrorem incutiendum, non, ut clipeo, ad semet protegendum uteretur, quid prohibet, quin eum dextra illam commovisse credamus? Atque haud scio an frustra laboraturus sit, qui aegidem laeva Iovis concuti solere demonstratum eat. *Wr.*) 355 *delectis* Menag. pr. pro *deiectis*; conf. 191. 357 *arcem* bene Heins. e potioribus post Pierium; vulgg. *urbem*, etiam Rom. (haec est altera, illa prior Medicei lectio. *arcem* etiam 2. 5. 8. 10.; *urbem* Palat. Non commode, quae modo oppida vs. 355. appellata fuerant, nunc urbes nominarentur. *Wr.*)

admirabilis *Serv.*; scilicet ea, quae dira sunt, horrorem incutiunt, qui idem ex religione, seu specie augusta et religiosa loci sanctitate venire solet. 353. 354. *Aegis* h. l. clipeus sine controversia; cum alibi ambiguum sit, de thorace an de clipeo seu Iovis seu Palladis accipienda sit; cf. inf. ad 435. Haec Iovis aegida incutientis species manifeste ex Homero est adumbrata: Iliad. δ, 167 de Troiae excidio: *Ἔσσεται ἦμαρ* etc. *Ζεὺς δέ σφιν Κρονίδης — Αὐτὸς ἐπισσείῃσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσιν, Τῆςδ' ἀπάτης κοτέων*; ergo de irato Iove, ad incutiendum terrorem vibrante aegidem ante ora Troianorum; ut alias heroes fulgentem aere et radiantem sole clipeum quatiunt et ingerunt oculis hostium. Similiter Iupiter fugat Achivos Il. ρ, 593 *καὶ τότ' ἄρα Κρονίδης ἕλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν, Μαιμαρέην, Ἴδην δὲ κατὰ νεφέεσσι κάλυψεν, Ἀστράψας δὲ μάλα μεγάλ' ἔκτυπε, τὴν δ'* (aegidem) *ἐτίναξε. Νίκην δὲ Τρώεσσι δίδου, ἐφόβησε δ' Ἀχαιούς.* Simili modo h. l. Iupiter aegidem concutit et fulminat; et alterum quidem facit laeva, fulmen iacit dextra. Pro fulmine

Digitized by Google

Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta subibant
Pauperis Euandri, passimque armenta videbant
Romanoque Foro et lautis mugire Carinis.
Ut ventum ad sedes: Haec, inquit, limina victor
Alcides subiit; haec illum regia cepit.
Aude, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum
Finge deo; rebusque veni non asper egenis.
Dixit, et angusti subter fastigia tecti

359 *ac t.* Gud. a m. pr. 361 *laetis* pro div. lect. apud Schol. Horatii Cruqu. I Ep. 7, 48. *latis cavernis* Parrhas. a m. sec. *cavernis* etiam Rom. (*latis* etiam Medic. apud Foggin. *Wr.*) 362 In voc. *victor* argutati sunt veteres, dum ad cognomen Herculis Victoris retulere, quo nomine duae aedes Romae fuere, Herculis Victoris dictae. v. Macrob. III, 6. 364 *contingere* Goth. sec. 366 *augusti* Exc. Burmann. (idem praescribitur scholio Serv. in cod. Dresd., ipso tamen scholio adversante. *Wr.*) *subeunt* aliquot Pier. *vestigia* duo Burm.

posuit adiunctum *nimbos*; et propter hos aegis *nigrans*, nube nigra et caliginosa per tempestatem inducta, (Sed vid. V. L. — *ipsum Iovem*, vid. Q. V. XVIII, 3, b. — *quum saepe*, vid. Not. ad X, 723. *Wr.*)

355—358. Habet nescio quid religionis veneranda haec antiquitas ruinae duorum antiquissimorum oppidorum, quam hospiti suo monstrat Euander. Attemperatum et hoc ad famam veterem de *Ianiculo* et *Saturnia*, duobus antiquis oppidis in montibus Ianiculo et Capitolino, olim Saturnio dicto; v. Varro de L. L. IV, 7. conf. Excurs. II ad h. libr. sub f.

359 sqq. Etiam in his vetus simplicitas delectat, inprimis cum magnificentia serioris aetatis comparata. *lautis Carinis*, qui in IV Regione locus fuit ab Arcu inde Constantini inter Esquilias et Coelium procedens, Pompeii M. Antonii aliisque magnificis sumtuosisque domibus ornatus; unde *lautae* Carinae. (Servius multa inepte cumulat.) 362. *Ut ventum ad sedes*, Euandri domum in Palatino monte, seu Palatio, quod Pallanteum dixit poeta. (—363. *cepit*, bene delectum verbum, i. e. tantus quum esset, tamen non est dedignatus, hanc parvulam domum subire. *Wr.*) 364. 365. Nihil magnificentius his versibus dici potest. (Magnificentiora haec, si pro universe dictis accipis; at hic tenuitatem rerum Euandri spectant. *Wr.*) *aude contemnere*, quasi rem arduam et difficilem: ita ut virtute opus sit animi ad expellendam mirationem divitiarum. Sic bene Serv. et Guell. *et te quoque dignum finge deo*. Com-

Digitized by Google

Ingentem Aenean duxit, stratisque locavit
Effultum foliis et pelle Libystidis ursae.
Nox ruit, et fuscis tellurem amplectitur alis.
At Venus haud animo nequidquam exterrita mater, 370
Laurentumque minis et duro mota tumultu,

369. NOX RUIT
370. AT VENUS

368 *effectum* pr. Rottend. a m. pr. *spoliis* Goth. tert., quod ipsum in mentem venisse video Io. Schradero, ut sint ipsa pellis ursae. *Libistridis* Ven.; Iulius Sabinus: *vel legatur* Hybistidis (quod nihili esse arbitror), *ut a Sicilia* (in qua nulla Hybista est), *ut diximus in quinto* (ibi nihil tale occurrit), *vel ut sit a Libya — Si volumus intelligere* Libystidis, *Siculae, ut Libystinus Apollo in Pachyno.* Fuit utique Apollinis Libystini templum in Pachyno. v. Macrob. I Sat. 17. Sed ab eo nomen ducere alienum est. Pro ἄρκτος *Λιβυκὴ* dictum *Λιβυστὶς*, ex *Λίβυς*. 369 Alii novam sententiam ordiuntur cum hoc versu, alterumque 370 subiiciunt. (rectius utique; et ea ipsa, quae iam narrantur, sub noctem geri, intelligitur e vs. 407. Atque noctis commemorationem vel maxime ad hanc carminis partem spectare, thalami mentio vs. 372. facta manifesto indicat. *At* autem particula, quae vs. 370. legitur, non servit hic novae orationi ordiendae, sed refertur ad verba proxime praegressa: *Nox fuscis tellurem amplectitur alis.* Sententia igitur haec est: Oborta iam nocte ceteri quieti se dant; at Venus, curis exterrita, coniugem adloquitur. *Wr.*) 371 *duro — tumultu* erit ut *bellum durum: pugna dura.* Praestat tamen cum Io. Schradero legere *diro.* (*duro* hic videtur esse i. q. periculi pleno; supra I, 563.: „Res dura et regni novitas me talia cogunt Moliri." *Wr.*) *muta* tert. Mentel.

pone te, mentemque informa, ad similitudinem numinis; h. fac, redde te similem Herculis in contemtu hoc inanis fastus. *non asper*, non alienus, infestus, adeoque non fastidiosus. (Noli spernere exilem domum Euandri. *Wr.*)

366—368. E more prisci aevi; cf. Odyss. ξ, 48, Orph. Argon. 1009. *Aeneam ingentem* alius reddidisset per: inclinato capite subeuntem angustas fores. De *Libystide ursa* v. ad lib. V, 37. Etiam imago Noctis v. 369 notabilis. Hinc Stat. I Achill. 620 *totis ubi Somnus inertior alis Defluit in terras mutumque amplectitur orbem.*

370 seqq. Qui sequitur locus, meo iudicio, artis magis quam ingenii laudem habet. Nimis manifesta imitationis Homericae sunt vestigia, simulque ieiunae copiae, quae fere imitationis studium prodere solet. Thetidis ad Vulcanum accessus, ut Achilli arma peteret Iliad. Σ, multo maiorem habet suavitatem ex simplicitate priscae vitae ibi adumbrata; habet etiam caussam multo magis idoneam; amiserat enim Achilles arma Patroclo detracta. Utinam praecederet saltem locus

Digitized by Google

Volcanum adloquitur, thalamoque haec coniugis aureo
Incipit, et dictis divinum adspirat amorem:
Dum bello Argolici vastabant Pergama reges
Debita casurasque inimicis ignibus arces:
Non ullum auxilium miseris, non arma rogavi
Artis opisque tuae; nec te, carissime coniunx,

373 *inspirat* aliquot Pier. tum Ven. alter Hamb. Dorvill. Parrhas. Ed. Ven. *ἐπιπνέει*. *honorem* idem sec. Hamb. *odorem* pr. Voss. 374 *Cum* sec. Moret. *Tum* Franc. *vastabant* h. l. de oppugnatione. Io. Schrader. malebat *quassabant*: quod sane magis proprie diceretur. 375 *que* abest Hamb. pr. a m. pr. *urbes* Oudart., ut v. 357. 377 *opusve* aliquot Pier. et pr. Moret. ac Leid. (si *opusque* usquam legeretur, non improbandum dicerem.) *opiave* sex Heins. cum Erf. (et 7. 10. 12.; qui sint sex illi ex libris Heinsianis, ignoratur. *Wr.*) *opesve* Franc. *Karissime* Dorvill.

egregius lib. XII, 87 sqq. de insignibus armis Turni: his ut divina arma opponerentur, erat, quod exspectabas. Nunc Venus adit maritum, eumque illecebris suis delinitum amoreque devinctum ad amplexus suos invitat. In quibus primum redhibitus est locus praestantissimus Iliad. Ξ, 294 seqq., ubi Iuno Iovem simili modo circumvenit, sed eo consilio, ut alto eum sopore opprimeret, ut inde pugnae inter Achivos et Troianos fortuna vices accipere posset. Hic vero Vulcanus v. 405. 406 obdormit, ut mox ante diem ad laborem evigilet. Idem a Venere ad somnum invitatur, cum iam precibus facilem se et paratum ostendisset. (Cetera assentior; sed quae postremo loco posuit Vir eximius, *Idem — ostendisset*, ea inania sunt. *Wr.*) Illud vero nolim urgere, quod pro filio ex alio viro suscepto maritum rogat. Friget tamen multo magis aliorum imitatio, ut Statii Theb. III, 262 — 317, ubi Venus Marti supplicat.

373. *dictis divinum adspirat amorem;* addit *τὴν χάριν, τὸ θελκτήριον*, ut delinirent verba Vulcanum. Quod Lucretio est in simili loco dulcissimo: *tu suaves ex ore loquelas funde* lib. I, 40. Burmannum vix quisquam hic probet, dum exponit: „quasi in ipso amplexu amorem animae et spiritu suo infunderet." 375. *Debita:* potest ex seqq. *inimicis ignibus* adiungi: idque melius. Servius: fataliter ad exitium destinata. Ita vero adiungi fere aliquid solet: *fatis mihi debita tellus* Aen. VII, 120, *generi debita* Aen. III, 184, *sors ista senectae Debita erat nostrae;* mollius etiam XI, 165 *fata debita* dicuntur. (Recte vero Servius. debita, sc. vastari; et sic saepe ex adiuncto Verbo explicatio voc. *debitus* petenda est; ut Ge. I, 223.: „Debita sulcis committas semina," i. e. committi debita. infra IX, 107.:

Digitized by Google

Incassumve tuos volui exercere labores;
Quamvis et Priami deberem plurima natis,
Et durum Aeneae flevissem saepe laborem.
Nunc Iovis imperiis Rutulorum constitit oris:
Ergo eadem supplex venio, et sanctum mihi numen
Arma rogo, genetrix nato. Te filia Nerei,
Te potuit lacrimis Tithonia flectere coniunx.
Adspice, qui coeant populi, quae moenia clausis
Ferrum acuant portis in me excidiumque meorum.
Dixerat; et niveis hinc atque hinc diva lacertis

378 *incassumque* Medic. (sed ultima litera *Q* punctis est notata; vid. Q. V. XXXVI, 11. Ceterum cf. V. L. ad VII, 421. *Wr.*) 381 *imperio* oblongus Pier. cum aliis, et pars Heins., quod vulgarius. *arvis* Moret. sec. 382 *venio et si non m. n.* Goth. sec. ex litterarum compendio. *nomen* Leid. Io. Schrader. coni. *et sanctum tibi nomen Arma rogo genetrix nato*: ut adeo iungenda sint: *genetrix sanctum tibi nomen*. An vero Venus Vulcano erit mater veneranda, quae natum ex alio viro suscepit? Scilicet morabatur virum doctum non animadversa omissio τοῦ *te*. Nam est: *rogo* (te,) *sanctum mihi numen, arma*. 383 *Neri* aliquot Pier. et Heins. ac Burm., quod Cuningham. edidit; et sic Servius legerat, cuius locum saniorem exhibet Iulius Sabinus. Sed male Servius factum putat ex *Neres*, *Neris*, abiecta *s*; nam *i* contracta est syllaba *ei*, uti Achilli, Ulyssi. Illud autem bene observatum, veteres *eus* extulisse *es*, Nereus, Neres, ut Achilleus, Achilles, Ulysseus, Ulysses. (vid. V. L. ad I, 30. *Wr.*) 384 *Tritonia* Parrhas. 385 *quo coeant* pr. Moret. pro *quot*, ut Heins. suspicatur. In Zulich. superscriptum *quam*; et Schol. Horat. A. Poet. 198. *qua*. 386 *acuunt* Oudart. et sec. Moret. *postis* Franc. *exitium* quart. Moret.

„tempora Parcae Debita conplerant," i. e. compleri debita. *Wr.*) Latet vero in hoc caussa, cur Vulcanum precibus tum non fatigaverit. (— 377. *Artis opisque tuae*, puta et pulchra et egregia; *opis tuae*, qualia tu facere potes; supra I, 601.: „grates persolvere dignas Non opis est nostrae;" non possumus, non sumus ii, qui *cet. Wr.*) 379. *natis;* solito more pro uno, Paride. 381. *Rutulorum oris;* variat orationem, pro Latinis, a populo finitimo. 382. Conf. Iliad. σ, 457. *et* (te) *sanctum mihi numen Arma rogo;* non: *o sanctum mihi numen;* sed: *et rogo numen tuum mihi sanctum arma;* h. te, sed blandiore oratione effert, te, mihi semper venerandum, *αἰδοῖον*. 383. 384. Ut Thetis Achilli, sic Aurora Memnoni arma petierat apud poetas Cyclicos, inter quos Arctini Milesii *Αἰθιοπὶς* fuit. vid. supr. Excurs. XIX ad lib. I. Sic Quinti Paralip. II, 454, ubi congressi Achilles et Memnon: *τύπτον δ' ἀλλήλων — Ἀσπίδας, ἃς Ἥφαιστος ὑπ' ἀμβροσίῃ κάμε τέχνῃ.*

Digitized by Google

Cunctantem amplexu molli fovet. Ille repente
Adcepit solitam flammam; notusque medullas
Intravit calor, et labefacta per ossa cucurrit:
Non secus atque olim, tonitru quum rupta corusco
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.
Sensit laeta dolis et formae conscia coniunx.
Tum pater aeterno fatur devinctus amore:
Quid caussas petis ex alto? fiducia cessit

388 *mollis* pr. Moret. 389 *solidum* sec. Rottend. cum Goth. pr. *famam* alter cum Rottend. tert. *notasque* pr. Hamb. et Lutat. ad Stat. I Achill. 308. *medullis* pr. Voss. et Leid. a m. pr. Recte Burmannus hoc serioris aevi esse pronuntiat. 390 *calefacta* plerique Pier. et Heins., etiam Romanus; sed *labefacta* tuetur Medic. cum aliis et Servio, haud dubie exquisitius. Proprie *mens* amore, cui restiterat, vel alio affectu impulsa, victa, dicitur *labascere* vel *labefieri*; nunc translatum ad ossa. Sed et *ignis labefacit*, quando incendia ruinas dant. v. Not. (*calefacta* etiam 7. 11. 12. At *labefacta*, quod Wakef. quoque tuetur ad Lucret. IV, 1107., et plurimi Mss. Heinsiani, et in his optimus quisque defendunt. *Wr.*) 391 *Haut secus* Medic. (vid. V. L. ad XII, 723. *tonetrum* in Medic. ap. Foggin. *Wr.*) *rapta* tres Burm. 392 *limite* nusquam legitur: in quod coniectura incidere possis. (*micas* Medic., sed superscripta *n*; vid. V. L. ad Ge. IV, 239. *Wr.*) 394 *devictus* (ut est in 3. 5. 7. 8. 12. *Wr.*) ante Heins. in vulgg., quod deterius hic et alibi habendum. 395 *f. sensit* Goth. tert., prave.

387. *niveis lacertis;* quippe dea λευκώλενος. Ornatius autem extulit Homericum ἀγκὰς ἔμαρπτε Iliad. ξ, 346, et mox vss. 388 — 392 versus Homericos ibid. 294. 295. 296. 390. *labefacta per ossa*, in quibus medulla liquefacta, soluta, consumta est. Lucretiana dictio. Proprie mens amore, cui aliquantum restiterat, impulsa, percussa, victa, *labefieri* dicitur. Sup. IV, 395 *magnoque animum labefactus amore.* Iam, cum labefacta solvantur, ruant, cadant: cf. Lucret. III, 599. 600. 601. I, 529. 530, voc. synonymum habitum pro solutus, diffluens. Itaque etiam *igni* quae dissolvuntur et liquescunt, *labefactari* dicuntur Lucretio IV, 701. I, 493. 391. 392. Praeclare flammam amoris penetrantem medullas ossium comparat cum fulgure vel fulgetro inter atras nubes errante, tractu ac sulco tenui, quem *rimam igneam ruptam* (proprie nubes rumpitur, sed sic saepe poetae) dixit: ea *percurrit nimbos*, nubes densas et atras, *lumine corusco.*

393. *laeta dolis.* Est sane δολοφρονέουσα Iliad. ξ, 329, sed ornate, laeta successu doli et fraudis suae. Sic IV, 128 *risitque dolis Cytherea repertis.* Sic et *formae conscia*, sentiens, quam vim forma ad mariti animum nunc habeat. 394. *aeterno amore;* potentius verbum quam, antiquo, pristino. Praeivit Lucret. I, 35 *aeterno devin-*

Digitized by Google

Quo tibi, diva, mei? Similis si cura fuisset:
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset;
Nec Pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant
Stare, decemque alios Priamum superesse per annos.
Et nunc, si bellare paras, atque haec tibi mens est,
Quidquid in arte mea possum promittere curae,
Quod fieri ferro liquidove potest electro,

396 *Quid tibi* codd. Pier. Parrhas. *Quod t.* Rom. *Quae tibi* Medic. a m. pr., quod Heinsius distinctione adiuvat: *fiducia cessit? Quae tibi, diva, mei similis si cura fuisset.* Rottend. sec. *Quo tibi, vita,* solito inter amantes blandimento, inquit Burm., quod alienum a gravitate epica. *si cura subisset* coni. Heins., ne bis in eandem vocem desinat versus. Atqui hoc studio fecisse dicam poetam, hic et alibi, ut sententia utraque tanto manifestiorem ex reciprocatione haberet vim ac veritatem (ἐνάργειαν). Alias nec sup. II, 292 simili sibilo extulisset: *Si Pergama dextra Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.* Heinsius porro simili de caussa delere malebat versum sequentem. (vid. V. L. ad VI, 901. *Wr.*) 397 *Tum quoque*; qui a Mentel. sec. aberat a pr. m., et quem Heinsius salvo sensu abesse posse putabat; quod mihi secus videtur; nam sine eo sibi non constat sententia: quam non assequor qualem sibi finxerint viri docti. Agnoscunt versum Rufinianus et Priscianus, Burmanno laudati. Elevat quoque Heinsii suspicionem Cuninghamus. 397 v. ad praeced. *Tunc* Dorvill. et Goth. tert. *Teucros nobis* Franc. (*fuissent* Medic. a m. pr. *Wr.*) 398 *omnipudens* Cod. Rutgers. nunc Leid. 399 *decimq.* duo Burm. 400 *si bella reparas* Goth. sec. 401 *possunt p. curae* Medic. a m. pr. et multi Heins. ac Burmann. cum Goth. sec. *prosunt* pr. Moret. *possim* Bigot. *committere* sec. Rottend. 402 *potest*: sic Rom. Medic. cum melioribus scriptis et edd. inde ab Aldd. Alii, ut et Erf., (et 2. 5. 7. 8. 9. 11. 12. *Wr.*) cum edd. nonnullis *potestur*, vid. ap. Ge. Fabric. et Pier., quod satis apparet sciolum aliquem ex Lucretio vel Ennio intulisse, ut dactylum in quinta sede haberet. Est tamen ἥλεκτρον. Depravatius Goth. tert. *praestatur.*

ctus volnere amoris. 395. Quid tam longe (Nonius: ex vetusto et antiquo) repetis argumenta, quibus me moveas. Aiunt Attium in Armorum iudicio ante oculos fuisse: *Cur caetera tam ex alto appetissis dissidia, Agamemnon?* 396. 397. *Similis si cura fuisset*, si tale quid tibi cordi fuisset; si voluisses: etiam tum fieri potuisset, ut Teucris, h. Aeneae vel Paridi, arma parerem. 398. 399. Scilicet fata immutari non possunt, differri possunt: supra VII, 313 *Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis, Atque* immota manet fatis *Lavinia coniunx; At* trahere atque moras *tantis* licet addere *rebus.* conf. Serv., qui notionem hanc ab Etruscis repetit: nimis docte, cum in Homericis obvia sit. 400. 403. *Quicquid curae*, operae, *possum promittere — animaeque valent:* scil. promitto. Latet hoc ipsum in

Digitized by Google

Quantum ignes animaeque valent; absiste precando
Viribus indubitare tuis. Ea verba locutus
Optatos dedit amplexus, placidumque petivit
Coniugis infusus gremio per membra soporem.
Inde, ubi prima quies medio iam noctis abactae
Curriculo expulerat somnum; quum femina primum,

403 *igneaque* malebat Cuningham. *obsiste* Exc. Burmann. *assiste* Goth. sec. 404 *meis* Zulich. a m. sec. et Dorvill. 405 *oblatos* Bigot. et Goth. tert. *notumque p.* Nonius in *petere*. 406 *in gremio fusus* Zulich. *infusum* aliquot Pier., Iulius Sabinus et Probus cum Carminio (de quo v. Fabric. bibl. med. et inf. Lat. h. v.) apud Serv. ex emendatione parum docta. Burmannus coni. *placidusque petivit Coniugis infusum gremio per membra soporem*; quod nemini facile probabitur: sed Vulcanus *infusus gremio coniugis petivit placidum soporem per membra*. cf. Not. ad h. v. et ad VIII, 30. Burmann. laudat Misc. Obss. Crit. Vol. I, p. 98. 407 *abacto* Montalb. *abigere noctem* pro vulgari, exigere, agere. 408 *explerant* ed. Masvic. *quum femina* revocavit Heins. auctoribus optimis libris inprimis Pierianis; alii *ceu femina*. (Quibus in libris *ceu* legatur, non constat; certe Heinsiani omnes praebent *cum*. *Wr*.) Ita infertur comparatio: *ceu femina — cinerem et sopitos suscitat ignes* etc.: *Haud secus, nec segnior* Vulcanus surgit. Sed *primum* v. 408 ita otiosum est, ut statim de lectionis veritate dubites. Verum uti in Heinsianis et Burmanniana interpungitur, plene scilicet ac perfecte post *natos* v. 413, equidem omnino sententiarum nexum nullus assequor, ne grammaticum quidem. Itaque mediam stigmen posui ad finem versus 413, ut comparatio

verbis: *absiste precando Viribus indubitare tuis*, ut hoc pro apodosi sit. Aliter extulit Homericum: *Εἰ δύναμαι τελέσαι γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἐστὶ*, h. *aliquid quod omnino perfici potest*. 402. *electrum* Homeri exemplo Odyss. δ, 72 docte posuit, tamquam exquisitius metalli genus, certa portione argenti auro admixta, quod etiam arte fingi potest. vid. Plin. XXXIII, 4 s. 23. conf. Serv. 403. *ignes animaeque*, „spiritus, quo fabriles inflari folles solent." Serv. Spiramentum explicat Macrob. I So. Sc. c. 14 m. 405. 406. *fundi*, *κεχύσθαι*, fusi esse, dicuntur qui procubuere, iacent, recubant: v. c. *fusi per herbam*. Igitur *infusus gremio coniugis* Vulcanus *petivit soporem*. Tum iunge, *petivit soporem per membra*, qui per membra diditur. Sic et sup. v. 30 *seram dedit per membra quietem*. Honestas orationis notabilis et a multis passim notata. cf. Gell. IX, 10, sed ea saeculo Virgiliano debetur. Si talia miranda sunt, mirer potius verecundiam Homericorum versuum, qui pro illa aetate castissimi et iidem elegantissimi sunt l. c. Iliad. ξ, 346 sqq.

407 sqq. Praeclare ornata et ad miserationem composita comparatio, cuius prima quasi stamina agnoscere licet partim apud Homerum Iliad. μ, 433 — 435, partim apud Apollon. IV, 1062

Digitized by Google

Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva
Inpositum, cinerem et sopitos suscitat ignis,
Noctem addens operi; famulasque ad lumina longo
Exercet penso, castum ut servare cubile
Coniugis, et possit parvos educere natos:
Haud secus ignipotens nec tempore segnior illo
Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.
Insula Sicanium iuxta latus Aeoliamque

nulla sit, sed temporis mera designatio: *Inde, ubi prima quies — expulerat somnum, cum primum femina cinerem et sopitos suscitat ignes, — illo tempore ignipotens, haud secus, nec segnior, surgit.* (Virgilius primo nihil aliud voluit, quam tempus, quo surrexerit Vulcanus, definire, et vs. 414. ita pergere debebat: *Tum Vulcanus surgit.* Sed interposita mulieris laboriosae et rem familiarem sedulo augere studentis imagine, ita pergit, ac si statim ab initio comparationem instituere in animo ei fuisset. *Wr.*) 409 *calathisque Minervae* nonnulli Pier. et Montalb. Rottend. pr. et Leid. cum Goth. sec. ex VII, 805. 410 Recte post *Impositum* distinctum a Burmanno secundum Servium. Habet ista vox notionem necessitatis, quae urget. Vulgo (ut in Mediceo, *Wr.*) *impositum cinerem* iungitur, sic, *Cui tolerare* (sc. est, non, ut alii apud Serv., mos est, placet) dure dictum, pro, quae tolerat. (*ignes* Medic. *Wr.*) 412 *Exercens* Medic. 413 *ut p.* duo Burm. cum Schol. Cruqu. Horatii. *parvos possit* aliquot apud eundem. 416 *Sicanum* Parrhas. et Dorvill. Non male, nisi haberemus exempla sup. III, 692. I, 557.

— 1066 (nam locum lib. III, 291 sqq. perperam alii huc advocant). Si tamen quaeras, quam opportune illa h. l. intexta sit, fateor mihi aquam haerere. A media nocte expergefactus cubile relinquit Vulcanus; non tanti erat res, ut miris modis ornaretur. Apud Apollonium curae Medeae de salute sua sollicitae comparationem melius admittebant. *Ubi prima quies — expulerat somnum*, „ubi, a prima quiete evigilans circa mediam noctem, sensit omnem iterum obdormiscendi cupiditatem expulsam: alacriter e stratis ad opus surgit.“ *Burm.* (*curriculo* a Nominativo *curriculus* hic fieri existimare videtur Wakefield. ad Lucret. V, 419. — *ubi prima*, i. q. ubi primum; vid. Q. V. XXVIII, 3, b, et 4. *Wr.*) Surgit Vulcanus eo tempore, quo lanifica pauper ad lucubrandum surgit. 408. 409. est Homeri *γυνὴ χερνῆτις*, Il. XII, 433. *tenuique Minerva* h. lanificio tenuem victum praebente, ut bene Serv. Minervam de oleo, quia ad lucernam hebat, Cerda accipiebat, nimis argute et exiliter. Neque hoc admittam ut *Minerva tenuis* sit *tenuis tela, tenue textum:* quod per se bene dictum esset. 412. 413. h. ut habeat, unde vivat honeste ipsa et nati, servata maritalis tori pudicitia, ut bene Cerda. 413. ex Homerico l. c. *ἵνα παισὶν ἀείκελα μισθὸν ἄρηται.* 414. illo tempore, haud secus nec segnior, surgit Vulcanus.

416 seqq. In his ad maiorem

Digitized by Google

Erigitur Liparen, fumantibus ardua saxis:
Quam subter specus et Cyclopum exesa caminis
Antra Aetnaea tonant, validique incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, striduntque cavernis
Stricturae Chalybum, et fornacibus ignis anhelat;
Volcani domus, et Volcania nomine tellus.

417 *Liparem* aliquot Burm. *Lipare* Rom. atque ita reponere voluit Marklandus apud Burm. ad Propert. pag. 612. quia apud alios Lipare officinam Vulcani habet. At v. Notam. 418 *subtus* aliquot Pier. *exosa* Goth. sec. Io. Schrader emendabat *exusta*: ut Ovid. IV Fast. 473. Cur tamen epico non alterum dicere licuit? quod et Silius maluit: XIV, 57 *exeso de vertice*, sicque alii. 419 *Aetria. Ethenea*, depravatt. *sonant* multi apud Burm. cum Goth. tert. *validisque* tres recentiores ibidem. *ictis* Gud. a m. pr. 420 *gemitus* Medic. cum aliis Heins. *gemitus referunt* Leid. *r. sonitum* Parrhas. *strident*q. Medic. (*tridentq.* superpicto *u*) et Vratisl. cum Goth. sec. (vid. V. L. ad II, 418. *Wr.*) 421 *Structurae, stricta re*, stupor librariorum Goth. sec. et tert.

elegantiam refinxit Homerica, in quibus Vulcani officina in Olympo collocatur. Iliad. σ, 369. Cum poetae veteres loca et insulas Vulcano assignassent, quae subterraneis ignibus notabiles erant (exemplum in ipsa Lemno apud Homerum est), licuit poetae unam ex Aeoliis vel Vulcaniis ponere, *Hieram*, quam Vulcaniam, Ἡφαιστιάδα, appellat communi nomine, tamquam singulari, Liparae proximam, monte mirabilem, qui nocturnas flammas evomit. v. Auctor Aetnae 436 seq. et primo loco Scymnus Chius 256 sqq. Egere de ea multi post Cluverium. cf. Dorvill. Sicula p. 20. 21 et iam ante ad Chariton. pag. 688.: nostra aetate inter alios rerum naturae auctores Dolomieu. Liparam, quae et ipsa olim arsit (v. laudd. ad Auct. Mirab. Aud. c. 35; add. c. 37), Callimachus Vulcani officinam ediderat Dian. 46 sqq., ubi v. Spanhem., et sive hanc sive Hieram sub νήσου πλαγκτῆς nomine Apollon. III, 42, ubi v. Schol. Vulcanum *Liparaeum* Theocr. Id. II, 133. 134 dixit: hic quidem omnium opportunissime, tamquam Siculus. conf. Excurs. I ad Aen. I, 51. 52. *erigitur*, ut alias, *surgit*, sita est, sed cum notatione montium. 419. *antra Aetnaea* simpl. pro ignivomis, quis dubitet, a similitudine. Aliena sunt, quae de antris subterraneis inter Aetnam et Hieram continuatis suspicati sunt nonnulli. Eiusmodi acumen poeta non sequitur. 420. 421. Ornati versus, forte nimis ambitiose. Comparari potest Callim. Del. 144; adde Dian. 55. *referunt gemitum;* iterant sonum h. resonant per antra ictus incudum. *stricturae*, quas ornate *Chalybum* dixit (v. Ge. I, 58), non sunt h. l. σπινθῆρες, nec quae proprie metalla dicuntur, unde aes excoquitur, sed μύδροι, massae ferri, quae procuduntur. inf. 450 *stridentia aera* quae alii *tingunt lacu*, et 453

Digitized by Google

Hoc tunc ignipotens coelo descendit ab alto.
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesque, Steropesque, et nudus membra Pyracmon.
His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat; toto genitor quae plurima coelo
Deiicit in terras; pars inperfecta manebat.
Tris imbris torti radios, tris nubis aquosae
Addiderant, rutili tris ignis, et alitis austri.
Fulgores nunc terrificos, sonitumque, metumque

431. HORRIFICOS

423 *Hoc*: recte, antique pro *huc*, quod nonnulli (cum 9. 12. *Wr.*) habent. Vid. Pier. Heins. Burm. post Servium; nam in talibus liberalitas virorum doctorum magna plerumque esse solet. (vid. Q. V. XXXIII, 1. *Wr.*) 424 *vasti* pr. Hamb. 425 *Pyragmon*, (ut est in Medic. *Wr.*) *Pygramon*, aberratt. 428 *deicit*, *deiecit*, passim codd. Pier. et Franc. *manebant* alter Mentel. a m. pr. 429 *torto* Ven. *rapidos* Goth. tert. (*Tres imbris — tris nubis — tres ignis* Lips. utq., quod e nullo praeterea cod. enotatum; *tris* ter Serv. Dresd. Qua de re dicetur alibi; interim vid. V. L. ad V, 560. *Wr.*) 430 *addiderat* Medic. Parrhas. Goth. pr., et Serv. ad Aen. II, 649. perperam; nam de Cyclopum, non Vulcani, opere agitur. (In Mediceo quidem *n* superscripta. In eodem *rutuli*; sed alibi constanter *rutilus*; *rutuli* tamen etiam in scholio Serviano. *Wr.*) 431 *horrificos* post Pier. optimorum librorum auctoritate praetulit Heinsius. Vulgg. edd. *terrificos*. Erf. *horrisonos sonitusque*. (Vellem nominassent codices

massa. Conf. Schneider ad histor. metallor. p. 32. Mox v. 423 *hoc* antique pro *huc*.

424. 425. Libera quidem erat nominum informatio, sed Bronten et Steropen etiam alii habent: Hesiod. Theogon. 140. Callimach. in Dian. 68. Plin. H. N. XXXV, 10 s. 36, 17. Statium et Claudianum v. apud Cerdam. Pyracmonem aliunde accepit. Argen memorat Apollod. I, 1, 2, ubi v. in Not. p. 9 de diverso hoc Cyclopum genere ab antiquis Cyclopibus, qui in theogoniis memorantur. 426—428. Nota inversam orationem pro, parte iam polita, parte adhuc imperfecta. *fulmen — quae plurima*, quod genus fulminum, ex quo genere plurima: frequens poetarum figura: κῆτος — οἷά τε πολλὰ τρέφει ἁλιτὸς Ἀμφιτρίτη Odyss. ε, 422 et saepe alibi. conf. Guell. Variant haec orationem et delectant. 429—432. Ingeniose in fulminis materiam vertit ea, ex quorum conflictu fulmen nascitur, grandinem (*imber tortus* h. constrictus et coactus in grandinem: inf. IX, 671 *quam multa* grandine *nimbi In vada praecipitant, cum Iupiter horridus austris* Torquet aquosam hiemem, *et caelo cava nubila rumpit*), nubem, ignem et ventum. Haec fere ex Servianis amplector; cetera sunt re-

Digitized by Google

Miscebant operi, flammisque sequacibus iras.
Parte alia Marti currumque rotasque volucris
Instabant; quibus ille viros, quibus excitat urbis;
Aegidaque horriferam, turbatae Palladis arma, 435

Heinsius vel Burmannus, et qui *horrificos*, et qui *terrificos* praeberent. Mediceus certe, teste Fogginio, habet *terrificos*, cuius auctoritatem in re incerta sequendam duxi. *terrificos* etiam Serv. Dresd. Lips. alt. et Dorph. II. *tristificos* Dorph. I. Et quum e Paris. tantum 5. 11. apud Potter. *horrificos* exhibeant, consentaneum est, plerosque, et in his antiquissimos, libros Paris. *terrificos* tueri. Ac nisi fallor, ipsa etiam ratio suadet, ut ita legamus. Nam quod paulo post additur *metum*, eius rei notio iam contineri videtur hisce verbis *fulgores horrificos*; horror enim quum sit vehemens metus, tremorem aut torporem afferens, vides quam languidum sit et otiosum, quod subiicitur *metum*. Contra saepe iunctum legimus terrorem metumque, qui differunt ut causa et effectus. *horrificos* an ortum sit ex eo, quod legitur vs. 435. *horriferam*, haud dixerim. — 433. *volucres* Medic. *Wr.*) 434 *Instaurant* Parrhas., de quo cogitandum esse censet Burm. Vitium esse non dubito. *Instare* (h. urgere opus) exquisite cum quarto casu iunctum, ut *instare viam. excitet* Ven. (*urbis* Medic., sed *i* in *e* mutatur. *Wr.*) 435 *horrificam* edd., quas Pierius inspexerat, et tres Burmann. cum Goth. pr. (vid. Cort. ad Lucan. III, 305. *Wr.*)

spuenda. Facit autem fulmen duodecim cuspidum, *radiorum*, ἀκτίνων, trinis in quaterna latera, qualia fulmina passim in monumentis, inprimis in numis, et in anaglyphis, in quibus scuta exhibentur fulminibus insignita, occurrunt, etsi alibi alia forma tribuitur. Habuit autem poeta ante oculos et argutius expolivit locum Apollonii Argon. I, 730 — 734, ubi una cuspis adhuc imperfecta, quam Cyclopes procudunt, μαλεροῖο πυρὸς ζείουσαν ἀϋτμήν. Ut vero, cum Vulcani officina memorata esset, opera inchoata et affecta subiiceret, poetae ingenio in promtu esse debuit; faciunt enim haec mirationem et delectant ornatu; etsi et in hoc praeivit Homer. Iliad. σ, 373 sqq. cf. Callim. in Dian. 49. 50, ubi satis ieiune equorum Neptuniorum aquarium procudi narratur: quanto grandius et sublimius est phantasma, quod fulminis materiae Cyclopes admiscent fulgores, sonitum, metum, et flammam sequacem!

433. 434. Marti currus bellicus proprie tribuitur, ex heroici saeculi more bellandi; quod ait: *quibus ille viros, quibus excitat urbes*, h. quo curru si invectus fuerit, ad bellum concitat, ex istis illustrantur sup. VIII, 3 *Ut belli signum — Utque acres concussit equos* etc. In Martis gratiam *instabant currum*, ut, festinare aliquam rem. cf. Heins. ad XII, 748. proprie, instamus operi faciendo, properando.

435 — 438. Etiam hic dubitari potest (conf. ad 354), sitne aegis de thorace an de clipeo accipienda, hactenus, ut de thorace non nisi v. 437 agatur, *ipsamque in pectore divae Gorgo-*

Digitized by Google

Certatim squamis serpentum auroque polibant,
Connexosque anguis, ipsamque in pectore divae
Gorgona, desecto vertentem lumina collo.
Tollite cuncta, inquit, coeptosque auferte labores,
Aetnaei Cyclopes, et huc advertite mentem:
Arma acri facienda viro. Nunc viribus usus,
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra.

436 *poleíbant* antique codd. Pier. 438 *deiecto* Rom. *defecto* Leid. unus. *de* deerat Gud. a m. pr., unde Heins. supplebat: *tum secto*; *diesecto* et *disiecto* in codd. Pier. lectum; alterum quoque in Goth. tert. et Erf. (etiam in 7. 11. *Wr.*) 439 *certosq.* aliquot Pier.; improbat Heinsius et Burmann. *i ferte* sec. Hamb. 440 *Aetnaei. Αἰτναῖοι. ad huc* Reg. *atque huc* Parrhas. *avertite* Gud. cum binis Goth. Talia enotare tantum non flagitium est hominis bonis horis abutentis; sed cum semel in hoc pistrinum nos impegerimus, obdurandus est animus, ut cum fide exsequamur id, quod ab initio, parum forte considerate, receperamus: ne ulla varietas e libris scriptis notata nostris notationibus excidat. 441 *faciunda* Heins. malit ex Nonio in *vertere*. 442 *opus est nunc a. m.* Seneca Epist. 95. Bene autem Heins. interpunxit post *magistra*. (ibidem in Mediceo distinguitur. *Wr.*)

na. Expeditior tamen videtur ratio, si totum locum de thorace interpreteris, cuius extremae orae anguibus connexis et inter se implicitis sunt cinctae, in medio Gorgone posita: cuius generis exempla passim occurrunt; ut unum commemorem, quod adire forte in promtu est, v. Spenc. Polymet. t. IV, 4. *turbatae*, iratae, ut saepe; Silius: *obliqua retorquens lumina turbato superavit Gorgona vultu*, lib. IX, 463. *vertentem lumina*, de oculis torvis, obliquis, ex ira et furore; *βλοσυροῖο Μεδούσης κάρη σμερδαλέον* dixit Quintus Cal. in loco, qui de aegide comparandus lib. XIV, 451—457. Videntur tamen h. l. *versa lumina* melius accipi de inversis, deiectis et occlusis, quippe in capite reciso. Ita fere artificum manus, re variata, pulcra Medusae capita, facie inclinata in pectus, et oculis deiectis effinxit. (Neutra explicatio vera, quippe ab usu loquendi abhorrens; altera etiam inanis. Intellige oculos huc illuc se flectentes, tamquam vivos; quae res et miraculi et terroris plena. Quam explicationem confirmant ea, quae compluribus locis de operibus Vulcani *αὐτομάτοις* leguntur, ut Hom. Il. XVIII, 417 sqq. vid. Nitsch *Nov. Lex. mythol.* Vol. II. p. 629. ed. Klopfer. *Wr.*)

440. *Aetnaei* Cyclopes cf. ad v. 419. In seqq. festinationis felix notatio brevitate et celeritate verborum observetur: *Nunc opus viribus*. (— 442. *omni arte magistra*, quae docet, quo quidque modo faciendum effingendumve sit; omnibus artis praeceptis opus est; vid. XII, 427. Heins. ad Ovid. Epist. XV,

Digitized by Google

Praecipitate moras. Nec plura effatus; at illi
Ocius incubuere omnes, pariterque laborem
Sortiti: fluit aes rivis, aurique metallum;
Volnificusque chalybs vasta fornace liquescit.
Ingentem clipeum informant, unum omnia contra
Tela Latinorum; septenosque orbibus orbis
Inpediunt. Alii ventosis follibus auras
Adcipiunt redduntque: alii stridentia tinguunt
Aera lacu. Gemit inpositis incudibus antrum.
Illi inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe massam.
Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris:

443. EFFATUS: ET

443 *moram* aliquot Pier. *et illi* Burmannus notavit secundum partem codicum. Vulgo lectum *at illi*; quod nondum displicet. (Mediceus cum maxima parte codicum tuetur *at*, quod revocavi, vid. Q. V. XXXVII, 2a; quamquam reiecta lectio, per se spectata, nihil habet, quod offendat, vid. Q. V. XXXV, 6. — 445. *metallis* cod. Aug. Maii apud Arusian. p. 231. edit. Lindem. *Wr.*) 448 *que* abest quatuor Burmann. (*orbes* Medic. *Wr.*) 449 *Alii — accipiunt*; verba exciderant Goth. tert. 449—453 Versus ex Ge. IV, 171 — 175. 451 *Aetna* pro div. lect. ad *antrum* Moret. tert. ex Ge. IV, 173. 452 *magna vi* Erf. *tendunt* Rottend. sec. a m. sec. 453 *Innumerant* Rom. *forfice* aliquot Pier., inter quos Rom., sed vid. Servium et Heinsium. *ferrum* Carisius et alter Hamburg.

83. Drakenb. ad Sil. III, 387. *Wr.*) 445. 446. cf. Iliad. σ, 474. (Iunge *omnes pariterque sortiti*, vid. Q. V. XXXIIII, 2.; non *incubuere et sortiti* sc. *sunt*. *Wr.*) 448. *septenos orbibus orbis impediunt* ornate pro, faciunt; (proprie: ita inter se iungunt et compingunt, ut divelli non possint. *Wr.*) sed quinam illi orbes sunt? non circuli, puto, in clipei superficie ducti, sed laminae aereae aliae super aliam impactae, ut septemplex esset clipeus, quales Homericae πτύχες sunt l. c. 481. conf. Iliad. υ, 269 sq., et η, 247. 449—453. Eosdem versus in Georgicis vidimus IV, 171 seqq. 450. 451, ut inf. XII, 91 *ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti Fecerat et Stygia candentem tinxerat unda*, ut indurescaret ferrum. Ad 452. 453. Praeivit Callimach. in Dian. 59. 60. 61. μεγάλην δὲ βοὴν ἐπὶ Κύκλωπας ἄϋτει, Εὖθ' οἵ γε ῥαιστῆρας ἀειράμενοι ὑπὲρ ὤμων Ἅλυβαν ἐκ χαλκὸν ξείοντα καμινόθεν ἠὲ σίδηρον Ἀμβολαδὶς τετύποντες, ἐπὶ μέγα μοχθήσειαν.

454 seq. Artem poetae in variato rerum et orationis charactere observa. Lenis et simplex

Digitized by Google

Euandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini volucrum sub culmine cantus.
Consurgit senior, tunicaque inducitur artus,
Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis;
Tum lateri atque humeris Tegeaeum subligat ensem,
Demissa ab laeva pantherae terga retorquens.

455 Wakefield Silva crit. Vol. V, p. 77. tribus, ut opinatur, mendis sublatis legit: *Euandrum ex humili* lecto *lux suscitat* alba, *Et* matutinos *volucrum sub culmine cantus.* Docte haec variata esse, lubenter concedam. At quae librorum auctoritate accepimus, praeclara et epica sunt. 456 *sub culmina*, quod Heinsio impense placet, Mentel. pr. alter Menag. et Leid., doctius; nisi idem librarii lapsus esse soleret. *sub tegmine* pr. Menag. *matutinus — cantus* apud Macrob. V, 8. 457 *Conjestim surgit, tunicaque induitur* Parrhas. *induitur* quoque Franc. cum binis Goth. 459 *Tegeon*, *Tegeum*, (ita Medic. cum 2. 7. 9. 11. 12. *Wr.*) *Thegeum* librariorum errores. vid. ad V, 299. 460 *a levo* aliquot Pier. *dimissa a laeva* Dorvill. cum binis Goth. et Erf.

candidaque nunc fluit oratio, eoque tanto magis grata, quod strepitibus et tumultibus succedit. Comparent, quibus volupe est, in seqq. heroicum amictum cognoscere, Iliad. β, 42. Od. β, pr. δ, 307. ο, 60. ν, 124, et ad v. 459 cf. Odyss. κ, 261. ξ, 528. Etiam hoc ex heroica aetate, quod Euandrum v. 461. 462 duo canes comitantur: v. Odyss. β, 11. ρ, 62. 456. *sub culmine*, casae Euandri. Mireris forte, hoc aut otiose adiectum, aut ut *aves* vel *cantus sub culmine* sint; suntne igitur galli gallinacei intelligendi? Nam (quod etiam Wernsdorf. Poet. Lat. min. To. V. P. III. p. 1465. laudabat ex Auson. Ephem. I. pr. *Iam strepit nidis vigilax hirundo*) hirundines non facile e somno excitant dormientes, nec ad hunc usum a poetis advocantur. Sed ex poetae meliore iudicio avium *in culmine* casae omnino cantus cum solis ortu renovati intelligendi sunt: nec accipienda verba, quasi cantus avium eius somnum interpellaverit; sed sub lucis ortum et volucrum cantum eum evigilasse. (Audivi tamen homines rusticanos affirmantes, saepe se hirundinum garrientium strepitu e somno excitari. Et commode admonet Ruhkopf. carminis Anacreontei, XII., cuius auctor queratur de ὑποροθρίαισι φωναῖς τῆς χελιδόνος λαλῆς. *Wr.*) 458. *Tyrrhena vincula:* ornatus caussa Tuscum calceamentum posuit. Servius: „dicit crepidas, quas primo habuere Senatores, post equites Romani; nunc milites.“ conf. Cerda. ad lunulam senatoriam revocat *vincula Tyrrhena* Visconti. ad Herodis Inscript. p. 81. Nimis subtiliter *sandalia Tyrrhenica* e Polluc. Onomast. VII, s. 92. 93 aliquis huc revocet. Simili ornamento patrium, Arcadicum, seu *Tegeaeum ensem* dedit; etsi nullum hoc insignius

Digitized by Google

Nec non et gemini custodes limine ab alto
Praecedunt gressumque canes comitantur herilem.
Hospitis Aeneae sedem et secreta petebat,
Sermonum memor et promissi muneris, heros.
Nec minus Aeneas se matutinus agebat.
Filius huic Pallas, illi comes ibat Achates.

461 *limine ab alto* Marklandus ad Stat. I, 1, 46 reprehendit tamquam absurdum, cum paullo ante dixisset poeta, *humili tecto*. Defendit Burmannus mira interpretatione, *altum* esse limen domus in monte positae. Nec hoc procedit, ut *limen* proprie accipias et paullo altiore gradu surgere dicas. Aut amplectendam itaque prorsus Marklandi emendationem: *limine ab arto*, aut dicendum censeo, poetam epitheton paullo otiosius et ad communem liminum naturam effinxisse. Ouwens *Nocs. Hag.* III, 26, p. 627 aliam viam ingreditur, ut poetam dicat dignitatem adiicere voluisse aedibus: ut sane facit alias: modo non ab humili tecto v. 455 nunc progressus esset. Apud Macrob. V, 8 in libris: *limine in ipso* habetur; sed vett. editt. *ab alto*. (Marklandi emendationem commendat Hand. ad eund. loc.; sed vid. Q. V. XXXX, 1. Defendendam hic esse codd. lectionem, non ipsum poetam, vidit etiam Censor editionis Iahnianae in Diariis literar. Ienens. 1827. Suppl. 94. p. 368. C. G. Iacob. in *Disquisitt. Virgilianar.* P. I. p. 12., si quid mutandum sit, *ipso* praelatum malit. *Wr.*) 462 *praecedunt* Rom. Medic. Colot. Ursini, et alii libri praestantiores, et sic veteres edd., donec mutatum in Ald. tertia, et hinc in Steph. et al. in *procedunt*, quod Heins. in parte codd. repertum praetulit, caussa quidem parum commode interposita: si comitarentur, non potuisse canes praecedere. Dictum hoc recte improbat Burmannus; improbam tamen lectionem non mutavit; id quod nunc fecimus cum Bruuckio. (*praecedunt a limine*, i. e. procedunt et praeeunt; *praecedunt* hic etiam *procedendi* verbi vim amplectitur; comitari autem quum dicantur non solum, qui sequuntur, sed etiam qui praeeunt, non est, quod *praecedunt* et *comitantur* male iuncta putes. vid. Burm. *Proceduns* Palat. quoque et 9. 10. 11. *Wr.*) *gressumque viri* Zulich. a m. sec., interpolatrice pessima. *gressusque — heriles* Goth. sec. 463 *secura* Sprot. a m. pr. (—465. Dignum hic notatu, quod, quum in Rom. cod. *sese* legatur, in Medic. pronomini *se* altera syllaba *se* superscripta est. *Wr.*) 466 *olli* ante Heins.

ensis genus fuit. 460. ornatus versus: amictus pelle, ex dextro humero retorta in laevum latus: habitu signorum Herculis. 461. *limine ab alto*, perpetuo et proprio liminis epitheto; nam alioqui alienum erat a casa exigua altum limen. (vid. V. L. *Wr.*) 463. *secretum:* partem aedium interiorem, ad quam Aeneam vesperi deduxerat. Georg. IV, 403 *In secreta senis ducam.* (Secretum autem locum, cubile Aeneae, petiit Euander, utpote de summa rerum colloquium cum illo instituturus; hinc ille licitus sermo vs. 468., quo fruuntur remotis arbitris. *Wr.*) Tum *promissi muneris* vide v. 170. 171. 465. ut ὄρθριος ἦκον. ἑσπέριος ἦλθεν, et alia. Exempla coll. Cerda. Guell. *agere se*, movere se, agi, ferri, pro incedere. Sio φέρειν ἑαυτόν, φέρεσθαι. Inf.

Digitized by Google

Congressi iungunt dextras, mediisque residunt
Aedibus, et licito tandem sermone fruuntur.
Rex prior haec:
Maxume Teucrorum ductor, quo sospite numquam
Res equidem Troiae victas aut regna fatebor,
Nobis ad belli auxilium pro nomine tanto
Exiguae vires: hinc Tusco claudimur amni,
Hinc Rutulus premit, et murum circumsonat armis.
Sed tibi ego ingentis populos opulentaque regnis

467 *resistunt* Parrhas. 468 *Latio* Oudart. *placido* Dorvill. a m. sec., unde *placito* Io. Schrader. coni., sed *licito* est, cuius diu desiderati tandem facultas exoptata contingebat. *feruntur* Goth. sec. *feruntor* Ven. a m. pr. 469 *haec* abest alt. Hamb. *haec ait* duo Burmann. 471 *v. an bella f.* Goth. sec. 472 *Nobis auxilium belli* pr. Mentel. qu. Moret. et Goth. sec., Heinsius non spernendum ait. 474 *bellum c. a.* Parrhas. *circumtonat* Medic. a m. sec., ex emendatione praeclara, quam a poetae manu profectam velim; gravius enim vocabulum hoc est, et poetarum usu frequentatum: sic inf. IX, 709. XII, 700. nec miror Wakefield refinxisse vulgatam: quam tamen omnes codices tuentur. (*circumtonat* est altera Medic. lectio; vulgata tamen haud dubie praeferenda; neque enim id nunc quaeritur, quid gravius, quid lenius, sed quid aptius. Circumsonatur autem arx Euandri Rutulorum armis, quia tam propinqui sunt fines, ut sonus armorum propemodum audiri inde possit; *circumtonat* tum demum recte dici poterat, si arx Euandri obsideretur ab Rutulis. Hinc recte etiam Ovidius Trist. V, 3, 11.: „Nunc procul a patria Geticis circumsonor armis." *Wr.*) Pro *armis* Rom. *arans*, alii apud Pier. *arcens*, aliquot *Arruns*; mira et felix depravatio! (felix, si non de Rutulis hic ageretur. *Wr.*)

IX, 696 *is enim se primus agebat.* Ita mox 477 *huc te affers.* 467. *mediis aedibus:* etiam hoc ad formam aedium heroici aevi, ut ex Homeri lectione constare potest; in quibus e vestibulo introeuntem δόμος (pro eo Romanorum *atrium* fuit) excipiebat per totas aedes patens (fere qualis est nostrorum hominum *Dehle*); in intimo recessu focus cum Penatibus: v. inf. 541. (— 468. *licito sermone*, vid. Not. ad vs. 463. *Wr.*)

472. *pro nomine tanto:* non video, quam commoda sententia sit, si Troianorum vel Aeneae nomen et genus vel fama intelligatur. Satius est, ad Euandri et Arcadum nomen referre, pro fama, quae te ad nos adduxit; et hoc, probatum quoque viro docto, Meierotto, nunc praefero, tamquam simplicissimum. Antea sic accipiebam, ut ad bellum ipsum referrem, essetque adeo *nomen belli tantum* vel fama de belli magnitudine, vel ipsa belli magnitudo. *Nomen* pro ipsa re, satis frequens. 475. *opulentaque regnis castra:* volebat dicere, *opulenta regna* (pro regno

Digitized by Google

Iungere castra paro: quam fors inopina salutem
Ostentat. Fatis huc te poscentibus adfers.
Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto
Urbis Agyllinae sedes: ubi Lydia quondam
Gens, bello praeclara, iugis insedit Etruscis.
Hanc multos florentem annos rex deinde superbo
Imperio et saevis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem infandas caedes! quid facta tyranni
Effera! di capiti ipsius generique reservent!
Mortua quin etiam iungebat corpora vivis,
Conponens manibusque manus, atque oribus ora,
(Tormenti genus) et sanie taboque fluentis
Conplexu in misero longa sic morte necabat.
At fessi tandem cives infanda furentem

477 *adfert* variabant codd. Servii aetate, ut ad *fortem* referretur. *adfer* aliquot Heins. *offers* Ven. et Goth. tert. Iam sup. *hanc — urbem adferimur* VII, 217. 478 *colitur* aliquot Burmann., quem vide. *in saxo coluit* Goth. sec. 479 *Agellinae*, *Agelinae*, *Aquilinae* aberratt. apud Burm. 480 *luctis ins.* Rom. 481 *multis annis* Bigot. et Goth. tert. (482. *Mezzentius* Medic., sed expuncta priore z; vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) 484 *gentique* Oudart. pro div. lect. *reservant* Sprot. 487 *fluenti* aliquot Heins., unus *fluente*, quae vulgarior oratio foret. conf. IX, 472. (*fluentes* Medic. *Wr.*) 488 *in* aberat Franc. et Goth. tert. *necabant* duo Burm., ut *iungebant* alter Hamb. 489 *infanda civesque f.* Parrhas.; nec videbat interpolator, *infanda* esse pro infandum, infande. cf. sup. I, 251.

opulento), apposite ad *ingentes populos*. Promtum erat hoc mutare in *castra opulentorum regnorum* vel *opulentis regnis*; hinc exquisitior forma suborta: *castra opulenta regnis*, ut alia similia passim. Nisi hoc ex usu poetarum teneremus, liceret statuere: *paro iungere castra regnis*, h. e. tibi, imperio tuo. Opes veterum Etruscorum satis notae. vid. Liv. V, 33.

478. Agylla s. Caere, prima opibus inter Etruscos floruit, et propter maritima commercia omnium prima Graecis innotuit. De ceteris v. Excurs. III ad h. libr. *saxo vetusto*; antiquo opere, ut bene Serv. cf. III, 84. 479. 480. *ubi* proxime ad Agyllam seu Caere spectat, nec tamen reliquam Etruriam excludit. A Lydis Etrusci seu Tyrrheni ducuntur poetae, ex vulgari veterum opinione; falsa tamen et ex nominis similitudine ducta. cf. in Excurs. III ad h. libr. dicta. (— 481. *deinde*, vid. Q. V. XXV, 7. *Wr.*) 482. Mezentii, regis Caeretanorum, *superbo*, crudeli, imperio infame nomen ex antiquis historiis poeta adscivit. 484. *di capiti*, uti II, 190. VI, 529. 530. (— 492.

Digitized by Google

Armati circumsistunt ipsumque domumque;
Obtruncant socios, ignem ad fastigia iactant.
Ille, inter caedem Rutulorum elabsus, in agros
Confugere, et Turni defendier hospitis armis.
Ergo omnis furiis surrexit Etruria iustis;
Regem ad supplicium praesenti Marte reposcunt.
His ego te, Aenea, ductorem millibus addam.
Toto namque fremunt condensae litore puppes,
Signaque ferre iubent; retinet longaevus haruspex
Fata canens: O Maeoniae delecta iuventus,

492. CAEDES 497. PUPPES;

490 *circumsidunt* Goth. tert. 491 *atque ignem ad* Parrhas. (*Obtruncat* Medic. apud Fogg. *Wr.*) 492 *inter caedem* Rom. et omnes vetustiores Pier. et Heins., ut hactenus praeferendum sit. (*caedes* Palat. Reduxi, quod ante me iam fecit Iahnius, *caedem*, quae est prior Medicei lectio; idem exstat in 2. 7. 12.; vid. Q. V. VIIII, 3, XI. Pluralis *caedes* quoties legitur apud Virgilium, vim sustinet passivam, quod facile docebunt singuli loci diligentius perpensi, VIII, 492. 537. 709. XI, 648. 729. XII, 500.; etiam supra vs. 483. *infandae caedes* sunt infando modo caesi. Et quum praeterea ubique apud Virg. legatur *inter caedes*, nihil miraberis, quod idem huc illatum est a quibusdam. Quare non magis poeticum *caedem* h. l., ut putat Gesnerus, sed magis proprium videri debet. Legitur *inter caedem* etiam apud Liv. XXX, 6.: „clamor inter caedem et vulnera sublatus;" et ap. Phaedrum II, 7, 8. ita, ut sit: inter caedendum, sive, dum caedunt. Quamquam autem non id contendo, singularem *caedes* ubique activae esse significationis, tamen non temere factum a poeta existimaverim, quod XII, 498.: „saevam nullo discrimine caedem Suscitat," quum plurali uti posset, singularem praetulit. Contra pluralis numerus quando vim activam recte sustineat, docere potest Liv. II, 64.: „Sabini —, quum caedes et incendia circum Anienem fluvium fecissent;" et quae sunt his similia. *Wr.*) 495 *manifesto M.* Oudart. ex glossa. *praesente* Rom. Reg. 497 *frement* Gud. *in littore* alter Hamb. 498 *ferre iuvat* Ven. *iubent* non tam ad *puppes* referendum, quam omnino ad Agyllaeos, quos declaravit in verbis *omnis Etruria — his millibus.* (Mihi quidem ea videtur simplicior ratio, ut, non mutato subiecto, *iubent* ad puppes referatur, quum non navali, sed pedestri certamine dirimenda res esset; nec video, si fremere naves recte dicuntur, cur non etiam iubere dici possint; quare semicolon in fine superioris vs. in comma mutavi. *Wr.*) 499 *facta c.* Gud. *Maeonide* Goth. tert., forte pro *Maeonidae*; et sic Serv. ad XI, 759. *dilecta* Oudart. et Montalb.

De ratione Infinitivi hist. vid. Q. V. XXX, 1. *Wr.*) 495. *praesenti Marte*, bello non dilato, quippe hoc ipso tempore in armis sunt et quidem classem pararunt, qua in altum evecti littus Rutulorum petant bellumque inferant Turno, ni Mezentium ad supplicium dediderit.

498 seqq. Hoc de Etrusco aruspice commentum, qui Caeretanis conatibus opportune interce-

Digitized by Google

Flos veterum virtusque virum, quos iustus in hostem
Fert dolor, et merita adcendit Mezentius ira,
Nulli fas Italo tantam subiungere gentem;
Externos optate duces. Tum Etrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita divom.
Ipse oratores ad me regnique coronam
Cum sceptro misit, mandatque insignia Tarchon,

506. TARCHO

500 *in armis* Leid. 502 *Fas Italo nulli* aliquot Pier. *summittere* ed. Ven. 503 *optare* alter Menag., at Serv. pro var. lect. *exspectate*, forte, *spectate*, eodem fere sensu, ut sit διαχρίνειν adeoque ἐκχρίνειν et eligere vel legere. conf. Burm. (Fallitur Heynius; neque enim pro varia lectione, sed pro explicatione, *exspectate* attulit Servius. *Wr.*) *residit* Moret. tert. 504 *Haec acies* Parrhas. *divorum* sec. Rottend. 506 *Tarchon*, quod inde ab Aldo legitur, retinuit Heinsius ob codd. suorum consensum. Sunt tamen edd., in quibus *Tarcon* legitur, ut e Pierio intelligas; sicque Egnatius edidit, ut apud Strabonem scriptum lib. V, p. 336 Τάρκωνα; quo auctore etiam *Tarconem*, non *Tarcontem* flectendum esse apparet. Adde Eustath. ad Dionys. Perieg. 347. Tum Pier. ex antiquo codice *Tarcho* (quod et Goth. alter habet). At Brunck. refinxit *Tarco*, memor voc. *Almo* lib. VII, 532, et inf. 602 *Tarcho* seu, ut et hic scribit, *Tarco et Tyrrheni*. cf. Heins. et excitatum a Burmanno Drakenb. ad Silium Ital. VIII, 474. Equidem, cum diu deliberassem, *Tarcho* e Pieriano admittere malui; nam nomina in *on* ita a Marone efferri satis constat. Ut vero *ch* in *c* mutarem paullo animosius, a me non obtinui, quia etiam Lycophron 1248 Τάρχων τε καὶ Τυρσηνοί. Et occurrit Tarchon in lapidibus Etruscis. Etsi ceteroqui bene teneo, sequiorum saeculorum pronuntiationem vitiosam hanc fuisse, ut in multis nunc habeamus *ch* pro *c* et *k*: quid? quod ipsa vox *pulcher* hinc fluxit; Romanis erat *pulcer*, pronuntiatum *pulker*. Verum taedet, in his bono otio abuti. (Revocavi *Tarchon*. De Latina horum nominum terminatione

dit, ut ad Aeneae adventum res differatur, inter potiora Virgilii inventa referendum videtur. Extraneo autem duci exercitus committendus, uti Lavinia externo viro iungenda lib. VII, 96 sqq. Esse hunc aruspicem ipsum illum Tarchonem v. 506, notat Iulius Sabinus: parum probabiliter. *O Maeoniae:* ex 479. 480. *flos veterum:* Ennianum hoc esse Servius testatur: etsi nec omnino infrequens, ex ἄωτον, ἄνθος; *flos et virtus* h. l. robur populi, qui antiquam originem habet. (— 503. *Externos duces*, i. e. externum aliquem ducem; vid. Not. ad I, 4. *Wr.*) 504. *Hoc campo* δεικτικῶς, etsi oculis prospici non poterant castra sub Caere locata. 505. *regni coronam;* novum hoc, sed dictum, ut *regni insignia;* et subiectum hoc idem, tamquam genus, enumeratione partium (coronae et sceptri) facta. Coronam v. inf. lib. XII, 162. 163. 506. *mandatque insignia* simpl. mittit in-

Digitized by Google

Succedam castris, Tyrrhenaque regna capessam.
Sed mihi tarda gelu saeclisque effeta senectus
Invidet imperium, seraeque ad fortia vires.
Natum exhortarer, ni mixtus matre Sabella
Hinc partem patriae traheret. Tu, cuius et annis
Et generi fata indulgent, quem numina poscunt,
Ingredere, o Teucrum atque Italum fortissime ductor.

vid. disputantem K. L. Schneider. Gr. Lat. P. II. Vol. I. p. 275. sqq. Nostrum hic est, videre, Virgilius quid secutus fuerit. Is autem ita in ea re versatus est, ut Graeca nomina praeter Apollinis nomen, quippe Latinum habens genitivum, omnia in *-on*, Italica in *-o* exire voluerit; hinc *Acmon*, *Acron*, *Aegaeon*, *Aegon*, *Damon*, *Eurytion*, *Haemon*, *Laocoon*, *Machaon*, *Micon*, *Patron*, *Pluton*, *Sinon*, *Stimicon*, *Ucalegon*; contra *Almo*, *Epulo*, *Hisbo*, *Rapo*, *Umbro*. Nam quod XII, 75. *Idmon* Rutuli nomen est, id ipsum Graecae originis esse satis constat. Iam *Tarchon* Graecum esse nomen, ipsa prodit adspiratio; et convenit Graecum nomen Tyrrheno. *Tarchon* omnes codd. exhibent; nam quod in uno libro Pierius invenit *Tarcho*, id nihil moror, quum, ut litera finalis *m*, sic etiam *n* lineola transversa, quae facillime omitti in uno alterove libro potuit, significari a librariis soleat; vid. Q. V. III, 1. V. L. ad XI, 184. At, inquis, infra vs. 603. hoc ipsum *Tarchon* in metrum peccaret. Id non maiorem habet vim, quam quod semel *Daphnin*, Ecl. V, 52., metro cogente scripsit Virgilius, quum Graeca hac accusativi terminatione praeterea abstinuerit. Et Servius, qui vs. 603. Latino nominativo usum esse Virgilium lectores admonendos duxit, ad X, 153. ubique poetam *Tarchon*, excepto uno illo loco, vs. 603., ubi vid. V. L., coll. eod. Servio ad X, 748., scripsisse affirmat. Denique quod *Tarchon* et *Tarcon* Heynius comparat cum *pulcer* et *puleher*, non meminerat Vir praestantissimus ea, quae apud Cicer. leguntur Orat. c. 48. Semel *Tarcon*, superscripta tamen *h*, Medic. XI, 757. *Wr.*) 508 *seriq.* Parrhas. *effata iuventis* corrupte Goth. sec. 510 *Gnatum* Rom. (quod tueri se h. l. possit; vid. Q. V. XXXVIII, 1. *Wr.*) 511 *Hic* Ven. Ed. Iunt. *patrem p.* Medic. *patriae partem* Dorvill. *totius et annis* corrupte Goth. sec. *in annis* tert. 512 *fatum indulget* lectum ante Heins., qui mutavit ex auctoritate Medicei, trium Moret. alt. Mentel. et alt. Hamb. post Mediceum Pierii. *fatum indulgent* Gud., scil. *numina*. *fatis indulgent* Regius. (Apparet lectionem *fatum indulget* ortam esse ex elidendi ratione, quod manifesto declarat scriptura e Gudiano enotata. *Wr.*) *poscant* Ven. 513 *et Teucrum* Zulich.

signia regni: int. ex Etruscorum more, illa scilicet ipsa, quae memoravit; tacet reliqua, sellam eburneam, tunicam palmatam, togam pictam. vide omnino Dionys. III, 61 pr. (p. 195). *Succedam*, eo consilio, ut succedam. (sed vide, quae scripsi in V. L. ad IV, 683. *Wr.*) 508. *saeclis effeta s.* simpl. pro annis; male Grammatici argutantur. 510. ni, mixtum genus habens per matrem Sabinam, partem patriae seu originis hinc, a Sabinis, adeoque ex Italia, duceret, etsi patre externo, Euandro, natus. 512. qui *genus*, ortum ex peregrina terra habes,

Digitized by Google

Hunc tibi praeterea, spes et solatia nostri,
Pallanta adiungam: sub te tolerare magistro
Militiam et grave Martis opus, tua cernere facta
Adsuescat, primis et te miretur ab annis.
Arcadas huic equites bis centum, robora pubis
Lecta, dabo; totidemque suo tibi nomine Pallas.
Vix ea fatus erat: defixique ora tenebant
Aeneas Anchisiades et fidus Achates;

520. ERAT; 521. ACHATES,

514 *Nunc* duo Burm. cum aliquot Pier. 516 *et* abest pr. Rottend. *onus* pr. Hamb. pro var. lect. *fata* Dorvill. 517 *pr. et iam m.* Parrhas. *te imitetur* codd. apud Pier., ex interpretatione. 518 *Arcades* vett. edd. et codd. aliquot, vitiose, ut et *hinc* ap. Burm. *ter centum* Parrhas. *corpora pubis* Goth. tert., et sic aliquot Pier. Catull. Epith. Pel. 4 *lecti iuvenes Argivae robora pubis.* (*pubes* Medic. *Wr.*) 519 *suo tibi munere* aliquot Pier. Gud. a m. sec. Voss. pr. Zulich. Vratisl. et pro div. lect. Hamb. pr. et Scheffer. (eadem est lectio 2. 11. *Wr.*) At Gudius a m. pr. *suo sibi munere*, pro se iungere; placet haec argutior forma Heinsio. *tuo sibi nomine* Medic. a m. pr. Burmanno arridet: *suo sibi nomine* et laudat VI, 142. Sed omnia ista in epigrammate feram; nunc plus dignitatis epicae inest vulgari lectioni. *suo tibi numine* Puget. 520 *defixaq.* duo Burm. ad vulgarem formam. *diffixi* Leid. *intentique* aliquot Pier. e similibus locis. *defixi ora* malebat Cuningham. (Mutavi hic et in proximis vss. interpunctionem coll. Q. V. XXXV, 6. et V. L. ad V, 49. Sententia versuum 522. sq. in pedestris orationis formam redacta ita fere concipi poterit: „Multa tristia animo volvebant. At repente Venus signum dedit.“ Simillima est ratio VI, 358. sqq.: „iam tuta tenebam: Ni gens crudelis — Ferro invasisset.“ *Wr.*)

cum idonea rebus gerendis aetate, et quem *numina*, vaticinium designat — 513. *Ingredere*, ut Georg. I, 42 *Ingredere et votis iam nunc assuesce vocari.* Incipe, suscipe rem. 516. *grave Martis opus.* Homericum: μέγ' ἔργον Ἄρηος Il. λ, 733 et al. 515. 516. 517. Praeclari versus sententiis et verbis. Maronem mirati sunt et imitati in hoc loco, quos Cerda iam laudavit, Valer. Fl. (I, 269 sqq.), Silius (IV, 430. 431); adde Apollon. lib. II, 804. 805, et Epitomen Iliados 573 seq., ubi cf. Wernsd. — 518. 519. Quadringentos equites mittit Euander, ut iter esset expeditum, nec longa mora intercederet, quam obsidionis discrimen non admittebat. Tenendum hoc est, ne mirum videatur, cur *Arcades equites* potissimum poetae placuerint! Cum alioqui Arcades equitatu non valuerint, nec in regione montosa et aspera valere potuerint. Qua de re doctae subtilitatis nota est Guellii inf. ad lib. X, 364.

520 sq. Ex veteris Italiae religione et poetae nostri perpetuo more res aliter vix expediri Aeneaeque animus erigi poterat, quam ostento vel augurio. Sed

Digitized by Google

Multaque dura suo tristi cum corde putabant:
Ni signum coelo Cytherea dedisset aperto.
Namque inproviso vibratus ab aethere fulgor
Cum sonitu venit, et ruere omnia visa repente,
Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.
Suspiciunt; iterum atque iterum fragor increpat ingens.
Arma inter nubem, coeli in regione serena,
Per sudum rutilare vident, et pulsa tonare.
Obstupuere animis alii; sed Troius heros
Agnovit sonitum et divae promissa parentis.

522. PUTABANT;

522 *Mistaque* Goth. tert., *dura duo* coni. Burmann., parum scite. *tum* sec. Rottend. *tristes* Goth. sec. *sub corde* tert. *movebant* Hugen. a m. sec, interpretamentum *τοῦ putabant*. 523 *e coelo* Montalb. *Tyrrea* Goth. sec. *d. ab alto* Bigot. Leid. pro div. lect. et Goth. tert. 527 *increpat*. Consentiunt in hanc lectionem ab Heinsio illatam, a Burmanno vero incuria, ut arbitror, iterum omissam, omnes praestantiores Heinsii et Pierii codices (etiam 5. 7. 11. *Wr.*) cum Iulio Sabino, quae et ipsa paullo doctior est, pro *sonat*, ut inf. IX, 504 de *tubae sonitu*; et locum facit versui hinc tertio, 529 *hinc pulsa tonare*. *Intonat* tantum recentiores codd. insidet, et edd. veteres, quas evolvi, Aldd. et hinc profectas, omnes. Agnoscit quoque Servius. *sonus intonat* Gud. a m. sec. (*intonat* etiam Palat. *Wr.*) *insonat* Dorvill. (et 3. *Wr.*) *intonat aures* admodum vetusti codd. apud Pier. 528 *in* abest a pr. m. a Medic. et Gud. et malit *in* abesse Heinsius. (XI, 225.: „Hos inter motus, medio in flagrante tumultu." III, 646.: „Dum vitam in silvis inter deserta ferarum Lustra trabo." *Wr.*) Nonius: *inter nubes coeli regione serena. inter nubes* etiam Parrhas., minus docte. 529 *Persuidum* Rom. *sonare* idem et aliquot Pier. et Heins. cum Goth. sec. 531 *et* abest Romano.

poeta novo commento id constituit, quod meteorum, seu ostentum aeris, ad strepitum ex armis caelitus a Venere allatis retulit: non dicam equidem, an satis feliciter. Arma in caelo passim a superstitiosis hominibus conspecta, belli et cladis signa, equidem huc non referam; nec Spencii acumen placet, Polymet. Dial. 20, n. 28, qui auroram borealem a poeta describi putabat. 523. *Ni — dedisset;* nova forma orationis, in qua miror interpretes non haesisse. Ellipsis esse debet totius enuntiationis: *et diutius etiam in ea cogitatione defixi perstitissent, Ni* etc. Vulgaris forma erat: *cum signum Venus dedit.* (de toto hoc loco vid. V. L. ad vs. 520. *Wr.*) Dixit *caelo aperto*, ut Ge. I, 393 *aperta serena*, cum nubes dicantur caelum obducere. cf. mox v. 527. 528. 526. clangor armorum, quae movebantur per aerem deportata a Venere, comparantur cum clangore tu-

Digitized by Google

Tum memorat: Ne vero, hospes, ne quaere profecto,
Quem casum portenta ferant; ego poscor Olympo.
Hoc signum cecinit missuram diva creatrix,
Si bellum ingrueret; Volcaniaque arma per auras
Laturam auxilio.
Heu quantae miseris caedes Laurentibus instant!
Quas poenas mihi, Turne, dabis! quam multa sub undas
Scuta virum galeasque et fortia corpora volves,

532 *Tunc vero memorat*, *hospes ne*, Ven. *nec vero* Exc. Burmann. *nec quaere* Oudart. *ne quaere*, *hospes*, *ne quaere profecto* aliquot Pier. (Bothio videtur poeta scripsisse: *Nunc vero*, *hospes* (*ne quaere — ferant*), *ego p. O. Wr.*) 533 *ferunt* Parrhas. *serant* Goth. tert. 534 *Musarum diva creatrix* Goth. tert., miro stupore. 537 *caedes miseris* Schol. Horatii Epod. X cum Montalb. *clades* Bigot. a m. sec. (Burm. in Mediceo *insint* legi refert; at Fogginius p. 453. diserte scribit *instant* in eo reperiri. *Wr.*) 538 *Quas mihi Turne dabis poenas* Hamb. sec. *tu mihi Turne* Franc. *sed multa* Ven. *sub undis* sec. Moret. *sub unda* tres Burm. cum Rom., minus poetice. 539 *volvens* Rom. Versus iam supra Aen. I, 100. 101 obvii, ad Homeri ductum facti.

bae. *Tyrrhena* (pro Tyrrhenica) *tuba*, a Tyrrhenis, ut notum est, inventa; et doctius: *Tyrrhenus clangor tubae.* 529. *pulsa*, impulsa, allisa sibi invicem, *tonare*, pro simplici sonare.

531. *et agnovit divae promissa parentis*, et v. 534 *Hoc signum* etc. Bene Servius: „κατὰ τὸ σιωπώμενον intelligimus Venerem ei promisisse.“ Clarior res apud Homer. vid. Iliad. σ, 189. Ceterum poetam hic in malum locum intulisse pedem apparet. Debebant enim, ut vis carminis esset satis magna, ea nunc omnia subiici, quae vs. 608 usque ad f. libri sequuntur. Hic etiam multo magis vacasset animus iis rebus cognoscendis, quae de clipei argumento narrantur, quam cupiditate per illa, quae interiecta sunt, repressa et obtusa. Sed, si hanc rationem sequebatur poeta, alia forte occurrebant, quibus se premi sentiebat, ut adeo alterum praeferret. Unus forte est modus, quo poetae subveniri possit, si dixeris, nunc tantum prodigium narrari in nubibus ortum subiti clangoris: quale meteorum illud est, quod saepe vulgus terroribus exanimavit, fragoris in aere, procurrentium fulgurum, micantium ignium. Cum Arcadum animi ostento essent percussi, Aeneas portendi sibi nova arma ratus, quippe promissorum matris memor, ostentum de se interpretatur et omen accipit. *ego poscor Olympo*, tertio casu, pro *ab O.*, me Olympus poscit, me

Digitized by Google

Thybri pater! Poscant acies, et foedera rumpant. 540
Haec ubi dicta dedit, solio se tollit ab alto;
Et primum Herculeis sopitas ignibus aras
Excitat, hesternumque Larem parvosque Penatis

540 *et sidera* Goth. tert. *et secla* alter. 542 Me in *Herculeis ignibus* haerere, iam in notis significavi. Suspicor vitium inesse scribendumque esse: *Herceis ignibus*. Confirmat me imitator Maronis Lucanus: Herceas, *monstrator ait*, *non respicis* aras? Commendat quoque emendationem hanc ingenuo cum candore Wakefield ad h. l. Iovis *Hercei*, Ἕρκειον, religio satis nota, eiusque aram in penetrali regiae Priami vidimus apud nostrum quoque lib. II, 512, etsi nomine hoc non expressam: sed v. Exc. XI ad lib. II, et viri docti passim, v. c. ad Ovid. Heroid. VII, 113, in Ibin 286. *Herculeas — aras* Dorvill. Haereo nec minus in vs. sq. 543 *Suscitat* Rom. et plerique Pierii cum parte codd. Heins. et Burmann., etiam edd. nonnullae, ut Basil., haud dubie magis ad proprietatem verborum; (ut, qui dormiunt, et *suscitari* et *excitari* dicuntur, sic etiam ignis; vid. Heins. ad Ovid. Fast. V, 507. *Wr.*) sed dubitare licet, an ex aliis locis, ut sup. 410. V, 743, refinxerint grammatici. (et vid. V. L. ad VII, 528.; *excitat* Medic. cum aliis optimis Heins. et 2. 3. 8. 11.; ac nollem *suscitat* a Iahnio revocatum. *Wr.*) Sed *hesternum Larem* quomodo accipiemus, et utri verbo iungemus? num aras *excitat hesternumque Larem*? an *aras excitat*, *hesternumque Larem parvosque Penates luctus adit*? Sane sic debebat esse *adit* priore loco, tum *excitat*. *externumque* Rom. cum aliis Pier., tum Serv., pro div. lect. Medic. et aliquot alii Heins. et Burm. cum binis Goth. per se, lapsu proclivi et obvio; cf. ad Tibull. II, 1, 12, etsi hoc loco non incommodum sensum facit: *externumque Larem parvosque Penates Lustus adit*, si iungas: est enim domus externi hominis, a quo hospitio excipitur. v. Notam. *patriosque Penates*, notabilis

vult, respicit, h. ad me ostentum aeris spectat, nihil est, quod vos terreamini. Alio modo poscitur Olympo, qui in illum attollitur et evehitur. Quomodo reddere possis verba Oedipi Colonei ap. Sophocl. 1542 audito tonitru: ὦ παῖδες, ἥκει τῷδ' ἀπ' ἀνδρὶ θέσφατος βίου τελευτή. 537 — 539. *Heu quantae* — Imitationes iam Cerda notavit Silii II, 455. 456. Statii Achill. I, 84 sqq. Adde Stat. Theb. II, 460. 461. III, 210 sqq. et passim alios; item Horat. I Od. 15 *Eheu quantus equis* etc. (Scripserat Heynius in minore editione: „Historica quidem veritate ac fide haec non memorantur; nec ad Tiberim pugna facta est; sed poetico phantasmate, praeclare; saltem Latium intelligi potest.“ Cui respondet Ruhkopf.: „Poeta tamen repetiit hanc eandem sententiam XII, 35 sqq. et, nisi fallor, omnia se optime habent, quum in vicinia fluvii oppugnatio et pugna fierent.“ *Wr.*) 540. quasi, eant nunc et flagitent bellum. Serv. cf. sup. VII, 317, ubi eadem sententia alio modo reddita.

542. 543. Surgit Aeneas et ad focum aedium accedit, Penates precatur. *Herculeis sopitas ignibus aras* doctius dictas esse,

Digitized by Google

Laetus adit; mactant lectas de more bidentis

lapsus, non lectio Goth. sec.; sic suos, Troianos, non Euandri, Penates adorat Aeneas: sic *externum Larem* comparari aliquis censeat. (Restat, ut expromam, quae ego de his vss. sentio. Duplex a Virgilio indicari videtur sacrum, alterum Herculi, alterum diis Euandri familiaribus factum. Herculei ignes resuscitati, quum pridie victimae in Herculis honorem ipso praesente Aenea mactatae essent, nulli possunt esse alii, quam qui in Ara Maxima accensi fuerant. Nec mirabimur, si Aeneas deum ab Euandro prae ceteris cultum, rebus, quarum causa venerat, feliciter peractis, maioribus etiam intentus, praecipue sibi venerandum putavit. Nec praetereundi erant dii Euandri domestici, qui liberali Aeneam hospitio exceperat. Iam *externum* ortum est ex *esternum*, quemadmodum, abiecta adspiratione, scriptum est in Medic. Et hesternum adit Larem, i. e. quem heri iam adierat; — etsi id, ut interdum alia, reticuit poeta; — ita enim, *adit Larem*, ut iungamus, recte suadet Heyn. in Not.; — quamquam ne illud quidem *excitat hesternum Larem* perperam dicitur. Ceterum *Penates* Medic. *Wr.*) 544 *mactant* Heins. e Medic.; adde Zulich. et ad normam v. 57. lib. IV. (*mactat*, ut est etiam in Palat., revocavit Iahnius. At vix dubites, quin Singularis debeatur praegresso proxime eiusdem Numeri verbo *adit*. Accedit, quod, quum illud sacrificium vel maxime ad Troianos pertineat, una cogitatione Euandrum Troianosque poetam complecti voluisse verisimile est, nec Troianorum commemorato demum Euandro in mentem ei venisse. *Wr.*) *lectas mactat* Goth. sec. *laetas* Sprot. et Exc. Burmann. Male; sunt ἐξαίρετοι, ἔκκριτοι, eximiae, adeoque τέλειαι. cf. ad IV, 57. VI, 39.

quam *ignes sopitos in aris vel ignes arae* in promtu est intelligere. Sed *Herculeos ignes* non satis expedio. Herculis ara ante urbem in luco erat: sup. vs. 104. De alio quam de sacro Penatibus in penetralibus domûs facto locus vix intelligi potest. Iam *ignes Herculei*, in foco vel ara Penatium sopiti, aut ornantur epitheto hoc, respectu Herculis, qui olim eandem ad aram sacra fecisse putandus est, aut intuitu moris religiosi, quo ignis ex sacro Herculis hesterno (vide v. 102. 103. 104) servatus et in focum domesticum repositus fuerat: sic Cerda et alii; aut Hercules fuit Euandro Penatium loco Geniusque adeo seu Lar domesticus. Hoc saltem praestat. (At tale quid si dicere voluisset poeta, non *sopitas aras excitat*, sed simpliciter *sopitos ignes*, scripsisset. *Wr.*) In V. L. proposui legendum: *Herceas aras*, in domo. v. V. L. *Larem hesternum* si, ut olim ipse faciebam, iungis cum *excitat*, accipies pro foco et igni hesterno in foco ante Larem: iuncta ut sint: *ignes in ara et Larem hesternum excitat*. Solet ita poeta eandem notionem bis terve ornare; attamen perquam durum est *Larem* ita dictum esse; sin iunxeris: aras excitat, *hesternumque Larem parvosque Penates adit*, id quod sollennis sententiarum ordo in poeta suadere potest, alio modo laboras in iunctis sine ulla vi, et sine more, *Penatibus* et *Lare*. Manet alia difficultas in epitheto *hesterni Laris*. Hactenus praeferas *externumque Larem*, ξένιον. Ita saltem sine offensione

Digitized by Google

Euandrus pariter, pariter Troiana iuventus.
Post hinc ad navis graditur, sociosque revisit:
Quorum de numero, qui sese in bella sequantur,
Praestantis virtute legit: pars cetera prona
Fertur aqua, segnisque secundo defluit amni,
Nuntia ventura Ascanio rerumque patrisque.
Dantur equi Teucris Tyrrhena petentibus arva;
Ducunt exsortem Aeneae; quem fulva leonis
Pellis obit totum, praefulgens unguibus aureis.

545 *Euander* alii et h. l. 547 *sequuntur* Franc. *sequentur* alter Hamb. 548 *Praestanti* pr. Rottend. a m. pr. *Praestante* Goth. tert. (*Praestans* Medic., sed superscriptum *te*, ut fiat *Praestantes*. *Wr.*) 550 *regnique* alter Hamb. 551 *T. p. arma* Ven. 552 *exsortem vel ingentem* Zulich.

lectio procedit: *Et primum Herceis sopitas ignibus aras Excitat; externumque Larem parvosque Penates Laetus adit.* h. precatur, adorat. plenius esset, *adit precibus.* (Vide, quae scripsi in V. L. ad vs. 543. *Wr.*) Bene dixit *parvos Penates* Euandri, parva sigilla, ut humilem casam decebat. Puta, haec fieri in suscipienda profectione et adeundo discrimine.

546. Navi a littore Laurentino amne adverso Pallantium pervenerat Aeneas sup. v. 90: nunc ea navi partem sociorum redire ad Ascanium iubet; altera parte sibi adiuncta, et Arcadibus comitibus, terra per Etruriam Caere ad Tarchontem (*Tyrrhenum regem*) proficiscitur. 547. *qui sese in bella sequantur.* Paullo obscurior sententia; nam ad bellum non proficiscitur, sed ad auxilia et societatem Caeretanorum parandam. Servius multis allatis nihil expedit. Dicendum forte, poetam omnino viros fortes declarare voluisse, quorum adeo id proprium esset, ut Aeneae latus tegerent in discrimine belli: sicut et infra iterum v. 606 *et bello lecta iuventus.* An *bella* pro castris ad Caere? an magis consentaneum, et in hoc acquiescam, dicere, poetam respexisse ad id, quod futurum erat, ut ii, una cum Etruscis, navibus vecti ad ostia Tiberis pugnam cum Turno facerent? inf. X, 260 sqq. Nam Caeretanos in castris sub signis habitos aditurus erat, ut statim eos adversus Mezentium et Turnum duceret; supra 503; conf. Not. ad 498. — Iam, qui *secundo amni defluit*, defertur ille. 549. *segnis* „sine remigio“ ut bene Servius explicat: cum antea adverso flumine venissent v. 94 *Remigio noctemque diemque fatigant.* Addit idem alia, quae tamen minus se probant. 550. *Ascanio*; remanserat is apud Troianos in castris sub Tiberis ostia. cf. sup. VII, 158. 159. De eorum autem adventu in castris nihil amplius memoravit poeta, nec facere id opus erat.

Digitized by Google

Fama volat parvam subito volgata per urbem,
Ocius ire equites Tyrrheni ad litora regis.
Vota metu duplicant matres, propiusque periclo
It timor, et maior Martis iam adparet imago.
Tum pater Euandrus, dextram conplexus euntis,

555. AD LIMINA

554 *parvas — per urbes* pr. Hamburg. Sed urbs Pallanteum est intelligenda. 555 *ad limina* ex parte codicum suorum et Pierianorum, inter quos Romanus erat, Heinsius probavit: vulgo, *ad littora*, ut omnes Goth. habent, unus etiam *Tyrrhena*; varietas satis frequens; cf. ad II, 371. *littora* tamen Cuningh. praetulit. (Non valde miror, lectionem *limina* a recentioribus editoribus praelatam esse. Certe facilius talia invenias: *ad moenia, tecta, limina*, quam illud: *ad litora regis ire*. Sed quum recte illi dici posse videantur ad litora Tyrrheni regis tendere, qui in litore castra classemque habebat, vid. vs. 497., quumque ad defendendam hanc lectionem praeter alios plurimos codd., in quibus 7. 8. 11. 12., Medicei, et, quem *limina* tueri falso refert Heynius, Romani auctoritas accedat, non dubitavi *litora* restituere. *Wr.*) 557 *Et timor* Rom., et habet hoc expeditam interpretationem: *propius periclo* (absolute; cum iam res adducta esset propius ad discrimen), *Et timor* (apparet maior), *et maior Martis iam apparet imago*. Vellem eundem sensum ex vulgata elici posse, sed *it timor* pro grassatur vix usu probari potest. (Sed mihi quidem, si Romani lectionem sequamur, sententia prorsus everti videtur. Vid. Not. Ad coniecturas, satis illas infelices, confugit Withofius, *Kritische Anmerkk.* fasc. IV. p. 29. *Wr.*) *It minor* Goth. sec. *It metus* Priscian. lib. XVIII. *propiusque pericli Hic amor* Philargyr. excitat ad IV Ge. 47. *iam* abest a nonnullis Pier.

conf. ad X, 238. (— 551. *petentibus*, an i. q. petituris? vid. Q. V. XXVIIII, 2, a. *Wr.*) 552. *exsortem*, eximium, ἐξαίρετον. Adducitur equus Aeneae praecipuus. (vid. Not. ad V, 534. *Wr.*)

554 sqq. Non male sequentia ad sensuum et affectuum naturam in tali rerum articulo efficta et exposita: Matrum timor; Euandri senis vota ac preces, totus discessus. Vss. 560 sqq. ex Homericis sunt adumbrati, Nestoris oratione Iliad. η, 132 sq. λ, 669 seqq. ψ, 629 seqq. Ulyssis ad Eumaeum Odyss. ξ, 468 sqq. Laertae Odyss. ω, 375 seqq. Aliorum imitationes v. apud Cerdam. Fabulam de *Herilo*, Praenestinorum duce, domesticam nescio unde acceperit. Sed triplicem vitam ipse poeta fingere potuit, ad exemplum eorum, qui caesi reviviscerent (ineptit Servius ad v. 562), aut ad exemplum Antaei vires a terra matre sumentis, in quam victus procubuerat. Quod sequitur, *propiusque periclo It timor*, impeditum est, quocunque te verteris; proprie *propius ire periculo* esset propiorem esse periculo, instante iam discrimine; *propius ire*, ut *propius esse* ap. Silium I, 13 *propiusque fuere periclo, Quis superare datum*, de Romanis tantum non in ultimum

Digitized by Google

Haeret, inexpletus lacrimans, ac talia fatur:

559. INEXPLETUM

559 *inexpletus lacrimans* aliquot Pier. et Erf. *inpletus* Rom. In aliis apud Heins. hoc interpolatum: *inexpletus lacrimis*: utrumque pro var. lect. Servius commemorat; *inexpletus* etiam Iul. Sabinus. Comparant ἄμοτον κλαίω Iliad. τ, 300. cf. ad Hesych. in ἄμοτον. Porro Pier. aliquot: *in amplexus*, pr. Voss. et alter Hamb. *in amplexum*, et Montalb. cum binis Goth. *in amplexu*. (E scholio Serviano cognoscitur, iam veteres haesisse h. l., multos iunxisse *Haeret inexpletus*, alios legisse *inexpletus lacrimis*, ut exstat in ipso Mediceo; „honestius tamen, ait, est *inexpletum*." Hoc, *inexpletum*, quod etiam in Palat. legitur, si scripsisset Virgilius, nemo facile offendisset. Sed apparet, *inexpletus lacrimans* ita iuncta displicuisse causamque varie haec tentandi fuisse. Itaque et illud *inexpletus lacrimis* et *inexpletum lacrimans* ac reliqua lectionis diversitas merae habendae sunt veterum criticorum interpolationes. At tu ne dubita, quin plane Virgilianum sit, quod restituimus, *inexpletus lacrimans*; cfr. Ge. I, 163.: „Tardaque Eleusinae matris volventia plaustra." ib. II, 377.: „gravis incumbens scopulis arentibus aestas." III, 28.: „magnumque fluentem Nilum." IV, 19.: „tenuis fugiens per gramina rivus." Aen. III, 70.: „et lenis crepitans vocat Auster in altum;" ut Marian. in Brunck. Anal. T. II. p. 511.: „δένδρεα πρηῦς ἐπιπνείων ἀμφιδονεῖ Ζέφυρος." Aen. XI, 832.: „immensus surgens ferit aurea clamor Sidera." V, 764.: „Creber et adspirans rursus vocat Auster in altum;" i. e. *Et creber adspirans*, nam copula *et* hunc versum superiori adnectit, ut etiam Ge. III, 350.: „Turbidus te torquens flaventes Hister arenas;" i. e. *Et turbidus torquens*. Hinc nemo improbabit emendationes libris mss. iubentibus a me factas Ge. I, 320.: „Quae gravidam segetem — *Sublimem expulsam* eruerent." et ib. IV, 370.: „*Saxosus*que *sonans* Hypanis." Et auctore Mediceo scribendum videtur XII, 457.: „*densi* cuneis se quisque *coacti* Adglomerant." Eodem autem modo explicuerim Ge. IV, 425.: „Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat:" i. e. rapido

discrimen adductis. At h. l. *timor it propius periclo*. Dixeris esse dictum: *periclo*, pro, cum *periclo*; itaque accipiendum esse: *timor it propius*, timor fit propior, h. magis urget, fit gravior, acrior, *periclo*, cum periculo, periculo instante, scilicet periculi cogitatione, appropinquante periculo crescit et augetur metus. (Conatus est haec expedire etiam Waardenburg. Opusc. p. 172. Mihi quidem haec non nimis difficilia videntur. Res est propior periculo, i. e. res non longe abest a periculo. Pro eo poetae licebit etiam dicere: res it propius periculo. Iam *timor propius it periculo* valebit: timor non longe abest a periculo. Quod licet fortasse sine exemplo dictum fuerit, poterit tamen recte ita accipi: non iam metuunt solum periculum, sed propinquum etiam et instans vident. Legitur apud Liv. I, 25.: „prope metum res fuerat;" cuiusmodi res si ad exitum iam inclinat, metus prope periculum esse dici poterit: *die Besorgniss grenzt an Gefahr*. — 558. *euntis*, fi-

Digitized by Google

O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos!
Qualis eram, quum primam aciem Praeneste sub ipsa
Stravi scutorumque incendi victor acervos,
Et regem hac Erilum dextra sub Tartara misi;
Nascenti cui tris animas Feronia mater
(Horrendum dictu) dederat, terna arma movenda;
Ter leto sternendus erat; cui tum tamen omnis
Abstulit haec animas dextra, et totidem exuit armis.
Non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam,

563. HERILUM 566. TUNC T.

aestu torrens; fortasse etiam Aen. I, 352.: „Multa malus simulans," nisi veriora sunt, quae docet Wunderl. Obss. ad Tibull. I, 5, 20. Ceterum vide etiam Not. ad Aen. II, 53. et V. L. ad V, 24. VIII, 299. *Wr.*) 560 *O ne praeterea* Goth. sec. 561 *erat* Priscian. XVII. pag. 1110. *cum primum* Rom. et aliquot Pier. *Praeneste sub ipsa*: consentiunt in hoc libri et Grammatici apud Heins. *ipsa* sc. urbe P., vel poeta extulit *haec Praenestis.* ut Horat. I Epp. 2, 2. 562 *sacrorumque* sec. Moret. *accendi* Ven. et Goth. sec. 563 *hac* abest Vratisl. (*ac* Medic., sed superscripta *h. Wr.*) *Erilum* et *Erylum* potiores scribunt: *Erulum* Rom. *Elinum*, *Cerilum*, *Acerilum*, *Helenum*, *Athericum* al. (Lips. utq. *Herilum*; et sic in editionibus Dan. et Nic. Heinsiorum scribitur; antiquissimi tamen libri, Rom., Pierio teste, et Medic., in quo est, ut etiam in Gud. aliisque, *Erylum*, adspirationem non agnoscunt; quare detraxi. De media vocali nondum mihi liquet. *Herulum* 7. 11., uti etiam in Rom. Bottarius legere sibi visus est. *Wr.*) 565 *triaque* l. *tria* Muson. malebat in Servii gratiam, perperam. *trina* pr. Hamb. pro var. lect. et Flor. Iunt. cum binis Goth. 566 *Terque solo* Oudart. (Reduxi e libris editis antiquioribus *tum.* Lectionem *tunc* in marginem reiecit Christi. Egenolphus in editione a nemine, quod sciam, commemorata, quae prodiit Francof. apud Io. Wechel. 1590. 8. Vid. Q. V. XXV, 5, a. *Wr.*) 567 *animas*, *totidem dextra exsuit* pr. Mentel. 568 *tunc* Dorvill. *Ergo non d.* Goth. sec. *duplici* 8prot. *devellerer* tres Burm. cum Erf. *divellier* Goth. tert. (*umquam* 9. 11. *Wr.*)

lii; vid. V. L. ad IX, 733. *Wr.*) 561. ut sim talis, *qualis eram* etc. εἴθ' ὡς ἡβώοιμι Nestor l. c. η, 157. λ, 669. 564. *Feronia* v. sup. VII, 800. ubi *viridi gaudens Feronia luco. terna arma movenda*, ut ter reviviscens ter rebellaret, adeoque ter esset vincendus. Nisi forte melius sic interpungas et accipias: *Nascenti cui tris animas — dederat: terna arma movenda, Ter sternendus erat. Cui tunc t.* Erat ter cum eo pugnandum, ter arma in eum movenda, ter erat vincendus. Itaque Euander eum ter vita et armis exuerat. (— 566. *leto sternendus*, tertius casus; XII, 464.: „neque aversos dignatur sternere morti;"

Digitized by Google

Nate, tuo; neque finitimo Mezentius umquam
Huic capiti insultans, tot ferro saeva dedisset
Funera, tam multis viduasset civibus urbem.
At vos, o superi, et divom tu maxime rector
Iuppiter, Arcadii, quaeso, miserescite regis,

569. FINITIMUS USQUAM,

569 Abest versus Goth. tert. *finitimo* e codd. suis et Pier. Heins. emendavit; sc. *huic capiti*: quod vix placet; Burm. cum al. *finitimo ferro* iungit. Saltem dixerim: *finitimo* absolute pro *in f.* Vulgo lectum *finitimus* inde ab Ald. 1514 adeoque a Naugerio. Servius videtur legisse *finitimos*, sicque Dorvill. a m. sec. et ed. Iunt. 1520. *usquam* idem Heins. restituit: vulgo *unquam*; at Moret. sec. et Gud. a m. sec. *Mezentius hostis*: quae aut vera lectio est aut pro veriore habenda, in cuius locum successit *usquam*, quod ex superiore versu per errorem iteratum suspicor. Revocavi autem *finitimus* tamquam unice verum: cum scriptum esset *finitimos*, aberratum est in *finitimo*. (*finitimus* Palat, testis non admodum locuples, et 3., ex Heinsianis unus Rottend. pr. a m. sec.; *finitimo* praeter ceteros etiam utq. Lips., Dorphiani et ii codd., quibus usus est, qui concinnavit edit. Vinar. 1826. Servium, a quo aperte agnoscitur *finitimo*, *finitimos* legisse, etiam e scholio subsequente probari nequit. Lectio ab Heynio exhibita pessimo laborat sono: *-mus Mess...us us-*; nam *Mez-* sonabat fere *Mess-*. Accedit, quod *finitimus*, facilis lectio, non potest in difficilem mutata videri; at *finitimo* aut casu nomini proximo accommodatum, aut de industria in *finitimus* conversum esse intelligitur. Itaque revocavi *finitimo*, ita tamen, ut commate in fine versus sublato iungam *finitimo huic capiti*. Ac si non alibi legitur hoc ipsum *finitimum caput*, satis tamen constat *caput* saepe pro homine dici, ut *putidum*, *lepidum*, *ridiculum caput*; et *huic capiti* nihil aliud est, quam *mihi*, quo genere circumlocutionis tragicos Atticos inprimis delectatos esse sciunt omnes; infra XI, 399.: „capiti cane talia demens Dardanio." Nimirum *finitimo mihi* quum tenuius videretur, *finitimo huic capiti* dicere poetae placuit. Iam *usquam*, aut e proxime praegressa syllaba ortum, aut repetitum e versu superiore, legitur in paucis codd., in quibus 10., nec, post restitutum *finitimo*, ullus ei lectioni locus esse potest. Quare etiam *umquam* reduxi. *Mez. hostis* etiam 5.; memorabilis lapsus, lapsus tamen; nam si in multis codd. aut hic *usquam*, aut supra *umquam* exstaret, tum demum hoc ex superiore versu illatum credere liceret. Ceterum *Mezzentius* Medic., sed transfixa priore z; vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) 571 *vidisset* Goth. tert. 573 *reminiscere regis*, *Exaudique preces patrias* codex apud Pier., interpolate.

quasi ad mortem; vid. etiam Not. ad Ge. IV, 432., unde probabile fit, etiam Aen. IV, 527. *somno* esse dativum: *somno positae*, ad somnum compositae. — Ad vs. 567. cfr. Q. V. XXXIIII, 4. *Wr.*) 569. *finitimo*, in finitimo, qui est in finitima urbe. (ita iam Servius; sed vid. V. L. — 571. *viduasset*, hunc huius verbi usum exemplis ex utroque sermone petitis illustrat Cort. ad Lucan. II, 441. *Wr.*) 572. Habent hae preces tanto plus suavitatis, quod tamquam praesensione aliqua tacita

Digitized by Google

Et patrias audite preces: Si numina vestra
Incolumem Pallanta mihi, si fata reservant,
Si visurus eum vivo, et venturus in unum:
Vitam oro; patior quemvis durare laborem.
Sin aliquem infandum casum, Fortuna, minaris:
Nunc, nunc o liceat crudelem abrumpere vitam,
Dum curae ambiguae, dum spes incerta futuri,

577. PATIAR 579. O NUNC LIC.

575 *reservent* duo Burm. et Goth. tert. 576 *eum vivom* Rom. et aliquot Pier. 577 *patior* Rom. et paene omnes Pier. tum Medic. et pars Heins. duoque Burm. *oro et patior* Ed. Ven. *Vita mora: patior* Goth. sec. (E Medic. Rom. aliisque, ad quos accedunt Lips. alt. et 1. 7. edit. Vinar. 1826., tum Arusianus p. 254. edit. Lindemann., recepi *patior*; *patiar* quippe, quod est in Palat. et 2. 8. 9., scripserunt, quibus Enander nullis tum premi laboribus videretur. At praesens a poeta significatur malum, senectus; atque ita haec iam accepit Servius, laudans Terent. Phorm. IV, 1, 9.: „Senectus ipsa morbus est." Unde probabile fit, Servium quoque legisse *patior*. Hoc igitur dicit poeta: Vitam oro et quamvis molestam sustineo. Similiter infra IX, 21. *sequor* in *sequar* mutatum. *Wr.*) *quamvis* Leid. 579 *Nunc, nunc, o liceat* Medic. et ceteri Heins. (excepto Mentel. pr.), item Dorvill. Edit. Ald. et bini Goth., praetulit quoque Cuningham. *Tunc, tunc, o liceat* Schol. Persii ad Sat. I, 25. Sed cf. lib. II, 644. (Codicum plerorumque et optimorum auctoritate motus scripsi *Nunc, nunc o l.*, quomodo haec posita sunt etiam in Paris. 5. 7. 8. 9. 12. Dorph. I. II. Lips. utq. et 1. 6. 8. edit. Vinar. 1826. Nec profuerit ad II, 644. provocasse, ubi ineptum foret scribere *sic, sic o positum*, quasi in voc. *positum* aliqua vis inesset; nec comparabis nostra cum IX, 205.: „Est hic, est animus lucis contemtor;" aut cum IX, 252.: „Quae vobis, quae digna, viri," *cet.* ubi nemini sano in mentem venerit legere: *Est, est hic animus, Quae, quae digna, viri, vobis.* Sed recte hic *o* verbo *liceat* iunxeris; recte etiam copulabis *nunc*, quo fit, ut alterum *nunc* et ipsum arsis vim accipiat, maiorem illam etiam, ut in sede inusitata admissae. Quod quum non sensissent librarii, transponenda haec esse iudicarunt. Efferes igitur haec hunc in modum: *Núnc, nunc ó liceat.* Pertinet autem haec observatio ad locos plurimos. Ut quaedam e proximis afferam: vs. 572. et 581., si scite pronuntiare vis, ita leges: *át vos ó superi* et *Dúm te, cáre p.* Illa quoque pervulgata *multa vi, magna vi*, nescio an huc revocanda ac proinde ita legenda sint: *multá vi, magná vi.* vid. etiam Q. V. XXIII, 3. De arsi in ultima sede versus heroici geminata dixit Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 342. sq. Ceterum Rom. et Palat. pravum harum particularum ordinem servant. *Wr.*) *rumpere* Zulich. 580 *Dum spes, ambiguae curae, dum i. f.* Parrhas.

imminentis filio fati factae videntur. Nam interimitur Pallas libro X. 576. *venturus in unum*, iterum eum revisurus et conventurus. 578. *Sin;* nota εὐφημία. 580. acutius sententiam

Digitized by Google

Dum te, care puer, mea sola et sera voluptas,
Conplexu teneo; gravior neu nuntius auris
Volneret. Haec genitor digressu dicta supremo
Fundebat: famuli conlabsum in tecta ferebant.

581. MEA SERA ET SOLA 582. NE

581 *mea sola et sera* alii, etiam Servius. vid. Pier. et Heins. cum Burm. (Codicum auctoritati obsecutus mutavi verborum ordinem scripsique *mea sola et sera voluptas*; sic Rom. Medic. ceterique praestantiores Heinsiani omnes, etiam Lips. utq. et 1. 7. edit. Vinar. 1826. Non miror, quod Editores ordinem, qui est in paucis codd., praeter alios in Palat. et 3. 5. 8., servaverunt, quippe in adi. *sola* maiorem vim, quam in *sera*, inesse rati. At omnis rei cardo in eo versatur, quod Euander eo aetatis progressus longius tamen vitam producere optat, non tam propterea, quod unum habeat filium, quam quod sero susceptum; quae enim adeo sera nobis obtingunt commoda, iis quam diutissime frui cupimus, quo tamquam solemur superiorum annorum inopiam. Facilius orationis vis apparebit ex eiusmodi enunciatione: Euander unum eumque serum habuit filium. *Wr.*) *sola et certa* Goth. tert. 582 *complexus* Rom. Medic. et alii Heins. *amplexu* Parrhas. (*complexus* etiam 3. 11. et recepit Iahnius; *conplexus* est altera Medicei lectio, sed prior *conplexu*; itaque cohibui interim manum a corrigendo; quamquam, ni fallor, habet illud *conplexus*, quo se tueatur. Epico enim poetae id inprimis videndum, ut in oratione commotiore genere dicendi utatur maxime simplici, neve verborum aliquo tumore verum animi affectum obfuscet. Iam nihil aliud voluit h. l. poeta dicere, quam id, quod simplicissimum est, *dum te conplector*, sive *conplexus teneo*; quare haud scio, an illud *conplexu teneo* maiorem huic, quam necesse sit, ornatum afferat orationi. Sit penes alios iudicium, dum meo non satis fido. *Wr.*) *neu* Gud. a m. sec., quod maluit Cuningham. (*neu* Medic. quoque apud Foggin.; in quo facile agnoscas veram Virgilii manum. Languida et elumbis facta est praeclara Euandri oratio *neu* in *ne* mutato, quippe primario aliquo, sive absolutum mavis dicere, non secundario et suspenso enuntiato claudenda. Simile quid tetigimus in V. L. ad Ecl. II, 73.; quamquam ea in re discerni velim varia dicendi genera; aliud enim epicae, aliud lyricae poesi convenientius. Et quum his dictis Euander corruisse narretur, consentaneum est, ita locutum esse, ut oratio sub finem maxime efferbuerit, non autem remissior facta sit, quod est iam ad tranquillitatem redeuntis animi, non in vehementissimum impetum erumpentis et ipsa contentione vires plane exhaurientis. Hinc iunge: *o liceat — neu volneret*; vid. Q. V. XXXVI, 14.; quod quum non animadverterent librarii, *ne* scribendum putarunt. *Wr.*) *nec — vulnerat* Markland. emendabat ad Stat. V Silv. 2, 88, sententia prorsus in alium sensum detorta. 583 *Verberet* Goth. tert., et sic Donatus in Terent. Hecyr. IV, 4, quod placebat Heins., sed merito reiectum a Burmanno, quem vide. Usus τοῦ *vulnerare*, qui τοῦ τρῶσαι ap. Homerum pro βλάψαι. *moesta supremo* Medic. a m. pr. (*maesta* est prior, *dicta* altera lectio Medicei; illud huc retractum e III, 482.: „Andromache digressu maesta supremo.“ vid. V. L. ad VII, 528. *Wr.*)

extulit Valer. Fl. I, 326. 327, ubi a v. 323 vestigia Maronis legit: *Sin aliud Fortuna parat: miserere parentum, Mors bona, dum metus est, nec adhuc dolor.* 581. *sera*, ergo erat τη-

Digitized by Google

Iamque adeo exierat portis equitatus apertis: 585
Aeneas inter primos et fidus Achates;
Inde alii Troiae proceres; ipse agmine Pallas
In medio, chlamyde et pictis conspectus in armis:
Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignis, 590
Extulit os sacrum coelo, tenebrasque resolvit.
Stant pavidae in muris matres, oculisque sequuntur
Pulveream nubem, et fulgentis aere catervas.

589. QUALIS,

585 *portas apertas* Hugen. (Desideratur hic scidula in Mediceo, vss. 585 — 642. continens. Inseruit tamen hos versus apographo suo Medicei codicis Fogginius e libro typis exarato descriptos. Quod admonendum lectorem duxi, ne quis ea re in errorem inducatur, quod accidit Potterio. *Wr.*) 587 *proceres Troiae* Leid. 588 *It medio* emendat Markland. ad Stat. V Silv. I, 245. vid. inf. 675. IX, 28. et 728. et al. 589 *profusus* sec. Mentel. (Sustuli comma post *Qualis*; vid. V. L. ad Ge. I, 303. *Wr.*) Vss. 589. 590. excitati in Iulio Capitol. in Maximino iun. pr. 591 *removit* Bigot. et Goth. tert. 592 *Sunt p.* pr. Rottend. a m. pr. *secuntur* plerique Pier.

λύγετος, in senectute patris natus. conf. Guell. (— 587. *ipse P.*, vid. Q. V. XVIII, 2, f. *Wr.*) 588. Non agnosco hypallagen; sed *picta arma* sunt auro argentoque distincta. Memorantur et alibi, XII, 281. XI, 660. (vid. Not. ad XII, 281. *conspectus*, i. e. conspicuus. Liv. XXI, 4. de Hannibale: „Vestitus nihil inter aequales excellens; arma atque equi conspiciebantur.“ Ita *conspiciendus* Tibull. I, 2, 72. II, 3, 52. vid. Gronov. ad Liv. IV, 13, 3. *Wr.*)

589 seq. Homericam esse comparationem Pallantis cum stella Veneris sub extremam noctem orta, multi pronuntiarunt, nec tamen locum enotatum video, qui commode satis comparari possit: Iliad. ε, 6. 7 de canicula agitur, unde translatum est illud: ὅς τε μάλιστα λαμπρὸν παμφαίνησι λελουμένος Ὠκεανοῖο; non igitur *perfusus Oceani unda* alio spectat, quam ad ortum ex mari. *Quem Venus* etc., quia est stella Veneris, ut satis notum. v. Guell. Paria de eadem stella sub vesperam orta Il. X, 317. est: οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἀστράσι νυκτὸς ἀμολγῷ Ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ. Apud Apollon. III, 957 sq. Iason in Medeae conspectum venit ὑψόσ' ἀναθρώσκων, ἅτε Σείριος Ὠκεανοῖο, ὃς δή τοι καλὸς μὲν ἀρίζηλός τ' ἐσιδέσθαι. At 591. splendidus versus de ortu in extrema caeli ora, qua mare ambit. Sup. Georg. IV, 232 *Tay-*

Digitized by Google

Olli per dumos, qua proxima meta viarum,
Armati tendunt. It clamor, et agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.
Est ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem,
Religione patrum late sacer; undique colles

594 *quam pr.* Goth. pr. 596 *quatit ungula pulverem* videtur legisse Marius Plotius de metris ap. Heins. *putrem — campum* fuit, qui *putrem* accipiens palustrem, non bene emendaret *pigrum*. 597 *Caere. τὸ Καῖρε, Καιρῆ, Καίρητα.* Iam *Caere* modo non flectitur, modo flecti videtur in *Caeritis*, et in *Caeretis*. Est porro et *Caeres*, unde duplici modo *Caerites* et *Caeretes*; tertio quoque modo *Caeretani*, οἱ *Καιρητανοί*, et *Καιρεταvοί*. In Virgilio igitur *Caeritis* recte, seu ut a *Caere* sit, seu ut a *Caeres*. *Ceritis* ap. Priscian. (sic etiam fragm. Vatic. et Palat. *Wr.*) *Caeretis* et *Ceretis* passim alii; vitiose, nam sic media longa: *Καίρητος*, unde *Caeretanus*. inf. X, 183 *Qui Caerete domo.*

gete simul os terris ostendit honestum Plias.

594. *per dumos;* per virgulta, silvas. cf. Stat. II Theb. 496. 497. *meta viarum* ornate pro via; proprie terminus et finis viae. (Rectius interpretabere: qua brevissimo itinere pervenitur eo, quo tendunt. *Armati* autem, quod otiosum videri potest, adiectum ad illustrandam agminis proficiscentis speciem. *Wr.*) 596. Versum felicem, ipso verborum sono rem referentem, mirati sunt multi: comparato quoque vss. 465. 466 II. β. Odimus subtilitatem molestam in talibus: Ipsum inflammati impetum ingenii in haec natura ducente incidere necesse est; quomodo enim aliquis celeriter facta languida oratione reddere malit? cf. Disquis. I sub f. Praeiverat Ennius apud Macrob. VI, 1 ex Annal. VI *totam quatit ungula terram;* et Annal. VII *summo sonitu quatit ungula terram;* XVII *It eques, et plausu cava concutit ungula terram.* vid. Ursin. ad h. l. et Cerda inf. ad XI, 875. (Silius XII, 564.: „Quadrupedante sono perculsae moenia Romae." *Wr.*) *putrem,* in pulverem resolutum, pulverulentum, quod iam vidimus Georg. I, 44. 215. II, 204. 597. *Caeritis;* Caere, urbs Agylla, et qui eam incolit, Caeres: unde potest accipi *Caeritis* urbis et *Caeritis* fluminis. (vid. V. L. *Wr.*) Minio perperam a Servio huc advocatur ex X, 183. Fluvius est Caeretanus, oppido proximus, nunc *Vacina* dictus, ut Cluverius docet. Situm autem locorum huiusmodi esse putabimus: defluit per agros, urbe in alto posita, amnis, cui lucus adiacet; agrorum planitiem cum amne et luco undique cingunt colles nemorosi, abietibus consiti: hoc est *colles cavi inclusere* (includunt) *et nemus nigra abiete cingunt* (pro cingit) *un-*

Digitized by Google

Inclusere cavi et nigra nemus abiete cingunt.
Silvano fama est veteres sacrasse Pelasgos,
Arvorum pecorisque deo, lucumque diemque,
Qui primi finis aliquando habuere Latinos.
Haud procul hinc Tarcho et Tyrrheni tuta tenebant
Castra locis, celsoque omnis de colle videri
Iam poterat legio, et latis tendebat in arvis.

599 *ilice cingit* Zulich. a m. pr. *cingit* alii apud Heins. cum Parrhas. et Goth. sec., repositum a Wakefield; et potest hoc verius videri: nam *nemus cingit* iungenda sunt: mutatum forte ab iis, qui ad *colles* referebant. Ad eam formam, qua exquisitius dictum esse habetur, *nemus cinguntur*, Heinsius revocat eamque formam aliquoties illustravit. Nil refert, utrum sequaris; modo teneas, non *nemus cingere lucum*, sed *colles et nemus*, h. colles nemorosos cingere *lucum et vallem*. (Recepit *cingit*, quod etiam in cod. Iesuit. invenerat, Wakefield. Parum distincte hic disputat Heynius. Primum *cingit* est in paucis nec magni ponderis codicibus, et ad proxime praegressum *nemus* accommodatum est a librariis. Tum *nemus cingunt*, si *nemus* pro nominativo habetur, nec Virgilianum est, de quo dictum Q. V. VIII, 4., nec omnino Latinum. Talem enim structuram non alia admittunt vocabula, quam quae hominum aliorumve animalium copiam aliquam significant. Itaque *cingunt* referes utique ad colles; *nemus* autem accusandi casu dictum accipies, ut nemus sit ipse ille, qui modo memoratus est, lucus: Colles includunt et silvâ abiegnâ cingunt lucum illum, qui erat in cava ista valle. *Wr.*) 601 *Agrorum pecorisq.* Macrob. III Sat. 3. *Silvarum p.* emendabat Cerda, perperam. Est enim omnino Silvanus inter deos agrestes. cf. Burm., ut in eo ipso, quod ex Horatio laudat Cerda: *Silvane, tutor finium.* 603 *Tarcon*, *Tharco*, *Tarchon* et h. l. cf. sup. 506. XI, 727. (*Tarchon* fragm. Vat. cum 2. 3. 7. 9. 11.; quo mirifice confirmantur ea, quae disputavi ad vs. 506. Nam quum praeterea ubique *Tarchon* scripsisse Virgilium librarii meminissent, factum est, ut eam formam etiam hunc in versum, invito metro, multi inferrent imprudentes. *Wr.*) *Tyrrhenus* Goth. sec., quod ornari posset, si tanti res esset. *cuncta tenebant* aliquot Pier. 605 *ut latis t.* emendabat Tan. Faber ad Phaedrum et Barth. ad Stat. Theb. X, 857., non improbante *dique* lucum prope amnem. (Sed vid. V. L. ad vs. 599. *Wr.*) Etiam Lycophr. 1241 *Καὶ Πίσσ', Ἀγύλλης Θ' αἱ πολύῤῥηνοι νάπαι.* At *colles cavi?* non, ut vulgo dicuntur, saxa cava, exesa, cavernosa; v. c. sup. 248 *Inclusumque cavo saxo;* sed qui cavam vallem efficiunt, quam includunt; ut *theatrum cavum; cava vallis.* (vid. Not. ad Ge. II, 391. *Wr.*) 600. *Pelasgos, qui;* Agyllam inter eas Etruriae urbes memorat Dionys. I, 20. III, 58, quas Pelasgos adiisse, in iisque consedisse, et in quibus Pelasgorum sermo praevaluerat et plurimum Pelasgici moris diu obtinuerat. v. Excurs. III ad VIII. 601. *lucumque diemque:* lucum Silvano consecrasse ferebantur advenae Pelasgi et sollenne annuum Silvano instituisse. 603. Non male, puto, quaeras cum

Digitized by Google

Huc pater Aeneas et bello lecta iuventus
Succedunt, fessique et equos et corpora curant.
At Venus aetherios inter dea candida nimbos
Dona ferens aderat; natumque in valle reducta
Ut procul, et gelido secretum flumine vidit:
Talibus adfata est dictis, seque obtulit ultro:

610. PROCUL EGELIDO

Heinsio, et recepit illud Cuninghamus, cum Wakefield, et praeferendum est vulgatae haud dubie; etsi alterum tuentur exempla similia inprimis Homeri. (vid. Q. V. XXXIIII, 8. *Wr.*) Heinsius etiam *Latiis* coniecerat. *letis* Franc. a m. pr. *in armis* Exc. Burmann. 606 *Hoc p.* Leid., ut sup. 423. *electa* duo Burmann. *bello clara* Goth. tert. 609 *penitusque in v.* Schol. Cruq. ad Horat. I Od. 17. 610 *Et pr.* Parrhas. *e gelido* passim scripti et edd. etiam Pieriani, alii (ut fragm. Vatic. a m. sec. apud Bottar. p. 167) *et gelido*: Rom. *haec gelido*: Montalb. *ingelido. egelidum flumen* debet esse tepidum: atque hoc cum per se ab usu poetarum abhorret, tum multo magis in convallibus et lucis. Proclivis itaque et ipse sum in lectionem cod. Rom. *Ut procul, et gelido secretum flumine, vidit.* (cod. Rom., Pierio auctore, *haec gelido*, at teste Bottario *et gelido*; ita etiam 8.; quod, Brunckio quoque probatum, restitui. Facile autem *et gelido* in *egelido* mutari potuit ab iis, qui haec non discernerent: *ut procul vidit* et *ut secretum vidit*. Iam *egelidus* vox est, ni fallor, ab epica poesi aliena; et inter fluviorum epitheta perpetua apud meliores quidem poetas *gelidus* censetur, non *egelidus*; ferrem hoc, si Aeneas in illo flumine lavari narraretur, quod ne statuamus, vetat certe vs. 615. At, quod est gravissimum, idem fluvius modo dictus est *gelidus*, vs. 597. *Wr.*)

Servio: quomodo *castra in tutis locis* habere potuerint, si in valle et campis erant, et e collibus prospici et adiri poterant. Esset tamen hoc alienum a lectione poetae, qui nunc castra epitheto ornare volebat a castrorum natura petito: tuentur enim castra quovis modo facta eos, qui in iis excubant. (Sed *locis* non potest aliud quid significare, quam natura, sive ipso situ. Quare equidem existimaverim ea castra ex parte ipso amne cincta fuisse atque ita tutiora reddita; nullum enim, nisi tale aut huic simile, munimentum natura in latis arvis praebere potuit. *Wr.*) 606. *bello lecta* vid. sup. ad 547. Aeneas cum suis in luco consederat. 607. Reliqua poeta exequitur lib. X, 148 sqq.

608. Haud dubie Maro, si carmini supervixisset, melius hunc locum constituisset. Iam supra, dum Euandri hospitio utebatur Aeneas, arma caelo delapsa memoraverat, re in prodigium versa 524 seqq. Nunc in luco ad Caere cum sub arbore consedisset Aeneas, ecce Venus adest et arma apportat. Compara Iliad. σ, 615. 616, et τ, 3. *nimbos* pro nubibus, aere. *secretum* docte pro solum, in secreto loco, apud flumen. (vid.

Digitized by Google

En perfecta mei promissa coniugis arte
Munera; ne mox aut Laurentis, nate, superbos,
Aut acrem dubites in proelia poscere Turnum.
Dixit, et amplexus nati Cytherea petivit;
Arma sub adversa posuit radiantia quercu.
Ille, deae donis et tanto laetus honore,
Expleri nequit, atque oculos per singula volvit,
Miraturque interque manus et brachia versat
Terribilem cristis galeam flammasque vomentem,
Fatiferumque ensem, loricam ex aere rigentem,
Sanguineam, ingentem, qualis quum caerula nubes

612. En, 619. Miraturque, 622. qualis,

612 *promissi* Exc. Burm. cum Goth. sec. *arce* Sprot. (Sustuli comma post *En*; non enim hoc dicit: En, perfecta sunt; sed: En munera. *Wr.*) 613 *nec mox* Oudart. et ed. Iunt. *nec mox his* Ed. Ven. *aut* abest Rom. 614 *dubitas* Reg. *arcum* Goth. sec. 616 *aversa* Leid. *radientia* in multis scriptum apud Burm., ut et aliis locis. *resonantia* conlicit vir doctus ex Iliad. τ, 13 τὰ δ' ἀνέβραχε δαίδαλα πάντα; hoc est variare verba, non emendare. 618 *Impleri* Gud. pro div. lect. et ms. Thuan. apud Macrob. V Sat. 8. *per s. versat* sec. Moret. 619 *que* post *miratur* a nonnullis abest: v. Pier., et sic Ald. pr. *manus sua brachia* Parrhas. *verset* Reg. 620 *flammamque* alter Hamb. *flammisque* Parrhas. a pr. m. *vomentem* Gud. ab altera manu in erasa prisca lectione, e qua *nantem* supererat; quod Heins. *tonantem*, Burmann. *minantem* supplet. 621 *loricamque* pr. Hamb. *et loricam* Bigot., paullo melius cum Goth. tert. (— 622. Sustuli comma post *qualis*; vid. V. L. ad Ge. I, 303. *Wr.*)

Not. ad Ecl. I, 52. *Wr.*) 612. *En perfecta* cf. Iliad. τ, 10, 11. *arte promissa*. cf. ad 531. 534.

617. *honore* puto dictum pro munere, ut γέρας. Sunt ergo synonyma: *dona* et *honos*: munus parat honorem; alii malunt figuram appellare ἓν διὰ δυοῖν, pro donis honorificis. (Adiecta illa: Expleri nequit cet. suadent, ut honor de insigni pulchritudine et splendore armorum accipiatur. *Wr.*) *expleri nequit* sive ut iungas *donis, et honore* h. adspectu donorum, fere ut υἱος ἐνιπλησθῆναι Odyss. λ, 451. sive, quod praestare videtur, *expleri* absolute, nam *obtutu, tuendo* (quod sup. VIII, 265 et I, 713 adiectum erat,) ex ceteris adiunctis facile intelligitur. (vid. Q. V. XXXIIII, 3. Virgilium imitari videtur Valer. Fl. VII, 121 sq.: „Tum comitum visu fruitur miseranda suarum Inplerique nequit.“ *Wr.*) 619. est Homericum τέρπετο etc. Iliad. τ, 18. 620. *flammas vomentem* poetica imago splendoris coruscantis, ex Iliad. ε, 4 Δαΐἑ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ. 622. *sangui-*

Digitized by Google

Solis inardescit radiis, longeque refulget;
Tum levis ocreas electro auroque recocto,
Hastamque, et clipei non enarrabile textum.
Illic res Italas Romanorumque triumphos,
Haud vatum ignarus venturique inscius aevi,
Fecerat ignipotens; illic genus omne futurae

623 *refulsit* Goth. sec. 624 *lentas* Goth. sec. *recoctas* pr. Rottend. parum suaviter. aes — *an satis recoctum sit, splendore deprehendente*: Plin. XXIII. s. 20. *nitentem* codex Pomponii Laeti ap. Pier. 627 *Haud fati* Bigot. cum Goth. tert., (cum 9. *Wr.*) quod facile praeferrem, nisi emendatorem redoleret. *fatum* tres apud Burm. (et 7. *Wr.*) pro *fatorum*; sic et Bersman. et Melanchth. in marg., et post Waddelium praetulit Cuningham, et nuper Wakefield. Scilicet *haud vatum ignarus* Vulcanus videtur inepte dictum esse, quasi deo futura discenda fuerint a vatibus. Aliter res se habebat IV, 65 *O vatum ignarae mentes*, ubi *mentes vatum* sunt. In salvo tamen res est. *Vates* dixit poeta, pro vaticiniis: haud ignarus erat Vulcanus eorum, quae praedicta et promissa erant Aeneae eiusque posteritati. (Recte vero Heynius. Negat Plinius apud Serv. ad Aen. II, 18. neutra, quale *fatum*, admittere hanc in genitivo syncopen; in universum recte; nec exstat ullum eius rei apud aureae aetatis poetas exemplum, rara apud antiquiores; vid. Voss. de Analog. l. II. c. 6. p. 687. Ruddim. Institutt. Gr. Lat. l. I. c. 2. not. 19. *Wr.*) *ignaros* duo alii. 628 *genus omne Latinum* Ed. Ven.; inscite, addit Burm., ex libro I, 6 repetitum.

neam, Servius, cruentam, terribilem; immo rutilam, si ex aere thoracem cogites; ornavit autem et ad terrorem usque auxit Maro, quod nude posuerat Homerus Iliad. σ, 609 θώρηκα φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς. (et talem,) *qualis* est *caerula nubes, quum inardescit* ex Apollon. IV, 125; ubi vellus aureum νεφέλῃ ἐναλίγκιον, ἥ τ' ἀνιόντος Ἠελίου φλογερῇσιν ἐρεύθεται ἀκτίνεσσιν. 625. *clipei non enarrabile textum*: materiam, quam explicare nequeat, ut cetera, intelligit Cerda. Malo in eo manere, ut argumentum clipei sit tam varium et copiosum, ut enarratu difficile videri debeat.

626. Sequitur locus de clipeo Aeneae nobilissimus. Clipeum autem cogita ita informatum, ut in media parte, seu umbone, mare esset cum pugna Actiaca, de qua vers. 676 seqq.; exterior autem ora in plures areas seu regiones discreta, quarum argumenta, *omissis aliis*, ita apponit, ut sint: I) Lupa Romulum et Remum lactans v. 630. (an Latinum hoc: *lactare aliquem? Wr.*) II) Raptae Sabinae, bellum inter Romanos et Sabinos, foedusque inter Romulum et Tatium factum: 635. III) Meti supplicium: 642. IV) Roma a Porsenna obsessa, cum Coclitis et Porsennae facinoribus: 646. V) Capitolium a Gallis oppugnatum: 652. et, arce iamiam capta, excitati anseris strepitu Romani ad propugnandum irruentes: VI) Urbs et religionibus et sacris celebris, adeoque pace flo-

Digitized by Google

Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella.
Fecerat et viridi fetam Mavortis in antro
Procubuisse lupam: geminos huic ubera circum
Ludere pendentis pueros, et lambere matrem
Inpavidos; illam tereti cervice reflexam
Mulcere alternos, et corpora fingere lingua.
Nec procul hinc Romam, et raptas sine more Sabinas
Consessu caveae, magnis Circensibus actis,

629 *in* abest Franc. *pugnata ex ordine* Oudart. *pugnantique ordine* Montalb. *pugnantiaq.* Goth. sec. (Malis fortasse *pugnanda*, quo etiam enotata scripturae diveraitas ducere videatur; sed, ut solet, suam poeta respicit aetatem, qua iam pugnata illa fuerant. *Wr.*) 629. 630 Quid? si distinguas: *illic genus o. — bella Fecerat: et v.* (Non est ea vis verbi *Fecerat*, ut commode per anadiplosin repetatur. *Wr.*) 630 *feram* Goth. sec. ex *fetam.* 631 *geminosque* Franc. cum edd. nonnullis. 632 *pendentes oculo* Goth. sec. 633 *reflexa* Rom. Gud. et aliquot alii apud Heins. cum Franc. Non expedit rem Burm. Scilicet dicendum est: esse hanc vulgarem, *cervice reflexa* (etsi et ipsam poeta dignam et Virgilio frequentatam; sic etiam Lucretianum *tereti cervice reposta*), alteram tamen ad vim epicam ornatumque magis assurgentem lectionem, *cervice reflexam.* (*reflexam* ex antiquioribus fragm. Vat.; et *reflexa* a librariis ad proxime praecedens voc. accommodatum. *Wr.*) 634 *lingere* aliquot Pier. cum Goth. tert., quod Catroeus venditat, non animadvertens, se plebeium vocabulum anteferre elegantiori. (*alternis* Virgilium scripsisse putat Wakef. ad Lucret. IV, 139. *Wr.*) 635 *de more* proferre nonnullos Pierius observat. *sine Marte* ingenioso lusu coni. Io. Schrader. 636 *Concessu* passim in Pier. et Burmann. *consensu* Rom.

rens: 663. VII) Catilina in Tartaro: 666; VIII) et Cato in Elysiis: 670. De his quid iudicandum esse videatur, v. Excurs. ad h. l. Dixeram, *omissis aliis*, quae a Vulcano in clipeo expressa erant, poetam enarrare tantum ista, quae apposui. Nam verba poetae sunt: *Illic res Italas Romanorumque triumphos Fecerat ignipotens; illic genus omne futurae Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella;* adeoque omnem historiam regni Albani. *Haud vatum ignarus* h. e. praedictionum, quas a vatibus Aeneas acceperat. 630. *Fecerat et*, inter cetera, quae poeta memorare non vult. Illa de Lupa, lactante Romulum et Remum pueros, egregie et vividis imaginibus suavibusque sententiis sunt narrata v. 630—634, ut toties in numis et signis veterum aliisque operibus occurrant. *feta*, enixa, ut alibi. *Martis antrum* multi memorant: conf. Cerda. obvium illud in numis (vid. Eckhel Vol. VI. p. 31.) et gemmis.

635—641. *sine more*, sine lege, ἀκόσμως, incomposite, temere. cf. VII, 377. V, 694. Etiam Iulius Sabinus explicat:

Digitized by Google

Addiderat, subitoque novum consurgere bellum
Romulidis, Tatioque seni, Curibusque severis.
Post idem, inter se posito certamine, reges
Armati Iovis ante aram, paterasque tenentes,
Stabant, et caesa iungebant foedera porca.
Haud procul inde citae Metum in diversa quadrigae
Distulerant, (at tu dictis, Albane, maneres!)

637 *Addiderant* Ed. Iunt. 638 *Romulidi* Menag. pr. 640 *ante aram* multi Heins. et Burm., cum edd.; al. *aras*, (ut Palat. *Wr.*) perpetua varietate: h. l. minus scite, *aras pateraeq.* (*pateram* fragm. Vat. *Wr.*) 641 *caesa porco* maluerat Heins., sed *caesa porca* elegantius dictum pro tenui et plebeio, *caeso porco*, quod v. c. Livius habet lib. I, 24, iam Quinctil. observavit Inst. Or. VIII, 3, 19. 642 *metum* omnes Pier. et plerique Heins. cum Serv., qui perperam disputat. *metium* tantum sec. Moret. et Ven., (cum 5. 8.; in fragm. Vat. est *Medium*, superscripta *t. Wr.*) sed Gud. cum quatuor aliis *mettum*. Heinsius *Mettium* refinxit et multus in eo est, ut in marmoribus et numis ita scribi doceat; quod ipsi concedemus, quoties de gente Romana Mettia vel *Metia*, nam nil referre arbitror, agitur; sed hic Fuffetium habemus cum praenomine *Meti*. Atque sic Drakenborchium quoque litem diiudicasse video ad Liv. I, 23. (*Μέτιος* Graeci, ut Dionysius Hal. et Plutarchus; et *Metius* retinuit Duker. Flor. I, 3.; idem probat, nisi quod geminat literam *t*, Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I. not. 873.; alii *Metus* vel *Mettus* Latinos scripsisse persuasum habent, quia ita in plerisque codd. inveniatur. Mihi quidem duplex huius nominis forma apud Latinos exstitisse videtur, *Metius* et *Metus*; illam, ni fallor, tuetur Ennius apud Quintil. I, 5, 12., qui dixit *Metieo Fufetieo*, hanc veteres Hendecasyllabi in Burm. Antholog. lib. IV, XLV, 2. Tom. II. p. 34.: „Metus Fuffetius Corelianus." Abhorret enim basis trium syllabarum a Phalaeceo. *Wr.*) 643 *Dispulerant* Medic. a m. sec. (est ea altera lectio eius codicis. *Wr.*) *actu* Goth. sec.

sine honestate. (*sine more*, quippe iure gentium violato. *Wr.*) 636. *caveam*, h. l. in circo dixit. *magnos Circenses ludos* dixit, quae Livio et aliis Consualia sunt, Neptuno equestri celebrata, forte quod in horum locum successerunt Circenses. — 637. Mutavit structuram: *Romam et Sabinas addiderat*, subitoque *consurgere bellum*, pro consurgens bellum, h. e. unde bellum consurgeret. 638. *Curibus severis*, ad Sabinorum disciplinam spectare facile intelligitur. Servii caussa monemus. cf. Cerda, quem et vide v. 641 de *porca caesa*, ex more perpetuo sacrorum in foederibus faciendis; v. c. Liv. I, 24. Est et hoc argumentum multorum numorum, inprimis Gentis Sulpiciae, Veturiae, Antestiae.

642 — 645. Liv. I, 27. 28. Quod poeta merito inter memorabilia antiquae historiae habere potuit, erat *Alba diruta*: qua Romae opes insigni modo fuere auctae; successit sic colonia in metropoleos locum principem in-

Digitized by Google

Raptabatque viri mendacis viscera Tullus
Per silvam, et sparsi rorabant sanguine vepres.
Nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat
Adcipere, ingentique urbem obsidione premebat;
Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.
Illum indignanti similem, similemque minanti
Adspiceres; pontem auderet quia vellere Cocles,

646. PORSENA 650. QUOD V.

645 malit abesse Io. Schrader. *sparso* Bigot., minus docte. (*sparsis* Medic. a m. pr. *Wr.*) 646 *Tarquinum* Ven. Dorvill. Ed. Ven. et al., ut et alibi aberratur. *Prosena* multi passim cum Rom., ut apud Livium quoque, vid. Gronov. et Drakenb. ad lib. II, 9. Graecis Πορσῖνος, Πορσήνας, Πορσίνας; at *Porsenna* etiam Medic. (*Porsena* membranae Brunckii, quod ipse quoque probat. In Dan. et Nic. Heinsiorum Editionibus *Porsenna* legitur; nullum autem apud Nic. Heins. de scripturae diversitate verbum; quare is in libris, quibus usus est, mss. *Porsenna* exaratum invenisse videtur. Non valde curo Graecorum consuetudinem, ad quam non ubique recte nominum Latinorum scripturam exigas. Audiamus hic Servium: „Sane *Porsenna*: unum *n* addidit metri causa; unde et penultimae datus accentus est: nam *Pórsena* dictus est. Martial. Epigr. I, 22.: Hanc spectare manum Porsena non potuit." Ac *Porsena* dactyli mensuram habet etiam apud Silium VIII, 391. 480. X, 484. 502., et iam apud Horatium in carmine puros iambos habente Epod. XVI, 4.: „Minacis aut Etrusca Porsenae manus." Quare ita statuendum videtur: in pedestri sermone, certe apud praestantiores scriptores, retinendum esse *Pórsena* correpta media syllaba, in carminibus autem, ubi producatur ea syllaba, *Porsenna*, quod revocavi, probandum. Aliter visum est Niebuhrio *Roem. Gesch.* Vol. I. not. 1200., coll. not. 1107. *Wr.*) 647 *ingentemque* Gud. a m. pr. 650 *quia v.* omnes Pier. et Heinsiani, Mediceo non excepto. *qui* agnoscit Iul. Pomp. *qui avellere* unus Pier. *auderetque avellere* Rom. *quod* vulgg. et Franc. *qui auderet vellere* Ed. Ven. (*quia*, quod restitui, facile intelligitur ab iis mutatum esse, qui eiusmodi verbis, qualia sunt *indignari* et *minari*, *quod* subiici solere meminissent.

ter urbes Latinas, viamque sibi ad principatum Latinorum paravit. Quaesivit in narratione aliquid, quod novitate sua animum moveret et ornatum carmini adderet. Idem puta eum spectasse in ceterarum rerum dilectu. 648. docte magnaque cum vi inversa oratio in illis: *at tu d.* pro: quod in fide non manserat. (*at tu — maneres*, vid. Not. ad IV, 678. et V. L. ad XI, 153. *Wr.*) *mendacis* proprie perfidi. De foeditate spectaculi oculis ingesta v. in Excurs. IV ad h. libr. (De quaesita in his proximisque versibus soni similitudine vid. V. L. ad Ge. I, 157. *Wr.*)

646—651. Liv. II, 9 sq. Effictus autem Porsenna stans ad Tiberim. 650. *pontem* sublicium, evellens trabes sublicis impositas. *vinclis ruptis*, simpl.

Digitized by Google

Et fluvium vinclis innaret Cloelia ruptis.
In summo custos Tarpeiae Manlius arcis
Stabat pro templo, et Capitolia celsa tenebat,
Romuleoque recens horrebat regia culmo.

654. *Rom.

At non indignatur Porsena, quod Cocles pontem vellere audebat; nihil enim in ea re indignum factu; sed indignatur, quia id facere ille audebat, quodque ab uno homine impetum Etruscorum reprimi videbat. *quod* ad animum cogitationemque loquentis refertur, *quia* indicat rerum causas per se spectatas; illud dixeris, ut philosophorum more loquamur, subiectivum, hoc obiectivum. Recepit *quia* etiam Iahnius. *quod* Palat. cum 2. 3. *Wr.*) *Cochles* Medic. (a m. sec., *Cochies* a pr. *Wr.*) 651 *At* Leid. *Cleria*, *Cloria*, *Coclea*, *Coclia*, *Cordia*, *Delia*, *Deria*, monstra librariorum. *ruptis i. C. vinclis* Parrhas. 652 *Malius* Rom., alii Pieriani et plerique Heins. *Mallius.* (*Manulus* Medic. a m. pr., *Manlius* a sec. Vid. Hand. ad Stat. S. I, 3. p. 352. sq. *Wr.*) 653 *pro templis* Goth. tert. *Capitolia celsa tenebat* Wakefield mutavit in *tegebat*, ut XII, 148 *Turnum et tua moenia texi.* Recte, at nec minus v. c. XII, 705 *quique alta tenebant*, pro tegebant. Verum trahit me in viri docti partes, quod statim 657 iterum est: *arcemque tenebant.* (sed eam rationem recte iam refutavit Iahnius ad Aen. I, 315.; vid. V. L. ad V, 181. *Wr.*) 654 *Rumoleo* Rom. Totus hic versus scrupulum iniicit. *Romuli casam* in Capitolio fuisse nemo dubitet. v. Vitruv. II, 1, alios, quos Cerda laudat, et Ovid. Fast. III, 189 seqq. Sed mentionem eius hic factam video tam importune, ut nihil magis; nam nec structura nec sententia ullo eum versum vinculo comprehendit. Casa nude commemorata quorsum referri debet? Et tum sequuntur *auratae porticus.* Quae tandem haec paupertatis et luxuriae in eundem locum coacervatio! At *recens regia*? in tanto temporum intervallo inde a Romulo ad Manlium. Nec res expeditur, si regiam de ipso Capitolio et Iovis templo accipias. Manent enim reliqua, in quibus laboramus. Alienum itaque et mala manu illatum versum esse arbitror. In edit. Parmensi versus retractus est post v. 641 *Stabant* et 642 *Romuleoque* 643 *Haud procul inde.* (Licet speciosis admodum argumentis hunc versum Heynius inpugnaverit, nullus tamen dubito, quin probus et Virgilianus sit. Legitur is omnibus in libris sine ulla memorabili lectionis discrepantia; explicatur idem a Servio. Quod autem Heynius interruptam queritur orationem, primum haec intuenti facile suam probabit sententiam. Verum attendas velim, non in narratione rerum gestarum versari poetam, sed in descriptione argumentorum in clipeo expressorum, ubi non ordo et successio temporis, sed series rerum exhibitarum spectatur. Hic igitur oculis intuentium Capitolium se offerebat, arx cum Manlio et Romuli regia, quam quidem silentio praeteriri potuisse a Virgilio, negat etiam Iahnius. Haec omnia, utpote quae essent in summo, vs. 652., i. e. in summo clipeo, continua narratione comprehenduntur. Tum vero

de custodia accipiendum. (Ceterum nimis disiuncta hic poeta copulavit; cf. V, 252 sqq. in Q. V. XXXX, 2. laud. *Wr.*)

652—662. Liv. V, 47. *In summo* non clipei; sed *in summo arcis Tarpeiae.* (sed vid. V. L. ad vs. 654. *Wr.*) 654. Visebatur porro in Capitolio, praeter templum, casa recenti culmo tecta, regia Romuli dicta. Pro *erat* ornate *horrebat.* De cete-

Digitized by Google

Atque hic auratis volitans argenteus anser
Porticibus, Gallos in limine adesse canebat;
Galli per dumos aderant, arcemque tenebant,
Defensi tenebris et dono noctis opacae;
Aurea caesaries ollis, atque aurea vestis;

etiam Gallorum agmen per arduam rupem ad summa enitens, effictum erat in clipeo, et anser cernebatur, adventum illorum clamoribus indicans. Nihil est in ea argumenti istius expositione, quod displiceat. Iam videamus singula. Parum recte Heynius in Not. iungenda putat *in summo arcis Tarpeiae*, quo fit, ut sua Manlii personae detrahatur dignitas, qui non simpliciter custos, sed custos arcis Tarpeiae appellandus esset; adversatur illi rationi ipse etiam verborum positus. Leviora haec fortasse; at certe satis erat, dixisse, Manlium in arce Tarpeia constitisse; quorsum enim in summo arcis Tarpeiae? Si aliud in ea summum, aliud imum fuit, consentaneum est, hanc, non illam partem Gallos petituros fuisse. Atque uti hic *in summo*, ita infra vs. 675. *in medio*, puta *clipeo*. Nec quidquam offensionis habere voc. *recens* mihi videtur, quo nihil aliud significare poeta voluit, quam culmos, quibus tecta erat casa ista, in auro effictos fuisse a Vulcano, flavos igitur et recentium speciem habentes; et constat eam casam, si vetustate consumta esset, reparare novisque straminibus contegere Romanos solitos fuisse, recentem igitur interdum vidisse. Tum Heynius luxuriam et paupertatem in eadem imagine repraesentatam improbat. Verum ipsum epitheton *argenteus*, anseri tributum, Virum Summum admonere debebat, auratas porticus h. l. non esse vere aureas, sed per aurum a Vulcano expressas. Deinde verbum *volitans* Heynius in Nota sibi displicere ait. At vividam irritatorum anserum imaginem exhibuit poeta, qui passis alis currentes aut etiam volatum tentantes magnos clamores edere solent. Nec poterat aliter commode id in ansere significari, quod indicaturus erat poeta. Denique si vss. 653. et 655. arctius iungendos Heynium secutus statuas, haud scio, an ipse Virgilius id fieri vetet, sic incipiens vs. 655.: *Atque hic*, quae est transeundi ad nova, non iungendi formula; cf. etiam Q. V. XXXV, 28. *hic* autem i. e. *in summo*. Quae quum ita sint, sustuli asteriscum ab Heynio appictum. Quid Fea et Solarius ad propugnandum hunc versum attulerint, ignoro, quum libellos eorum, quos ipse Fea in Praefat. ad Horat. p. XII. ed. Both. memorat, numquam viderim. *Wr.*) 655 *hinc* aliquot Pier. unus Heins. et unus Burm. 656 *abesse* Rom. 657 *Olli* unus apud Pier., isque Romanus; et hoc praeferam cum Io. Schradero, qui laudat Stat. IV Theb. 798 *Illi per dumos et opaca virentibus umbris Devia* etc. Vulgatam habet Lutat. ad Stat. I. Theb. 99. (Adeo raro ac modeste antiqua hac pronominis forma utitur Virgilius, ut vix persuadere mihi possim, bis eadem parvo intervallo usum esse. *Wr.*) 659 *illis* alii apud Pier. *solis* Menag. pr. (et *olis* prius fuerat in Medic. *Wr.*)

ris vid. Var. Lect. 655. Quae sequuntur, poetica sunt, non quae facile ab artifice in metallo effingi potuerunt. Tum anser volitans ad nostrum sensum displicere potest; forte non aeque ad Romanorum sensus. (sed vid. V. L. modo laud. *Wr.*) 657. *tenebant*, de conatu, ut saepe: iam in eo erant, ut tenerent. *et dono noctis opacae;* paullo otiosius adiectum videtur. *dono* h. beneficio, munere. 659 seq. Habitus Gallorum bene expres-

Digitized by Google

Virgatis lucent sagulis; tum lactea colla
Auro innectuntur; duo quisque Alpina coruscant
Gaesa manu, scutis protecti corpora longis.
Hic exsultantis Salios, nudosque Lupercos,
Lanigerosque apices, et labsa ancilia coelo
Extuderat: castae ducebant sacra per urbem

660 *Virgatis fulgent* pars codd. Heins. cum Goth. sec. cf. Burmann. (*lucen*, sed superscripta *t*, Medic. *Wr.*) 661 *immiscentur* Oudart. *duo cuique* Parrhas. interpolate. *Albina* duo Burm. et tert. Goth. *coruscat* Ald. pr. cum aliquot Heins. et binis Goth. (etiam 7. 8. 9. 10. 12. *Wr.*) 662 *Gessa* Medic. et Dorvill. (cum Serv. Dresd. *Wr.*) ut passim alibi scribitur. Eo alludit Franc. *Cesa*. Goth. sec. *Caesa*. (ut etiam 7. 8. 9. 10. *Wr.*) Sed *Gaesa* communior scriptura. vid. Heins. (et, quem ad Serv. laudat Burm., Voss. de Vitiis Serm. I, 2. *Wr.*) Vox est Celtica *Gess.*, ut nuper docuit *Bullet Mémoires sur la Langue Celtique* Tom. II hac voce. *pectora* Goth. pr. 663 *Hic* e Pierianis et suis recepit Heins. pro vulg. *hinc*. (*exsultantes* Medic. *Wr.*) *ancylia* passim: ut Graec. ἀγκύλια. 664 *Laries* Medic., ait Heins., a pr. m. pro *apices*. Litura saltem est in Fogginii exemplo. (*a*·*ies* est apud Foggin., *p* et *c* superscriptis. *Wr.*) Abest *que* post *lanigeros* a ms. Wakefield. 665 *Extuderant* Rom. *extulerat* aliquot Heins. cum Goth. tert. *excuderat* et *exciderat* alii. Sed *extundere* exquisitius est idem quod *excudere*, nec modo de opere eminenti et anaglypho, sed simpl. de sculptura; tum et omnino: proferre, invenire, ut Ge. I, 133. IV, 315. 328.

sus, etsi alieno forte loco. Notae eorum comae rutilae, (vid. Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. II. p. 592. not. 1169. *Wr.*) saga virgata, aurei torques, gaesa, scuta vasta. *aurea vestis;* Mirum hanc de barba accipere Servium eumque sequi alios. (ut Wakef. ad Lucret. V, 672. *Wr.*) Si barba vestire genas dicitur poetis, an propterea vestis absolute de barba dicetur? Vestem intellige illa ipsa sagula, ex auro facta, ab artifice (seu ut colorem luteum et flavum referret, seu quod auro textas vestes amarent Galli. conf. Silium IV, 155), versicoloribus segmentis vel virgis intertextis: qui quidem habitus Gallis, Germanis, et Britannis frequentatus, Scotis nondum in usu esse desiit. *lactea colla* proprie de Gallis; *Candidi pene sunt Galli omnes*, nota vox Ammiani. *duo gaesa*, e more; vid. Cluver. German. I, 44 et omnes eos, qui Gallicam et Germanicam antiquitatem recoquunt; item Cerda ad h. l. et Heins.

663—666. Religiosa spectacula immiscet poeta; mota ancilia (Martiis Kalendis. v. Ovid. Fast. III, 373 seqq.), Lupercalia (ibid. II, 267 sqq.) et pompam matronarum ad ludos vel sacra, ad quae pilentis vehi liouit. v. Liv. V, 25, 9. Sacra Cereri vel Carmenti facienda Iulius Sabinus potissimum memorat. *mollia* pilenta appellat puto propter mollem et lentum incessum, quem ipsa structura et situs editus ac celsus suasisse videtur. Servius pensiles currus interpretatur, ad-

Digitized by Google

Pilentis matres in mollibus. Hinc procul addit
Tartareas etiam sedes, alta ostia Ditis,
Et scelerum poenas, et te, Catilina, minaci
Pendentem scopulo, Furiarumque ora trementem;
Secretosque pios: his dantem iura Catonem. 670

666 *Huic p.* duo Burm. 669 *in scopulo* Oudart. *frementem* pr. Rottend. et Ed. Genev. *timentem* Goth. tert. 670 *pilos* Goth. tert.

eoque mobiles, motu faciles, ut *mollia oscilla*, Ge. II, 389. (sic etiam Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I. not. 977. *Wr.*) Iulius autem Sabinus *delicata* exponit. Saltem sic accipiam, quae mollium et delicatorum hominum sunt carpenta. *Apex* laneis vittis ornatus Flaminum proprius.

666—670. Poeta videtur processisse a consilio exhibendi duo Romanos, alterum libertatis propugnatorem acerrimum, Catonem Uticensem, alterum civem perditissimum, Catilinam, patriae hostem et perduellem; dignitatem exemplis addere studuit ex iis, quae in inferis utrumque manent et excipiunt. Etsi alieno loco intrusa putem loca infera, praeclare tamen ea ornavit. (Id quum poeta agat, ut, quae maxime memorabilia sint in historia Romana, exponat, non video, quare haec aliena ab h. l. existimemus. Quod si alia quaedam desideres, ea de industria omisit poeta, quippe libro VI. iam commemorata. *Wr.*) *Catonem piis iura dantem*, tamquam alterum Minoem vel Rhadamanthum, quis non miratus est? Pro *Catilina* erant haud dubie, quos malis supplicio affectos videre. Sed parum prudenter minusque decore poeta Marium vel Sullam, Cinnam aliumve, qui remp. everterat, nominasset: contra in Catilina scelus manifestum et confessum. *pendentem scopulo*, puto tamquam equuleo distentum: tracta rei facie a Prometheo rupi alligato; pro vulture Furiae adsident. *minacem scopulum* tamquam ruiturum et ruina eum sua oppressurum. *Furiarum ora trementem*: ut de Tantalo: *Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris — Furiarum maxima Accubat — Exsurgitque facem attollens atque intonat ore*: sup. VI, 605. 606. 607, adde 571. *dantem iura*, iudicem constitutum ut alterum Rhadamanthum: VI, 566. De *Catone Uticensi* agi, liquidum est; vel ex opposito Catilina: alter oppugnavit patriam, alter libertatem propugnavit. Nec vero alius, quam ad eius severitatem, respectus habitus videtur; quo magis vana est Servii aliorumque dubitatio verentium, ne Augusto Catonis memoria parum grata esse debuerit. Sed hoc refellere iam alii studuerunt, inprimis ad Horat. I Carm. 12, 35; adde Diss. viri docti in Basnagii *Hist. des Ouvrages des Savans* 1708, p. 102. in qua tamen pauca reperias, quae alicuius momenti sint. At possis in

Digitized by Google

Haec inter tumidi late maris ibat imago,
Aurea, sed fluctu spumabant caerula cano;
Et circum argento clari delphines in orbem
Aequora verrebant caudis, aestumque secabant.
In medio classis aeratas, Actia bella,

671. IMAGO A.

671 *Hoc inter* Franc. 672 (*et fl.* Rom. *Wr.*) *spumabat* plerique Pier. Medic. Gud. Moret. sec., etiam ex Goth. alter, (cum 8. *Wr.*) ut scilicet *imago spumabat* iungatur; sed recte *caerula spumabant* praetulere Heins. et Burm. (*aurea*, i. e. ex auro facta; neque est, quod, Servium secutus, eo respexisse Virgilium dicas, quod color maris ventorum qualitate mutatur. Id tamen minime feras: „aurea spumabat caerula cano fluctu;" itaque *spumabant* retinui et ipse; *caerula* autem simpliciter i. q. aequora. *Wr.*) *spumabant aequora* Zulich. *caerula ponto* Montalb. a m. pr. Distingui quoque potest: *Haec inter — ibat imago; Aurea sed fluctu spumabant caerula cano*; nescio, an rotundior sic exeat oratio. (Ita si distinguas, non est, quo spectet particula *sed*, qua usus poeta *aurea* et *cano* inter se opponit: ipsum quidem mare aureum erat, sed in summa parte cernebantur cani, puta argento expressi, fluctus. *Aurea* per appositionem subiectum; quare in fine praegressi versus comma posui. Distinguitur post *Aurea* etiam in Mediceo; in eodem legitur Rurea, sed *A* superscripta. *Wr.*) 673 *arcano clari* Ven. *in orbe* et *in orbes* aliqui Heins. 674 *vertebant* aliquot Burmann. et duo Goth. *aestuque* Sprot. 675 *classes auratas* Ed. Ven. *Accia* aberrant aliquot codd. Pier. et Parrhas. *Actia vela* coniecerat Heins.

illo haerere, quod Catonem, qui sibi ipsi manus intulit, nunc in Campis piorum locum habere iubeat, cum sup. VI, 434 seq. eos, *qui sibi letum Insontes peperere manu*, alio loco, in prima Inferorum regione, constituerit. Verum aspernatur poeta tam tenacem memoriam, eique licet diversis carminis partibus diversas rationes sequi. (Magis etiam me movet, ut haec de minore Catone dicta existimem, quod maioris mentio iam supra facta est VI, 842. *Wr.*)

671—674. Oceanum Homeri Iliad. σ, 606. 607 ante oculos habuisse, et Delphines Hesiodi exemplo Sc. Herc. 209—212 inseruisse videtur. Aliam Quinti Cal. imitationem iam Cerda notavit l. l. ib. V, 93 sqq. verum is, Homeri exemplo, Oceanum ambire clipei oram fecit. Effinxerat Vulcanus mare ad Actium; spuma albicante et belluis argenteis in mari ex auro facto: naves effictae aere. De reliquis cf. Excurs. de hoc clipeo.

675 sqq. Splendida carminis pars, quam velim unam clipei argumentum a Poeta factum esse. Iam Propertio hic locus adeo probatus fuit, ut, etsi tum tota Aeneis nondum evulgata esset, ex eo tamen carminis summam praestantiam augurareturr: *Actia Virgilium* (iuvet) *custodis littora Phoebi, Caesaris et fortes dicere posse rates: Qui nunc Aeneae Troiani suscitat arma, Iactaque Lavinis moenia litto-*

Digitized by Google

Cernere erat; totumque instructo Marte videres
Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus.
Hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar
Cum Patribus, Populoque, Penatibus et magnis Dis,

676 *extructo* aliquot Pier. *instructum* alii. *videre* Montalb. 677 *Leuchatem*, *Leucatem*, *Leucantem*, *Leucothoen*, aberratt. *auroque effulgere fluctus*; hoc hemistichium prorsus otiosum et languidum esse arbitror, quodque Tucca Variusque rescindere debebant. Quorsum enim hoc pertinet? inprimis cum iam satis declaratum esset vss. 671. 672 *mare esse aureum*. Et debebat esse *albosque fluctus*, ut cum v. 672 conveniret *fluctu spumabant caerula cano*. (Non videntur rem dirimere, quae a Weicherto in Dissert. *De Verss. iniur. suspect.* p. 77. et a Iahnio disputantur. Sane, si ita, quemadmodum Heynius, haec interpretamur, vix dubitandum erit, quid faciamus hoc hemistichio. At enimvero illud teneas velim, de instructa acie navali h. l. poetam loqui; quare de fulgore ornamentorum militarium a mari repercusso accipienda sunt haec verba. Quod quidem, quum mare ipsum auro effictum a Vulcano fuerit, quomodo repraesentari potuerit, nolim a me scisciteris. Ita enim poeta miscet in tota hac descriptione res, quae in eiusmodi caelatura exhiberi vel possunt, vel nequeunt, ut talia quaerere supervacaneum sit. *Wr.*) 678 *Hic* Franc. 679 *populisque* Ed. Ven. *populo patribusque* Goth. sec.

ribus. Cedite Romani scriptores, cedite Graii; Nescio quid maius nascitur Iliade: lib. II El. extr. *In medio* clipei, non maris: etsi hoc mediam clipei partem occupare putandum est; (nec recte de illa maris parte dici *In medio mari*, apparebit e Q. V. XIIII, 5, a. *Wr.*) si tamen, praeter pugnam, etiam fugam et triumphum complexa ea est, in plures partes ac loca distincta esse debuit. *Actia* bella, pugnam Actiacam. (Alia huiusmodi appositionis exempla vid. Q. V. XXXIII, 3, d. *Wr.*) *totumque instructo Marte* h. classe instructa, *videres Fervere Leucaten;* locum ex vicinia posuit, ut tanto maior rei esset species. Nam classis utraque obversa erat claustris et faucibus sinus Ambracii; pugnatum enim est in exteriore sinu versus mare patente. Agitur autem de ipsa pugna, non de iis, quae antecesserunt. Alioqui locum haberet Florus IV, 11, 4 *Caesar — positisque in Epiro castris Leucadem insulam montemque Leucaten et Ambracii sinus cornua infesta classe succinxerat.* De hemistichio otioso 677 v. V. L. In seqq. non ubique ipsam rerum gestarum fidem, quod nimis religiosum fuisset, quam artis vel carminis rationes et opportunitates videtur sequutus. Nam classi universae M. Agrippa praefuit, Octavianus autem Caesar cum M. Valerio Messala aliisque rerum summae ubique prospicere satagebat. *Italos* praeclare, ut *barbaricas opes* Antonii v. 685 opponeret; et multo augustior rerum species in altero versu: *Cum Patribus, populoque, Penatibus et magnis dis;* ut caussam reip. a Senatu

Digitized by Google

Stans celsa in puppi: geminas cui tempora flammas
Laeta vomunt, patriumque aperitur vertice sidus.
Parte alia ventis et dis Agrippa secundis
Arduus agmen agens: cui, belli insigne superbum,
Tempora navali fulgent rostrata corona.
Hinc ope barbarica, variisque Antonius armis,

680 *Stat* Rom. cum aliis Pier. et Heins., item Goth. sec. quod praestare puto. (*Stat* vix dubites quin inde ortum sit, quod verbum finitum desiderari videretur. Sed ita solent verba finita in describendis rebus omitti. *Wr.*) *prima in puppi* Priscian. agnoscit lib. VII. conf. III, 527. *g. huic* Gud. 681 *volunt* Medic. a m. pr. *movent* Sprot. a m. pr. *aperit se* Goth. sec. *aperitur a vertice* Medic., vitiose. Quis tamen credat hoc Cuninghamum recepisse? 684 *lustrata* Goth. pr. 685 *que* a Pierianis aliquot abest; nec male. *Phariis* coni. Heinsius, eleganter; (et probat hanc coniecturam Burm. ad Claud. p. 1055. et ad Anthol. Lat. T. II.

populoque Romano commissam tueri videretur Augustus. *Penatibus et magnis diis*, explicative alterum adiectum pro: et cum Penatibus, magnis diis: cf. sup. ad III, 12. 680. 681. *geminas cui tempora flammas Laeta vomunt.* Perperam ad oculos Augusti fulgentes (v. Sueton. c. 79) refert Servius et alii. Habuit poeta in animo Diomedis cassidem Iliad. ε, 4 sq. Δαΐῐ δ' ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ etc., et in miraculum conversus est galeae ex aere fulgor, qui radiorum vel nimbi speciem referre videri poterat, inprimis si bucculas galeae cogites. *laeta* ad splendorem spectat: ut lib. I, 591 *laetos oculis afflarat honores.* Sed cur *geminas flammas* dixit? accipio dictum poetica forma, cum deberet *gemina tempora* memorare. Diversa res sunt *cristae geminae* VI, 780. In vertice *aperitur*, lucet, apparet (proprie de oriente sidere), stella Iulia, Caesaris capiti appingi solita: in memoriam stellae crinitae, in quam inter ludos funebres habitos anima Caesaris abiisse credita est: vid. Sueton. Caes. 88. Dio XLV, 7, et sup. ad Ecl. IX, 47. Eandem stellam respexit Propert. IV, 6, 30. 31. etsi ille prodigium micantis flammae expressisse videtur: Phoebus *Adstitit Augusti puppem super, et nova flamma Luxit in obliquam ter sinuata facem.*

682. *Parte alia* aciei Agrippa classem agit *ventis secundis.* Adversus fuerat ad quintum usque diem ventus. Plutarch. M. Anton. p. 945 F. conf. Serv. in extrema parte notae ad v. 682. 684. *navali corona*, quae eadem *rostrata*, rostris ex auro vallata, qua paullo ante donatus fuerat in bello Siculo, victo Sex. Pompeio. v. Vellei. II, 81, 3, ubi v. Not., et Cerdam h. l. cum Servio, et numos Agrippae. Doctius autem dixit *tempora rostrata.*

685. Ex adverso expressus An-

Digitized by Google

Victor ab Aurorae populis et litore rubro,
Aegyptum viresque Orientis et ultima secum
Bactra vehit; sequiturque (nefas) Aegyptia coniunx.
Una omnes ruere, ac totum spumare, reductis
Convolsum remis rostrisque tridentibus, aequor.
Alta petunt: pelago credas innare revolsas

p. 175. a Iahn. laud. *Wr.*) sed *variis* multo elegantius habendum, ut populos multos ac diversos habituque adspectuque varios designaret. *Autronius*, *attonitus*, prave Gothani. 686 *ab europe* Rom. et Goth. tert. *aurora* pr. Rottend. et Leid., iste etiam *populos*. Marklandus ad Statium p. 109 *Ductor ab* emendat; quod ad meum sensum ieiunum est. *Victor* et per se splendidius est, et respectu certe eorum populorum, quos secum trahebat, verissimum; sed et Parthorum et Armeniorum respectu non omnino falsum. Nam et Ventidius Parthos vicit U. C. 713, et Canidius, et ipse Antonii legatus, Armeniam devicit et in Iberos Albanosque exercitum duxit U. C. 716. et ipse Antonius U. C. 718, Artavasde capto Armeniam occupavit U. C. 718. Schraderus ad Musaeum p. 258 acumen τῷ *victor* inesse dicit, *quasi* victor, qui talem se haberi volebat. 687 *Aegupto* codd. Pier. *que* abest Parrhas. Hic Erfurt. alias haud magni momenti codex memorabilem lectionem suppeditat *seresque*: ita ut refingi possit: *Aegyptum*, *Seresque*, *Orientis et ultima secum Bactra vehit.* (— 688. Possis interpungere: sequiturque nefas, Aeg. coni. Supra II, 585.: „Extinxisse nefas:" i. e. Helenam. Sed nihil muto. *Wr.*) 690 *rostrisque stridentibus* pessime legitur cum metri vitio in nonnullis, etiam in Ald. pr. et ex ea excusis; at omissum *que* in Ald. sec. et hinc in aliis; ita *rostris stridentibus* vulgo editum, et lectum quoque in codd., ut Leid. Menag. Goth. pr. Hinc *rostrisque tridentibus* editum in ed. Commelin. ex Palatino; quod sequutus est Pulman. et alii, firmavitque post Cerdam et alios Heins. ex Colot. Medic. Gud. cf. V, 143. *rostrisque rudentibus* Hamb. pr. pro var. lect. 691 *credes* Gud. Versum acumine rhetorico insignem miratur Seneca Suas. I sub f. adiecto iudicio: *non dicit hoc fieri, sed credi.* Nam addit poeta: *credas innare.*

tonius: *ope barbarica*, cum copiis ex barbaris populis diversis (unde *varia arma*) conscriptis, praeter legiones, quas habebat. cf. Plutarch. M. Anton. p. 944 B. 686. *Victor ab Aurorae populis et littore rubro*, h. Eoo, Indico, magnifice ex sollenni poetarum more. (*Victor a populis* dici videtur, qui illato illis bello superior s. victor discedit, victoriam ab s. ex iis reportat. *Wr.*) Vult praelia cum Parthis, quibus Oriens tum parebat, dicere, inter quae nonnulla fuere, satis felicia. Pari modo *Bactra ultima*, in remotissimo oriente sita, nominat. Habuit Antonius auxilia a rege Medorum submissa, testante Plutarcho p. 944 C. Itidem sic v. 705. 706. *vehit*, ducit copias ex Aegypto et Asia.

689. *reductis remis* proprie Ovid. Met. IX, 461 *reducunt ad fortia pectora remos.* Tum *ruere* videtur dictum transitive sc. mare

Digitized by Google

Cycladas, aut montis concurrere montibus altos:
Tanta mole viri turritis puppibus instant.
Stuppea flamma manu telisque volatile ferrum
Spargitur; arva nova Neptunia caede rubescunt. 695

692 *et* duo Burm. *altis* tres ibid. (*montes* Medic. *Wr.*) 694 *telique* ab Heinsio praescripta est tamquam vulgata lectio: fuit ea saltem in ed. Dan. Heinsii; nam vulgo ubique legitur *telisque*, quod firmavit Heins. e Medic., suisque omnibus; an sic *tela* machinae sunt? ballistae, quibus tela emittuntur? ut manu flamma, machinis sagittae spargantur; quod videtur vulgari interpunctione effici: *Stuppea flamma manu, telisque volatile ferrum Spargitur.* Sustuli interpunctionem, ut sit: *manu spargitur stuppea flamma et ferrum volatile telis.* Vide tamen an recitari possit: *Stuppea flamma, manu telisque volatile ferrum Spargitur.* Ita *flamma* per se, tum tela manibus et machinis emissa, memorantur. (Sed huic rationi adversantur ea, quae scripsi V. L. Ge. I, 142. *Wr.*) Quo tamen exemplo dictum esse putabimus: *ferrum volatile telis*? Brunckius monet *telis* esse pro *telorum*: ut V, 609 *per mille coloribus arcum.* Agnosco analogiam, sed quam durum est: *ferrum telis!* Lenior esset ratio, si *telum ferro* esset scriptum. Saltem dicam, *spargi ferrum telis*, per tela, h. e. spargi missilibus. Praefero tamen vel sic alteram lectionem, cui praesidium in cod. Rom. est *telique volatile ferrum.* (eandem probat Iahnius. Retinui interim *telis*, ita haec explicans: telorum iactu in omnes partes volat ferrum. In Medic. est *tellis. Wr.*) Tum *volabile* Montalb., sed *volatile* iam sup. IV, 71, quod e Suevio adoptasse fertur Virgilius apud Macrob. VI, 5 extr., e quo laudatur *volucrumque volatile telum.*

remis et ipsa carina, ut sup. I, 35 *spumas salis aere ruebant.* (Sed ita hoc ipsum *mare*, s. *aequor*, adiectum velis. At ruere saepe dicuntur, qui impetu feruntur in hostem. *Wr.*) 691. *Alta petunt.* Compara Plutarch. p. 946 B. C. 693. *Tanta mole.* Spectat hoc maxime ad Antonianas naves, ad denos remorum ordines assurgentes, *ad hoc turribus et tabulis allevatas* etc. Flor. IV, 11, et sua magnitudine, inprimis in ista remigum inopia, ad regendum difficiles. Plutarch. l. c. Dio L, 32. 33. (Silius huc respiciens X, 322.: „Sic Lagea ratis, vasto velut insula ponto Conspecta" *cet.* Ne autem iungas *puppibus tanta mole*, tum ipse verborum positus vetat, tum, quod verbum *instat* non ita nudum relinquendum est. Orationem poetice inversam sic explica: „Tanta erat turritarum navium magnitudo; quas remiges magna adhibita vi propellabant." *Wr.*) 694. *stuppea flamma:* ad rerum veritatem, cum ab Antonio relictae naves pertinaciter pugnare pergerent. v. Dio l. c. 34. 35. Horat. I Od. 37, 13 *Vix una sospes navis ab ignibus.* *telis* accipiendum est de machinis ad missilia emittenda; sed praestat altera lectio *telique volatile ferrum.* v. Var. Lect. *nova caede* sc. inter hos ipsos ignes missiles et navium incendia. (an igitur novam i. q. redin-

Digitized by Google

Regina in mediis patrio vocat agmina sistro;
Necdum etiam geminos a tergo respicit anguis.
Omnigenumque deum monstra et latrator Anubis
Contra Neptunum et Venerem contraque Minervam

696 *Reginam* et *agmine* Rom. *in medio* Franc. v. Burm. 697 *Nec dum et* Dorvill. *gelidos* coni. Burm. Sane vulgo una tantum aspis brachio admota a Cleopatra memoratur (cf. Anthol. Lat. lib. II, 71); cum tamen secundum Plutarch. Anton. p. 955 B. varii et incerti de necis, quam Cleopatra sibi intulit, via et ratione rumores fuerint; cf. inprimis ad Propert. III, 11 (ed. Scal. 9), 53. 54; potuit forte et hoc narrari, binos eam angues sibi admovisse, singulis forte brachiis singulos. Quod idem narrat, fuisse qui in brachio Cleopatrae *notas duas* tenues et obscuras agnovisse se dicerent, vix ad binas aspides referri potest. At Vellei. II, 87 *admotis ad venas serpentibus*: ut plures fuerint. Cleopatrae morientis simulacra frustra advoces, sunt enim partim Nympharum signa, partim recentis manus sunt. Nec de lamina argentea Pompeiana (*Bronzi di Ercolano* Tom. I extr.) satis exploratum est, rectene illa ad Cleopatram referatur. 698 *natator* aliquot Pier. *Anobis* Medic. (sed a m. sec. *Anubis. Wr.*) *Anubes* sec. Rottend. 699 *et* abest Dorvill.

tegratam esse statuemus? at de commisso demum proelio agitur; an nova, quia iam antea in mari pugnatum fuerat cum Sext. Pompeio? parum probabilis ea ratio; an nova i. q. inusitata? nec hoc placet. Mihi ad initium pugnae respici et per illa *nova caede rubescunt* nihil aliud significari videtur, quam: incipiunt caede rubescere; novum enim dicitur, quod primum fit. Sic Ecl. VIII, 29.: „Mopse, novas incide faces;" i. e. incipe incidere faces; non enim iterum, sed primum Mopsus uxorem ducit; hinc crebrum illud *nova nupta*, ut Plaut. Cas. I, 1, 30. Catull. LX, 98. Terent. Adelph. Prol. 12.: „Eam — fabulam — nos acturi sumus novam." Inde explicabis Liv. XXII, 1.: „nec sine auspiciis profectum in externo ea solo nova atque integra concipere posse." *Wr.*)

696. Acerbe haec de Cleopatra. Potuit forte, quod tamen ignoro, sistri usus esse apud Aegyptios in bello. Ex hoc tamen loco non conficitur. In ludibrium versa re sistrum memoratur, quod ipsa, cum turba spadonum et feminarum ludis et choreis vacante, in media classe versatur: sistri autem usus in lascivia Aegyptiorum frequens. Docet quoque Propertii imitatio lib. III, 11, 43 Ausa Cleopatra — *Romanamque tubam crepitanti pellere sistro.* 697. necdum mortem futuram admota sibi aspide prospicit, aut cogitat. Sequitur forte Virgilius famam aliquam, duos eam angues sibi admovisse.

698 — 703. Praelium deorum artifex effinxerat in aere: ab una parte pugnabant dii Aegyptii, ab altera Romani. In medio pugnam incendunt Mars, Furiae, Discordia, Bellona. Partim haec

Digitized by Google

Tela tenent. Saevit medio in certamine Mavors
Caelatus ferro, tristesque ex aethere Dirae;
Et scissa gaudens vadit Discordia palla:
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
Desuper: omnis eo terrore Aegyptus et Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.

700 *tenens* Sthol. Horat. III Od. 4. *in* abest Parrhas. 701 *Velatus* Goth. tert. *Divae* Rom. et Medic. Pierii, Medic. a m. pr., aliique Heins., idem agnoscit Iul. Sabinus. cf. IV, 473. (*Dirae*, ut exstat in 2. 5. 8. 11., est prior Medicei lectio, *Divae* altera. *Wr.*) 702 *Exscissa* Goth. sec. *pallas* idem. 703 *Quin* Goth. pr. *consanguineo* editum vidit Pierius. 704 *Accius* et h. l. scribitur. (*hoc cern.* Serv. Dresd. *Wr.*) *arcum tendebat* Medic. Pierii, Gud. et alii Heins. cum Dorvill. et Goth. sec. (adde 2. 8. *Wr.*) *arcu int.* duo Burmann. 705 *Protinus omnis* Voss. pr. *Aegyptos* diserte Probus apud Heins. cf. Georg. IV, 210. (et Q. V. IV. *Wr.*) 706 *Araps* Pier. aliquot.

ex deorum in praeliis Homericis interventu, partim, inprimis Discordia et Bellona, ex praeclaris locis clipei Achillis Iliad. σ, 535 — 538 et clipei Herculis apud Hesiodum v. 248 sqq. 147. 153 sqq. adumbrata; alias imitationes vide apud Quintum Cal. X, 53 sqq. XI, 8 sq. VIII, 186 sqq. *latrator Anubis*, capite canino, notus vel ex Boissardo. Propertius, qui hunc librum, nondum editum, legerat (v. ad v. 675), hinc traxit lib. III, 11, 41 *Ausa Iovi nostro latrantem opponere Anubin* etc. 701. *caelatus*, exsculptus, nam de anaglypho agitur, et *caelare* sic proprie in aere dicitur: (vid. *Antiquar. Aufsätze* P. II, p. 134 sqq.) *ex aethere Dirae* adeoque volantes: quod memorabile est. Reddidit eo nomine, puto, *Κῆρας* Hesiodi in Scut. 248 sqq. Homero *Κῆρες θανάτοιο*. Simili modo Mors alata poetis est. 702. *scissa Discordia palla*. Est *Eris* ex Homero et Hesiodo nota. Novum est, quod *scissa palla* illa insignitur. In arca Cypseli apud Pausan. V, 19 erat *αἰσχίστη τὸ εἶδος ἐοικυῖα*. Redhibuit eam *laceratam pectore vestem* Petron. cap. 124. *vadit* non proprie; nam in mari res geritur; est simpl. *versatur* in medio certamine. (Quidni proprie locutum poetam existimamus? Vide de incessu deorum disputantem Vossium in Epist. mythol. T. I. Ep. XXII. sqq. *Wr.*) *Bellona* cum flagello passim obvia: exempla Cerda dabit.

704. 705. Homero sublecta et haec Apollinis species pro Iliacis muris pugnantis Iliad. π, 700 seqq., sed praeclara cum arte et sollertia. Certavit cum Marone Propert. IV, 6, 55. 56 et 68 et Albinovanus Eleg. in Maecen. 55. 56. Sed eam imaginem facile menti obiicere potuit signum in

Digitized by Google

Ipsa videbatur ventis regina vocatis
Vela dare, et laxos iam iamque inmittere funis.
Illam inter caedes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens undis et Iapyge ferri;
Contra autem magno maerentem corpore Nilum,
Pandentemque sinus, et tota veste vocantem
Caeruleum in gremium latebrosaque flumina victos.
At Caesar, triplici invectus Romana triumpho

708 *lapsos* aliquot Burmann. *que* abest Parrhas. (*funes* Medic. *Wr.*) 709 *Illum* apud Apulei. de mundo. *caede futura* Oudart. vid. Burm. ad Lucan. IV, 516. 710 *Iapuge*, *Iapige*, *Iapide*, *Iaspide* in codd., hoc in Goth. sec. 711 *magni*, sc. Pompeii, Waddel. coni. apud Burm., satis frigide. 712 *et torta* emendabant Gifan. et Vales., sed v. Heins. *et tuta v.* Schol. Horat. Cruqu. ad I Od. 37, et *mota* Cerda coni. *sinum et tota quem* Leid. *sinum et totaque in* duo alii, interpolate. *tota veste*, est, expansa quantum sinus patebat. Laudatur Auson. Mosella 368 *Naviger undisona dudum me mole Saravus Tota veste vocat.*

promontorio Actiaco positum. Pugnatum autem, ut supra diximus, in conspectu Apollinis Actii, in exteriore parte sinus Ambracii; de quo videnda Delineatio et Descriptio eius sinus auctore d'Anville (in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. XXXII, p. 515). *Actius Apollo* v. sup. ad III, 275. 707 sqq. Prima regina fugam circumspexit, ut omnes tradunt: Plut. Anton. p. 946 E. Dio L, 33. *ventis vocatis* per vela expansa. v. ad lib. III, 253. *et laxos* intendere funes, adeoque vela explicare et expandere. conf. inf. X, 229 ibique not. 709. *pallentem morte futura;* quasi praesensione mortis hanc fugam consequuturae. Pallorem autem argento vel alio metallo *debuit* artifex reddere; quemadmodum *ut Iocastae vultum examinem exhiberet, ex aere et argento conflata massa usus fertur* artifex. v. Plutarch. Conviv. Qu. V, 1, et Aristonidas artifex *cum exprimere vellet Athamantis furorem — residentem poenitentia, aes ferrumque miscuit, ut rubigine eius per nitorem aeris relucente exprimeretur verecundiae rubor.* Plin. XXXIV, 14 s. 40. *Iapygem* proprie dixit, nam ab occidentali illa plaga debuit venire ventus Cleopatrae secundus.

711—713. Poeticum visum magnum et praeclarum. Fuga petitur Nilus: is fugientes excipit. Propert. III, 11, 51 in loco hinc expresso: *Fugisti tamen in timidi vaga flumina Nili.* Iam Fluviorum simulacra cogita specie humana, recubantia, et inferiore corporis parte veste tecta, ut tamen sinum facere possint, quem Nilus fugientibus ostentat. Ornate singula, etiam *latebrosa flumina*, quae pro latebris nunc erant.

714 seqq. Tandem triumphus Augusti erat repraesentatus in clipeo. Fuit is triplex in trinis

Digitized by Google

Moenia, dis Italis votum inmortale sacrabat,
Maxuma tercentum totam delubra per Urbem.
Laetitia ludisque viae plausuque fremebant;
Omnibus in templis matrum chorus, omnibus arae;
Ante aras terram caesi stravere iuvenci.

715 *Moenia cunctorum late comitantibus armis* inepte Goth. sec., nescio unde arreptum. Plus refert de interpunctione monere, quam Burmannus ad aliarum editionum exemplum immutavit: *At Caesar — dis Italis votum immortale sacrabat. Maxima tercentum totam delubra per urbem Laetitia, ludisque viae plausuque fremebant.* Ita vero plura parum commode dicta videntur: *votum immortale sacrabat* erit accipiendum forte pro: vota persolvebat. Sed cur *immortale*? et multo magis frigent ista: *templa laetitia, viae ludis plausuque fremuisse.* Itaque reduxi alteram distinguendi rationem. Augustus opera publica, et in his templa, exstruxit plurima, v. Sueton. c. 29, unde et Livio, quod satis notum, *templorum omnium conditor aut restitutor* dictus est; idem triumpho invectus plura templa dedicavit, in aliis dona consecravit. vid. Dio LI, 22. Retraxit haec poeta et in unum tempus contulit: *maxima tercentum delubra sacrabat, votum immortale*, h. quae voverat. (Eodem, quo Burmannus voluit, modo distinctum est in Mediceo; neque aliter interpunctum invenit in suo exemplari Servius, quippe cui voto illo immortali aedes Apollinis, quae erat in Palatio, significari videatur. Sed si versum 716. cum subiecto iungimus, displicent tum epitheta *Maxima* et *tercentum*, tum vs. 718. ad eandem sententiam accedens. Ceterum quomodo ea res in clipeo expressa fuerit, vel exprimi potuerit, vanum est quaerere. *Wr.*) 716 *de turba* Parrhas. 717 *lusuque* Oblongus Longob. *laudisque* duo Burmann. *plausumque* Dorvill. *fremebat* alter Goth.; ita saltem iungenda: *plausuque fremebat Omnibus in t. m. chorus*; sed hoc putidum est. 718 *arae* Pier. et Heins. e suis, excepto uno Veneto, probaverunt. Vellem adiecissent viri docti, quod sententiae acumen in eo deprehenderent. Quid magis frigere dicam, quam in *omnibus templis arae* sc. erant? Licet id credere: sed quid inde? an repetere placet *arae* sc. *fremebant*? Res vero sic expedienda. Exquisite illa dicta pro vulgaribus: Omnibus in templis matronarum supplicantium coetus visebantur, *et arae*, ab artifice expressae, *ante quas* victimae immolabantur. Vulgo lectum fuit *omnibus aris*: idque ex Gothanis primus servat. *omnibus ara* Parrhas., vitiose. 719 *terras* Dorvill. (*iuvencis* Medic. a m. pr., unde possis legere: *caesis str. iuvencis.* Sed nihil mutandum. *Wr.*)

diebus: Dalmaticus, Actiacus, Alexandrinus. v. Sueton. Aug. 22. Dio LI, 21. Necesse igitur est ab artifice ea, quae cuiusque diei essent, in unum fuisse congesta. *votum immortale sacrabat;* templa, opera immortalia, dedicabat ex voto; et quidem magno numero, unde *trecena* dixit. (vid. V. L. ad IV, 510. *Wr.*) Quae per reliquam Augusti vitam facta sunt, revocavit poeta sub unum tempus. cf. Suet. Aug. 29. Dio LI, 22.

717—719. Vivide laetitia publica describitur. Exquisite vero illa dicta pro vulgaribus: omnibus in templis *matronarum supplicantium coetus* et *arae*, *ante*

Digitized by Google

Ipse, sedens niveo candentis limine Phoebi,
Dona recognoscit populorum, aptatque superbis
Postibus; incedunt victae longo ordine gentes,
Quam variae linguis, habitu tam vestis et armis.
Hic Nomadum genus et discinctos Mulciber Afros,
Hic Lelegas Carasque sagittiferosque Gelonos

721 *actatque* Dorvill. 722 *l. o. mastes* aliquot Pier. 724 *Hinc* hic et sequ. versu aliqui sive utroque loco sive alterutro tantum. *Numidum* plerique Pier. et tres Goth. *Numadum* alii Heins., ut passim alibi. v. supra ad III, 320. *distinctos*, *disvinctos*, *devinctos*, *discultos*, vitia librariorum: inter quae etiam *Mulcifer* referendum in parte Heins. et trinis Goth. *Mulciber* antiquum nomen, quod Maro ab Attio et Egnatio acceperat: Macrob. VI, 5 pr. 725 *Hinc* Goth. tert. *Hinc relegas cerasque* Dorvill. *relegas* etiam Rom. *Carrasque* multi: *Caras* etiam Servio praescripti. Male etiam Cerda eo devenit, ut *Carrhas* Mesopotamiae inferat. *Gelones* duo Burm.

quas victimae immolabantur. (cfr. V. L. ad Ge. II, 260. *Wr.*)

720 sqq. Splendida rerum species. Puta triumphatorem Octavianum iam intrasse urbem. Sedet pro tribunali sub porticu et aditu templi Apollinis Palatini et prospectat (exquisite *recognoscit;* argutatur Burm. in etymo vocis) succedentem pompam triumphalem, in qua portantur coronae aureae, *dona populorum* (conf. Cerda), ducuntur captivi una cum signis Fluviorum. (Aliud est, quod legitur apud Tacit. Agric. c. 6.: „electus a Galba ad dona templorum recognoscenda diligentissima conquisitione fecit, ne cuius alterius sacrilegium respublica, quam Neronis, sensisset.“ *Wr.*) 721. *aptatque s. postibus:* coronas ergo in foribus vel porticu templi suspendi curavit. 724. 725. Vides manifeste, quod supra ad vs. 686 monuimus, poetam carmini dignitatem et maiestatem parare ex nominum novitate vel peregrinitate vel vetustate. *Nomadum genus et Afros.* Erat enim in Antonii partibus magna Africae pars a Cyrenis usque ad Aethiopiam, et interfuit Antonii copiis Bogudes Mauretaniae rex: Plutarch. Anton. p. 944 B. Dio L, 6. *discinctos Afros;* mollitiem hominum arguit veste laxa et fluente. An is proprius Afrorum habitus fuerit, aliunde ignoramus. *Lelegas Carasque,* ut nominum vetustate carmini dignitatem pararet, posuit pro populis et regibus minoris Asiae, quos enumeratos vides apud Plutarchum l. c. B. Leleges, de quorum sedibus Strabo lib. XIII multa disputat, cum Caribus oram Asiae maritimam tenuerant, antequam ab Ionibus eiecti ad interiora recesserunt. De his, nec de aliis, Lelegibus h. l. agitur. Frustra ad Dacos et Bastarnas nomen revocat Massonus in *Iano reserato* Sect. III c. 5, adversus quos M. Crassus bellum gessit. Meliore iure ad bellum illud referas *Gelonos,* quos pro Dacis vicinis nominare potuit.

Digitized by Google

Finxerat. Euphrates ibat iam mollior undis;
Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis;
Indomitique Dahae, et pontem indignatus Araxes.

726 *Tinxerat* Rom. *Fixerat* alii Pier. *Pinxerat* quidam apud Taubm. (*Eufrates* Medic. et Serv. Dresd. *Wr.*) 727 *Norini* Parrhas. 728 *Daci* editum olim et scriptum passim, vel *Dacae*. Male: Ge. III, 497 *Et coniurato descendent* Dacus *ab Istro*. Sed *Dahae* Medic. *Daae* Rom., etiam Erf., quos vindicavit quoque Cerda. Alii *Dachae*, *Dachi*, *Dache*, *Dace*, indocte, ut et apud Lucan. VII, 429. vid. ad Silium XIII, 764. (Apulei. de Orthograph. sect. 56.: „Dahae cum *h* ante *a*, populi in desertis habitantes ultra Scythiam.“ vid. Osann. ibid. p. 77. *Wr.*) *et ponte* Montalb. *Araxis* pr. Hamb.

Nisi tamen pro Thracibus, ultra quos illi habitabant (cf. ad Georg. II, 115), dicti sunt, qui in Antonii copiis erant. Horatius, qui saepe populos barbaros ultra Danubium memorat, modo Gelonos, modo Getas, modo Sarmatas aut Scythas nominat.

726. *Euphrates ibat iam mollior undis* h. leniore amne, ut domitum se ac subiugatum, h. e. populos accolas victos et subiectos, significaret. Uti *mollita* dicuntur et alibi, quae victa ac contusa coercitaque sunt. Sic *molles animi*, *mollia corda*. Notum autem vel ex Horatio: *Medumque flumen gentibus additum victis minores volvere vertices:* etsi hoc ad seriores annos spectat. Magno vero spiritu haec dicta et in maius aucta amplificataque sunt. Adversus Parthos enim illo anno nihil aliud nec susceptum nec gestum, praeterquam quod Augustus, Aegypto in potestatem p. R. redacta, in Syriam reversus Parthorum legatos audiit. conf. Georg. II, 170. IV, f. Si vero haec, quae sequuntur v. 726. 727. 728, ad triumphum illum recte referuntur, Euphrates et Araxes cum Dahis poetico more populos Orientis designant, qui Antonium sequuti erant, Morini autem et Rhenus triumphum primi diei Dalmaticum respiciunt, quo etiam de Morinis, extremae orae Galliae Belgicae ad fretum Britannicum populo (unde *extremi hominum Morini*, ut *ultimi Britanni*, *ultima Hesperia*, apud Horatium), et nonnullis Galliae Germaniaeque populis rebellionis sociis, inprimis Suevis Rhenum transgressis, et a C. Carinate repressis, triumphatum fuit; vid. Dio LI, 21. Rhenus *bicornis*, Vahalis et Rhenus, ut tum quidem cursus erat, antequam Drusus tertium ostium, Flevum, fossa ducta efficeret. *Dahae*, Nomades ad orientale Caspii maris littus versus Oxum incolentes ultra Hyrcanos. *pontem indignatus Araxes;* nihil amplius, quam ut flumen rapidum adeoque pontis inpatiens diceret, eoque ipso feritatem accolarum Armeniorum declararet. Sumserunt hinc Statius, Claudianus, Sidonius, quos apud Cerdam videre licet.

Digitized by Google

Talia per clipeum Volcani, dona parentis,
Miratur, rerumque ignarus imagine gaudet,
Adtollens humero famamque et fata nepotum.

729. TALIA,

(—729. Sustuli comma, quod erat post *Talia*. Oratio sic procedit: talia miratur per Vulcani clipeum, parentis donum. In Mediceo sic distinguitur: *Talia per clipeum Volcani· dona parentis Miratur*. *Wr*.) 731 *humeris* Parrhas. *flammamque* Medic. (sed *l* et una *m* abrasis. At *formam* Serv. Dresd. *Wr*.) *facta* multi Heins. Utraque lectio ap. Serv.

729. Malim *clipeum, dona parentis*, matris Veneris, iungere, quam *talia dona parentis*. 731. *famamque*, κλέος, illustrium factorum sculpturam in clipeo. Ad hunc ultimum versum offenderunt passim viri docti: quibus praeivit Servius, seu quisquis ille fuit, quem lacinia pannis Servianis attexta auctorem habuit: *Hunc versum*, inquit, *notant Critici, quasi superfluo et inutiliter additum, nec convenientem gravitati eius: namque est magis neotericus*. Addisonus, qui pulcrae simplicitatis sensum habebat mollissimum, hunc versum esse aiebat, in quo Virgilius lusisse videretur. Iure notatum versum ut a gravitate alienum et fere frigidum pronuntiat Dorvillius. Defendit eundem versum Hurdius, vir ingeniosus et doctus, in *Commentar. Horat.* Vol. I ad v. 97, ubi ambiguitatem sententiae etiam in severiore carmine tuetur, et hunc locum copiose quidem et satis argute, ut solet, ita tractat, ut ad ancilium religionem et sanctitatem alludi dicat. Enimvero ante pedes erat, quod tam longe petitur, et verbo res transigi potest. Acumen lusus, quem inesse multi arbitrantur, in nostris est sensibus animisque, non in verbis nec in sententia animoque Virgilii. Poeticus sermo ita fert, ut, si quis *clipeum, cui facta praeclara et fata nepotum insculpta sunt*, sustulisse humero (alligatus enim loro clipeus humeris iniicitur) dicendus sit, res ita efferri possit: sustulisse eum *famam et fata nepotum*. Qui poetica oratione imbutum habet ingenium, nihil amplius cogitat. Qui vero verbatim ista in patrium sermonem transfusa, et ex proprio verborum significatu interpretata mente volvit, notiones alias adiungit, quibus ridicula et inepta redditur sententia. Simile est exemplum inf. X, 496—499 *rapiens inmania pondera baltei impressumque nefas; una sub nocte iugali caesa manus iuvenum Foede, thalamique cruenti, quae Clonus Eurytides multo caelaverat auro*.

Digitized by Google

EXCURSUS I.

Euander Arcas eiusque sedes in monte Palatino.

Lib. VIII, 51 sqq. *Arcades his oris, genus a Pallante profectum, Qui regem Euandrum comites* etc. Euander inter fabulosos heroes est, de quibus tamen certior et liquidior aliquando fama fuit: nec dubitare licet eum auctorem fuisse coloniae Pelasgicae ex Arcadia in Italiam seu casu seu consilio profectae. Ut enim superioribus saeculis in Americam, sic Graeciae prisci incolae migrabant in Italiam, terrarum notarum tum extremam. A gente, quae humanitatis cultum aliquem haberet, ad rudem et incultam eum venisse, ex eo intelligitur, quod litteras secum attulisse ferebatur; cf. Liv. I, 7. Musicam, artes et vitae humanioris instituta alia addit Dionys. I, 33. Forte tamen haec omnia intra sola carmina seu vaticinia substitere; nam vaticinandi artem idem intulisse memoratus est: etsi nec ignotam Italiae, nec barbaris ac rudibus populis adeo insolentem: sed tractus ille, ad quem accessit, circa Tiberim, a feris hominibus per silvas errantibus tum habitatus esse narratur. Vaticinia seu carmina ad *matrem*, inter vates habitam, referri solent; erat ea incerto nomine, nam, quae vulgo feruntur nomina, ab arte petita sunt: ut *Carmentis*, puto a *Carmens*, et *Carmentae* et *Themidis*, forte et *Nicostratae;* uti comites ei additae *Porrima* et *Postvorta*, quia vatibus et praeterita et futura sunt nota: Serv. ad VIII, 336. Nympham quoque eam ediderant nonnulli, unde et pater Euandro *Mercurius* datus fuit a poetis, quem scriptores *Echemum* Arcadem consignarunt. Poeta noster hinc ingeniose *cognationem* elicuit aliam cum *Atridis* v. 130, aliam cum *Aenea* 134. Cum Atridis quidem hoc modo: Ex Sterope, Atlantis filia, Oenomaus, Elidis rex, susceperat Hippodamiam, Pelopi nuptam, a quo Atridae oriundi. Steropes soror erat Maia, Mercurii mater, quem Euandri patrem celebrabant Arcades. Fuit etiam Tyndarei genus a Taygete, tertia Atlantidum, ductum. conf. Apollod. III, 14, 3, 4. 5. Altera ex parte Echemus Timandram duxerat, Clytaemnestrae et Helenae sororem, quibus Atridae iuncti erant matrimonio.

Digitized by Google

conf. Serv. et Pompon. Sab. Sufficit, vaticinia per Italiam habita fuisse antiquissima, ad eam referri solita; id quod ad priscae Italiae statum et indolem declarandam valet. Illud tamen dubito, a Romanisne narratio de Euandro venerit, an, quod magis fit probabile, a Graecis: ut adeo et haec ipsa forte inter Graecas Italicae historiae interpolationes referenda esse videatur. Certe his deberi videntur, quae de Euandri origine Arcadica narrata sunt, et de caussis profectionis susceptae. vid. Dionys. I, 31 seqq. Strabo V, p. 352. Paus. VIII, 43; adde 44 med. Sext. Aurel. Victor O. G. R. 5.

Pallanteum, mox *Palantium* et *Palatium*, Euander condidit, oppidum, ut tum res erant, seu arcem in monte Palatino inde dicto. Nomen a proavo Pallante ducit poeta VIII, 54 *Pallantis proavi de nomine Pallanteum:* qui inter maiores Euandri a Pelasgo genus ducentis non occurrit. Potest hoc poeta de suo finxisse, uti Euandri filio idem nomen indidit, potuit et alium auctorem sequi. Nam Palantem inter Lycaonis filios ediderat Hesiodus, apud Steph. Byz. in *Παλάντιον*. Alias etymologias, multo minus probandas, habet Varro L. L. IV, pag. 16. Dordr. Solin. cap. 1, pag. 2 B, ubi vid. Salmas. pag. 10. Festus in voc. *Palatium*. Serv. ad Aen. VII, 51. A Palantio, Arcadica urbe, nomen melius deduxit Dionys. l. c. qui idem cap. 32 etymologiam aliam, sed quam ipse improbat, ab Herculis et Lavinae, Euandri filiae, prole, Pallante, ex Polybio memorat. Sed prior fama vero magis consentanea, etiam Antonino Pio probata; namque is urbem Arcadiae Pallantium ex pago fecit et in originis memoriam libertatem cum immunitate a tributis tribuit. Pausan. VIII, 43. Habitus fuit *Euander* a Romanis inter heroes Indigetes: eius aram sub Aventino Dionysius viderat, ibid. cap. 32. Paullo notior est *Carmentae* ara, quae sub Capitolio fuit iuxta portam Carmentalem. vid. Dionys. ibid. Solin. 1. *Lupercalium* religio ad Arcades hos cum Euandro Palantium insidentes vulgo referri solita fuit; alia sacra et instituta graeca ab eodem profecta recitat Dionys. I, 33.

De *tempore* accessus Euandri ad Italiam satis inter scriptores convenit, factum eum esse LX annos, adeoque altera aetate, ante Troiam captam, sub Fauno Latinorum rege. Ornarunt fabulam de Euandro egregie poetae; praeter Virgilium Ovid. Fast. I, 469 seqq., faciem autem locorum, quae Euander tenuit, Propert. IV, Eleg. 1, quae una ex nobilissimis est: cum qua comparanda est Tibulli lib. II, Eleg. 5.

Digitized by Google

EXCURSUS II

De priscis Italiae incolis et nominibus.

VIII, 314—329 *Haec nemora indigenae Fauni Nymphaeque tenebant — Primus ab aetherio venit Saturnus Olympo Arma Iovis fugiens et regnis exul ademtis. Is genus indocile ac dispersum montibus altis Composuit legesque dedit Latiumque vocari Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris. Aurea, quae perhibent, illo sub Rege fuerunt Saecula — Deterior donec paullatim ac decolor aetas Et belli rabies et amor successit habendi. Tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae, Saepius et nomen posuit Saturnia tellus.* Locus clarissimus, cuius etiam in historicis auctoritas esse solet, illustratus quoque a Sext. Aurel. Vict. O. G. R. 3. Videamus itaque paullo curiosius, quae a poeta in eo tradantur.

Antequam Saturnus; sive verum id, seu, quod probabilius fit, symbolicum est nomen, sationis forte ac melioris vitae cultus; in eam terram, quae mox Latii nomen obtinuit, veniret, vasta silvarum solitudo, lacus et aquarum colluvies, passim ignes subterranei, late omnia tenebant, nec homines in iis, nisi rari et palantes ac feri. Sallustius in Catil. cap. 6 *Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum.* Aborigines hos fuisse manifestum est, non quasi hoc hominum vel gentis nomen proprium sit habendum; sed communi hoc verbo appellati sunt a scriptoribus primi illi homines ignotae quidem originis, ad Ausonium tamen nomen ac genus, ut probabile fit (vid. sup. Excurs. IV lib. VII), referendi, qui ab origine incoluere loca citra Tiberim. *Βορειγόνους* interpretatus est Lycophron v. 1253. Cum temporis successu mores legesque illi accepere advenarum opera. Eas Pelasgos primos Dionysius, Troianos Sallustius, intulisse aiunt; sed communiore fama, victum primi homines in his locis cultumque meliorem a *Saturno* auctore accepisse traduntur, in cuius personam Romani transtulere aureum saeculum et alia plura, quae Gracorum *Κρόνος* hominum animis subiiciebat, cum semel utrumque esse eundem putarent, non meliore iure, quam cum Poenorum Baal vel Molochus pro Saturno habitus est. Ab hoc Saturni profugi et latentis in his terris adventu *Latii* nomen repetit poeta communi popularium errore ex inepta etymologia. vid. sup. Excurs. IV ad lib. VII. In partem beneficii cultus melioris allati advocatur ab aliis *Ianus*, qui Saturnum hospitio excepisse dicitur. conf. Macrob. Sat. I, 7. Cum semel *aurea aetas* in Saturni aevum esset reiecta, etiam ferream aetatem ab eius excessu successisse probabile videri debuit. Itaque poeta v. 326 *Deterior donec paullatim ac decolor aetas Et belli rabies et amor successit*

Digitized by Google

habendi. Et ad has temporum vices praeclare refert poeta varias fortunas, quibus partes hae Italiae fuere iactatae. Ad historicam tamen subtilitatem parum accommodate dixisse videri debet: *Tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae.* Nam *Sicani,* etsi poeta eos aliis quoque locis (VII, 795 et XI, 317) nominat, nullas in Italia sedes habuere, sed ex Hispania a Liguribus pulsi in Siciliam traiecerunt, ubi temporis successu Siculos nacti sunt accolas, qui ex Italia profugerant. Pro *Siculis* itaque, seu, ut equidem mihi persuadeo, quod auctores haberet, qui ita traderent, seu, quod Servius statuisse videtur ad XI, 317, poeticum morem sequutus, Sicanos dixit Maro, ut iam Cluverio observatum lib. III, c. I, p. 788, etsi etiam alii scriptores eundem errorem admiserunt, v. c. Gell. I, 10, cum Macrob. I Sat. 5. Maronis exemplo *Sicanos* Rutulis socios adiecit lib. VIII, 358 Silius. Tenuerant autem Siculi loca inter Tiberim et Lirim. (cf. Dionys. I, 9 et al. Inprimis id testatur vetus oraculum Pelasgis datum: *Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατούρνιον αἶαν, ἠδ' Ἀβοριγινίων,* sive vere antiquum illud fuit, sive serius fictum.) Sane alii Siculos ad inferiorem Italiam et ad sedes Oenotriorum revocant, quibus relictis illi in Siciliam traiecisse narrantur: et habet utique hoc probabilitatem ex eo, quod e propioribus locis facilior esse debuit traiectus in insulam, quam ex locis circa Tiberim. Enimvero non nisi incerta de his fama ex antiquitate superfuit, quam ad certam aliquam probabilitatem refingere studuerunt scriptores, pro suo quisque ingenio ac sensu. Modi autem erant plures, quibus fama illa vetus digeri et constitui posset. Itaque alii, ut Antiochus Syracusanus et Thucydides (Polybium quoque in ea sententia fuisse apparet ex iis, quae de Locris narrat Excerpt. lib. XII, T. III, p. 328), in extrema Italia Siculos fuisse aiunt, qui Opicis cesserint; pro Siculis alii laudant Elymos, Ausones vel Ligures; alii ex media Italia arcessivere Siculos; ex suis sedibus ab Aboriginibus et Pelasgis exturbatos et usque ad Rhegium per tot barbaras gentes erroribus actos. vid. Excurs. IV ad lib. VII pr. *Veteres Sicanos* inter adductas a Turno copias recitat poeta lib. VII, 795, adeoque reliquias Siculorum (quos Sicanos appellat) etiamnum, Aeneae aetate, in Italia superfuisse necesse est. Licuit poetae ita opinari; etsi antiquissimorum scriptorum auctoritate apud Dionysium binis trinisve ante bellum Troianum aetatibus tota Italia cessisse narrantur Siculi. At illud alterum magis probabiliter factum, quod XI, 316—319 agrum Latinum ad Tiberim *finis super usque Sicanos* h. usque ad Siculorum confinia, *ab Auruncis Rutulisque* coli ait. Potuerunt enim fines Siculorum etiam iis expulsis memoria hominum frequentari. Disiungit porro poeta *Ausones* ab *Aboriginibus* h. ab iis hominibus feris et silvestribus, qui primi Italiam coluerunt. Seriores enim, et aurea iam aetate Saturnoque rege sublato, eos Italiam ingressos dicit v. 328 *Tum manus Ausonia.* Potuit et hoc, tamquam poeta, ponere, etiam cum ratione

Digitized by Google

aliqua. Etsi enim communi stirpe procederent et vetus illud ferorum hominum genus et aliae gentes Ausoniae, tamen suis nominibus discretae erant; adeoque mitius ac mansuetius genus per Ausonium nomen declarare licuit. Domestica autem fuisse et civilia bella inter varias gentes Ausoniae stirpis, adeoque etiam Aborigines bello vexatos esse a ceteris populis communi cum iisdem genere ortis, satis probabile videtur.

Tandem poeta subiicit: *Saepius et nomen posuit Saturnia tellus.* Attigi haec iam supra Exc. XXI, ad lib. I. Declaranda nunc res est paullo uberius, et videndum, an certa sint principia, caussae ac rationes, ad quas revocari possit. Varia utique Italiae nomina tradita sunt; si tamen rem paullo accuratius inspicias, parum subtiliter. Omnino frustra hoc expectatur, ut magni terrarum tractus sub uno nomine veniant, antequam sub communem imperii ac regni compagem venerint. Orbis vero terrarum partes nomine proprio designari vix potuerunt ante Geographorum studia. Primis temporibus, ut quaeque gens per stirpes aut per familias sedes sibi proprias cepisset, ita singularum stirpium aut familiarum nomina frequentabantur, neque earum in unum collectarum, aut communis stirpis, sedis ac loci, nomen in notitiam venire potuit, nisi apud alios homines, qui novos advenas certo nomine declarare vellent. Non igitur nisi necessitate suborta, ut alter populus ab altero discerni posset, nomina generica reperta esse probabile fit. Locorum autem ac terrarum nomina, non nisi ab exteris, qui eas terras adeunt, aut a vicinis populis, in quorum finibus consederunt advenae, imponi solent. Nomina itaque populorum et terrarum per commercia hominum ortum et caussas habent: autochthones, seu primi incolae, nomina vix creant aut curant. Secundum haec tractum illum ab Alpibus ad fretum Siculum porrectum nomine aliquo proprio antiquis temporibus innotuisse frustra sumitur. Sed tractus huius, ut in aliis terris factum, eae partes, quae primae inter reliquas a cultioribus populis, Graeciae inprimis, frequentari coeperant, primae quoque nomine aliquo insignitae sunt; non tam eo, quo indigenae ad suam stirpem aut suas sedes declarandas inter se utebantur, quam plerumque novo ab advenis his vel mercatoribus invento, et fere ab attributo aliquo locorum vel populi, vel a casu vel a primo terrae aditu, urbe, promontorio, a nova re, quam vident, accipiunt, petito, interdum etiam ex voce aliqua indigenarum accepta et ad suos sonos deflexa. De talibus itaque populorum aut terrarum nominibus docte quidem multa aliquis argutari potest, sed plerumque inaniter; multo magis si Phoenicia nomina expiscari et enodare volumus; quo quidem genere nihil vidi, quod magis esset lubricum. Multo magis desideres iudicium severius, si nomina a poetis adhiberi solita inter nomina populorum ac terrarum propria referunt viri docti: quippe quae creata sunt ab ipsis poetis novitatis, varietatis, doctrinae aut copiae ostentandae caussa. Quid quod nec

Digitized by Google

nominibus ab historicis prodi solitis multum est tribuendum: quippe quae a primis auctoribus annalium, parum subtilibus ac doctis, accepta propagari solent usu, et, etiamsi, re diligentius explorata, falsa sint, antiqua tamen superstitione aut vanae opinionis auctoritate, retinentur: ut factum videbimus in Tyrrhenis.

Nomina varia, quae Italiae olim indita memorantur, principio ad singulos tantum diversis in partibus tractus et agros spectasse probabile fit, quos quidem Graeci primum adierunt vel coloniis frequentarunt. Commune nomen ne Scylacis quidem aevo frequentatum fuit; nam is in Periplo Ligures, Tyrrhenos, Latinos, Volscos, Campanos, Samnites, Lucanos, Iapyges, Daunitas, Umbros, Tyrrhenos ad Adriam memorat; nullam Italiam meminit. *Dauniae* nomen, quo Graeci poetae, et eorum exemplo Horatius, totam Italiam designant, poeta noster simili usu non commemoravit; at Lycophron v. 1254 Romam conditam ait *ὑπὲρ Λατίνους Δαυνίους τ' οἰκισμένην*. Quam omnium primam adierunt Pelasgi et Graeci, *Italiae* fuit *ora inferior*. In hac quoque parte Italiae nomen primum auditum, et quidem a Graecis illud impositum ex caussa incerta; eidem soli tractui per multum tempus nomen adhaesit, donec ad vicinas alias aliasque terras proferretur. *Oenotriam*, si proprie dicas, ad sola loca sinui Lametico adiacentia esse revocandam, et *Italiam* mox in eius nominis vicem successisse, alio loco vidimus. vid. Excurs. XXI ad lib. I; adde Thucyd. VI, 2. Aristot. de rep. VII, 10. Italiae nomen adhuc ab Herodoto ad inferiorem partem revocatur; reliqua per Tyrrheniam declarantur (lib. I, 163), quam antea Umbri tenebant (I, 94). At Aristoteles (eod. c. 10, lib. VII, p. 584 A) *τὸ μὲν πρὸς Τυρρηνίαν* et *τὸ πρὸς τὴν Ἰαπυγίαν καὶ τὸν Ἰόνιον* cum Oenotria seu Italia proprie dicta, tamquam partes constituit, in quarum priore Ausones seu Opicos, in altera Chones, qui ex Oenotriis oriundi loca circa Sirin occuparant, in postrema Oenotros collocat. Scymnus Chius, qui sub Attalo II vixit, in Periegesi sua, antiquiores potius quam sui temporis rationem sequutus, post Ligures, Pelasgos cum Tyrrhenis, Umbros, Ausones, Samnites, Lucanos, Campanos, Oenotrios enumerat: 218 sq. Omnem Italiam mediam aut oram Adriatici maris per Umbriam declarasse videntur interdum antiquiores, ut in illis, quae de Umbrorum luxu narrantur ibid. v. 366 sqq., quae alii ad Etruscos retulere. Ita vagatur quoque narratio de fertilitate agri inter Umbros et Adrianos: de Mirab. Audit. 21; nam multo latius olim Umbri habitarunt usque ad terras postea Adrianas dictas. *Ausonia* Ausonum sedes declarare debuit, quae a Circeiis inde per totum maris inferi littus passim sparsae fuerunt. Eadem et *Ὀπικὴ* dicta, quia Opici seu Osci ex Ausonibus fuere, modo confusi cum iis, modo distincti: v. Strab. V, p. 371 A. B, et Aristot. de Rep. VII, 10, p. 581 A. *Hesperia* Graecum nomen est omnium terrarum ab occidente sitarum. *Latio* igitur nulla nominis varietas ma-

Digitized by Google

net, quam quod *Saturnia* dicta est. Vides iam, quantopere poetae sermo ab historici subtilitate discrepet.

Nomen autem *terrae Saturniae* proprie ad locum aliquem circa Tiberim, saltem ad clivum mox Capitolinum dictum pertinuit, qui ab initio *Saturnius* appellatus est (v. Dionys. I, 34. Varro L. L. IV, 7; adde Aurel. Vict. O. G. R. 3, ubi v. Annam et Arnzen.). In eo consedisse dicti sunt socii Herculis ex Iberia reducis; uti alterum montem Palatinum tenuere Euandri socii et comites ex Arcadia: cf. Macrob. I Sat. 7, p. 239 ed. Lips.; inde vicina regio Saturnia; *αἶα Σατουρνία* iam in oraculo Dodonae Pelasgis dato memoratur. v. Dionys. I, 34 (p. 27). 38 (p. 30). cf. Iustin. XLIII, 1; add. alios ap. Cerdam ad VIII, 358. Quando autem tota Italia eo nomine declaratur, ad poetarum hoc morem referendum erat, non, ut Dionysius aliique faciunt, historicis rerum argumentis annumerandum. Virgilius itaque praeclare VIII, 357. 358 de duobus montibus Ianiculo et Capitolino: *Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem. Ianiculum huic, illi fuerat* Saturnia *nomen.*

EXCURSUS III

Super Etruscis et Mezentio.

VIII, 478 sqq. *Haud procul hinc saxo incolitur fundata vetusto Urbis Agyllinae sedes, ubi Lydia quondam Gens bello praeclara iugis insedit Etruscis. Hanc multos florentem annos rex deinde superbo Imperio et saevis tenuit Mezentius armis.*

Si quid de suo fingere recte potuit poeta, erat haec Etruscorum cum Troianis societas, cum semel populos citra Tiberim Latinis et Rutulis socios addidisset. Etruscis autem antiquitas stirpis et imperii tribui solet ea, quae non improbabile faciat, iam Troianis temporibus eos opibus et copiis satis valuisse. Erat praeterea antiqua illa utriusque populi consanguinitas, quam sup. Exc. VI ad lib. III vidimus, cum Dardanus originem ex Corytho Etruriae duxisse ferretur. Habuit tamen et hic poeta famae veterumque fabularum auctoritatem, quam sequeretur; eamque ita sequutus est, ut nulla in re ab eo deflecteret, quod constante fide traditum acceperat. Scilicet Eruscos, Mezentiumque eorum regem, seu verius Lucumonem (*στρατηγὸν* Plutarchus appellat Qu. Rom. pag. 275 D. ed. Frf.), cum Latino et Turno Troianis advenis arma infesta intulisse, constans erat accepta a maioribus fama, etsi diversis modis narrata. Alii victum Turnum Etruscorum auxilia implorasse tradiderant, quos Livius I, 2 sequi maluit: alii Turno iam occiso Etru-

Digitized by Google

scos adversus Troianos arma sumsisse; factum esse hoc, cum Aeneas aliquot iam annos regnum Latinorum tenuisset; commissam pugnam sub Lavinii moenibus, Aeneaque in Numicio submerso urbem obsessam tandemque Ascanii consilio et virtute liberatam; Lausum caesum patremque Mezentium in Etruriam dimissum. Ita rem exposuerant L. Caesar et A. Postumius in libro de adventu Aeneae, laudati ab auctore de Orig. Gent. Rom. cap. 14. 15. Eosdem aut alios auctores, nam Catonem potissimum sequitur, idem tradentes expressit Dionys. Halic. I, 64. 65. Nec discrepant Iustin. XLIII, 1 f., Festus in voc. *Oscillum* ex Cornificio, et Servius ex Catone, ad Aen. I, 267. IV, 620. At poeta aut diversos auctores habuit, aut eo fabulam deflexit, ut Mezentius a suis civibus regno deiectus ad Turnum confugeret lib. VIII, 489 sqq.

Inter haec tenendum est id, in quo plerique consentiunt, *Mezentium* fuisse *Agyllae* seu *Caeretanorum* regem; ut felix poeta etiam in hac argumenti parte fuerit, ut probabilia, quae sequeretur, in manibus haberet, non ei comminiscenda essent. Convenit enim hoc cum reliqua historiarum fide, primos opibus inter Etruscos floruisse, saltem exteris innotuisse Agyllaeos, maritimis copiis, et navigationis commerciis, insigniter auctos. *Hanc* (Agyllam) *multos florentem annos* appellat Maro VIII, 481. Vide Dionys. lib. III, 58. Strabon. V, 337. Hinc quoque Agylla ex omni Etruria una nota fuit Graecis: et Lycophron v. 1353 totam terram ab hac urbe designat. Fuere porro Caeretani ex iis Etruscis urbibus, quae vestigia Pelasgici moris plurima et clariora retinuerant. Itaque bene lib. VIII, 600. 602. apud eos *Pelasgi veteres* sacrum constituisse memorantur Silvano, antiquo numini, quod Pana aut aliud simile numen referebat.

Illud vero mirari soleo, unde ex hoc prisco tempore res tam exiles et parum memorabiles acceperint veteres scriptores, quale hoc est, quod Plinius lib. XIV, s. 14 habet. *M. Varro auctor est Mezentium, Etruriae regem, auxilium Rutulis contra Latinos tulisse,* vini mercede, *quod tum* in Latino agro *fuisset.* Varie, ut in tanta rerum antiquitate, traditum fuit hoc idem. Nam L. Caesar et A. Postumius supra laudati inter conditiones, quibus in deditionem accipere vellet Latinos Lavinii obsessos Mezentius, memoraverant hanc, *ut omne vinum agri Latini aliquot annis sibi inferretur.* At Ascanii consilio et auctoritate, — *vino ex omni vindemia Iovi publice voto consecratoque*, Latini urbe eruperunt, fusoque praesidio interfectoque Lauso, Mezentium fugam facere coegerunt. Is postea per legatos amicitiam societatemque Latinorum impetravit. Ita Victor O. G. R. 15 et similia apud Dionys. I, 65. Etiam Plutarch. Qu. Rom. p. 275 D. ed. Fr. rei tamquam vulgo narratae meminit, sed sic ut ad Aeneam transferat, quae alii de Ascanio narrarunt. *Rustica vinalia* a Romanis in huius rei memoriam (XII Kal. Maii) fuisse instituta Festus notavit, Anna Fabri ad e. l. obser-

Digitized by Google

vante. Quae res saltem hoc docet, antiquam satis et a maioribus acceptam eius rei famam apud Romanos fuisse; veritate enim et historiae fide huiusmodi narrationes non nituntur. Etiam de eius festi origine varia fuit inter Romanos narratio. v. Varr. de L. L. V, p. 48 ed. Dordr. et ipsum Festum e. l. Exornavit narrationem suo more Ovidius Fast. IV, 877 sqq., ut tamen Varronem potissimum ante oculos habuisse videatur.

Quaeri nunc potest, quid Virgilium adduxerit, ut Mezentio tam atrocem personam indueret, eumque *Deum contemtorem et sacrilegum* exhiberet. Poetae ingenium quo tramite progressum sit, facile ex modo memorata narratione intelligi potest, et a Macrobio quoque explicatum satis est Sat. III, 5 *Sed veram huius contumacissimi nominis* (quod contemtor divum dictus est) *caussam in primo libro Origg. Catonis diligens lector inveniet. Ait enim Mezentium Rutulis imperasse, ut sibi offerrent, quas diis primitias offerebant: et Latinos omnes, similis imperii metu, ita vocasse* (l. vovisse): *Iupiter, si tibi magis cordi est, nos ea tibi dare potius, quam Mezentio: ut ei nos victores facias! Ergo quod divinos honores sibi exegerat, merito dictus est a Virgilio contemtor deorum.* Cum impietatis nota, inussit deinde poeta saevitiae omnisque crudelitatis infamiam, ut et viva corpora alligaret cadaveribus. v. lib. VIII, 483 sqq. Hoc postremum ex antiquis Tuscorum fabulis mutuare potuit. Nam Servius ibi ad 479. 485 ex Ciceronis Hortensio memorat Tyrrhenos diu piraticam exercuisse, *cum captivos novis poenis affligerent, occisorum eos religantes cadaveribus.* Locus ex Hortensio, quod Cerda quoque notavit, servatus est ab Augustino contra Iulian. Pelag. lib. IV, 78. Hinc ea immanitas tributa est Etruscis a nonnullis, ut a Valer. Max. IX, 2, exter. 10, ut eos *vivorum corpora cadaveribus adversa adversis alligata atque adstricta — tabescere simul* passos esse narrarent.

Priscas fabulas non modo, verum etiam Catonis plerorumque Romanorum miros errores in originibus Italiae a Graecis repetendis, poetam in rem suam ingeniose vertere passim vidimus. Alius fuit communis Romanorum, a Graecis acceptus error, ut Etruscos, Graecis Tyrrhenos dictos, e Lydia repeterent. Errorem dixi, cuius caussas alio loco exposui (*Nov. Commentar. Soc. Gotting.* T. III, Parte histor. pag. 36 sqq. in Comment. *de fabb. relig. Graec. ab Etrusca arte frequentat.*): inter quas praecipua fuisse videtur ipsa nominis antiqui Rasenarum vel Turasenarum, depravatio per Graecos in vocem *Τυρσηνῶν*, *Τυῤῥηνῶν*, quod modo a *τύρσεσι* turribus ducebant, modo a Tyrrheno aliquo, qui coloniae auctor fuisset. Iam in priscis Lydorum fabulis occurrebat Tyrrhenus Atyos filius et Manis nepos; hunc itaque Tyrrhenis seu Etruscis nomen impertiisse deducta ex Lydia colonia mature traditum fuit a nonnullis, quos Herodotus sequitur lib. I, 94, et ex eo Strabo V, p. 335. 336,

Digitized by Google

et Dionys. I, 27. Vellei. I, 1, 4. Tacit. Ann. IV, 55, inprimis Lycophr. 1351. 1359. Dionysius et illud addit, variasse alios et tempora et homines, et vero etiam sapienter monet: a Xantho Lydo, qui patriam historiam conscripserat, a quo adeo unice hac in re standum erat, nec Tyrrhenum usquam memorari, nec Maeonum coloniam in Italiam deductam: Atyos vero filios Lydum et *Torrhebum*, vel forte *Tyrrhebum*, depravata forte scriptura, quam aliquis in vetere Xanthi codice offenderat, *Τυῤῥηβον* vel *Τόῤῥηβον* pro *Τύῤῥηνον*. Ex prisca Pelasgorum stirpe populum fuisse Tyrrhenos, qui usque ad seriora tempora Lemnum, Imbrum aliaque vicina continentis quoque loca insederant, dubitari nequit. Etiam hos ad Tyrrhenos Italiae retulerunt scriptores, nominis similitudine decepti, sed Dionys. I, 25 eam rationem iniit, ut eos ex iis ipsis Pelasgis fuisse diceret, qui Italiam insederant antiquitus moxque in communi gentis clade inde discesserant: accepisse nomen, quod in Tyrrhenorum finibus consederant. Verum haec Dionysii coniectatio, non narratio antiqui scriptoris fide accepta, est, quae adeo pro fundo historiae a viris doctis haberi non debebat, uti multa alia, quae in hoc primo libro Dionysius manifeste *non ut narrata* verum *opinata* apponit. Myrsilus Lesbius et ipse Tyrrhenos Italia relicta erroribus iactatos tradiderat (apud Dionys. I, 28), sed ineptam narrationem de suo assuit, ab his ipsis erroribus eos tum *Πελαργοὺς, ciconias*, dici coepisse. Contra Anticlides, non ignobilis scriptor, Pelasgos, Lemno et Imbro prius constituta, cum Tyrrheno, Atyis f., in Italiam contendisse tradiderat apud Strab. lib. V, p. 339 A, quae variae sunt veterum scriptorum periclitationes in vetere fama cum rerum aliarum rationibus componenda. Hellanicus in Phoronide, antiquissimus scriptor, Pelasgos, postquam in sinum Adriaticum appulsi in interiora Italiae immigrarant, narraverat Tyrrheniam condidisse (Dionys. I, 28); qui ex parte verum tradidisse videri debet: item Scymnus Chius in Perieg. 218 *Κοινὴν δὲ Τυῤῥηνοῖσι χώραν νεμόμενοι*: sc. Pelasgi, qui tamen subiicit alia, quae erronea sunt. Etsi enim, Etruscorum origines ultra Alpes quaerendas esse, dubitari vix potest; quod alio quoque loco accurate disputatum est; Pelasgos tamen in has easdem ab occidente Tiberis sitas terras immigrasse, multa arguunt: quos communi gentis nomine fuisse comprehensos nemo mirabitur, ut tamen inde nec contendat quis, Etruscos fuisse Pelasgos. Poeta tamen haec omnia, etsi subductis accuratius historiae calculis recte explosa, erudite et sapienter inter ornamenta carminis adscivit. Itaque VIII, 479. 480 de Agylla seu Caere, *ubi Lydia quondam Gens bello praeclara iugis insedit Etruscis*. IX, 11. X, 155 *Lydi* pro Etruscis; et lib. II, 781 *Lydius Thybris* a duce Tyrrheno e Lydorum gente. Et quoniam Maeones veteres Lydiae coloni fuerunt, hinc Etrusci *Maeonia iuventus* VIII, 499. cf. XI, 759. Nova nominis inflexione apud Rutilium Itiner. I, 596 *Tyrrhigenae* dicti sunt.

Digitized by Google

Tarcontis seu *Tarchontis* nomen, quo poeta inf. v. 603 Lucumonem Agyllaeorum impertiit, non minus ex vetere memoria repetitum est. Fuit enim Tarcon aliquis, qui Tarquinios in Etruria condidisse ferebatur. Eum statim cum Tyrrheno e Lydia in Italiam venisse, Strabo traditum acceperat lib. V, p. 336 A, vulgoque narratum, fuisse eum canum a puero: qua fabula viri sapientiam declarare voluere homines. Repetit eam Eustath. ad Dionys. Perieg. 347 et ad Iliad. *B.* p. 167, I, 23. Discedit ab his Silius, lib. VIII, 474, a quo *Cortona superbi Tarcontis domus* edita est; et secundum alios, quos Cato Origg. 1 sequebatur, apud Servium ad lib. X Aen. 179 Pisarum ille conditor habitus est, ab aliis Mantuae apud Serv. ad X, 198, quibus saltem hoc constat, fuisse Tarcontem inter auctores populi habitum, multasque ad eum urbes originem retulisse. Aliter ornavit fabulam Lycophron v. 1245. 1249, ubi, praeter Ulyssem, *Tarchon* et *Tyrrhenus*, Telephi Mysorum regis filii, occurrunt Aeneae in Italia societatemque cum eo iungunt (qui ibi memoratur *οἰκουρὸς θέοινος*, Bacchus est: cf. Schol. ad 209, de quo non bene dubitaveram). Totus ille locus a v. 1239 memorabilis est ad declarandas veterum Graecorum de his locis notitias: dicitur Aeneam erronem excepisse Tyrrhenia, quo nomine poeta bene Italiam omnino et inprimis loca ad Tiberim declarare potuit, sed, nomine Tyrrheniae seu Etruriae semel posito, alia loca eius maritima recenset, *Lynceum* fluvium, *Pisam et Agyllam*. Cum Lynceum *calidas aquas ebullire* dicat, Cluverius Ital. ant. pag. 472 parvum amnem nunc *Cornia* dictum ad Vetulonios, ultra promontorium Populonium, probabiliter interpretatur Lynceum, quandoquidem ille calidas aquas paludosas transmeat. cf. sup. Exc. I ad lib. VII, p. 123.

EXCURSUS IV

De Aeneae clipeo.

VIII, 625 *clipei non enarrabile textum*. Inventi laudem in splendido hoc loco Virgilio non magis, quam in tot aliis, quae in Aeneide merito miramur, deberi, nota res est. Praeiverat Homerus clipeo Achillis Iliad. *Σ*, et Hesiodus, aut quisquis ille fuit, clipeo Herculis. Sed ingenii vim tanto acriorem adhibuit poeta ornando et expoliendo eo, quod ab aliis iam occupatum fuerat. Atqui nec ea ingenii infima laus est. Quae autem in hoc episodio inprimis probanda sunt, haec esse arbitror: primum, quod argumentum elegit argumento et consilio carminis lectorumque Romanorum ingeniis inprimis accommodatum, cum Homerus tantum mirabilia vel adspe-

Digitized by Google

ctu aut varietate grata sectatus esset; Fecit id porro summa cum maiestate verborum, sententiarum et phantasmatum; Consequutus etiam est novas mirationis caussas per expositionem rerum futurarum, quarum cognoscendarum animus humanus avidissimus est: Cum autem res Romanas tamquam vaticinii aliquo genere narraret, ad graviorem spiritum assurgere, res ad miraculum evehere, augere, et amplificare tuto potuit. Sane quidem Aeneae omnia ista, quae in clipeo expressa videbat, prorsus obscura esse debuerunt; *rerumque ignarus imagine gaudet;* verum eo ipso, Tragicorum fere more, lectorum voluptati mirifice consuluit.

Ex *artificii veteris descriptione* passim poetae carminum suorum ornamenta petierunt, quo veteres fabulas in eo expressas narrare liceret. Inter varia inventa nullum tamen aliud genus opportunius esse videtur clipeo, si priscum clipeos sculpto opere ornandi morem reputes. Multo minus commode v. c. Apollonius I, 721 sqq. fabulas Iasonis pallae intextas enarrat, Europae calatho Moschus Idyll. II, 37 sqq., in veste stragula Catull. LXIV, 50 sqq., in cratere expressas fabulas Met. XIII, 681 et in foribus regiae Solis ib. II, 5 sqq. Ovidius. In palla Harmoniae orbem terrarum acu pictum exhibet Nonnus Dionys. XLI, p. 1070, et sic alii alia. cf. Excurs. IV ad lib. V, ubi add. vestem Sybaritae in Aristot. Mirab. Audit. c. 99 et ibi not. Non ea in his materia, non is arti exercendae locus, ut magnam rerum varietatem expressam satis recte commemoret aliquis.

Acumen autem Virgilii in rerum dilectu et summum ornatum cognoscere qui volet, non modo Homericum illum et Hesiodeum clipeum comparet necesse est, verum eos quoque, qui ad eius exemplum idem argumentum retractare voluerunt: Silium lib. II, 395 sq. Quintum Cal. V pr. Nonnum lib. XXV, p. 664.

Praerepta erant Virgilio, ut in tot aliis, ea, quae in quaque re, in quoque phantasmate, primus ingenii impetus, ipsa naturae vis, primo loco offerre solet animo. Haec occupare liberum erat Homero, tamquam in vacuam possessionem venienti: adeoque eum omnes post se victuros poetas superare in multis necesse erat, sic ut ipse nunquam ab ipsis vinci posset. Cum tamen exponeret omnia cum simplicitate summa, reliquit hoc ipso ingeniis aliis laudem saltem ex eorum, quae pertractasset, exornatione et expolitione.

Homericus clipeus haud dubie plus habebat veritatis, maioremque faciebat operis, tam affabre facti, ut dei manus haberetur, mirationem, quod ad vitae priscae morem, sensum, opinionem, quam totum eius opus spirat, haec erant narrata. Phantasmata, quae oculorum animique sensui obiicit, ἐνάργειαν habent maximam; sunt grandia, pulcra, suavia. Itaque Miltonus in divino loco

Digitized by Google

de Adami viso ex colle Paradisi lib. XI, 639 Homerum in multis, quam nostrum poetam, exprimere maluit. In *Virgilio* contra captatam occasionem, imitationis studium, argutias varietatis agnoscas facile. Dum autem artis et ingenii expectationem his ipsis facit, excutit ille animis nostris antiquae heroum vitae, in qua versari debebat narratio, morem speciemque, quae tam iucundum errorem in Homero obiicit, ut ea, quae fabulose tradita, praeter rei naturam in ipso clipeo narrata, occurrunt, credi tamen ab iis hominibus et recte credi potuisse arbitremur. Virgilium autem apparet multa non credidisse, quae alios credere voluit: et hoc voluptatis vim omnem imminuit. Utinam saltem graviorem et probabiliorem *caussam* reperisset, cur Aeneae clipeus divina arte factus afferendus erat! Achillis clipeus Patroclo spoliato in Hectoris potestatem venerat; eodem ille mox tectus in pugna muneris praestantiam commendat: Iliad. *v*, 264 sq. In Aeneae strenue factis clipei praecipuus usus non occurrit nisi forte in pugna cum Turno lib. XII, 739. Desiderare licet pari modo graviorem caussam clipei ab Hesiodo tam copiose descripti.

Inferior Homero in hoc Maro est, quod, ut iam a Servio observatum, *illic singula, dum fiunt, narrantur: hic vero perfecto opere noscuntur. Nam et hic arma prius accepit Aeneas quam spectaret; ibi, postquam omnia narrata sunt, sic a Thetide deferuntur ad Achillem.* Quae his subiicit alia Servius, non probanda censeo: verum, cum ab Homero alteram rationem occupatam videret, quid faceret Maro, nisi, ut, si quid novare volebat, quod utique debebat, ad alteram vel invitus descenderet, narraretque adeo ac potius describeret, quae iam facta erant. Sed haec iam veteribus observata, ut in Servio vidimus, docte ac subtiliter exposuit Lessingius in *Laocoonte* p. 184 sqq.

Est tamen aliud non aeque observatum, quod tamen magnum inter Homerum et Virgilium et utriusque clipei descriptionem discrimen constituit. Ab Homero argumenta ita descripta sunt, *ut oculorum sensui obiecta, et ante oculos posita esse videantur;* at Virgilius aliam viam ingressus *menti et animo*, ea, quae expressa in clipeo fuerint, *cogitanda, non videnda*, proponit. Nam exorsus erat: *Illic res Italas fecerat* v. 626, nec vero eas deinceps enarrat, sed potiora tantum nonnulla ex iis attingit, alia disertius quidem exponit, ita tamen, ut in mentem potius revocet, et, quomodo expressa sint aut esse potuerint, iudicanda lectori relinquat. Nec nisi in rebus Augusti ad clipei ipsam speciem animum nostrum revocat et anaglyphum opus aliquod describit: 671 *Haec inter tumidi late maris ibat imago* sqq.

Pugnam in clipeo exsculptam Romanus poeta egregie variavit, si cum Homerico et Hesiodeo clipeo compares. Graeci poetae illo

Digitized by Google

antiquo sermone praeclare in hoc usi erant, ut Ἔριδα, Κῆρα, Φόβον, in acie constituerent. Reddita haec ipsa aut similia sculptoris arte fuerunt in Cypseli arca apud Pausaniam, quae sigillatim olim accuratius a me exposita sunt: Virgilius *pugnam navalem* substituit et ab Apolline Actiaco propria rerum argumenta petivit verss. 677 sqq.

Cum in his Virgilium vel defendam vel excusem: est aliud, quod ab aliis non reprehensum video, ipse aegre fero. In *rerum* scilicet *dilectu*, quas in clipeo exsculptas dedit, certum iudicium vix sequutus videri potest. Omissis enim multo clarioribus factis intexuit nonnulla, quae quomodo inter insigniora Romanorum facta vel fata referri potuerint non assequor: ut Meti Fuffetii supplicium, quod quomodo defendam non habeo; etiamsi dixero, Alba diruta Romam insignia consequutam esse incrementa, et foeditatem spectaculi, ad nostrum sensum intolerabilem, asperis et gladiatoriae pugnae adsuetis Romanorum animis minus displicere potuisse. Religionum maiestas excusare forte potest Saliorum tripudia, Lupercorum discursationes, matronarum pompam; in iis tamen nimis presse et anguste Homerum aemulatus esse videtur, qui v. 590 chorum elegantissime effinxerat. Anserem volitantem si omisisset, argumenti maiestati ad nostrum sensum melius consuluisset. Intercipitur porro totus argumenti Romani tenor rebus inferis interpositis, etsi video, quid in his sequi potuerit poeta. Voluit forte Catilinae et Catonis meminisse, quorum alterum in inferis scelerum poenas luere par est credere; et oratione docte variata loca commemorat, in quibus illi detinentur. Habet speciem aliquam, nec tamen multum probabilem, hoc, ut dicas, delegisse poetam ea, quorum illo tempore signa passim sculpta aere vel marmore opera Romae cernebantur. De Lupa, de Sabinis raptis, de Coclite, de Cloelia, Manlio, et ansere verum hoc esse forte potest. Fit quoque probabile, fuisse Augusti tropaea in Capitolio, quae Actiacam pugnam exhiberent.

Inserta est Virgilio in anglicum sermonem a Wartono aliisque converso sub Tom. III finem disputatio elegans Viri docti, *W. Whitehead*, super hoc clipeo, in quo ille argumenti dilectum et rationem ita tuetur, ut civitatis Romanae statum et conditionem inde ab origine per singulas aetates, simulque summum opum fastigium, quo ab Augusto illa adducta est, describi dicat; omissis tamen iis, quae iam alibi poeta attigerat, v. c. Aen. VI, 756 sq. Expressa itaque esse urbis primordia, raptas Sabinas, foedusque factum, quo Curibus in urbem receptis incrementum iam insignius Roma accepit: mox foederis rupti poenam Meti supplicio inflictam: libertatem partam regibus eiectis: bellum Gallicum et Romam reparatam; religiones per Salios, Lupercos, et Matronas, declaratas: praemia et poenas apud inferos: tandem Actiacam victoriam, quae terra-

Digitized by Google

rum orbi pax et tranquillitas parta, receptaque ex fluctibus civilibus civitas mox laete effloruit, Augusto principe: ut illud Propertii lib. III, 11, 50 acclamaretur: *cape Roma triumphum Et longum Augusto salva precare diem.*

Ingeniosam hanc esse clipei enarrationem non nego: vereor, ne illa sit nimis ingeniosa, nec idoneis rerum argumentis declarata: non enim delectum rerum in clipeo sculptarum ita institutum videmus, ut civitatis Romanae fata potiora in iis comprehensa sint. Hoc igitur primo loco erat docendum, talem dilectum vere esse factum, et civitatis Romanae fortunam per haec maxime facta et eventa esse constitutam *).

De *artis* respectu iudicioque, quod multi in poeta nostro agnoscunt, omnino mihi quidem adhuc parum liquet, nec, si dicendum est, quod sentio, magnum aliquod seu picturae seu sculpturae studium poetam nostrum tenuisse arbitror. Nam primum, quae ille exposuit, nihil tale produnt, et eiusmodi sunt, ut etiam vulgariter quisque artium peritus ea carmine comprehendere possit. Tum vero, ut poeta ab eo consilio longissime abfuit, ut artis subtilitatem sequeretur, ita occurrunt non pauca, *quae a sculpturae natura recedunt*, nec facile nec commode ea arte tractari possunt. Qui mare una cum pugna navali expressum et tamen in eo innatantes delphines reddidit (vs. 671. 674), nae is non adeo magnam graphices peritiam habere potuit. Omnino de arte nec cogitavit Virgilius, nec debuit cogitare, quandoquidem ipse diversum rei consilium exponit: *Illic genus omne futurae Stirpis ab Ascanio*

*) Simili fere ratione autumabat vir doctus litteris ad me datis *seriem quandam fatorum* in Romanorum *opibus augendis* exhibere voluisse poetam; „hoc eum ipsum innuere partim ab initio: v. 626 *Illic res Italas Romanorumque triumphos — illic genus omne futurae Stirpis ab Ascanio, pugnataque in ordine bella*, tum in fine 731 *Attollens humero famamque et fata nepotum* (de *serie* tamen nihil in his). Ducta serie a partu gemellorum, sequi incrementa urbis ex novis civibus Sabinis adscriptis v. 635, novos auctus per Albanos Romam traductos (declaratosve per supplicium Meti? 642), redditam inde et firmatam libertatem Porsenna ab urbe depulso 646, et urbem a Gallis liberatam 652. Omissam esse victoriam de Pyrrho et Poenis, quippe quam iam libro VI Anchises memoraverat (satis obscure). Iam subiici a poeta caussas incrementorum tantorum, pietatem in deos et cerimoniarum religionem v. 663, secundum illa Horatii III, 6, 5 *Dis te minorem quod geris, imperas.* Quod autem sequitur: *Di multa neglecti dederunt Hesperiae mala luctuosae*, a Virgilio subiungi scelerum in patriam commissorum et natorum inde bellorum civilium declaratione (666 memoratur Catilina in Tartaro, Cato in sedibus piorum). Tandem in Romani imperii maiestate ab Augusto vindicata et per terrarum orbem propagata poetam subsistere.“ Sagacitatem et acumen in rerum similium comparatione nemo desideret.

Digitized by Google

pugnataque in ordine bella. Atque ex iis decerpturus nonnulla subiicit: *Fecerat et viridi* etc. At enim cum Homero certamen iniit, eiusque exemplo plures anaglyphorum areas constituit; hoc sibi propositum habuit primo loco; altero ut Romanis suis placeret. Si artis rationem habere voluisset, non dividere clipeum in tantum parvarum arearum numerum, sed, omissis et abiectis ceteris, revocare omnia ad unum magnum ac nobile argumentum, et aream saltem *una pugna Actiaca* exornare debebat, qui totius clipei haud dubie splendidissimus locus est. Quo facto poeta, censeo, probabilitati non modo artis, verum et poeticae probabilitati melius consulturus fuisset.

Sunt tamen *nonnulla ad exprimendum artifice manu egregie accommodata,* multisque passim operibus expressa: ut Romulus et Remus lactentes, raptus Sabinarum, mox bellum et tandem foedus ictum. Meti Fuffetii supplicium, etsi ad sensum nostrum nimis foedum et aversandum, ut iam diximus, duris Romanorum ingeniis forte minus displicuit. Urbs a Porsenna obsessa, revulsus ab Horatio Coclite pons, Capitolium a Gallis obsessum, et a Manlio propugnatum; Saliorum saltatio, Lupercorum discursus, matronarum invectio: sunt haec talia, quae opere exsculpto expressa placere potuerunt.

Enimvero, dices, sunt *alia, quae ab artifice reddi nequierunt;* in his illa: *Incedunt victae longo ordine gentes, Quam variae linguis, habitu tam vestis et auro* — et paullo ante: *Omnibus in templis matrum chorus, omnibus arae* etc. *arcum intendebat Apollo Desuper, omnis eo terrore Aegyptus et Indi, Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.* Talis vero reprehensio hominem, artis forte notitia imbutum, poetices utique imperitum argueret. Est enim hoc in poeta nostro magno ingenio et arte factum, quod ornatum iniecit tamquam vestem narrationis nuditati, nec satis esse putavit, describere opus toreuticum, in cuius veritate servanda nullam sibi videbat religionem esse impositam. Nec hoc ad artem pertinet, aut excusatione adiuvandum, aut inter poeticas licentias referendum, quod viri docti faciunt (Misc. Obss. Tom. I, p. 20. IV, p. 198, et Burmann. h. l. ad VIII, 634, et ad Aen. I, 483); verum poetices lex et natura facere iubet, ut res ab arte expressas iis auxiliis et modis, quibus illa valet, poeta exprimat suis coloribus et ornamentis. Hinc tuenda illa v. 634 *Mulcere alternos,* et v. 697 *Necdum etiam geminos a tergo respicit angues.* Nam poetae haec sunt, nec ab artifice duae aspides expressae erant. Sicque tot alia ad ornatum faciunt, aut poetica phantasmata obiiciunt, quibus inflammata mens multa videt, quae sensibus subiecta non sunt: *Illum indignanti similem similemque minanti Adspiceres* etc. Sed in his, in quibus pro se quisque facile disertus esse potest, disertum esse nihil attinet.

Digitized by Google

Difficillima operis declarandi et commendandi pars est pugna navalis una cum mari: qua in clipei parte illa locanda sit in operis descriptione: inprimis cum poeta id tam parum diserte exposuerit: 671 *Haec inter*, ait, *tumidi late maris ibat imago*. Potest adeo esse inter cetera, quae clipeus exhibebat, argumenta, aut inter cetera, quae poeta recensu facto memoraverat; quo sensu constituto pugna erat argumentum areae ceteris similis. Probabilius tamen, totum mare cum pugna in umbonem ac mediam partem fuisse reiectum. Ita tamen superest alia difficultas, qua in parte triumphus Augusti 714 sqq. expressus esse videri debeat. Saltem in medio clipeo locum vix habere potuit. Secundum haec, si aequi esse volumus, suum cuique aestimandi relictum esto arbitrium.

An *clipei superficies tot rerum diversarum argumenta capere potuerit*, nunc nemo facile quaerat: post virorum ingeniosorum operam in clipei adumbratione stilo aereo facta collocatam. Alterum exemplum in Anglica interpretatione supra commemorata vidimus ad *Whitehead* iudicium, L. P. Boitardi arte, sed, quod factum nollemus, ad picturae naturam propius expressum; alterum, quod anaglyphum melius refert, arte tamen et iudicio alteri posthabendum, opera *Le Lorrain* ad *Comitis de Caylus* praecepta (Tom. XXVII *Hist. de l'Acad. des Inscript.* t. III). Consentit uterque artifex in hoc, ut exterior clipei ora, in plures regiones distincta, comprehendat ea, quae a v. 630 ad v. 670 commemorata sunt; reliqua autem in interiorem aream reiiciunt. Exterioris illius orae regiones constituunt uterque duodecim. Sunt tamen alia, in quibus in diversa abeunt; in aliis uterque veritatem argumenti et moris Romani deserunt. Sed singula persequi velle, inprimis nulla clipei delineatione adiecta, fastidium faceret. Interiorem aream ab exteriore separat circumductus in orbem, sed tenui limbo, Oceanus, innatant, quod rideas, delphines. Apud Homerum et Hesiodum Oceanus extremam clipei oram ambit. At Virgilius Oceanum omnino non memorat, sed 671 *tumidum mare*, scil. Ionium: quod nostri artifices in area interiore ponunt; hanc enim, seu umbonem clipei (ut adeo *In medio* v. 675 sit, in medio clipeo), artifex Gallus in tres areas, quae pugnam in mari Actiaco, fugam, triumphum exhibent, Britannus autem, reiectis locis inferis in novissimam inter XII areas, in quatuor regiones divisit: ut prima sit inita pugna v. 676—688, tum pugna commissa vss. 689—703, tertio fuga 704—713, tandemque triumphus 714. Spectant ex his tres ad mare ad Actium. Equidem bene perspecta non habeo, nisi forte haec: inesse clipeo argumenta, quae ab artifice non infeliciter tractari possint, et artis quoque operibus passim reddita sint, qua tamen arte, quo ordine, in clipeo exhibita ea poeta cogitaverit, non apparere; nec vero quaeri debere, quandoquidem poeta non graphice, sed poetice haec adumbraverit, et adumbrare

Digitized by Google

debuerit. Sunt argumenta illa, meo quidem iudicio, non nisi undecim: I. Lupa cum Romulo et Remo. II. Sabinae raptae. III. Foedus ad aram. IV. Meti Fuffetii supplicium. V. Tiberis et Porsenna minabundus. VI. Capitolium, Manlius, Anser. VII. Supplicatio. VIII. Tartarus cum Catilina. IX. Elysium cum Catone. X. Pugna ad Actium. Apollo Actius. Nilus. Cleopatrae fuga. XI. Triumphus Augusti.

Elegantiam *in disponendo argumento* clipei frustra, puto, laudibus extollunt viri docti. Interior ambitus nullo modo delectare potest adspectu, in quatuor aut, quod multo molestius est ad oculos, in tres partes discretus: inprimis tot rerum et hominum signis in tam angustum spatium coartatis.

Ut igitur paucis complectar, quae mihi *de artis iudicio*, quod poetae tribuere solent, pronuntianda videantur: habuit ille forte in animo singulorum signorum singularumque rerum formas et exempla, quae in urbe et Capitolio passim occurrere ipsi debebant: ea tamen, quae in clipeo hoc efficta dedit, *non sculptoris, sed poetae ingenio* delegit et in unum locum congessit diversi argumenti res, quae narratae, si altera post alteram auditione accipiatur, admiratione animum movere possunt; ut eaedem arte expressae oculos tenerent, nec voluit nec curavit aut operam dare debuit. *Poetica* itaque habenda sunt *ornamenta*, quae tamquam in clipeo expressa, narravit, poetico quoque more tractata, non anaglypha ad artis elegantiam seu inventa seu expolita. Inde splendidissimae carminis partes vix a sculptore bene, etsi Comitem de Caylus ea de re nil dubitare video (*Tableaux tirés de l'Eneidè de Virgile* pag. 369 seqq.), reddi possunt; inprimis praelium deorum v. 698 sqq. *Omnigenumque deum monstra* etc. *Actius haec cernens arcum intendebat Apollo Desuper — omnes vertebant terga Sabaei. Ipsa videbatur ventis regina vocatis Vela dare et laxos iamiamque immittere funes — Contra autem Nilum — Pandentemque sinus et tota veste vocantem* etc. Vides haec locis ac temporibus esse tam diversa, ut uno argumento, seu una tabula nullo modo comprehendi possint. In triumpho autem Caesaris plura admixta sunt, quae poetica phantasmata sunt praeclara, sed nulla arte uno temporis momento unoque et eodem locorum spatio exhiberi queunt.

Artis notionem poetae non esse obversatam ultimo loco declarat *materia clipei*, mira mixtura auro, argento, ferro in idem opus conflato. Per porticus Capitolii (v. 655) *auratas* anser *argenteus* volitat: ipsi Galli *aurea* caesarie, *aureis* virgatis vestibus et torquibus *aureis*. Non igitur ectypa modo opere haec expressa, verum ad priscum et Homerici aevi morem etiam co-

Digitized by Google

loribus variata, auro saltem et argento, in aerea clipei area. Porro v. 671 mare *auro* effictum: (Melius apud Propert. l. c. IV, 6, 26 *armorum radiis picta tremebat aqua*) *sed fluctu spumabant caerula cano.* In *caerula* non etymon vocis cogitandum videtur: sed simpliciter mare: idque argenteos fluctus habere debuit: innatant tamen delphines, iidem quoque argentei: *Et circum argento clari delphines in orbem Aequora verrebant caudis aestumque secabant.* Mox Mavors *caelatus ferro* v. 700 h. e. ferro vel chalybe exsculptus. Alia super hoc clipeo in notis passim sunt observata.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS

AENEIDOS

LIBER NONUS

ARGUMENTUM

Absente Aenea et in Tuscia conquirendis auxiliis occupato Turnus a Iunone per Iridem admonitus, ne tantam rei bene gerendae occasionem amitteret, quam proxime ad hostes copias admovet — 32. Qui cum suis se moenibus continerent, neque aequo loco facerent dimicandi potestatem, ut illis spem omnem fugae intercluderet, classem exurere conatur — 76. Erat classis Troianae materia ex Idaeae Matris luco caesa: quapropter Matris precibus adductus Iupiter naves omnes incendio eripuit, et in totidem Nymphas marinas convertit — 122. Post haec imminente iam nocte Turnus adversus hostium eruptiones ad oppidi portam excubias disponit: iis Messapum praeficit — 167. Interim consultantibus Troianorum ducibus, quemnam potissimum ad Aeneam mitterent, qui de suorum periculo eum faceret certiorem; ultro eam provinciam suscipiunt Nisus et Euryalus, coniunctissimum amicorum par — 313: qui cum urbe emissi hostium excubias vino somnoque obrutas offendissent, Rhamnetem cum magno Rutulorum numero trucidant, eorumque se spoliis exornant — 366. Verum cum, instante iam luce, se recipere conantur, a Volscentis equitibus conspecti, ad silvas confugiunt. Ibi Euryalus, armorum pondere viaeque errore impeditus, in hostes incidit, et a Volscente, frustra deprecante Niso, confoditur — 437. Nisus quoque, caeso Volscente et Euryali nece strenue vindicata, multis vulneribus confossus super amici corpus concidit — 445. Capita, hastis affixa, in castra deferuntur: ubi a

Digitized by Google

Troianis e moenibus agnita ingentem in urbe luctum excitant — 502. Interim Turnus totis viribus hostes oppugnat: magna utrimque strages editur — 589. Ibi Ascanius Numanum insolentius se iactantem sagittae ictu interficit — 671. Pandarus et Bitias successu elati portam recludunt, hostesque subeuntes ingenti caede propellunt — 690. Eius rei nuntio accepto Turnus per portam patentem in oppidum irrumpit — 733, Troianosque in fugam convertit — 777: tandem hostium multitudine circumventus, paullatim cedit ad eam oppidi partem, quae fluvio alluitur — 789: et ut erat armatus, flumen tranans, incolumis ad suos revertitur — ad fin.

Quod ipsa res et prudentia suadere debuit, ut per Aeneae absentiam Latini et Rutuli oppugnarent vallum Troianorum, hoc, epico more, deae Iridis a Iunone missae monito tribuitur: Homeri exemplo, v. c. Iliad. σ, 166 etc. Ad poetae artificium agnoscendum Servii nota facit: *In hoc libro mutatio est omnium rerum; nam et aliae personae et loca alia sunt, et aliud negotium incipitur. Ab Aenea enim transit ad Turnum, a Tuscia ad Ardeam; a petitione auxiliorum ad bellum.* Redeunt autem in hoc et sequentibus libris narrata pleraque ad bellicos apparatus et pugnas: quamobrem poeta se coarctatum et circumscriptum sentire debuit, dum Homerus dudum ea, quae in pugna fieri solent, summa cum varietate et copia exposuisset atque, circa res eadem aetate et eodem bello et ab ipsis Troianis gestas versatus, occupavisset, quicquid novitate et vitae heroicae more placere posset. Hoc meminisse debent, qui ultimos libros rerum novitate et varietate carere clamant. Argumenti natura in ceteris tam felix, hac tamen in parte Homerico usu extenuata et exhausta, abnuebat ea, quae in poeta desideranda esse arbitrantur. Sed in hac ipsa argumenti inopia attendi velim animum ad ea, quae altera ex parte poeta ad tenendas et recreandas legentium mentes excogitavit sollertissime: ut in hoc libro episodium de Niso et Euryalo. Etiam illud praeclare exputatum, quod hoc libro res absente Aenea geritur, ut eius adventu nova rerum expectatio fiat. Nec quicquam iniquius factum arbitror, quam quod hoc ipsum reprehensum est in poeta, quod hoc libro per Aeneae absentiam castra oppugnantur.

Digitized by Google

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur:
Irim de coelo misit Saturnia Iuno
Audacem ad Turnum. Luco tum forte parentis
Pilumni Turnus sacrata valle sedebat.
Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est:
Turne, quod optanti divom promittere nemo
Auderet, volvenda dies, en, adtulit ultro.
Aeneas, urbe, et sociis, et classe relicta,
Sceptra Palatini sedemque petit Euandri.

9. PETIT

3 *ad Rutulum* alter Voss. et sec. Moret. *in luco* Franc. Erat vir doctus, qui *Lucmo* coniiciebat. *tunc* al. 4 *secreta* qu. Moret. et Schol. Statii ad Theb. I, 104; sollennis varietas. v. sup. II, 157. Alioqui bene ferri posset et h. l., ut VIII, 610. V, 613. III, 389. 5 *Teumantias* Zulich. et al. *est* abest sec. Moret. et Erf. 6 *nemo pr. divum* Parrhas. 8 *turba* pr. Hamb. ad *urbe* pro var. lect. *ultra* Goth. sec. 9 *Palantini* Rom. et alii. (etiam 7. 8. 9. 10. In Rom. quidem et aliis quibusdam, teste Pierio, *Pallantini*, una *l* expuncta. *Wr.*) *regnumque* aliquot Pier. *petivit* maior codicum pars, (in quibus Palat. *Wr.*) vitiose et invito metro. *petit* Rom., (in quo literae *vi* a manu recenti superscriptae, *Wr.*) tum Medic. et Gud.; (cum 3. 8. *Wr.*) et sic emendatum erat iam in Ald. alt. et hinc in cett. edd. *Euandri* potuit pronuntiari Eüandri; etsi nec spondeus displicere potest. (*Euandri* non potest quatuor esse syllabarum; solutio vocis εὐ in compositis non admissa est, nisi ante duas consonas, ut εὔστροφος, et ante geminatas liquidas vel ς, ut εὐμμελίης, ἐὔσσελμος. Ex alio genere sunt ἠΰκομος et similia; vid. etiam Herm. ad Orph. Arg. 864. Sed Heynius exprimendum curaverat *petIt Eu.*, quo appareret, *petit* esse h. l. i. q. *petiit*; ut etiam Heinrichius statuit ad *Cic. Oration. pro Scauro* cet. *Partt. inedit.* p. 101. At eo genere synaeresis nusquam usus est Virgilius; vid. V. L. ad III, 8. Itaque *petit* Praesens esse rectius statuemus, quo aliis quoque locis similiter utitur poeta; vid. Not. ad Ecl. VIII, 45., cui adde Not. ad Aen. I, 99. Hic quidem Praesens rem denotat nondum plane absolutam; nondum enim rediit ex illo itinere Aeneas; sed adhuc durantem diutiusque duraturam. Similiter rei

1. Turnus consilium de expugnandis per Aeneae absentiam advenarum castris capit. Epico more a Iunone per Iridem illud Turni animo iniicitur. 3. *parentis Pilumni*, h. e. abavi. v. inf. X, 619. conf. Excurs. VII ad lib. VII. *sedebat:* Asper *erat* interpretatus est; alia argutatur Servius; sed spectat simpliciter ad solitudinem, et otium, cui convenit sedere. Lucum autem Pilumni in ea regione fuisse quidni admittamus? 7. *volvenda dies*, quae volvitur. v. ad I, 269. (vid. Q. V. XXVIIII, 4. *Wr.*) Catroeana subtilitas a poeta aliena est, ut sit fatalis dies, quam advolvi necesse fuerat. Lucretius *sidera volvenda, aetatem volvendam*, eodem modo dixit. 9. *Sceptra* exquisitius

Digitized by Google

Nec satis: extremas Corythi penetravit ad urbes,
Lydorumque manum, conlectos armat agrestis.
Quid dubitas? nunc tempus equos, nunc poscere currus.
Rumpe moras omnis, et turbata adripe castra.
Dixit, et in coelum paribus se sustulit alis;
Ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.
Adgnovit iuvenis, duplicisque ad sidera palmas
Sustulit, ac tali fugientem est voce secutus:

17. ET TALI

quidam tenor et diuturnitas per Praesens significatur VIII, 86.: „Thybris ea fluvium, quam longa est, nocte tumentem Leniit.“ Ex quo ipso exemplo perspicitur, nihil obstare, quod h. l. sequitur Perfectum *penetravit*; et recte agnoscit Praesens ipse Heynius VII, 363. sq.: „At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor, Ledaeamque Helenam Troianas vexit ad urbes.“ adde VIII, 664 sqq.: „et lapsa ancilia coelo Extuderat —. Hinc procul addit Tartareas sedes;“ pro *addiderat*. XI, 262. sq.: „Atrides Protei Menelaus adusque columnas Exsulat; Aetnaeos vidit Cyclopas Ulixes.“ Denique de metro ne forte sis sollicitus, vides eandem syllabam eadem in sede productam VII, 398.: „Turnique canit hymenaeos.“ Vid. etiam Q. V. XII, 9. 10. *Wr.*) 10 In *Corythi* eaedem aberrationes, quae supra III, 170. 11 *manus* duo Burmann. Copulam codicum auctoritate eiecit Heins. In vulgg. *collectosque*. Alii *et collectos*, interpolate. (Haerebam paulisper dubius, an copulam revocarem. *Wr.*) 12 *non poscere* Dorvill. *currum* Medic. Pierii aliique, cum Menag. alt. *cursus* sec. Rottend. 13 *turbataque* vulgo multi scripti et editi, quod ex melioribus secundum Pierium emendatum ab Heinsio. *eripe* Oudart. *tu turbata arripe* vel *turbataque corripe* coni. Cuningham. (*turbataque arripe* defendit vir doctus in Diar. literar. Ienens. 1823. ch. 76. p. 123., a Iahnio refutatus. *Wr.*) v. 14. 15 iam sup. hi versus lib. V, 657. 658. 14 *pariter se* aliquot Pier. 16 *Ignotum i.*, ut ad *arcum* spectet, Goth. tert., perperam. *que* post *duplicis* abest in aliquot Pier. 17 *ac* alii pro *et*, quod Heinsius praetulit. (*ac*, quod est in Palat. multisque, ut

quam regna: utrumque pro regia Euandri. *Corythi ad urbes*, designat Etruriam ab Corytho, conditore Cortonae. vid. Excurs. VI ad lib. III, 170. *Lydorum manum* Etruscos dixit ad vulgarem opinionem. cf. Exc. III ad lib. VIII, 479. 480. (*agrestis*, agrestes turmae Turni X, 310.; nec rudem hic militem significari putaverim, coll. vss. 607 sqq. *Wr.*) 13. *turbata arripe castra*, invade, occupa; scilicet ut rapere poetis est pro capere. (aggredere necopinantes, et, priusquam animos colligant, irrumpe in castra. *Wr.*) Dixit autem *castra* Troianorum. v. 8. *urbem*, alibi *muros*, *aggerem*. Nam Aeneas in littore, ubi escenderat, urbem, *novam Troiam*, condiderat: quam (ut sup. VII, 157) *Castrorum in morem pinnis atque aggere cinxit*. Debuit ea in extremo fere littore haerere subiecta classe v. IX, 68. 69.

Digitized by Google

Iri, decus coeli, quis te mihi nubibus actam
Detulit in terras? unde haec tam clara repente
Tempestas? medium video discedere coelum,
Palantisque polo stellas. Sequor omina tanta,
Quisquis in arma vocas. Et sic effatus ad undam
Processit, summoque hausit de gurgite lymphas,
Multa deos orans, oneravitque aethera votis.

videtur, optimae notae codicibus, revocandum censui Q. V. XXXV, 15.; *et*, quod cum Medic. aliisque quibusdam tuetur 2., videtur praegressae syllabae deberi; accedit, quod etiam proximum voc. a *t* incipit. *Wr.*) 18 *aptam* Dorvill. *hastam* Goth. pr. 19 *unde haec tibi* Montalb. 20 *medium video* post Pierium probavit Heins. e codd.; vulgaris ordo: *video medium*. (ita Palat.; vid. Cort. ad Lucan. V, 461. *Wr.*) Tum *discedere*, quod proprium in hac re verbum est, et defenditur a Seneca VII Nat. Qu. 20. Idem Pier. cum Ge. Fabricio tuitus erat ante Heins., qui in Mediceo et aliis melioribus invenit. Alii *discindere*, Sprot. *dehiscere*. (*descendere* 2. 5. 7. 8. 10. *Wr.*) Laudant Iliad. Θ, 554. π, 300, ubi de longo prospectu caeli sereni, quo stellae etiam interiores obtutu deprehendi videntur. 21 *Pullentisq.* aliquot Heins. et duo Goth. *pollentesq.* duo Burm. perperam. v. Not. *Sequor* praetulerunt librorum quoque auctoritate Pier. et Heins. Multi *Sequar*. (in quibus Medic.; *sequor* Palat., quod retinui; facilius quis h. l. praesens in futurum, quam hoc in illud mutaverit; et praesens indicat rem, quam exsequi constitutum est apud animum nostrum, ut X, 442.: „Solus ego in Pallanta feror." XII, 13.: „Congredior;" i. e. stat congredi. infra vs. 194.: „Si, tibi quae posco, promittunt;" i. e. quae poscere in animo est. conf. etiam V. L. ad X, 801. *Wr.*) 22 *vocat* aliquot Pier. *Et sic effatus*. Languet τὸ *et*; nihil tamen e libris notatum video. (sed non languere *et*, disces e Q. V. XXXV, 6. *Wr.*) 23 *Praecessit* Leid. *nimphas* Dorvill. a m. sec. 24 *que* post *oneravit* in plerisque Pierianis et in Giph. codd. aberat.

cf. Excurs. III pr. ad lib. VII. 15. *secuit* arcum pro, meavit per arcum caeli, incessit, tamquam Iris, arcu facto, pro tramite. Ducta loquendi forma a navigatione, τέμνειν ἅλα. *secare mare*, sulco facto in fluctibus, hinc *terram*, tum ipsam *viam*. Servius reddit: „arcum fecit secto caelo, duxit" paullo aliter. cf. ad V, 658. Versus 18 verba sunt ex Iliad. σ, 182.

21. Non novum est ostentum: *palantes polo stellas* videre medio die; et est h. l. interdiu oblatum auspicium; (*omina tanta* ipse dixit) nunc tamen ornant haec caelum, quod disruptum est (hoc *discedere* dixit, voce in hac re propria, pro dehiscere, hiatum facere) et, quod alias in fulgure fieri solet, chasma fecit; apposita vocant Grammatici. Si itaque ruptis nubibus in interiora perrexit, stellas apparere, nubibus remotis, necesse fuit. Est autem is modus quo dii in caelum evehi narrantur: vi sua divina attollunt se in nubes et ulterius in caelum perveniunt. Interdum memorantur alae; in Iride autem novatur res per arcum caelestem; per soleas nusquam, nisi per soleas alatas. 22—24.

Digitized by Google

Iamque omnis campis exercitus ibat apertis,
Dives equum, dives pictai vestis et auri;
Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhidae iuvenes, medio dux agmine Turnus;

26. AURI. 28. 29. TURNUS *VERTITUR ARMA TENENS, ET TOTO VERTICE SUPRA EST.*

cf. ad V, 167. Si totum hemistichium abesset, nemo, arbitror, desideraret. („Aen. IX, 24. redundantiam verborum video epicis poetis solennem.“ Haec Weichert. in Dissert. de *Vss. iniur. suspect.* pag. 77. Equidem, si abesset, desiderarem hoc hemistichion. Nam eo consilio Turnus lavat manus, ut preces et vota faciat. Illud, *manus lavare*, levius est, hoc gravius; quare id oportebat etiam per verbum finitum, non tantum per participium exprimi. Itaque non dubitabimus, quin sit Virgilii hoc hemistichion. Ac si cui illa *Multa deos orans* non praegressis, sed subiectis adiungenda fuisse videbuntur, is velim meminerit, diversas esse res vota et preces. Denique vitiosissime oratio per Participium claudereur, de qua re vid. V. L. ad XII, 612. *Wr.*) 25 *Iamque adeo* Medic. a m. sec. quod Heinsio placet. (*adeo* est altera lectio Medicei; quae unde repetita sit, monstrabit Q. V. XXVI, 4. coll. V. L. VII, 528. *Wr.*) 26 *pictai* conf. ad VI, 747. (Semicolo in fine huius et 28. vs. interpunxi, ne plena distinctio dirimat, quae iungenda sunt, vs. 25. et 30.; idem iam fecit Iahnius. *Wr.*) 27 *Mesapus* Ald. et Dorvill. 28 *Turidae* Dorvill. 29 Versus haud dubie ex lib. VII, 784 huc translatus. Turbat ille et comparationis nervum incidit, et deest plerisque libris Ge. Fabricii, Pierii (quem vid. ad v. 31), et Heinsii ac Burmann.; adde binos Goth. cum Erf. Omissus quoque nunc in edit. Parmensi. (etiam a Brunckio; item reiectus a Schradero Emendatt. c. X. p. 203., Bothio et Weicherto *De Vss. iniur. suspect.* p. 60. Recte tamen negat Iahnius, comparationis nervum hoc versu incidi, aut propter repetitionem eum damnandum videri, sed insitivum esse sola codicum auctoritate evinci. *Wr.*) *arma gerens* Schol. Statii, (sed is ad VII, 784. respexisse putandus est. *Wr.*) et *est* abest Dorvill.

quod religio facere iubet, omine accepto, etiam viso et ex somnio: scilicet lustrandi caussa; ut VIII, 69.

25—32. Fundum comparationis declarat Servius: exercitum primo confuse in campos ruisse, post digestum in ordines ad fluminis morem in alveum suum reversi. Id vero longius petitum. Multo minus comparatio spectat ad Turnum. Agmen ordine, lento gradu et composite incedens, *fluminis lato alveo inter ripas devoluti* speciem prae se ferre bene dici potest. Quod in Gange alveo suo se continente declaraverat, mox variat in Nilo, intra alveum recepto. De *Messapo* v. ad VII, 691 Excurs. VIII. 26. *pictai vestis*, qui, ut Etruscorum, ita aliorum Italorum mos esse debuit, ut vestibus variegatis colore et textura uterentur. (Recte, puto, Heinrich.: *p. v. et a.*, vestis auro intertextae. *Wr.*) 28. *Tyrrhidae*, vid. sup. VII, 484. 532. *septem surgens amnibus:* ad ostia solet referri, ut septem ostia habeat Ganges, sed

Digitized by Google

Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus
Quum refluit campis et iam se condidit alveo.
Hic subitam nigro glomerari pulvere nubem
Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campis.

31. NILUS,

(— 30. *omnibus* Medic. a m. pr. — 31. Ordo verborum hic est: *Ceu Ganges* sc. *it*, quod e vs. 25. adsciscendum, *aut quum Nilus refluit* cet., cfr. V. L. ad Ge. I, 303. Neque agnoscit, quam sustuli, interpunctionem post *Nilus* Mediceus. *Wr.*) 32. *Cum r. ripis* Bigot. et Goth. tert., ex interpretatione: intra ripas. Sed refluit amnis e campis, quos inundavit. *alvo* Franc. 33 *subito* Parrhas. *nimbo g.* Goth. tert., perperam. *magno g.* Gud. a m. pr. *in pulvere* Oudart. 34 *Conspiciunt* pr. Hamb. *Aspiciunt* Bigot. et Goth. tert.

repugnat veterum fides et opinio, qua unum tantum fluminis os esse creditum est; repugnat quoque vox *surgens*. Sin ad fontes revoces: convenit voc. *surgens* de scaturigine proprie dici solitum. At talis fontium numerus alibi non memoratur. Superest, ut *amnes* sint alvei, quibus Ganges, e montibus Emodis progressus et per planitiem locorum delatus fertur: quod cum fide veterum convenit; etsi de numero alveorum haud convenit, nec pro cursus longitudine et sinuosa varietate convenire potuit. At in planis locis fertur iam *sedatis amnibus*, sedate ac tacite; etiam aucto solitis anni vicibus alveo: quo ducere videtur voc. *surgens*, increscens aquarum auctu et eluvie ultra ripas facta. Potest tamen esse simpliciter pro, incedens: etsi notionem auctus adiunctam esse videam. Igitur Ganges inde ab ortu septem alveis incedit sedate ac tacite. Bene Servius: *Ganges — secundum Senecam in situ Indiae, novem alveis fluit; secundum Melam* (in quo tamen — nisi forte III, 7. med. male intellectum Servio dicamus, *Heinrich.* et *Ruhk.* — locus hodie non exstat) *septem*. Potuere quoque, cum plures magni amnes in Gangem deferantur, iidem, seu nonnulli ex iis, pro alveis Gangis haberi: multo magis, si fuisse neminem cogites, qui totum Gangis cursum emensus esset. Omnino veterum de fontibus et toto alveo et ostiis Gangis incerta erat narratio: v. Plin. VI, s. 22. et prostant disputata a viris doctis *d'Anville*, *Rennel*, *Heeren*, et nunc *Mannert*, de India tum antiquorum temporum tum aetatis nostrae. *per tacitum*, ex sup. *it*, incedit tacite: ut, per silentium, per noctem, et quae Drakenb. ad Silium XV, 145 post Heinsium collegit, per occultum, per subitum, per longum, ut Graec. διὰ βραχέων, διὰ ταχέων, et similia. Laudat Servius Asprum, qui *Altus per tacitum* iungebat; minus bene.

Digitized by Google

Primus ab adversa conclamat mole Caicus: 35
Quis globus, o cives, caligine volvitur atra!
Ferte citi ferrum, date tela, adscendite muros:
Hostis adest, eia. Ingenti clamore per omnis
Condunt se Teucri portas, et moenia conplent.

37. TELA, SCANDITE

35 *ab aversa* Zulich., male. Recte Serv. *adversa*, quae erat versa in hostes. *c. voce C.* Goth. tert. cum sec. Rottend. *Caicos*, *Caycus* al. Est *Καΐκος*. 37 *date tela*, *scandite muros*; sine copula, vett. edd. et codicum pars, quod defensum a Pierio et aliis viris doctis: sed Burmannus urget, doceri primo loco debere, Virgilii eum morem fuisse hoc modo producendi syllabam brevem, quem seriores scriptores sequuti sunt. (At iam Tibull. I, 5, 28.: „Pro segetē spicas, pro grege ferre dapem." *Wr.*) Codicum vetustiorum Pier. et Heins. (adde fragm. Vatic.) et Macrobii auctoritas tuetur *et scandite*, quod defendunt Burmann. uterque, alter ad Antholog. p. 135. Frigere tamen copulam, negari nequit: et potest illa inserta videri ab iis, qui metro perperam metuebant. Alii, uti Medic. (in quo div. lectionem a Fogginio notatam non video, quam Heins. memorat), habent: *ascendite*: quod sane orationi pedestri propius esset. In Gud. *ascendite vel et ascandite*; unde Heins. refingere malebat, *escendite*, quod sollenne est Livio aliisque; sed in Marone exempla usus desiderantur. Inter haec video quidem ubique subesse ulcus: nihil tamen tam putre ac molestum, quam copulam: hanc itaque eieci, quod et Bruncius fecit. (Revocavi *adscendite*; vid. Q. V. XII, 14. et Iahn. ad XI, 309.; quod ne pedestre verbum putes, vetat ipse Virgilius, ut infra vs. 507.: „scalis adscendere muros." Nec decebat in tam concitata oratione tam fractis uti numeris, in qua ante quintum pedem aut dactylus, aut nulla caesura esse debuit; vid. similem vs. IV, 594.: „Ferte citi flammas, date tela, inpellite remos." Apparet, in quibus *tela scandite* legitur, per praegressum *a* absorptam esse primam eandem literam subiecti verbi, ut X, 251. in parte codicum pro *supera adspectans* s. *aspectans* exstat *supera spectans*, numeris admodum inelegantibus. Pravam et inertem lectionem *et scandite*, quam librariis deberi metro laboranti succurrentibus iam vidit Heynius, nollem a Iahnio receptam; similiter, ut unum de multis afferam, apud Tibull. l. l. in multis libris *et* interponitur. *tela scandite* utique scribendum arbitratur Wakef. ad Lucret. IV, 77. Ceterum, quod effugit Heynii aciem, in exemplaris Fogginiani interiore margine notatum reperies: „alibi *scandite*." *Wr.*) 38 *heia* codd., ut alibi. (vid. V. L. ad IV, 569. *Wr.*) 39 *portis* tert. Rottend. quod vulgare esset.

Verbo Maro credidit et narrat Gangem incedere alveis sedato et placido cursu; pari modo Nilum intra alveum iam se recipientem ex incrementis suis. (*pingui flumine*, Dionys. Perieg. vs. 227.: „ὕδατι πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτοιο." *Wr.*)

33. *νέφος κονίης* et *δμίχλη* Homero frequens. 35. *ab adversa mole*, turri in munitione Troianorum (cf. ad v. 13) ab ea parte, qua Latini accedebant. 37. Idem color orationis IV, 594 *Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.* 38. 39. reci-

Digitized by Google

Namque ita discedens praeceperat optumus armis
Aeneas: si qua interea Fortuna fuisset,
Neu struere auderent aciem, neu credere campo;
Castra modo et tutos servarent aggere muros.
Ergo, etsi conferre manum pudor iraque monstrat,
Obiiciunt portas tamen, et praecepta facessunt,
Armatique cavis exspectant turribus hostem.
Turnus, ut ante volans tardum praecesserat agmen,
Viginti lectis equitum comitatus et urbi
Inprovisus adest: maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristaque tegit galea aurea rubra.
Ecquis erit, mecum, iuvenes, qui primus in hostem —?

51. ERIT M. IUVENES?

41 *si qua i. F. tulisset* malit Io. Schrader.; hoc tamen non minus incommodum. Videtur *si qua fortuna fuisset* dictum ut, *quaecunque fortuna fuerit, ea fortuna urbis fuit.* (vid. Not. Heyn.; *fuisset* i. q. futura esset; vid. V. L. ad II, 136. *Wr.*) 42 *Ne str.* alii codd. et vett. edd. (cum 7. 8. *Wr.*) *aciem* e codd. Pier. pro vulgato, quod Romanus quoque exhibet, *acies*: (*aciem* cum Medic. et fr. Vatic. 2. 3. 8. 12. *Wr.*) tum *nec cr.* Ven. 43 *tuto* Oblong. Pierii, cum Goth. sec. et fragm. Vatic. a pr. m. *servassent* pr. Hamb. 44 *furor iraque* Non. Marcell. in *conferre*; (meminerat ille nimirum alibi haec iuncta, ut II, 316.: „furor iraque mentem Praecipitant." *Wr.*) tum *monstrant* aliquot Heins. et Burm. cum fragm. Vatic. (et 3. 8., quod ex eodem numero verbi subiecti *Obiiciunt* natum videtur. *Wr.*) *monstrarent* Goth. sec. 45 *tantum* Dorvill. 46 *suis* pro *cavis* Sprot. vid. Burm. *urbibus* Medic. 47 *rapidum p.* Bigot. et Goth. tert. *processerat* sec. Moret. 48 *electis* Montalb. 49 Hemistichium idem lib. V, 565. (— 50. *galeam* Medic. *Wr.*) 51 *Et quis* recentiores fere codd. *o iuvenes* ante Heins. (ita Palat. Et *iuvenis* scriptum in Medic. et Rom., *iuvenes* fragm. Vatic. *Wr.*) Melius interpungitur: *Ecquis erit mecum, iuvenes? qui pr. in hostem?* quam quod erat: *Ecquis erit mecum, iuvenes, qui primus in hostem?* (Si Heynianam distinctionem sequimur,

piunt se Troiani intra vallum et muros. 41. si quis belli casus se offerret; verbo, si quid accideret. (vid. V. L. *Wr.*) 44. *monstrat* h. l. hortatur, suadet, impellit. Nam qui suadet, monstrat, quid sit faciendum, et qua ratione.

48. In verbis *et urbi Inprovisus adest*, forte *et* vacare videri potest. Enimvero iungenda: *Turnus* viginti equitibus *comitatus et improvisus urbi adest.* Itaque interpunctionem post *comitatus* sustuli. In equo *Thracio* non haerendum; cuius generis equorum copia in Latio vix tum esse potuit; sed ornat epi-

Digitized by Google

En, ait. Et iaculum adtorquens emittit in auras,
Principium pugnae, et campo sese arduus infert.
Clamore excipiunt socii, fremituque sequuntur
Horrisono; Teucrum mirantur inertia corda:
Non aequo dare se campo, non obvia ferre
Arma viros, sed castra fovere. Huc turbidus atque huc
Lustrat equo muros, aditumque per avia quaerit.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili
Quum fremit ad caulas, ventos perpessus et imbris,

59. OVILI,

quis, quod in paucis est libris, recipiendum erit; vidit hoc etiam Iahnius. At tu mecum interpunge post *erit*; non enim, quis omnino primus, sed, quis secum primus id audere velit, Turnus interrogat. *Wr.*) Mediceus Pierii et tres ap. Burm. cum Goth. tert. *quis*. Menag. alter: *cui*. 52 *attorquens* Heins. e Pierianis suisque revocavit: exquisitum vocabulum: pro quo vulgarius *intorquens* in aliis, vel *torquens*. (*torquens* pauci cum 2. 11. 12.; *intorquens* solus Medic. cum Dorph. V., quod ex X, 323. huc tractum videtur. Verbum *adtorquere*, quod solus Virgilius et hoc uno loco usurpavit, antiquum et obsoletum esse in eoque genere etiam *advelare* V, 246. et *adlacrimare* X, 628. ponenda existimo. Neque vero *adtorquere*, ut Heinsius, *simul*, i. e. dum. ille fatur, *torquere*, sed *valde torquere* significare putaverim; auget enim interdum haec praepositio vim simplicis verbi, ut *admirari*, *adniti*, *adsolere*; illud autem *simul* vel *statim* continetur ipsa copula *Et*; vid. Q. V. XXXV, 6. *Wr.*) Tum *emittas*. duo Burm. *evertit* alii ap. Pier. 53 *campis* Rom. aliquot Burm. et Goth. tert. cum Erf. *affert* aliquot Pier. *effert* Erf., male. *se infert*, incedit, frequens Virgilio. conf. Ge. II, 145. 54 *Clamorem* omnes praeter Rom. et Medic. cum fragm. Vatic. Utramque lectionem agnoscit Servius. (*clamore* etiam Palat.; sed *clamorem* Medic. ap. Foggin., etsi Heinsius *clamore* in uno ex suis Mediceo exstare affirmat. Clamoris autem appellatio vix conveniat Turni orationi. *Wr.*) *accipiunt* Montalb. 55 *Horrifico* Goth. sec. *in hercia* Dorvill. 57 *viro* Zulich. *hic — atque hic* sec. Moret. 58 *aditumque et pervia* in aliis lectum damnat Ge. Fabric., recte. *per atria* alter Hamb. a m. pr. 59 *Poeno — ovili* coni. Scriverii; sed vid. Heins. *insidiatur* pars codd. apud Burm. (Sustuli interpunctionem in fine versus; cfr. V. L. ad Ge. I, 303. *Wr.*) 60 *Dum* e Macrob. et Prisc. notatum ab Heins. et Schol. Horat.; addit Burm. (*imbres* Medic. *Wr.*)

theton. (vid. Q. V. XXXX, 1. Et de vs. 51 sq. vid. V. L. *Wr.*) Tum vs. 57 *castra fovere*, pro vulgari, se in castris tenere. v. ad Georg. III, 420. Et Turnus *turbidus*, turbatus, pudore et ira incensus, quod aditum murorum, qua subire posset, non videbat.

59 seqq. Comparatio lupi cum pugnantium rabie satis frequens. Sed in modo tractandi Apollonium I, 1243 sq. ante oculos habuisse et ornasse videtur; respe-

Digitized by Google

Nocte super media; tuti sub matribus agni
Balatum exercent; ille, asper et inprobus, ira
Saevit in absentis; conlecta fatigat edendi
Ex longo rabies, et siccae sanguine fauces.
Haud aliter Rutulo, muros et castra tuenti,
Ignescunt irae; duris dolor ossibus ardet;
Qua tentet ratione aditus, et quae via clausos
Excutiat Teucros vallo, atque effundat in aequum.

62. EXERCENT: 68. IN AEQUOR

61 *tutis* Goth. sec. 62 *ille super* Goth. pr., indocte. (Colon post *exercent*, ne apodosin hinc ordiri putes, in semicolon mutavi; vid. V. L. ad I, 148. *Wr.*) 64 *siccaeque in s.* Schol. Lucani ap. Burm., perperam. 65 *petenti* Parrhas. (*moros* prior lectio fragm. Vat., qua nolim temere abutaris ad refingendam antiquam formam *moeros*. *Wr.*) 66 *et* (quod exstat in Palat. *Wr.*) ante *duris* meliorum codd. auctoritate recte eiecit Heins. *durus dolor* Gud. *ossib. haeret* Montalb. cum Mediceo Pier., sed *ardet* optimum etiam fragm. Vatic. 67 Legebatur: *qua via*, hoc est: *qua* parte *via*, accessio ad muros esset, ut bene Fabric. exposuit; ne *via* pro sexto casu haberetur. Satis tamen probabile mihi est, *quae via* a Marone fuisse scriptum, et in alterum deflexum: sicque Rom. cum plerisque aliis Pier. et Sprot. exhibebat: idque nunc reposui; utrumque Servius agnoscit. (*quae* etiam Dorph. I. Atque etsi *qua v. cl. Exc.* ita interpretari licet: qua inveniat viam, quae excutiat; tamen admodum probabile est, *qua* retractum esse ex initio versus. At illud vix dubites, quin Virgilius scripserit, ut scribere debuit, *aut quae*, coll. Q. V. XXXVI, 5.; non recte enim oppones, quae scripsi Q. V. XXXIIII, 1. *qua vice* Virgilium scripsisse existimat Withofius, *Kritische Anmerkk.* fasc. IV. p. 31. *Wr.*) *clauso* aliquot ap. Pier. 68 *Excutiet* duo Burm. *atque* abest Dorvill. *vallo Teucrosque e.* Ven. *in aequum* Rom. et Medic. cum fragm. Vatic. a m. pr., pari significatione, ait Heins. Recte, nec tamen eadem rerum notione. Aliud est, *in aequum locum* elici, ut v. 55 *aequo campo se dare*, aliud in *aequor* seu campos. Hoc vulgatius inter poetas: illud inter

ctu etiam ad Homerum habito, qui similia de leone persequutus erat Iliad. λ, 547 seqq. ϱ, 647 seqq. *nocte super media*, ultra mediam noctem, ut eum longa mora incensa fames ad rabiem agat; conf. v. 63. 64. *ira saevit* melius, quam *improbus ira* iungitur, ne altero loco abundet *ira*, altero autem loco *saevit* nudum et tenue relinquatur. *improbus* etiam solum per se de ira et fame et vehementiore quoque impetu dictum occurrit: inf. X, 727 *improba ora* h. avida. Quandoquidem *improbus* omnino est nimius, multus, vehemens. Illustratum ab aliis. conf. sup. Georg. I, 119 et ad 146. *asper* autem exasperatus de ira et rabie. *absentes* h. l. de inclusis ovibus. Suave autem hoc *saevit in absentes*, quod imitati passim sunt alii: Stat. II Theb. 133. Valer. Fl. III, 589, ubi v. Intpp. 63. 64. ornate; fames et sitis excru-

Digitized by Google

Classem, quae lateri castrorum adiuncta latebat,
Aggeribus saeptam circum et fluvialibus undis,
Invadit; sociosque incendia poscit ovantis;
Atque manum pinu flagranti fervidus inplet.
Tum vero incumbunt; urguet praesentia Turni;
Atque omnis facibus pubes adcingitur atris.
Diripuere focos; piceum fert fumida lumen
Taeda, et conmixtam Volcanus ad astra favillam.
Quis deus, o Musae, tam saeva incendia Teucris

scriptores historiarum. (*aequor* Palat. Reposui ex optimis libris *aequum*. Neque enim planitiem, campos, i. e. *aequor*, significare voluit poeta, quibus contrarius est altus, editus locus. At castra Troianorum in plano sita erant. Id consequi vult Turnus, ut aequetur pugna, quae adversus vallo et munimentis clausos iniqua erat; hoc autem est *in aequum effundere*. Probat *aequum* etiam Iahnius ad Ge. I, 340. Et nisi vehementer fallor, mentio maris vss. sqq. facta causam mutandae lectionis praebuit. *Wr.*) 70 *septem* Hamb. sec., *septa* Parrhas., et *cinctam* alter Voss. ap. Burm. *clausam* Rom. 71 *que* post *socios* deletum malim, nam infringit verborum vim. (Bene *sociosque*; per copulam indicatur ratio istius impetus, non ferro, sed igne tantum facti; neque enim ipsos Troianos adoriri hac via, sed castris elicere ad pugnam Turnus volebat; omissa copula ad impetum istum etiam ignium iaculatio accessisse significaretur. *ovantes* Medic. *Wr.*) 72 *fragranti* Medic. (quod, qui *fragrare* vulgo in *flagrare* mutari, *fragrare* autem etiam de malo odore dici meminit, revocandum fortasse censebit; et fragrat pinus ab incendio. *Wr.*) *manu* Dorvill. *infert* alios legere Fabric. monet. conf. Burm. 75 *D. socios* Goth. tert., indocte. *p. infert* Sprot. *f. fumum* alter Hamb. a m. pr. (*humida* Serv. Dresd. Wakef. ad Lucret. VI, 690. scribendum hic putat *pice differt*; at *piceum lumen* est, quod alibi dixit *atrum*; VII, 456.: „atro lumine fumantes taedas.“ *Wr.*) 77 *Qui deus* Gud. a m. pr.

ciat eum. 67. *quae via*, aditus ad muros, *excutiat Teucros*, facultatem et modum suppeditet eliciendi eos. (*quae via — Excutiat*, qua ratione excutiat; vid. V. L. *Wr.*) 68. *aequor* camporum haud dubie. (Sed vid. V. L. *Wr.*)

70. Comparant exemplum Hectoris et verba Iliad. o, 716 sqq. 72. *fervidus*, ut *fervidus instat* IX, 350. X, 788 et al. 74. *accingitur* facibus, armatur, instruitur, ut altero loco recte Serv., ut adeo mirum non sit, poetam supra VII, 187 *lituo trabeaque succinctum* dixisse. (sed vid. ibi Not. *Wr.*) 75. *focos*, quos a Rutulis extemplo exstructos fuisse cogitandum est; adeoque nunc taedas seu stipites in foco ardentes. Haerent intpp. cum Servio. Burmannus focos agrestium in vicis circumvicinis advocabat.

77 sqq. Fabulam, quae sequitur, de navibus in Nymphas mutatis, tamquam absurdam et epica gravitate indignam reprehendere in promtu est: et reprehenderunt eam multi, etiam e veteri-

Digitized by Google

Avertit? tantos ratibus quis depulit ignes?
Dicite. Prisca fides facto, sed fama perennis.
Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida
Aeneas classem, et pelagi petere alta parabat,

78 *tantis* Reg. cum Goth. sec. *qui* Ven. *detulit* Menag. pr. 79 *Discite* aliquot Burm. cum Goth. tert., indocte. *prisca fides facta est et f. p.* coni. Waddelii Animadv. Crit. p. 27, idque recepit Cuningham., sed vid. Not. *facto sit* Rom. ex *set.* (Medic. ap. Foggin. *fides factos et f. Wr.*)

bus, ut e Servio ad v. 82 patet: quandoquidem minore hoc doctrina indiget, quam argumentis idoneis eam defendere. Nec nos infitiamur, a nostris sensibus et phantasmatibus eam nimium quantum abhorrere. Nec vero Maro hoc non persensisse et ipse videri debet. Hoc enim erat, cur novo more aditum sibi ad narrationem muniret; Apollonii utique exemplo, lib. IV, 1381 sqq., ubi navem per deserta Libyae humeris Minyarum gestatam narraturus erat. Potuit autem inter veteres haec fabula minus displicere, cum ea vetere fama accepta esset; et Maro eam repetere potuit, cum veteres de Aeneae adventu fabulas pro gemmis et stellulis intexere telae suae semel suscepisset. Nec id facere cunctatus est Ovid. Met. XIV. Instructus quoque est aditus ad fabulam haud male: Quo tempore Aeneas pineta Cybelae sacra in Ida caedebat ad classem aedificandam, Iovi ea supplicaverat, ne naves tempestate mergerentur, et, cum Iupiter annuisset, eas non esse perituras, sed aeternum duraturas, scilicet ita, ut, quando Aeneam in Latium detulissent, in deas marinas mutarentur: Cybele nunc monet Iovem, tempus promissi servandi adesse. Ut autem in talem fabulam incideret vetustas, ita factum arbitror, primo quod *immortale*, *ἀθάνατον*, dixerunt quicquid diu durat et manet haud attritum, ut apud Pindarum antrum saxeum *ἀθάνατον*, apud Homerum *ἀθανάτην αἰγίδα*, potuere itaque etiam *νῆες ἀθάνατοι καὶ ἀγήραοι* dici; tum quod Dryades Nymphas arbores insidere et cum iis vivere ac deficere crediderunt homines. Promtum sic fuit, arbores recisas et in naves versas iterum ad pristinum numen reversas comminisci. Alio modo navibus in scopulos versis Homerus navigationem Phaeacum in miraculum converterat Od. *θ*, 557—564.

79. *Prisca fides facto, sed f.* non capiunt Serv. et alii. *Fides* est eius, qui aliquid tradit, vel rei, quae narratur, quae alias *auctoritas:* adeoque pro ipsa *narratione* ponitur. Igitur *facto* h. facti *prisca est fides*, narratio. Rem narrat traditam ab antiquis hominibus: sed constante fama ad seriores aetates propagatam.

80. De aedificatione classis cf. sup. III, 5. 6. *Ida* autem mons et ipse sacer magnae Matri deum,

Digitized by Google

Ipsa deum fertur genetrix Berecyntia magnum
Vocibus his adfata Iovem: Da, nate, petenti,
Quod tua cara parens domito te poscit Olympo.
Pinea silva mihi, multos dilecta per annos;
Lucus in arce fuit summa, quo sacra ferebant,
Nigranti picea trabibusque obscurus acernis:
Has ego Dardanio iuveni, quum classis egeret,

85. ANNOS, 86. *LUCUS 87. *NIGRANTI

82 *genetrix fertur* Rom., et sic Goth. pr. (*Berecynthia* Medic.; vid. V. L. ad VI, 785. *Wr.*) 83 *Da, n. parenti* Goth. tert. *gnate* unus Menag. alt. (vid. Q. V. XXXVIII, 3. *Wr.*) 84 *iam poscit* Ven. *domitor te p. Olympi* Waddel. ibid., ingeniose; sed conf. Not. 85 *delecta* Medic. cum Sprot. et Rottend. pr. 86 *tenebant* Gud. a m. pr. *parabant* Zulich. cf. VI, 810. Ceterum ad hos versus 85. 86. 87 neminem offendisse miror. Esse enim hiulcos et scabros, nec sententia cohaerere cum ceteris, ad sensum proclive est: *pinea silva mihi — Lucus in arce fuit —*, quorsum nunc memoratur *lucus in arce*, cum in Ida ad Antandrum classis aedificata esset? nec in acropoli Ilii caesa esse potuit materies navium. alter utique versus rescindendus erat. Nec satis consentaneum, si *pineam* silvam dixit, eandem facere *Nigranti picea et aceribus obscuram.* Praestabat delere duo versus, tamquam aliunde in margine appictos, mutato mox, iis illatis, voc. *Hanc* in *Has*; saltem includere eos, tamquam a poeta narratore, ad interpretationem insertos, in hunc modum: *Pinea silva mihi multos dilecta per annos* (*Lucus in arce fuit — obscurus acernis*) *Hanc ego D.* Verum, ut diximus, prorsus sunt alieni ab h. l. (Removi asteriscos versibus 86. et 87. appositos. Nescio, quid Heynium hic ita praecipitem egerit. Ne unus quidem horum versiculorum tolli poterit, quin

cf. v. 85. 86, non minus ac *Berecyntus*, Phrygiae mons et tractus, a quo h. l. nomen inditum; uti alias illa *Idaea dea* appellata est. cf. Strabo X, p. 718 C, et inf. X, 252 *Alma parens Idaea deum*. Consentaneum erat, ut pineta montis ei essent sacra. 84. *domito Olympo* adiectum quorsum sit, dubitari potest. Sequuntur interpretes, quos vidi, Servium, *Videtur*, inquit, *hoc dicere: Praesta ei, cuius beneficio servatus ad Olympi regna venisti. Saturnus enim cum omnes consumeret filios, Iovem solum esse non potuit, celatum matris* (Opis seu Rheae, quam eandem cum Cybele esse perhibent) *auxilio*. At nimis longe petitum hoc, cum hic de re, non recenti Iovis dominatione, sed Troiae captae tempore acta sermo sit; etsi doctum ac verum illud sit: cf. Apollod. I, 1, 3. Paravit quoque iterum sibi Olympi imperium Terrae opera Iupiter pugna cum Titanibus facta: ibid. I, 2, 1. Dicam equidem simpliciter, adiectum a poeta *domito Olympo*, pro eo, quod volebat, te domitorem, *potentem Olympi, regem deorum*, dicere, qui adeo posset precibus satisfacere. 85 seqq. suspectus locus; *silva* et *lucus* saltem per

Digitized by Google

Laeta dedi: nunc sollicitam timor anxius angit.

89. ANXIUS URGUET

omnia perturbes. 8i vs. 85. expungas, obscura erunt, quae proximo vs. leguntur, *in arce summa*; versum 87. tuentur, quae leguntur vss. 91. sq. *quassatae — vincantur — ortas*; quare ne *Has* quidem vs. 88. in *Hanc* mutare licet; denique idem vs. 87. stare non potest deleto vs. 86. Iam cave putes verbum *fuit* spectare etiam ad superiora illa *Pinea silva mihi*, ubi subintellige *est*, uti supra VIII, 659.: „Aurea caesaries ollis, atque aurea vestis." Quamobrem comma in fine vs. 85. mutavi in semicolon. Iam nihil est, quod reprehendas in tali oratione: Pinea mihi est silva; in ea lucus fuit piceis et aceribus consitus, quas ego arbores Aeneae concessi. *in arce*, i. e. in montis, cuius reliquam partem obtinebat illa silva, vertice, ut ipse Heynius in Nota explicat; et fuit lucus, quia iam, caesis arboribus, esse desiit; ferebant autem, non ferunt, quippe Troia diruta, qui sacra illuc ferret, nemo erat. Vossius in vernacula interpretatione, quem sequuntur Weichert. *De verss. iniur. susp.* p. 97. et Iahnius, ita haec ordinat: *Fuit pinea silva, mihi m. d. p. annos, lucus in arce summa*; sed ita primum displicet *mihi*, non satis aptum loco principi, tum manet illa difficultas, quod pinea silva piceis et aceribus obscura dicitur; nam quamquam in pinea silva etiam picea et acer esse potest, tamen adiectivum *obscurus* tantam indicat earum arborum multitudinem, ut, quomodo sua silvae pineae notio constare possit, non intelligatur. Gravius interpunxit post *annos* etiam Ruhkopfius; idem tamen delevit interpunctionem in medio versu, offensus haud dubie, sed immerito, omissione verbi substantivi; et post *mihi* interpungitur etiam in Mediceo. *Wr.*) 89 *anxius angit* retinuerat Heins. codicum omnium et Pier. et suorum auctoritate motus: uno Voss. sec. excepto, cui adde Goth. tert., in quibus *urget* reperitur, quod vett. edd. occupat, nec modo Saec. XVI, quod Heins. putabat, verum Saec. XV quoque, ut Ven. 1484, 1486, 1495, Norimb. 1492 etc., etiam edd. e rec. Egnatii, et Iuntinas etc. Laudat Burm. pro hac lectione unam Aldinam: scilicet pr. et sec.; at tertia e Naugerii emendatione, et quae ex ea fluxere, *angit* habent; quod iterum expulit H. Stephanus. Praestat haud dubie h. l. *urget*: estque locus exempli memorabilis inter ea, quibus librorum optimorum vel omnium consensus et auctoritas criticis rationibus, a sermonis proprietate et elegantia petitis, posthabenda est. *anxius angit* inepta esset allitteratio. (Ego vero studio quaesitam puto hanc alliterationem a Virgilio, quo magnam quandam significaret sollicitudinem. Et recte ab editoribus defenditur illud apud Ciceronem de Orat. I, 1.: „maximae moles molestiarum." Neque iners esse epitheton *anxius* subiecto verbo *angit*, docet idem Cicero Tusc. IV, 12.: „Differt anxietas ab angore; neque enim omnes anxii, qui anguntur aliquando, nec, qui anxii, semper anguntur." Denique aperte imitatus est Virgilius, si non alium antiquiorem poetam, Lucretium, apud quem ita exstat III, 1006.: „Quem volucres lacerant atque exest anxius angor." vid. ibi Forbiger. Itaque revocavi *angit*, cui lectioni ob codicum auctoritatem patrocinatur etiam Iahnius ad VI, 310. Et si antiquum hoc, ut videtur, *anxius angit*, praeclare id convenit dignitati loquentis. *Wr.*)

appositionem dicta puta. (Sed vide, quae disputavi in V. L. ad vs. 86. *Wr.*) 86. *in arce*, in vertice Idae: esset τὸ Γάργαρον ἄκρον, Iliad. ξ, 292. In hoc igitur sacra fieri solita Matri Idaeae. cf. ad v. 80, uti Iovi eodem in loco Iliad. Θ, 48. (—

Digitized by Google

Solve metus, atque hoc precibus sine posse parentem,
Neu cursu quassatae ullo, neu turbine venti
Vincantur; prosit nostris in montibus ortas.
Filius huic contra, torquet qui sidera mundi:
O genetrix, quo fata vocas? aut quid petis istis?
Mortaline manu factae inmortale carinae
Fas habeant? certusque incerta pericula lustret
Aeneas? cui tanta deo permissa potestas?

91. Ne c.

90 *atque haec* tres Burm. 91 *Neu c.* Heins. post Pier., librorum consensu. Male; et verius vulgo *ne*; duo Burm. *nec*; unus *non*. (*Ne cursu* Palat. cum 5. 8.; *ne turbine* idem Palat. *Neu — neu* fortius; vid. Q. V. XXXVI, 14. Et plurimorum optimorumque codd. lectionem iniuria ab Heynio damnatam censet etiam Iahn. Revocavi igitur *Neu c. Wr.*) 93 *torquet q. s. m.* adsuta putabat vir doctus apud Burm., cui adstipulor. (Apte haec adiecta, *torquet qui sidera mundi*, ad augendam, cuius plenus est totus hic locus, dignitatem et gravitatem; nihil autem tali Iovis magnaeque Deum matris colloquio magnificentius. Et tuetur haec consimilis locus, quo non offensum esse Heynium sane mireris, X, 100.: „Tum pater omnipotens, rerum cui prima potestas.“ *Wr.*) *s. caeli* Leid. et Goth. tert. 94 *fucta* Dorvill. *quo f. trahis* codex Ge..Fabricii, pr. Rottend. et Exc. Burm. a m. pr., et sic Servium aiunt legisse. (*trahis* praescribitur scholio Serv. Dresd.; vid. Q. V. XVI, 1. *Wr.*) *an quid* Sprot. *aut qui p.* Reg. 95 *fictae* sec. Moret. 96 *lustrat* Zulich. Malim et h. l. *certusve*. (at vid. Q. V. XXXVI, 7. *Wr.*)

89. vid. V. L. *Wr.*) 92. *ne vincantur*, solvantur et submergantur. (—93. *torquet sidera*, i. e. cursum eorum regit. Ge. I, 174.: „Stivaque, quae cursus a tergo torqueat imos.“ Aen. III, 532.: „proras ad litora torquent.“ Et recte Heyn. ad VI, 798.: „*Atlas Axem humero torquet stellis f. aptum*: sustinet torquentem se et vertentem.“ cfr. eiusd. Not. ad IV, 482. Eodem modo fortasse etiam IV, 269.: „coelum et terras qui numine torquet;“ si poetam de terra circum axem se circumagente cogitasse statuis; sed licet hoc etiam per Zeugma dictum existimare, ut, quum proprie coelum torqueri dicatur, communem regendi notionem inde repetas; sic *bella torquere* XII, 180., quamquam in hac quoque elocutione agnosco quandam movendi significationem: i. e. regere et quasi flectere mutabiles rerum ac fortunae in bello vices. Wakefieldio ad Lucret. V, 434. currus, quibus numina stelligera vehantur, vel axes orbium revolubiles, nostro loco respici videntur. *Wr.*)

94. *quo fata vocas?* invertis, mutas; uti fata *verti*, *flecti*, *mutari*, dicuntur: *aut quid petis istis* trabibus seu navibus (h. in earum gratiam; non ut Burmann. *pro istis*). *immortale fas;*

Digitized by Google

Immo, ubi defunctae finem portusque tenebunt
Ausonios olim, quaecunque evaserit undis,
Dardaniumque ducem Laurentia vexerit arva,
Mortalem eripiam formam, magnique iubebo
Aequoris esse deas: qualis Nereia Doto
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
Dixerat: idque ratum Stygii per flumina fratris,
Per pice torrentis atraque voragine ripas
Adnuit, et totum nutu tremefecit Olympum.
Ergo aderat promissa dies, et tempora Parcae
Debita conplerant; quum Turni iniuria Matrem

99. AUSONIOS, OLIM Q.

98 *fines* tres Burm. 99 *undas* pro div. lect. sec. Moret. a pr. m. Erf. et Servius pro div. lect.; exquisitius altero haud dubie, iudice quoque Heinsio. (eadem diversitas infra XI, 702. *olim*, quod mutata distinctione ad praegressa retraxi, non satis commode adiunctum ab Heynio fuerat subsequentibus. *olem* in Medic. fuerat, correctum a recenti manu; praeterea constanter in eodem *olim*. *Wr.*) 100 *ad Laurentia* Leid. *et L.* Rom. (cum Palat. *Wr.*) *in L.* emendabat Cuningham. cum Waddel. Animadv. Crit. p. 28, quasi hoc novum esset in poeta, ut praepositio exulet. *vexerat* Medic. a m. pr. *duxerit* Ven. et Leid. 102 *quales* aliquot Pier. et multi ap. Burmann. (qui, ignoratur; Medic. certe *qualis*. *Wr.*) *Doto*, Δωτὼ, codd. fabularumque (adde Homeri Iliad. σ, 43. 45.) auctoritate restituit et adstruxit Pierius, quem vide cum Cerda. Vulgo *Cloto*, vel *Clotho*. cf. ad Valer. Fl. I, 134. 103 *Aut G.* Rom. *sp. vertice* pr. Hamb. pro var. lect. et Ed. Ven. Burmann. 104 *atque r.* quatuor Burm. cum Goth. tert. 105 *Perspice* Goth. sec. 108 *complerunt* Zulich. a m. pr. *complerent* Dorvill. *compulerant* Leid.

h. l. pro conditione; ut ius. *certusque incerta;* ut ab initio statim certum et exploratum habeat Aeneas, in periculis instantibus se incolumem fore. 98. *Immo, ubi* — Ne procellis et fluctibus obruantur naves, se prohibere haud posse, ait Iupiter; ut vero eae, quae Aeneam incolumem in Latium detulerint, in deas marinas mutentur, se provisurum esse. *defunctae*, quod plenius VI, 83 *magnis pelagi defuncte periclis*. 99. *quaecunque evaserit undis*. Non enim omnes evaserant; sed unam Orontis tempestas merserat mari: I, 113., quatuor aliae incensae a mulieribus in Sicilia: V, 699. Ergo ex XX navium numero non nisi XIV incolumes Tiberim intraverant. 105. *amnes rapidos et atros* voluit dicere. 106. Inferiora haec Homericis Iliad. α, 528 seq. Ἥ καὶ κυανέῃσιν — iudicant Grammatici apud Macrob. V, 13. at non ubique eadem sententia iisdem ornamentis amplificari potest aut debet.

107. *debita* fato; VII, 120 *fatis mihi debita tellus*. (sed vid. Not. ad VIII, 375.; *tempora*

Digitized by Google

Admonuit, ratibus sacris depellere taedas.
Hic primum nova lux oculis offulsit, et ingens
Visus ab Aurora coelum transcurrere nimbus,
Idaeique chori: tum vox horrenda per auras
Excidit, et Troum Rutulorumque agmina conplet:
Ne trepidate meas, Teucri, defendere navis,
Neve armate manus; maria ante exurere Turno,
Quam sacras dabitur pinus. Vos ite solutae,
Ite deae pelagi; genetrix iubet. Et sua quaeque
Continuo puppes abrumpunt vincula ripis,

117. ITE,

109 *ratibus sacris* post Pier. Heinsius secundum libros meliores; vulgares: *sacris ratibus*. (sic Palat. *Wr.*) Cerda, lapsu puto calami, *s. trabibus*. Diomedes lib. II laudat: *ratibus sacras d. t.* 110 *offulsit*, quod iam e Naugerii emendatione tenebam, Heins. e melioribus, Romano quoque aliisque Pier., in quibus *offulxit* vel *obfulxit*; conf. inf. 731. Vulgg. *effulsit*. conf. Heins. (*effulsit* Palat., adscitum, ut videtur, e vs. 731. Nimirum lux h. l. ἐπιλάμπει τοῖς ὀφθαλμοῖς, *offulget*, infra autem vs. 731. ἀπολάμπει τῶν ὀφθαλμῶν, i. e. *effulget*, ut XII, 101.: „Totoque ardentis ab ore Scintillae absistunt." *Wr.*) 111 *nimbos* Goth. sec. *nubes* Sprot. pro var. lect. 112 *Idaeumque chorum* Zulich. *Iteique cori* Dorvill. *Idaeique chori tum vox h.* videntur alii iunxisse, ut Donatus: ut *vox chori I.* audiretur; sed languet sic oratio. *cum vox* duo Rottend. *per aures* pr. Rottend. a m. pr. Vs. sq. Heinsius malebat *accidit*. 117 *genetrixque iubet, sua* aliquot Pier., minus bene. (Ut modo *solutae*, ita h. l. *deae*, — qui non est vocativus, sed nominativus, — per appositionem adiectum est verbo *Ite*; quare sustuli comma post *Ite*. *Wr.*)

Parcae debita iungit Wagner. ad Val. Flacc. III, 461. *Wr.*) 110. *Hic primum*. Argutatur cum aliis Catroeus, etsi Burmannus non improbat, dum respici credit seriora tempora, quibus Cybele Pessinunte fuit arcessita Romam et templis recepta. Nam *primum* refertur ad v. 112 *tum* vox audita. 112. Paullo durius, sed, ut poeticam orationem decebat, iunctum: *nimbus Idaeique chori*, visus nimbus, nubes transcurrere per caelum, et visi sunt chori, h. e. chorus, qui Matrem deum comitari solebat, Corybantum puta, in nube illa abditus et inclusus. Pro commentario est Ovidii locus Met. XIV, 536. 537. 538, ubi hoc idem prodigium exponitur, imitatione Virgilii. Etiam in sacris adventus deae, etsi non visae, magno strepitu tibiarum et tympanorum declarari solebat. Incedit dea *ab Aurora*, ab Oriente, relicto Berecynto et Ida. 113. vox *agmina conplet*, proprie aures, loca, in quibus illa agmina habentur. 114. Tum dea Teucros vetat *laborare*, et navibus defendendis operam dare.

118. *puppes*, non prorae; nam puppes sunt ad littus ver-

Digitized by Google

Delphinumque modo demersis aequora rostris
Ima petunt. Hinc virgineae, mirabile monstrum,
Reddunt se totidem facies, pontoque feruntur.
Obstupuere animi Rutulis; conterritus ipse
Turbatis Messapus equis; cunctatur et amnis
Rauca sonans, revocatque pedem Tiberinus ab alto.
At non audaci Turno fiducia cessit;

121. *QUOT PRIUS AERATAE STETERANT AD LITORA PRORAE* 123. ANIMIS RUTULI 126. CESSIT FIDUCIA TURNO

119 *diversis* Zulich. *dimersis* sec. Moret. *demergi* Exc. Burm. *aequore* Ven. 120 *mirabile dictu* Rom. 121 *Quot prius.* Notatus versus tamquam alienus et ex libX, 223 huc retractus, damnatusque auctoritate meliorum codd., a quibus abest (adde fragm. Vatic.), a Pierio, Ge. Fabricio, Heinsio, aliis, etiam deterioribus, ut Erf. In iis codd. et edd., in quas illatus est, modo ante, modo (ut in Palat. *Wr.*) post seqnentem: *Reddunt s. t.* reperitur. In Goth. vero tert. versui demum 142 subiicitur. Variant etiam in voce *prorae*; in aliis *puppes*, in aliis *naves*. v. Pier., Cerda, Burm.; et *in littore* duo ap. Burm. Eiectus quoque est versus ex edit. Parm. ut et ceteri huius libri versus suspecti 29. 151. 529. (Conveniunt in hunc versum, quem iam eieci, *gravissima vοθείας* indicia: codicum optimorum, a quibus exsulat, auctoritas, incerta in iis, in quibus legitur, sedes, tum triplex in extremo voc. diversitas, qualis saepe exsistit in verbis memoriter adscriptis, denique manifesta origo et aperta fraus librariorum. Tuetur tamen eum Weichert. *De versu. iniur. susp.* p. 66., quod vox *totidem* vs. 122. requirat, quod sibi respondeat *Quot.* At recte Iahnius: „Intruserunt eum librarii, ut voc. *totidem* explicarent, quippe nescientes, huius vocis interpretationem in vv. *et sua quaeque ... ima petunt* contineri.“ *Wr.*) 122 *Redduntur t.* aliquot Pier., et *facies totidem* Ven. *ferentur* pr. Rottend. 123 *animis Rutuli* edd. fere ante Heins., qui sequutus est Medic. Sprot. (adde Goth. sec. et Erf.) et Gud. a m. pr. (quibus accedit 8. *Wr.*) *animi Rutulis*, ut oratio varietur. Idem fecerat sup. II, 120. Ego praeferam vulgatam hanc: *Obstupuere animis Rutuli*, ut elegantiorem: quam fragm. quoque Vatic. firmat cum Rom. (etiam Palat. Quum II, 120., ubi vid. V. L., et V, 404. poeta dixerit *Obstupuere animi*, semel, metro nimirum cogente, VIII, 530. *Obstupuere animis alii*, satius videtur h. l. Medicei lectionem amplecti, Servio quoque agnitam, qui alteram ne nosse quidem videtur. Quod si cui haec asperiora videantur, *Rutulis — Turbatis — equis*, ego studio quaesitam putaverim hanc asperitatem; cfr. V. L. ad Ge. I, 157. *Wr.*) 124 *Turbatus* Rom. *Mesapus*, *Messapus*, *Mesappus*, *Messappus*, in libb. *et amens* Parrhas. a m. pr. 126 *Turno fiducia cessit* aliquot Pier. omnesque Heins., exceptis altero Hamb. et Ven. et Goth. tert., haud dubie insuavius ad aurem. (Codicum

sae. v. VI, 3. 4. 5. 122. *reddunt se*, ἀναδιδοῦσι; iterum emergunt, prodeunt. 125. quod VIII, 240 minus ornate: *Dissultant ripae, refluitque exterritus amnis.* Quod *Messapus* memo-

Digitized by Google

Ultro animos tollit dictis, atque increpat ultro:
Troianos haec monstra petunt; his Iuppiter ipse
Auxilium solitum eripuit; non tela, neque ignes
Exspectant Rutulos. Ergo maria invia Teucris,
Nec spes ulla fugae; rerum pars altera ademta est.
Terra autem in nostris manibus; tot millia, gentes

129. NEC I.

longe potiorum fidem secutus sum, quod fecit ante me Iahnius. Si h. l. parum suavis hic positus, non video, quare idem X, 276., ubi eadem eodem ordine leguntur, suavior videri possit. Nempe hoc, quod debuit, dicere voluit poeta: „Non Turno, ut reliquis, cessit fiducia;“ non illud: „Non cessit, sed perstitit, Turno fiducia.“ Scilicet oppositorum ratio ubique diligenter habenda; quod si fecisset Heynius infra vs. 132., non commendasset vitiosum, qui est in quibusdam codicibus, et non Latinum verborum ordinem *in manibus nostris. cessit fid. Turno* Palat. *Wr.*) 127 *dictis tollit* sec. Moret. *tollit, dictis atque increpat ultro* Ed. Dan. Heins. *animos* autem Rutulorum esse, quos tollit Turnus, quis dubitet? 128 *petant* alter Hamb. 129 *neque ignes* vetustiores Heins. et alii. (in quibus fragm. Vatic.; et recepi; vid. Q. V. XXXII, 9. *nec* Palat. *Wr.*) In sensu alterius hemistichii haerent Intpp.; Faber post Ortuin. emendat: *nunc telaque et ignes.* Burmannus multis verbis nihil expedit. Sententia tamen expedita satis per se: *his Iupiter ipse auxilium solitum* (navibus amissis, quibus fugere possint) *eripuit*, adeoque eos perdidit; nec adeo ad eos perdendos opus est nostra opera: *non tela nec ignes Expectant Rutulos.* Ex vulgari satis usu loquendi expectamus ea, quae omnino futura sunt, adeoque et mala, quae imminent. 131 *demta est* Rom. Montalb. Servius Danielis, Goth. pr., et alteri deest *est.* 132 *in* deest Ed. Ven. Burm. *in nostris manibus* praetulit ordinem Heinsius secundum libros; adde fragm. Vatic. In aliis: *in manibus nostris*, quod quidem mollius ad aures videtur. (*in man. nostris* Palat. cum 5. 7. Negavi ad vs. 126. Latinum esse hunc verborum positum. Non enim ita loquuntur Latini: *in manu mea est*, sed *in mea, tua, vestra manu est*; ut fere etiam *mea, tua sponte*, non *sponte mea, tua*, nec *crede mihi*, sed *mihi crede.* Qua in re falluntur, qui aurium iudicium, nimis illud fallax, sequendum, maximeque choriambum in pedestri oratione fugiendum putant, quasi non etiam *nobis crede*, sed *crede nobis*, dicendum sit. Videlicet quum maior in his sit vis pronominis, quippe quod spectet ad

ratur, puta factum, quia is inter primos infesti Rutulorum exercitus duces erat: VIII, 6.

126 seqq. Audacia Turni praeclare a poeta inter metum ceterorum declaratur. (—127. *Ultro*, vid. Q. V. XXVII, 1. *Wr.*) 129. *non tela*, perituri sunt, antequam nos telis et igni eos petamus. cf. Var. Lect. 131. *rerum pars altera*, pro vulgari: altera res, alterum. Alterum, mare, ipsis interclusum est, combusta classe; alterum, terra, in nostra est potestate: nam, Troianis vallo inclusis, Rutuli loca vicina obsident ac tenent. 132. *tot millia, gentes Italae*, per appositionem, pro vulgari, tot millia gentium Italicarum, h. e.

Digitized by Google

Arma ferunt Italae. Nil me fatalia terrent,
Si qua Phryges prae se iactant, responsa deorum.
Sat fatis Venerique datum, tetigere quod arva
Fertilis Ausoniae Troes. Sunt et mea contra
Fata mihi, ferro sceleratam exscindere gentem,
Coniuge praerepta; nec solos tangit Atridas
Iste dolor, solisque licet capere arma Mycenis.
Sed periisse semel satis est. Peccare fuisset

aliquod oppositum, illud, etiam, ubicumque metrum permittit, poetis priore loco collocandum est. Itaque cave pronunties, ut vulgo fit, *mihi crēde, sua spónte*, sed *mihi crede, súa sponte. Wr.*) *gentis* pars codd. Pier. et edd. cum Mediceo. At alii, inter quos Rom., Oblongus et Medic. Pierii, cum fragm. Vatic. *gentes*, haud dubie doctius, ut per appositionem sit: *tot millia*, eaque *gentes Italae*: pro vulgari *tot millia gentium Italicarum* vel *Italorum*. (Etsi Medicei lectionem defendere liceat, vid. a me notata ad Eleg. ad Messal. p. 58., retinui tamen alteram plerorumque codd. fide commendatam, modo ne ita, ut Heynius, intelligas: *eaeque* vel *et eae quidem*. Est haec appositio ex eo genere, quod rarius invenitur in Aeneide, frequentius in Bucolicis, quale illud: *veteres, umbrosa cacumina, fagos. Wr.*) 133 *ferant* pr. Hamburg. pro div. lect. *Itali* sec. Rottend. (*nihil* Medic. et fragm. Vatic. *Wr.*) 134 *pro se* sec. Moret. 135 *Stat* deterrimus liber, Franc., cum Goth. tert. *datum est* ante Heins., qui post Pierium meliores libros et exempla similia est secutus; tuetur τὸ *est* fragm. Vatic. cum Rom. (et Palat.; idque Iahnius restituit; sed vid. Q. V. XV, 9.; omittunt etiam 2. 3. 8. *Wr.*) *quid arma* alter Hamb. 137 *excindere* itidem deteriores: *excidere* Hugen. cum Erf. *scindere* duo Moret. 138 *praerapta* Franc. *an solos* ap. Macrob. IV Sat. 4. nec male, etsi mendose. vid. Heins. *solos an* coni. Cuningham. (quod immerito probat Santen. ad Terent. Maur. p. 261.; vid. V. L. ad XI, 298. *solus* prius scriptum fuerat in fragm. Vat. *Wr.*) 140 *Si p. s.* pars codd. Pier. et Heins. et Goth. tert., male probatum Pierio: multo enim gravius alterum est: *Sed periisse semel.* Hoc etiam Rufinian. tuetur p. 270, ubi v. Ruhnken. *Cum p. s.* pr. Rottend. Tum *peccasse* aliquot Pier. et duo Heins. Similis locus ap. Silium XVII, 442 *Sed fugisse satis fuerit* etc.

Italorum, in armis sunt adversus Troianos. (non: millia gentium Italicarum; sed *millia* hic i. q. *millia hóminum;* sic supra VIII, 496.: „His ego te, Aenea, ductorem millibus addam.“ vid. etiam V. L. *Wr.*) 134. De his vaticiniis cf. supra dicta Disquis. II, s. VI. 135. *Venerique* lib. I, 257 sqq. Turnus tamen simpliciter de fatis in Aeneae gratiam a matre Venere quocunque tandem modo ordinatis cogitare potuit. Quod illa Iovem precibus exoraverat, rescivimus nos, a poeta nobis proditum. 138. 139. Non solus Menelaus raptum coniugis Helenae ulciscitur. Homericum Iliad. ι, 134. 341 Οὐ μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων Ἀτρεΐδαι etc. iam Macrob. V, 9 comparavit. Reliqua 140 seqq. paullo argutiora et ῥητοριχώτερα

Digitized by Google

Ante satis, penitus modo non genus omne perosos
Femineum. Quibus haec medii fiducia valli,
Fossarumque morae, leti discrimina parva,
Dant animos. At non viderunt moenia Troiae
Neptuni fabricata manu considere in ignis? 145
Sed vos, o lecti, ferro quis scindere vallum

146. QUI

141 *modo nec* aliquot Pier., unde natum esse apparet *modo nunc g.* Ven., etsi sic corrigebat Markland. ad Statium p. 284. Sed mirum est viros doctos in loco hoc nodum quaerere, aut in eo solvendo adeo laborare potuisse. *modo non*, ut *tantum non omne*, quoties non occurrit? *perosos* recte retinuit Heins. Etiam satis esse debebat ante, semel peccasse eos, perosos genus femineum modo non omne. *perosis* Gud. a m. pr. *perosum* aliquot Pier., multi Heins. et Burm., et inter eos Gud. a m. sec. cum Carisio et Schol. Statii. In Mediceo erat *perosos* et emendatum *u* h. e. *perosus*: similem licentiam deprehendimus in fragm. Vatic. *perosos* etiam Rom. exhibuisse videtur, et constanter illud retinent edd. vett., quas evolvimus. (*perosos* est prior et Medicei et fragm. Vatic. lectio. *Wr.*) 142 *f. belli* alter Hamb. 143 *mora et* Rom. *discrimine parvo*, minus eleganter, pars codd. Pier. et Heins. cum ipso Medic. et fragm. Vatic. a pr. m., et sic fere edd. ante Heins. (Etsi hic ablativus aliquo modo explicari intelligique potest, tamen altera ratio ita est comparata, ut ultro se poetae obtulisse videri debeat; ac tuentur hanc codices minime contemnendi, in quibus uterque Mentelianus, praeterea Palat. et Serv. Dresd. et antiquior his ac locupletior testis Donatus; est eadem altera fragm. Vatic. lectio. Sed quod plurimum in tali re ponderis habet, manifestum est, unde reiecta lectio illata sit; nam, ut taceam X, 511.: „*tenui discrimine leti*," legitur hemistichion prorsus idem III, 685.: „*leti discrimine parvo*." At saepe iam vidimus, quot vitiosas lectiones etiam in praestantissimis libris peperierit similium locorum recordatio; cfr. V. L. ad VII, 528. *letis* Medic. a m. pr. *Wr.*) 144 *At non* Heins. post Pierium e melioribus libris vindicavit: vulgo *An non*. Utramque lectionem Servius memorat. conf. VII, 363 *At non sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor*; ubi eadem varietas. 146 *At vos* qu. Moret. *Sed vos electi* aliquot Pier. et Reg. cum Dorvill. *selecti* Mentel. pr. a m. pr. *o laeti* Parrhas. a m. pr. *qui* Heins. post Pier. e bonis libris, ex solita elegantia. cf. sup. v. 51. Vulgo *quis*. (quod restitui; vid. Q. V. XXII, 3. Elegantiam istam nescio quam frustra iam quaeres vs. 51. *Wr.*) *scandere* Goth. tert.

esse videntur: sed, dicat aliquis, satis est Troianos semel ultimam calamitatem esse expertos; nec probabile fit, cum dii tantis periculis eos servatos in Italiam adduxerint, nunc iis exitium adfuturum esse. Ita vero satis etiam habere debebant, semel rapuisse feminam; quippe qui ex raptu Helenae ea mala experti sint, ut *modo non omne* h. e. totum genus femineum perosi esse debeant; tantum abest, ut novum raptum, Laviniae, meditentur. *Quibus haec.* Ex ira oratio durior. (vid. de hoc usu pronominis relativi V. L. ad III, 10. *Wr.*) Dat iis hoc vallum, haec fossa, quibus exitium morantur paullulum, fiduciam: an non vero

Digitized by Google

Adparat, et mecum invadit trepidantia castra?
Non armis mihi Volcani, non mille carinis
Est opus in Teucros. Addant se protenus omnes
Etrusci socios. Tenebras et inertia furta

151. *PALLADII, CAESIS SUMMAE CUSTODIBUS ARCIS*

147 *Apparet* aliquot Pier. 151 Versus totus remoratur impetum loquentis Turni, ita ut orationem liberatam eo esse pervelim. Observat quoque Burmann., Freinshemium ad Curt. IV, 13, 8 hemistichium, ex lib. II, 166 repetitum, ab alia manu adsutum putasse. Nunc video Iacobum Bryant hoc ipsum furtum versus ex alio loco subrepti agnoscere, et Bruncknius caussam aliam docte adiicit (praef. p. VI), quod secundus casus Augusteo saeculo *PalladI* erat, non *Palladii*. Exulat etiam versus ex ed. Parmensi. (Eieci versiculum plane insulsum; qui enim Palladium furari poterat Turnus idque ex arce? Recte Bruncknius: „In castris Troianorum nec arx erat summa, nec Palladium." Nec patrocinantur huic versui, ut putat Iahnius, vss. 138. 139. 152. 155., quorum longe alia est ratio. Negat idem, certa esse, quae de forma genitivi *Palladii* praecipiantur, laudans Seebodii *Biblioth. crit.* a. 1824. fasc. VIII. p. 878. Quem librum quum in nostra urbe frustra quaesierim, certe ad ea respondebo, quae scripsit Forbiger. in *Dissert. de Lucretii carmine cet.* not. 41. Is eam fuisse populi consuetudinem, Ennii iam temporibus introductam, opinatur, ut nominum in — *ius* et — *ium* desinentium genitivos in — *ii* miserint; cultioris tamen orationis studiosos veterem formam plerumque retinuisse. At de communis sermonis usu dubitare nos non sinunt poetae comici, locupletissimi testes, qui plane respuunt longiorem istam genitivi formam. Ex Ennio quod laudari solet *Tarquinii corpus bona femina lavit et unxit*, aut secundum Donatum, ut vidit Weichertus l. infra laud., scribendum est *Exin Tarquinium bona f. l. et u.*, aut *Tarcäïni corp. bona f. l. et u.*, quod nunc video etiam E. S. ad Ennii fragmm. Annal. p. 57. suspicari. Nec moveor alio exemplo, quod ex eodem poeta attulit Forbigerus, *Brundüsii* p. 157. edit. Hessel.; quod oppidum Graecis et Βρενδέσιον et Βρεντήσιον vocatur. Quid igitur, si duplex etiam apud Romanos fuit huius nominis mensura? aut si *Brentēsi* vel *Brundēsi* scripsit Ennius, quemadmodum exstat in Torrentini Edit. Digest. l. VL. tit. 1. leg. 21. l. XIIII. tit. 1. leg. 1. l. XVIIII. tit. 1. leg. 3. Lucretii versum V, 1004. insititium esse, viderunt iam alii. Virgilii vero III, 385., ubi *Ausonii* adiectivum est, ne afferendus quidem erat. Quid? quod is ipse Virgilius, quo vitaret hanc genitivi formam, supra IV, 168. scripsit: „conscius aether Connubiis;" qua structura nusquam praeter hunc locum usus est. Denique Manilium minime licebat testem hac in causa citare. Sed ad Virgilium ut redeam: ὀβελίζουσιν hunc versum etiam Schrader. Emendatt. p. 203. et Weichert. in *Dissert. de Verss. iniur. susp.* p. 60., apud quem, si videtur, et apud Forbig. ad Lucret. V, 1004., tum apud Schmid. ad Horat. Epist. I, 6, 26. cognoscere poteris, qui de illa genitivi forma et olim

multo munitiora Troiae moenia eversa viderunt? Argutum est illud 143: *leti discrimina parva;* quod de navigantibus simplicius Homer. Iliad. ο, 628 τυτθὸν γὰρ ὑπ' ἐκ θανάτοιο φέρονται. 146. animosius, quam Homericus Hector Iliad. μ, 440. 1. Respicit autem Turnus arma a Thetide Achilli apportata et classem Achivorum. 150. 151. v. sup. lib. II, 164 seqq. Insi-

Digitized by Google

Ne timeant; nec equi caeca condemur in alvo:
Luce, palam, certum est igni circumdare muros.
Haud sibi cum Danais rem faxo et pube Pelasga
Esse putent, decumum quos distulit Hector in annum.
Nunc adeo, melior quoniam pars acta diei,
Quod superest, laeti bene gestis corpora rebus
Procurate, viri; et pugnam sperate parari.

158. PARATI

et nuper scripsere. Ceterum hunc versum etsi libri mss. ad unum omnes cum Donato exhibent, cfr. V. L. ad III, 690., Servius praeteriit; quod, quamquam rem hoc argumento non confici intelligo, tamen non putavi negligendum. Sed oblata hac occasione redeundum est ad Aen. III, 702., ubi miror quomodo factum sit, ut silentio praeterierim formam voc. *fluvii*. Aut scribendum ibi *a fluvio*, quod suadet Martinus, aut rescindendus est, ut potius reor, versus illepidus. *Wr.*) *caecis* Goth. tert. *latae* in Rom., in aliis Pierianis *late c. a.*, minus bene. (ita cum 8. etiam fragm. Vatic., in quo a manu longe recentiore superscriptum *summe*. *Wr.*) 152 *Nec* alii ap. Burm. *Retineant* Goth. sec. (*n e c equi*, vid. Q. V. XXXII, 13. *Wr.*) *caeco* aliquot Pier. cum Regio Burm. *claudemur* Bigot. cum Goth. tert. *condemus* Montalb. *condentur* duo Moret. *alveo* Rom. 154 *saxo* Goth. tert. *et puppe* sec. 155 *putant* tres Burm., et *ferant* aliquot Pier. et Heins. cum fragm. Vatic. (ita etiam Palat. cum 3. 8.; memorabilis lectio. *Wr.*) *decumum* v. Pier. 156 *nunc ideo* fragm. Vatic. *quoniam melior* Ven. et Goth. tert. *diei est* aliquot Pier. et Heins. cum uno Goth., quod tenuem facit orationem. (omittunt *est* Medic. fragm. Vatic. Palat. cum 7., addit Rom.; in Mediceo quidem, teste Fogginio, adiectum *est* ab alia manu; vid. Q. V. XV, 2. 10. *Wr.*) 158 *parati* revocavit Burm., quoniam *milites parati* ad pugnam centies dicuntur. Altera lectio ob codicum consensum a Pierio et Heinsio erat probata: *pugnam sperate parari*. Accedit fragm. Vatic. et nunc Wakefield, laudato cod. Collegii Iesu. (Revocavi etiam a Iahnio restitutam lectionem omnium codd. Pierii, Heinsii, Dorphii, edit. Vinar. 1826., utriusque Lips., tum Servii. *parati* exhibent soli Palat. et Moret. sec. Ita tamen etiam Macrob. V, 9. et

dias per noctem non struemus: ut *furtum* toties: ut IX, 350. X, 735. XI, 515. 155. *quos distulit Hector:* docte pro vulgari, quorum conatus et consilia repressit et retardavit per annos decem. conf. XI, 288—290. Hinc eleganter illud Abronii Silonis apud Sen. Suasor. II, et in Anthol. Lat. p. 87 *belli mora concidit Hector*.

156. Comparant Odyss. μ, 291 sq. Iliad. β, 381. Malim ego conferri Iliad. ϑ, 502 sqq. 529 sq., et τ, 275. (*Nunc adeo*, vid. Q. V. XXVI, 4. *Wr.*) Tum priscae aetatis mos et militiae observanda est imperitia, quod Rutuli castra oppugnant, ipsi vallum nullum ducunt, quo se tueantur. Nec aliter Troiani, qui Achivorum castra oppugnant, Il. ϑ, sub f. (—157. Malim iungere: *Procurate corpora, quod superest*, quam: *Quod superest* sc. *diei*. Et sic *Quod superest*

Digitized by Google

Interea vigilum excubiis obsidere portas
Cura datur Messapo, et moenia cingere flammis.
Bis septem Rutuli, muros qui milite servent,
Delecti: ast illos centeni quemque sequuntur
Purpurei cristis iuvenes auroque corusci.
Discurrunt, variantque vices, fusique per herbam
Indulgent vino, et vertunt crateras aenos.
Conlucent ignes: noctem custodia ducit
Insomnem ludo.
Haec super e vallo prospectant Troes, et armis

161. SEPTEM, RUTULO M.

VII, 1. Sed aut memoriter haec attulit Macrobius, ut eadem ipse Servius ad XI, 18.: „*sperare parati*," nisi quod ibi quoque e codd. revocandum *parari*; aut illatum est ab editoribus *parati* in Macrobium e libris editis Virgilii. Recte Servius: „Ergo a me parari sperate, i. e.: pugnaturos vos scitote, licet hostes muris se teneant." In reiecta lectione vehementer offendit aures insuavis admodum sonus: *Procurate — sperate — parati*; tum non video, quam recte iubeantur illi, mox quieti se daturi, parati pugnam sperare; nam si *parati* esse vis i. q. *animo parati*, desidero id ipsum *animo*. — 159. *vigilum* Medic., sed *i* superscripta. *Wr.*) 160 *flamma* Pierii libri et tres Burm.; adde fragm. Vatic. 161 *Bis septem Rutuli* vulgg. omnes. *Rutulo*, quod felici calami lapsu natum videtur, elegantiae studio e Mediceo Heins. dedit. (Si plures accederent codices, facile retinerem *Rutulo*; in uno 5. idem exstare refert Potterius; verum, quum in ipso Mediceo punctis notata sit ultima vocalis, *Rutulo* mendum esse existimabimus; itaque restitui, quod etiam Iahnius, *Rutuli. Wr.*) *qui muros* alter Hamb. 162 *Dilecti* Gud. et unus Goth. *sequuntur* vel *secuntur* pars libb., idque post Pier. probavit Heins. Romanus cum aliis, etiam edd., *secuti*. (ita etiam Palat. *Wr.*) 163 *Purpurei*, quod elegantius (cf. Cerda), tuentur Medic. Rom. fragm. Vatic. cum al. Bona tamen librorum pars *Purpureis cristis* exhibent ap. Pier. et Heins. 165 *evertunt* Leid. a m. pr. *cr. aureos* (binis syllabis) Montalb. pro var. lect. 166 *custodia ducunt* Goth. tert. Quam cupide hoc arripuisset Heins., si alicubi reperisset. Nunc video sic emendasse quoque Cuninghamum. (vid. Q. V. VIII, 4. *Wr.*) 168 *Despectant* Ven. *ut armis* emend. Wakefield, pariter ac VIII, 605.

saepe locum habet in praecipiendo, ut Ge. II, 346., rogando, ut Aen. V, 691. 790., hortando, ut ap. Sil. Ital. XII, 258. sq.: „rapta petamus, Quod superest, Libyci ductoris tegmina." *Wr.*) 160. *flammis* int. vigilias. Ad v. 161 sqq. cf. Iliad. ι, 85 seq. et ad v. 165 v. Iliad. θ, 550. 551. Agmen igitur MCCCC virorum selectorum fuit constitutum. 164. alternis excubias et alia munia militaria obeunt: vid. Burm. 165. *et vertunt crateras aenos*, inclinant vinum in pocula infundendo: esse hemistichium Ennianum, Servius docet.

168. *armis alta tenent:* h. e.

Digitized by Google

Alta tenent; nec non trepidi formidine portas
Explorant, pontisque et propugnacula iungunt; 170
Tela gerunt. Instant Mnestheus acerque Serestus:
Quos pater Aeneas, si quando adversa vocarent,
Rectores iuvenum et rerum dedit esse magistros.
Omnis per muros legio, sortita periclum,
Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum est. 175

169 *t. f. pennas* nonnullae edd. Non. Marc. in *explorare*, ut pinnas valli subintelligat, notante Heinsio. 170 *que* abest binis Burm. 171 Si *Tela gerunt* est, armati sunt, otiosa est lacinia post illa: *et armis alta tenent.* Sensus itaque esto: afferunt, portant missilia et alia tela, quibus opus esse poterat. *Instat* aliquot Heins. cum binis Goth. (et 5. 7. 8., male hoc quidem loco; vid. Q. V. VIII, 3, b. *Wr.*) 173 *iuveni* Burm. recepit lectionem Ge. Fabricio olim e Donato probatam. Nulla auctoritas affertur praeter pr. Hamb., qui pro var. lect. habebat. Agnoscit tamen etiam Servius lectionis diversitatem, unde, puto, in ed. Stephanian. venit. Recepit quoque Cuningham. Accipiendum ita de Ascanio. Verum hunc in modum, puto, poeta dicturus erat: *puero. Quos* pater *Aeneas — Rectores* puero; ut toties aliis locis, *Iulus puer*, *Ascanius puer*, et *puer* absolute, ut X, 70; nec unum locum occurrere memini, quo Ascanius iuvenis dicatur; quod contra de Turno sollenne est. Melius adeo erat, constantem librorum lectionem retinere: *Rectores iuvenum* h. Teucrorum, quos Mnestheus et Serestus sub signis habebant; ut toties *iuvenes* pro viris, militibus, turba, et sic porro dicti occurrunt. 175 *Exercentque* qu. Moret. *Succedunt variantque vices* q. Nonius Marcellus in *tueri*, consutum ex vss. 222 et 164. *est* omissum in sec. Hamb.

vallum (poeta per muros declarat) et turres armati occupant. 170. *pontes et propugnacula iungunt.* Ut *amnis ponte iungitur*, ripis ponte iunctis, ut transitus pateat, sic *propugnacula iunguntur pontibus*, ut ad ea pateat aditus. Accipiebam propugnacula de turribus in muro vel vallo, quae cum altiores essent, viae forte ad eas erant faciendae, quas appellat pontes; ut discursus militum per murum esset liber. Inf. IX, 664 *It clamor totis per propugnacula muris.* Nunc dubito an recte statuerim. *Propugnaculum* est locus munitus, munimentum, unde propugnatur: potest adeo dici de muro, turri. Iam genus est munimenti semicircularis ante vallum seu murum castrorum, quod ponte iungi cum vallo necesse est; diversum ab altero similis formae, quod in ipso vallo inaedificatum est. Similis turris ponte iuncta vallo memoratur inf. 530 sq. 171. *tela gerunt:* congerunt et apportant missilia, quorum usus esse poterat. conf. Var. Lect. (— 172. vocare adversa, s. pericula, dicuntur, quae propinqua sunt, imminent; i. e. provocant ad ipsa subeunda, sustinenda ac propellenda; sic *labor ultimus* vocat XI, 476., sic *pugna* XII, 125. *Wr.*) 173. *Rectores iuvenum;* Frustra de

Digitized by Google

Nisus erat portae custos, acerrimus armis,
Hyrtacides; comitem Aeneae quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem levibusque sagittis;
Et iuxta comes Euryalus, quo pulcrior alter
Non fuit Aeneadum, Troiana neque induit arma; 180

177 *Ide* Moret. sec. *Yda* Dorvill. 178 *iaculis* Vratisl. *levibusve* duo Burm. 179 *Et iuxta* pr. Moret. vid. V, 558. Verum *Et iuxta* est pro, et una cum ipso, ὁμοῦ, σὺν αὐτῷ, erat E. (vid. Q. V. XXXV, 9. *Wr.*) *Et Nisum iuxta Euryalus* Leid. et aliquot Pier. 180 *neque* a Pierio pro *nec.* (*neque* etiam, ut videtur, Heinsiani, certe Medic. cum 8. 5. 7. 8.; *nec* Palat. *Wr.*) Ed. Ven. *Troianaque induit.*

paedagogis cogitant intpp.; sunt duces militum. cf. Var. Lect. quos designaverat Aeneas ante profectionem ad Euandrum, si quid accideret adversi, quod operam militarem postularet. 175. *vices, quod* explicative, hoc magis doctum adeoque poeticum, quam interpretari: per vices exercet id, quod etc., vel exercet vices κατὰ τὸ, quantum ad id spectat, quod etc.

176—449. Pervenimus nunc ad episodium, Aeneidis omnium facile nobilissimum, de Niso et Euryalo, cuius suavitas summa inprimis ad sensum et affectionem amicitiae sese refert. Sed accesserunt tot alia ad animos movendos accommodata: generosa puerorum indoles; praeclara laudis cupido, et virtus nullam mercedem expetens, ipso facto contenta; respectus materni amoris ac pietas; Ascanii pueri et Aletae senis benevolentia in eos. Singula explicare vel saltem notare magistris iuventutis facile erit: sed utantur tali loco, suadeo, ad tentandas et alliciendas mentes adolescentum, qui alias seu naturae seu institutionis vitio ad poetarum delicias callo obductum palatum habent. Quem vero ne huius quidem loci dulcedine tactum videant iuvenem, eum omni liberali disciplina indignum iudicent. Diomedis et Ulyssis egressum nocturnum ex Iliad. κ poetae ante oculos fuisse non dubito: viderunt hoc iam veteres: v. Servius ad v. 1 hui. lib., sed quod amoris mutui affectus, mox metus de iuvenum fortissimorum discrimine, tandemque miseratio in narrationem illata est, hoc Maronis, summi poetae, ingenio deberi videtur. Etiam accessus et transitus ad episodium lenis est et simplex. Egerat de custodiis et excubiis; est in iis Nisus. Unum est quod paullo severior aliquis iudex reprehenderit, quod ad carminis summam episodii nulla vis et effectus est.

176. Nisum Hyrtaci filium fecit, tantum, puto, quod ex Homero notum erat nomen, v. c. Iliad. β, 837. 838. *Idam* matrem esse Nympham habendam quis dubitet? Euryali patrem infra vs. 201 edit Ophelten, nomen e Thebanis fabulis notum.

180. *Troiana neque induit*

Digitized by Google

Ora puer prima signans intonsa iuventa.
His amor unus erat, pariterque in bella ruebant;
Tum quoque communi portam statione tenebant.
Nisus ait: Dine hunc ardorem mentibus addunt,
Euryale? an sua cuique deus fit dira cupido? 185
Aut pugnam, aut aliquid iam dudum invadere magnum
Mens agitat mihi; nec placida contenta quiete est.
Cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum.
Lumina rara micant; somno vinoque soluti

189. SEPULTI

182 *que* abest Montalb. 183 *Tum* Heins. e libb. Vulgo: *Tunc.* 184 *addant* Zulich. 185 *sit* tres Burm., sed recentiores. 186 *aut aliud* perperam emendabat Heumannus. (vid. Not. ad II, 48. adde, quos laudat Ernest. ad Tac. I, 5. *Wr.*) In Gud. erasum erat *iam*. 187 *Mens agit et ne pl.* alter Hamb. *mihi* non otiose vacat: est pro, *mens mea*; tum *placita* duo Burm. *est* abest a binis aliis. (etiam a 2. 5. 12.; vid. Q. V. XV, 1. *Wr.*) 188 *qua* alter Hamb. 189 *Lumina clara* vitiose alter Hamb. *vera* Menag. pr. *vino somnoque* Dorvill. *sepulti* recepit Heins. aliquot codd. (adde Serv.) auctoritate, posthabita praerogativa Codd. antiquiorum Rom. Medic. et aliorum, in quibus *soluti* legitur, ut orationem variet poeta: occurrit enim idem hemistichium inf. 236. (Restitui *soluti*, Iahnio quoque ob auctoritatem codicum, quibus adde 2. 3. 8., probatum. Ac bene *soluti*, ut contrarium intentioni et vigilantiae, quae requiritur in excubantibus. Contra recte de Troianis omnium rerum iam securis II, 265.: „urbem somno vinoque sepultam." Neque video, qua tandem ratione iungere liceat *sepulti procubuere*. *Wr.*)

arma; otiosum videri debet post illa: *non fuit Aeneadum*, sed redemit culpam poeta Homerica forma: ἐδύσατο τεύχεα et similia. Non fuit alius inter Troianos, qui in armis erant. 181. Ex Homerico Odyss. κ, 278. 289. (adde Iliad. ω, 347. 348), ut iam Macrob. notavit Sat. V, 13. *iuventam* vero *primam* ausus est dicere pro lanugine pubertatis. 182. *amor unus*, idem utriusque et mutuus. Laudant et hic Homericum illud: ἕνα θυμὸν ἔχοντες Iliad. π, 219. 185. Ad magnum aliquod audendum inflammatum me sentio, afflatune divino an animi impetu. Versus alti et gravis sensus! ἐνθουσιῶσιν homines, aut animo magnae rei imagine intuituve inflammato, aut perturbatae per caussam seu externam seu internam ignotam vel obscuram mentis affectu commoti; aut ut divinitus afflatus et commotus esse credatur animus. Facile autem pro afflatu divino habetur magnus animi impetus et ardor. Odyss. δ, 712. 713 εἴ τις μὲν θεὸς ὧρορεν, ἠὲ καὶ αὐτοῦ θυμὸς ἐφωρμήθη. Repetiit eadem Quintus IX, 80 et 228. 9. *dira* simpl. auget, ingens, vehemens, cupido. 186. 187. uti Iliad. κ, 220. 221 Νέστορ, ἦ μ' ὀτρύνει κραδίη etc.

Digitized by Google

Procubuere; silent late loca. Percipe porro,
Quid dubitem, et quae nunc animo sententia surgat.
Aenean adciri omnes, populusque patresque,
Exposcunt, mittique viros, qui certa reportent.
Si, tibi quae posco, promittunt: nam mihi facti
Fama sat est: tumulo videor reperire sub illo
Posse viam ad muros et moenia Pallantea.

194. SI TIBI,

190 *Perspice* et *Prospice* variant codd. Heins. et Burm. 191 *et* abest Ven. *aut quae nunc* aliquot Heins. et Burm. cum binis Goth. *anima* Gud. *surgit* duo Burm. 192 *Aeneam accirique* duo Burm. *omnis populusque* unus Pier. et tres Burm., quod deterius. *populique* Dorvill. cum binis Goth. *populosque* Parrhas. duo Rottend. et vetus codex Pier., qui Romanus est, ut vetus scriptura sit. *patres* autem sunt οἱ γέροντες. 193 *cepta* Oudart. *reportant* pr. Hamb. 194 *Sic tibi* Goth. pr. (Oppositi ratio flagitat, ut iungamus *tibi posco*, non *tibi promittunt*; proinde mutavi distinctionem. *Wr.*) 195 *Fama satis* Zulich. et Dorvill. *cumulo* duo. *video* sec. Rottend. *aperire* aliquot Pier., quod per se non malum esset. *sub alto* Bigot. 196 Turbant virum doctum *muri* et *moenia* iunctim apposita de eadem urbe; tenendum scilicet, moenia esse locum ad muros. De palatio vix moenia dicta, ne lib. VI, 549 quidem. (moenia, ubi post muros commemorantur, videntur ipsam urbem cum aedificiis, ut supra II, 234., cf. Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. II. not. 80., ubi ante muros, munimenta significare, ut apud Liv. X, 10.: „praesidium armatum se intra moenia et muros accepturos confirmant." *Wr.*)

dudum mente agito. (*aut aliquid*, i. e. aliud quid; vid. V. L. *Wr.*) 191. Minus bene Intpp., quasi alterum sit, de quo dubitet, alterum, quod certum ei sit; itaque turbant in seqq. vss. 194. 195. Sed *dubitare* quoque est deliberare, animo agitare et volvere. διάνδιχα μεριμνίζειν. Bene Serv. *dubitem id est cogitem.* 193. *reportent:* an: ab illo? ita suppl. an mox rediturus sit; sin de illo: quid ille agat. Hoc friget, puto. Quod nunc in votis habetur, est, ut sint, qui portent ad Aeneam certa; quo ille reditum maturaret, ubi Troianos obsideri accepisset; ergo et hic *reportare* pro simplici, referre, nuntiare. Aeneam autem adhuc ap. Euandrum morari credebant vers. 196. 194. Praemium, quod pro tanto auso posoere poterat, generosus puer concedere vult amico Euryalo: ipse laude facti contentus esse. Dicas: at inf. 234 seqq. nihil tale postulat Nisus. Verum antevertit eius postulata generosa voluntate Ascanius pollicendo praemia vs. 252 sqq. (Amoris summi declarandi causa Nisus ista loquitur; quo tamen Euryalus quum nolit inferior esse, periculi communionem sibi deposcit. Itaque, aequata iam inter utrumque causa, non decebat, uni Euryalo praemia petere. —

Digitized by Google

Obstupuit magno laudum percussus amore
Euryalus; simul his ardentem adfatur amicum:
Mene igitur socium summis adiungere rebus,
Nise, fugis? solum te in tanta pericula mittam?
Non ita me genitor, bellis adsuetus Opheltes,
Argolicum terrorem inter Troiaeque labores
Sublatum erudiit; nec tecum talia gessi,
Magnanimum Aenean et fata extrema secutus:
Est hic, est animus lucis contemtor, et istum
Qui vita bene credat emi, quo tendis, honorem.

201. ADSUETUS, OPHELTES A. 204. SECUTUS.

197 *percussus* Heins. post Pier. e libris. *percussus*, πληγείς, tamquam flagro aut stimulo, quod iam Ge. II, 476 vidimus, saepe a viris doctis illustratum. Alii *perculsus*, perpetua varietate. *tanto percussus* alter Hamburg. 198 *adfatus* Sprot. 199 *tantis a. rebus* Macrob. Sat. VI, 6. Sed quis ideo alterum dubitet recte se habere! 200 *te solum* Dorvill. (—201. Melioribus numeris et oratione fortiore uteris, commate non ante, sed post *Opheltes* posito. Ita interpungit etiam Iahnius. *Wr.*) 202 *Terrorem Argolicum* Parrhas. (*laboris* Medic. *Wr.*) 204 *facta* duo Burm. *fama* Rom. (Colon pro puncto posui in extr. vs.; vid. V. L. ad XII, 612. *Wr.*) 205 Schol. Statii ad Theb. I, 607 *En hic est*, ad III, 603 *Isthic est.* Cuningham. coni. *Est*, *est hic.* (Quasi hic quaeratur, sitne omnino animus, necne, non: qualis sit; vid. V. L. ad VIII, 579. *Wr.*) Scilicet si altero modo scriptum fuisset, alterum coniecturus aliquis fuerat. Ad talia ludibria magna pars critici vulgo acuminis redire solet; tum *vitae contemptor* Sprot. pro div. lect. *et ipsum* Zulich. 206 *credit* sec. Moret. *quo tendit* Vratisl. et Zulich. a m. pr. sc. animus. verum ad mentem Euryali alterum est gravius: ad quem tu tendis. *Qui bene credat emi vita* Goth. tert.

196. *muros et moenia*, vid. V. L. *Wr.*) Mox v. 197. *laudum* est pro laudis. *laus*, κλέος, factum praeclarum; atque etiam virtus, qua ad illud patrandum opus est, ut inf. v. 252. V, 355. VIII, 283 al. Quae ad h. l. de *topographia*, quam vocamus *castrorum*, propter sequens Nisi et Euryali iter notata erant, nunc in Excursum I † ad calcem libri IX. reieci. Ceterum certamen hoc inter amicos inde a vss. 197 sqq. Silius non infeliciter transtulit ad contentionem similem inter Imilcen, uxorem, et Hannibalem lib. III, 108 sqq., et v. 78 sqq.

200. Agnoscunt Intpp. vestigia Homerici loci Iliad. η, 198. 199. *fugis* pro vulgari, recusas, refugis. 202. *Non — sublatum;* educatum se in bello ad Troiam gesto innuit. Pro vulgari: non ego talis sum. *nec*, et quidem *tecum*, quam suaviter! *talia gessi:* ut sc. tu refugere possis, et nolle me socium suscepti facti adiungere. Igitur iam experimenta virtutis satis clara ediderat iuvenis fortissimus. 204. *fata extrema*, possint esse Troiae;

Digitized by Google

Nisus ad haec: Equidem de te nil tale verebar;
Nec fas; non. Ita me referat tibi magnus ovantem
Iuppiter, aut quicumque oculis haec adspicit aequis.
Sed, si quis (quae multa vides discrimine tali), 210
Si quis in adversum rapiat casusve, deusve,
Te superesse velim; tua vita dignior aetas.
Sit, qui me raptum pugna, pretiove redemtum
Mandet humo; solita aut si qua id Fortuna vetabit,

214. HUMO SOLITA; AUT,

210 *qui* Moret. qu. 212 Heins. in ora codicis *vitae* adscripserat, ut esset *aetas vitae, dignior* autem pro iustior. Hoc est argutari. *tua aetas*, iuventa, *dignior est vita.* 213 *Si qui* Gud. a m. pr. *Si quis* vel *Set quis* pr. Rottend. *pugnae* alter Hamb. *pretioque* duo Burm. 214 *solita*: ita inde ab Aldd. editum. A Dan. Heinsio admissum *solida*, quod damnabat Nic. Heinsius; repositum tamen ab eo *solita*, iterum expulsum a Burmanno, qui *solida* tuetur. Est sane permutatio illa obvia et frequens. conf. Culic. 99 *solidum carmen*, imo *solitum*; tum *solita* legerat Serv., ita quoque Erf., et Dorvill. *solita*, *si qua*, et e Mentel. *solito*. vid. Wass. ad Sallust. Iug. 52 f. Burmannus tamen movet difficultatem: quomodo advenis Troianis humus dici possit *solita*. Scilicet humus non de Latii solo, sed omnino de terra accipienda, qua nos mortui condi et humari sollenni more solemus. (vid. Becker. ad Eleg. Rom. pag. 164. *Wr.*) Et erat saltem in Latio occupata terra, in qua Troiani consederant; est autem *solitum* omne id quod est patrium, domesticum, familiare. Ergo vel sic reportatus ad suos *terra solita* sepeliendus erat. Utroque ergo modo recte *humo solita* dictum est. *Solida humus* vix placere potest, etiamsi respectu naufragiorum ex pereuntis in mari insepulti cadaveris dicta aqcipiatur; nec dicendum, esse epitheton mere ornans, vi oppositi maris, seu aeris, qui rarus, tenuis: eodem modo, quo ὑγρὰ θάλασσα. Nec magis *solita Fortuna* placet, ut Servius verba iungit: qui unde hoc habuerit, praeclara docet nota Iulii Pomponii Sabini:

sed *Aeneae* esse debent, fuga ex urbe, errores. 205. 206. Versus omnium, quos memini, sententiae generositate et magnanimitate praestantissimi. Sensum, quisque suum, excutiat, et iuvenes ingenue natos observet, an non lecta et percepta sententia exultent! Habent simile quid loca, Horatii illud: *animaeque magnae Prodigum Paullum* (quod Statius III, 603 *largusque animae, si suaserit ira*), et Lucani de Germanis I, 461 *animaeque capaces Mortis: et ignavum, redituraе parcere vitae.* Quanto exilior Statii oratio, ubi h. l. expressit, Theb. I, 607 iuvenes *Famam posthabita faciles extendere vita.* (*animus contemtor*, ut Sallust. Iug. c. 64.: „inerat contemtor animus.“ vid. Bentl. ad Horat. IV, 9, 39. *Wr.*) Esse autem *bene emere*, aequo vel vili etiam pretio emere, notum est; oculos *aequos* v. 209 esse propitios, in promtu esse debet. (— 210. *quae multa vides*, vide Not. ad VII, 200. *Wr.*) Mox 213 *ra-*

Digitized by Google

Absenti ferat inferias, decoretque sepulcro.
Neu matri miserae tanti sim caussa doloris:
Quae te, sola, puer, multis e matribus ausa,
Persequitur, magni nec moenia curat Acestae.
Ille autem: Caussas nequidquam nectis inanis,

„*Apronianus*, inquit, *distinguit*, mandet humo: *Vel* (leg. *ut*) *dicas* humo solita, *id est quia solitum erat humare homines. Alii legunt*: id solita, pro, *id solitum. Alii* solita fortuna, scilicet *invidere magnis rebus.*“ Ceterum Aproniana distinctio recepta olim fuit a pluribus. Sic distingui video in fragm. Vatic. et, quod expectabam, in ipso Mediceo: *Mandet humo*: *solita aut si qua id fortuna vetabit.* Revocavimus *humo solita*, sollenni, quod codd. et poetici usus auctoritatem sensumque habet. (*solida* in nullo libro ms. legi videtur; quare errat Doederlein., qui in libro, cui titulum fecit *Lat. Synonyme u. Etymologieen*, Vol. I. p. 178. *solita* coniecturam esse Heinsii scribit. Potterius quoque *solita* in omnibus codd. invenit. Sed illud satis mirari nequeo, quomodo turpissimus, ut mihi quidem videtur, soloecismus tam diu hunc versum inquinare potuerit. Quis enim umquam verbo *mandare* ablativum iunxit? aut qua id ratione fieri posse putabimus? Quare aut scribendum *solitae*, quod nullus liber ms. praebet; aut *solita*, ut iam feci, ad sequentia referemus: *si qua Fortuna solita*, i. e. si Fortuna forte, ut solet. Neque erit, quod quis poetam scripsisse opinetur: *Mandet humo*; *aut solitas*, *si q. i. F. v. A. f. inferias.* Ceterum *humo solita* iunxit etiam Arusianus p. 247. edit. Lindemann. *Wr.*) Illud adhuc notandum: Goth. tert. *solitum* habere. *vetabat* tres Burm., et unus *vetavit*. Goth. tert. *negabit*. 216 *Ne m. m. — caussa tumultus* Schol. Statii Theb. III, 373. 217 *multis a m.* Rom. *multis e matribus una* aliquot Pier. *tantis e m.* apud Serv. ad XI, 35. 218 *Persequitur* post Pier. Heinsius e codd. tuetur: adde iis fragm. Vatic. At vett. edd. *Prosequitur*. (quod e solis Palat. et 8. edit. Vinar. 1826. enotatum video. *Wr.*) Sed *persequi* perseverationem sequentis notat. *magnae — Acestae* malit Trappius: sed *magnus* heroum epitheton commune ac perpetuum.

ptum non, occisum, sed ereptum, subductum corpus e pugna: ut toties apud Homerum fit, ubi ὑπεξέλκεται, ὑπερύεται, ὑπαείρεται ὁ νεκρός. 215. *Absenti* de eo accipio, cuius corpus non extat, quod sepeliri possit; itaque inferiis et cenotaphio defungendum est. 217. *Quae te sola.* Difficultas hic moveri potest, Spencii exemplo, quod inf. lib. XI, 35 tota turba Iliacarum matronarum memoratur, quae Italiam adire non refugerit; hic autem omnes dicuntur in Sicilia remansisse praeter Euryali matrem. Sed nec hoc quisquam in animum inducet, poetam Troianos voluisse sine uxorum comitatu ad Italiam adducere. Videbimus Iliades inf. XI, 35. Mansit in Sicilia senum et infirmorum inutilis turba: cf. lib. V, 715 seq. 767. Inter longaevas itaque matronas sola Euryali mater fuit, quae in Sicilia manere nollet. Similem difficultatem moverant veteres Intpp. ad v. 192 *patres*. vid. Pompon. *moenia Acestae*, Segestam urbem. vid. lib. V, 755 seqq. 219. *nectis caussas* ductum est eo, quod

Digitized by Google

Nec mea iam mutata loco sententia cedit.
Adceleremus, ait. Vigiles simul excitat. Illi
Succedunt, servantque vices: statione relicta
Ipse comes Niso graditur, regemque requirunt.
Cetera per terras omnis animalia somno
Laxabant curas et corda oblita laborum:
Ductores Teucrum primi, delecta iuventus,
Consilium summis regni de rebus habebant,
Quid facerent, quisve Aeneae iam nuntius esset;
Stant longis adnixi hastis, et scuta tenentes,
Castrorum et campi medio. Tum Nisus et una
Euryalus confestim alacres admittier orant:

220 *Nec me immutata* fragm. Vatic. a pr. m. *sedit* vitium non modo ed. Masuic., ut Burm. putabat, sed et Nic. Heins. ed. (— 221. *Atceleremus* Medic.; sed alibi quoque *at* pro *ad* in eodem cod. *Wr.*) 222 *variantque* Nonium videri legisse, notat Burm. Sed v. 164. 175. 223 *comes Nisus* alter Menag. *nisu* sec. Rottend. *revisunt* aliquot Pier. *requirit* Oudart. 225 Idem fere versus sup. IV, 528. 226 *primi Teucrum* tres Burm. *primi et delecta* olim edd. multi codd. (in his Palat. *Wr.*) Sed secundum meliores eiecit *et* Heinsius, Pierio adhuc addubitante. Scilicet ad consilium senes poeta adhibere debebat, non iuvenes. Haerent in hoc et alii Intpp. Sed tenendum erat, Virgilio toties *iuvenes* omnino pro viris dici; respectu aetatis saltem militaris. 227 *Concilium* codd. Pier., noto errore. *summi* Ed. Ven. cf. Burm. *agebant* Ven. pr. Hamb. pro var. lect. et Parrhas. Utrumque bonum et poeta dignum, *agere et habere consilium*. 228 *n. isset* aliquot Pier. *iret* pr. Hamburg. pro div. lect.; et sic sane alibi, v. c. Aen. II, 547 *Nuntius ibis Pelidae genitori*. Sed utrumque sollenne poetis. cf. Burm. 229 *obnixi* Gud. a m. pr. *innixi* apud Nonium Marcellum in *longus*. 230 *campi in medio* multi edd. et scripti. *in campi medio* Vratisl. *et* abest Leid. pr. *campis* Medic., quam Apronianam lectionem esse cum per se intelligitur tum a Iulio Sabino notatum est. *et medio campi* alii ap. Pier., sed *campi medio* recte: ita quoque fragm. Vatic. et Rom. Castra erant in campo, adeoque ipsa castra campum intra vallum habebant.

praetexere caussas aliquis dicitur; et 220 ornate, pro mutari non potest. Mox excitant commilitones, qui in statione excubiarum in suum locum succedant, dum ipsi ad *regem*, Ascanium, ἄνακτα, tendunt.

224. Orditur narrationem eodem modo, quo Homerus suam de Ulyssis et Diomedis exploratione Iliad. κ, 1 et 195 sq. cf. sup. VIII, 26. 227. Lucilii est versus: *Consilium summis hominum de rebus habebant*. Serv. 229. Egregia consilii ista heroum aetate habiti adumbratio; cuius passim in vetustis monumentis exempla occurrunt. *Stant* longis *adnixi hastis*; vide v. c. Iliad. Θ, 493 seqq. de Hectore. 230. *Castrorum et campi medio*; campus nunc explicative de ca-

Digitized by Google

Rem magnam, pretiumque morae fore. Primus Iulus
Adcepit trepidos, ac Nisum dicere iussit.
Tum sic Hyrtacides: Audite o mentibus aequis,
Aeneadae; neve haec nostris spectentur ab annis,
Quae ferimus. Rutuli somno vinoque soluti
Conticuere; locum insidiis conspeximus ipsi,
Qui patet in bivio portae, quae proxima ponto;
Interrupti ignes, aterque ad sidera fumus
Erigitur; si Fortuna permittitis uti,

240. UTI:

233 *A. partus et missum* Goth. tert. (*Accipit* Medic. apud Foggin. *Wr.*) 234 *Tunc* ante Pier. 236 *soluti* reposuit Heins. cum Medic. et aliis, etiam Pierianorum parte (*solutis* Rom.): ut varietur oratio. Alii cum Servio *sepulti*, quod relictum voluit versui 189. (et hoc quidem loco recipiendum fortasse foret *sepulti*, si certa esset Servii auctoritas. Scilicet praescribitur *sepulti* eius scholio; ex ipso tamen scholio, quid legerit Servius, non liquet. *Wr.*) Goth. tert. *gravati*: obvium utique et alias, sed non h. l. obtrudendum. (eandem lectionem in suis membran. inventam recepit Brunck. *Wr.*) 237 *Conticuere* omnes Pieriani, Mediceo excepto, etiam Parrhas. Goth. tert. Erf. ms. Coll. Iesu cum Donato et edd. aliquot: Zulich. *Convenere* vel *Conticuere*: ut mirer Heinsium non et h. l. variari versum 190 voluisse: in quo est *Procubuere*, idque reliquisse h. l. contra codd. consensum. (*Conticuere* Medic. apud Foggin. et haud dubie ceteri Heinsiani praeter Moret. sec., ex quo uno Heinsius lectionem *Procubuere* affert; hoc legitur etiam in 7. 10. 12. *Wr.*) *prospeximus* Ven. 238 *Quod p.* Leid. *quae proxuma ponto est* aliquot Pier. et Goth. sec. (vid. Q. V. XV, 8. *Wr.*) 239 *ac tendit ad aethera fumus* Goth. tert.

stris, quae in campi planitie erant. 232. *Rem magnam* se afferre et *pretium fore morae*, scil. quam suo adventu afferant consiliis; seu simpl. *mora* pro tempore, quod nuntio audiendo impensuri sint; Alii sic acceperant, ut *pretium* sit pro poena, noxa, quam luituri sint, si non extemplo se admittant. v. Serv. 233. *trepidos* pro festinis, ut ante, *alacres* pro concitatis, poni a poeta, memoria tenendum: item, mox 236 *ferre* esse nuntiare. De situ castrorum v. 238 vide ad v. 195 Exc. I †. *insidiae* h. l. ad clandestinum egressum referendae sunt. Porta igitur, quae ad mare ducebat, duas vias ostendebat, quarum altera Laurentum et per castra Rutulorum ducebat, qui ab his partibus venerant ad oppugnanda castra; altera ad laevam et a tergo castrorum in interiores terras.

240 seqq. Si fortuna permittitis uti nos, ut in hac hostium incuria et socordia, castra clam

Digitized by Google

Quaesitum Aenean et moenia Pallantea:

241. AD M. PALLANTEA M.

241 *et moenia*, h. e. quaesitum Aenean et moenia, codd. Pier., inter quos Romanus: tum codd. Medic. et potiores alii Heins. cum recentioribus Burm. et Gothanis: edd. quoque vett. *ad moenia* tamen editur inde ab Aldd. Pendet iudicium, quod facias, ab interpunctione, et ab interpretatione, quam secundum illam feceris. Quid alii sequuti sint, ex interpunctione eorum assequi non licet. Verum dupliciter interpungi et constitui locus potest; aut sic, ut olim et ipsi fecimus: *Si Fortuna permittitis uti, Quaesitum Aenean ad moenia Pallantea: Mox hic cum spoliis, ingenti caede peracta, Affore cernetis* sc. *nos.* Ita haud dubie praestat, *Aenean et moenia* legere. Contra *ad moenia*, apud moenia, in Pallanteo, impeditam facit orationem. *quaesitum*: ad quaerendum; ut in illo: *Missa est illico ancilla arcessitum obstetricem.* Displicet tamen vel sic: *si fortuna permittitis uti quaesitum.* Ita saltem praestaret versum *Quaesitum* infra post verba: *nec nos via fallit euntes*, collocare: quod etiam olim nonnullos fecisse e Servio discitur. Inter haec tamen non illud quaerebatur, ut ipsi *cum spoliis* et *caede peracta* mox adessent; quod omnino animo concipere non debebant iuvenes, nec promittere, a consilio hoc saltem seniores eos debebant deterrere; verum, quod quaerebatur, erat hoc, ut Aeneae nuntiarent, castra obsideri, eumque ocius reducerent. Haec cum ita sint, monitis viri docti pareo, et alteram nunc rationem amplector, quam in Notis exposui; etsi nec eam satis placere ingenue fateor. Alienum enim etiam ab Aeneae reditu hoc, ut *cum spoliis*, *ingenti caede peracta*, ille adesset. (*et* etiam Servium legisse, probabile est; certe, si *ad* legisset, non erat, quod *Quaesitum* interpretaretur: „ut quaeramus;" atque in ipso eius scholio editum videmus *et moen. Pallant.*; eos quoque, quos idem transpositione sententiam iuvare voluisse refert, in suis exemplaribus *et* invenisse consentaneum est; *et* praebent etiam Dorph. I. II. et 6. 7. edit. Vinar. 1826. cum Lips. obl.; contra *ad* Palat., idque in alt. Lips. superscriptum cum explicatione „ibimus." Critica ratio magis commendat *et*, quod, etiam a Bothio et Iahnio receptum, revocavi. In bonis codicibus si reperiretur *at*, quod in Rom. exstare falso scribit Potterius, *et* inde factum existimares; nunc *ad* ex interpretatione natum videbitur, quam suspicionem praeter Lips. alt. suppeditant ea, quae apud Donatum leguntur: „Pergemus quaesitum, h. e. ad inquisitionem Aeneae, ad Pallanteam civitatem." Proinde mutavi etiam interpunctionem. *Quaesitum* autem, uti iam Servius et Donatus sentiunt, supinum est; cuius usum latius patere, quam vulgo praecipitur, optime intelligi potest ex oratione Licinii Macri §. 17. a Sallust. Histor. l. III. servata: „Neque ego vos ultum iniurias hortor." Ineptum autem erat promittere, Aenean mox cum spoliis, ingenti caede peracta, Adfore. Cum paucis ille profectus erat; nec quid is interea rerum egisset, compererant Troiani. At ipsi iuvenes hanc spem animo conceperant, qui noctis auxilio usi somno ac vino gravatos hostes aggressuri essent. Idque egregie confirmat ipsa Nisi oratio vs. 198.: „Ita me referat tibi magnus ovantem Iuppiter;" fortasse etiam vs. 188.: „Cernis, quae Rutulos habeat fiducia rerum;" fidunt illi scilicet securos se esse posse. Quod autem illos a facienda caede seniores non dehortantur, res fortasse, quum per medios hostes incedendum esset, vix sine caede geri posse visa est. *Wr.*)

erumpamus: *mox cernetis Aeneam quaesitum*, h. e. inventum, *hic affore* reducem. cf. Var. Lect. (ubi, mutata lectio-

Digitized by Google

Mox hic cum spoliis, ingenti caede peracta,
Adfore cernetis. Nec nos via fallit euntis:
Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem
Venatu adsiduo et totum cognovimus amnem.
Hic annis gravis atque animi maturus Aletes:
Di patrii, quorum semper sub numine Troia est,
Non tamen omnino Teucros delere paratis,

244. URBEM,

(—242. Erit fortasse, qui *huc* scriptum malit, quam *hic*. *Wr.*) 243 *fallet* Medic. (et 3.; vid. Q. V. XXVIIII, 2, a. *Wr.*) Post *urbem* vs. sequ. interpungebant alii ante Heins. Nos interpunctionem mutavimus vs. 243. 245. (Heyniana interpunctio id habet incommodi, quod vs. 245. *et* contra morem Virgilianum tertio loco ponitur; nam XII, 381.: „summi thoracis et oras," substantivi cum genitivo coniunctione excusatur. Verba *venatu adsiduo* et ad praegressa et ad subsequentia spectant: Adsidue venatui operam dantes processimus eo usque, ut primam Pallantei partem conspexerimus totumque amnis cursum, illuc ducentis, exploratum habeamus. Itaque haec, *Venatu adsiduo*, aut utrimque commatis includes, aut omnem interpunctionem tolles; cf. V. L. ad I, 35. *Wr.*) 244 *primam* Heins. post Pierium defendit. Apud Nonium *primum*. Tum *sub moenibus* Gud. Leid. et Regius; codicum tamen auctoritate et epitheto *obscuris* satis defenditur *sub vallibus*. Sane Palatium in monte erat situm: cf. VIII, 53. Iam vero nolim dicere: oppidum in clivo montis positum significari: *primam sub vallibus urbem*; nec, puto, bene latine dictum foret: *primam sub vallibus urbem*, ante vallem sitam aut primo conspectam. Sed amplectar rationem simplicissimam, quam Servius quoque proposuit: ut *sub vallibus* ad *vidimus* retrahatur. Nos *in* obscuris vallibus positi vidimus etc. Fuit, qui hoc negaret recte factum; et ad emendationem proclivior esset, *sub collibus*. 245 *tutum* sec. Rottend. cf. Burm. 246 *Hinc* Montalb. *animis maturus* Rom., Sprot., bini Hamb., sed prior a m. sec., et Ed. Ven. cum Goth. tert., (quod sibi praeplacere significat Iahn. ad I, 441.; at *animis* debetur praegresso *annis*; et vid. V. L. ad Ge. IV, 132. *Wr.*) sed magis poetica forma *animi*. Vulgari forma est aliquis *animo maturo*; tum exquisitius *maturus animo*, tandem graeca forma *maturus animi*. Sic *aevi maturus* Aen. V, 73. Hoc ipsum *aevi m.* legerunt nonnulli apud Cerdam. *Aletes* recte: Ἀλήτης. v. ad I, 121; alii *Aletis*, hoc quoque Iul. Sab. *Alethes*, *Alaetes*. 247 *Dii patrii indigetes*, *quorum sub* Parrhas. e glossa, ut bene Burm. notat. (nisi e Ge. I, 498. invectum statuere males. *Wr.*) *nomine* Franc. 248 *parastis* Goth. sec.

ne, aliter haec interpretanda esse vidimus. *Wr.*) *Fortuna*, occasione, inquit Burmannus, ut Servius. Recte quidem; sed Fortuna multo latius patet multoque ornatius et potentius verbum est. 244. Expeditissimum est, ut *vidimus* ad verba *sub vallibus* retrahatur; ut sit: nos, venatu ulterius provecti, in obscura valle collocati vidimus e longinquo Pallanteum in edito loco positum. (— 247. *quorum sub numine Troia est*, vid. Not. ad II, 703. Silius XVI, 655.: „sub numine quorum Gens Troiana sumus." *Wr.*) 248. Putant respici Od. δ, 754 sqq. (*Non tamen so-*

Digitized by Google

Quum talis animos iuvenum, et tam certa tulistis
Pectora. Sic memorans, humeros dextrasque tenebat
Amborum, et voltum lacrimis atque ora rigabat:
Quae vobis, quae digna, viri, pro laudibus istis,
Praemia posse rear solvi? pulcerrima primum
Di moresque dabunt vestri; tum cetera reddet
Actutum pius Aeneas, atque integer aevi
Ascanius, meriti tanti non inmemor umquam.
Immo ego vos, cui sola salus genitore reducto,
Excipit Ascanius, per magnos, Nise, Penatis,

249 *et* e codd. intulit Heins. secundum Pierium; Scilicet si iam ante receptum offendisset, hoc egisset, ut iterum tolleret. 250 *dextramque* pr. Hamb. *tenebant* Rom. et alter Menag. *ferebat* vel *terebat* alter Hamb. 251 *multum* Oudart. 252 *digna viris* Ed. Ven. *pro laudibus istis* repositum ab Heinsio e Medic., ceterisque praestantioribus, adde Rom., aliosque Pierianos cum Servio. Idem hemistichium inf. X, 825. Editum vulgo: *pro talibus ausis*, quod pars codd. et Macrob. VI, 6 agnoscunt. Interpolatum esse ex lib. II, 535 observat Burmann. Altera lectio doctior et exquisitior: *laudes*, virtus; conf. sup. ad IX, 197. VIII, 273. 253 pr. Rottend. et Hugen. distinguunt: *solvi pulcerrima? primum.* 254 *Di memoresque* Leid. a m. sec. *tum et cet.* pr. Hamb. *reddat* duo Burm. 257 *g. recepto* Pier. Medic. et alii aliquot: forte ex v. 262. Totus versus aberat a Goth. tert., mule. (— 258. *Penates* Medic. *Wr.*)

landi vim habere, vidimus in V. L. ad Ecl. X, 31. — *Quum — tulistis*, vid. V. L. ad Ecl. X, 10. *Wr.*) Mox *certus* aliter quam v. 96 et alibi; est is, cui certum, decretum, aliquid est, adeoque constans, firmus, fortis. 250. Suavis adspectus et ad manus artificis adumbrandus, senis inter lacrimas duo iuvenes aetate florentes tenentis, in consessu armatorum. 252. *laudes* et hic pro virtute, pro factis strenuis. cf. ad v. 197. 255. *integer aevi;* Argutantur Interpp. Ascanius est integra aetate, adolescens, inprimis respectu parentis; decedit annis, aetati, vitae, tamquam summae, nobis destinatae, pars aliqua quotannis, seu quotidie; ut ap. Horatium aliquoties: II Carm. 5, 13 seq. Art. 175. Pueri aut iuvenis in ἀκμῇ constituti quodam modo est summa annorum integra, nondum imminuta. Itaque h. l. ornat epitheton; nihil amplius. (non ornat tantum, sed spem facit Niso et Euryalo perpetuae gratiae obtinendae; hinc illa adiecta: *meriti t. non inmemor umquam.* Terent. Andr. I, 1, 45.: „egregia forma atque aetate integra;" quae in flore consistit, cui nihil adhuc sit imminutum, ut ibi ait Donatus; vid. ibi Ruhnken. Dictata p. 13. *Wr.*) *Vos — Nise*, complexus Euryalum,

Digitized by Google

Assaracique Larem, et canae penetralia Vestae,
Obtestor (quaecumque mihi fortuna fidesque est,
In vestris pono gremiis): revocate parentem;
Reddite conspectum; nihil illo triste recepto.
Bina dabo argento perfecta atque aspera signis
Pocula, devicta genitor quae cepit Arisba;
Et tripodas geminos; auri duo magna talenta;

260 *est* abest Ven. 262 *reducto* duo Moret. ex v. 257. 265 *geminas* duo Burmann., indocte. Tum Petitus Obss. I, 4. distinguit *tripodas geminos auri, duo magna talenta* sc. argenti. Sed vir doctus argutias captat in *magno talento*: quod non ad poeticam (cf. sup. ad V, 248), sed ad numariam subtilitatem exigit, quae a poeta aliena est. Tum *tripodas aureos* equidem memorari non memini; sed fere aereos.

ut inf. 525. *Vos, o Calliope;* nota figura. 259. *Assaraci Larem;* non, tamquam Assaracus Lar fuerit, ut Cerda et alii, sed pro *Lare maiorum*, inter quos fuit Assaracus, doctius hunc unum momoravit poeta, ut sup. I, 284 *domum Assaraci* dixerat. Recte Serv. „*Assaraci larem*, id est familiae nostrae vel generi proprium." 260. Laborant Intpp. in *fides*, inde post Servium. Sed *fides* de omni re dicitur, cui fidimus, in qua fidem ponimus, aut quae fidem facit eius, quod volumus, optamus, speramus; hinc exquisite pro spe et voto saepe ponitur: quaecunque mihi fortuna, et quaecumque mihi seu fides seu spes est; erat autem et fortuna et spes in desideratissimi parentis reditu posita.

263. In praemiis pollicendis locus ante oculos Iliad. ι, 122 seqq. Sapientius etiam haec omnia adornata a Virgilio. Nam apud Homerum minus honeste Dolon praemia postulat Iliad. κ, 321 sqq. (Nempe aliud fuit Dolonis, aliud Nisi et Euryali ingenium. Quare non est, quod tali in re alterum poetam praeferas alteri. — *aspera*, comparat Heinrich. Pind. Isthm. VI, 58. *οἰνοδόκον φιάλαν χρυσῷ περφρικυῖαν. Wr.*) *devicta genitor quae cepit Arisba;* De urbe hac circa Abydum sita v. inprimis Strabo XIII, p. 882. 883. Steph. Byzant. h. v. ibique Holsten. cum Eustathio ad varia Homeri loca Iliad. β, 837 et al. Difficultas hic in eo inest, quod Arisba, Troadis urbs, Troianis auxilia ab Asio adducta misit. Eandem ab Achille eversam esse Servius tradit, nescio qua auctoritate: sed si qua fuit, ad Arisbam in insula Lesbo ea spectasse videtur. Nostra vero Troadis Arisba quomodo a Troianis capi potuerit, dubitatur. v. Serv. Sed repetiit hoc poeta ex rebus, quae Troianum bellum antecesserant: de quibus cf. Excurs. I* ad h. l. Potuit igitur narrationem de Arisba ab Aenea capta sequi, quae cum pluribus aliis de rebus Tro-

Digitized by Google

Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.
Si vero capere Italiam, sceptrisque potiri
Contigerit victori, et praedae dicere sortem:

268. DUCERE

266 *dat*, ἔδωκε; sic inf. *mittit* v. 361 pro *misit*. (Substantiva quaedam condicionem aliquam durantem indicantia, ut *donum*, *munus*, *proles*, *victor*, interdum a poetis per Praesentia Verborum exprimuntur, ut h. l. *quem dat*, i. e. donum, s. quem possideo donatum a Didone; additur etiam *dona* infra vs. 361.: „Tiburti Remulo — Quae mittit dona;" *mittit*, ut Remulus in posterum possideret. Ita *me creat*, *edit aliquis*, i. e. sum eius proles; vid. exempla ad Eleg. ad Messal. p. 27. sq. a me notata; adde Ge. I, 277. sqq.: „quintam fuge; — tum partu Terra nefando Coeumque Iapetumque creat;" i. e. tum Coeus Iapetusque nati, proles Terrae. Aen. X, 518.: „totidem, quos educat Ufens, Viventes rapit." Eurip. Heracl. 209.: „Ἄλθρα πατρὸς δ' ἐκ τῆσδε γεννᾶται σέθεν." Aen. VII, 485.: „Tyrrhidae pueri quem... Nutribant Tyrrheusque pater, cui regia parent Armenta;" i. e. pastor. VIII, 294.: „tu Cresia mactas Prodigia;" i. e. victor es tauri Cretensis. *Wr.*) Sed crater cum versu abesse poterat. Deficit quoque copula; debebat saltem *talenta, et C.* (Defectus copulae idoneam habet excusationem ex eo, quod Ascanius nondum omnia enumeravit dona, sed addit, quae confecto bello captaque Italia accessura erant. Sunt haec, ut multa alia, scita pronuntiatione adiuvanda; cave igitur diu consistere vocem in fine huius versus patiaris, sed sine intercapedine statim pergendum ad sequentia. Nec invenio, quid praeterea in hoc versu reprehendam. *Wr.*) 267 *Cum vero* pr. Hamb. *Italiam capere*, *sc.* aliquot Pier. (vid. Q. V. XII, 14. *Wr.*) 268 Servius alios *deïicere*, seu potius (ut in uno cod. X, 554) *deicere* ait legere: sic *deiectam sortem* Aen. V, 490. At Medic. Gud. a m. pr. et pr. Rottend. *dicere sortem*, quod admodum placet Heinsio: mihi tamen nimis argutum videtur. Dicit, indicit, sortem is, qui sortiendi facit potestatem: vid. Heins. ad V, 486. *Ducere* autem sortem poeta ornatius dixit pro simplici: *sortiri*, sortitione dispertiri praedam. (*dicere* etiam Servius legit; male enim Burmannus eius scholio praescribit *ducere*, licet cod. Voss. *dicere* praebeat, ad quem nunc liber Dresd. accedit. Addit Servius, esse, qui *ducere* legant. Tertiam lectionem, ab eodem commemoratam, *deïicere*, quod τρισυλλάβως pronuntiandum esse, *deicere*, vidit Heynius, confirmare liceat eo, quod Ecl. III, 96. legitur, *reice*; sed hoc si probes, nescio an paulo rusticiorem facias Ascanium. At ipsa oratio flagitare videtur, ut *dicere*, quod iam redhibui, Virgilio restituatur. Victoris nomine hic designatur ipse Ascanius; quod cum alia declarant, tum vs. 271. Victor autem Ascanius dicturus sortem erat, s. statuturus diem, locum, modum, sorti sive sortitioni, non ipse ducturus sortem. Ducibus enim sua praedae pars eligebatur ante sortitionem, quae ad vulgus militum pertinebat. Quare

ianis narrationibus intercidit. — *magna talenta* e poetica ratione, ut ornet. Nam, quod partes in se continet, totum *magnum* est respectu partium: v. ad lib. V, 248. *Cratera* autem *antiquum* int. antiquo opere. (*quem dat*, vid. V. L. *Wr.*) 267. Color orationis ex Homero eadem in re Iliad. ι, 135 seqq. *capere Italiam* magnifice, si sedem obtineat et terram in Latio, quam inhabitent Troiani, et praedam sortiri, dispertiri, contigerit. (— 268.

Digitized by Google

Vidisti, quo Turnus equo, quibus ibat in armis
Aureus: ipsum illum, clipeum cristasque rubentis,
Excipiam sorti, iam nunc tua praemia, Nise.
Praeterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captivosque dabit, suaque omnibus arma;
Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.
Te vero, mea quem spatiis propioribus aetas
Insequitur, venerande puer, iam pectore toto

ipsum illud *ducere* si retinere malis, dicendum erit esse hoc loco i. q. *ducendam curare*. Iam quum proprium in sortiendo locum habeat verbum *ducere*, non est mirum, *dicere* in hoc mutatum esse a librariis Grammaticisque; contra non facile cuiquam in mentem venire potuit, pro *ducere* scribere *dicere*; nec minus probabile est, *deücere* quoque Grammaticis deberi. *Wr.*) 269 *Vidistis* aliquot Heins. et Burm. cum Macrob. VI, 6. *quis ibat* Franc. Possunt haec interrogando efferri. 270 *ipsum illum*, sc. equum; distinctio est a Servio. (Bothius scripsit *ipsum illum et cl.*; Iahnius recte vulgatam tuetur. *Wr.*) *cristasque comantis* Rom. (*rubentes* Medic. *Wr.*) 271 *nunc iam* Dorvill. 272 *laetissima* aliquot Burm., ex more. 274 Variant codd. ap. Pier. et Heins. ac Burm., etiam nostri, una cum edd., mirum in modum: *Insuper his campis*, *quod* (ut Rom.) vel *quos*, ut Goth. tert. *In super his campi*, *quod. I.* — *id campi*, *quod. I. is campi quis*, vel, ut Foggin. exprimi curavit, *quos* Mediceus (Heinsius accipiebat *quis* quibus habitat, quod parum placet): *I. hi campi quos*, et *I. his campi quos*, et *campos quos*. Recte Heins. praetulit, quod vulgatum vides. Proclive est videre erroris caussas in exquisitiore ratione grammatica τοῦ *insuper his* pro, *insuper in his*, cum his, et *campi quod*. (*his* tertium casum esse vult Servius; non recte; nec est i. q. *in his*; sed iungitur huic particulae interdum sextus, etiam quartus casus. In Servio Dresd. hic ordo est: *quod habet rex ipse Lat.* Tuetur *campi quod* etiam Palat. *Wr.*) 275 *Tu* Bigot. (*propioribus* Medic., sed prima *i* in *r* mutatur; vid. V. L. ad Ge. III, 58. *Wr.*)

dicere sortem, vid. V. L. *Wr.*) 269. Turnus *aureus*, aureis in armis. (*ib. in arm.*, Gr. *βαίνειν ἐν τεύχεσι*. vid. Graev. Lectt. Hesiod. c. XX. *Heinrich.*) 270. 271. habebis equum exsortem, *γέρας ἐξαίρετον*, et Turni spolia. Illustrat rem Cerda. v. V, 534. VIII, 552. 272. 273. Promittit duodecim mancipia, ancillas et pueros. *Matres* poetae simpliciter sunt feminae; non gravidae. Quod vero adiecit *suaque omnibus arma*, obscurum esse potest, si servos cogites. Sed *captivos* memoravit, quos armatos ceperat, armisque adeo spoliaverat: hos assignabit cum armis. (Dativus habendi notionem sustinet; hinc *sua omnibus arma*, i. e. quae cuique sunt arma, *αὐτοῖς τεύχεσιν*. *Wr.*) 274. Recte Servius ad *τὸ τέμενος*, seu portionem agri regibus priscis pro honore assignati refert: qualis v. c. erat Bellerophonti apud Lycios Iliad. ζ, 193 sq., Tarquinio Superbo in campo Martio. Spectat

Digitized by Google

Adcipio et comitem casus conplector in omnis.
Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus;
Seu pacem seu bella geram: tibi maxuma rerum
Verborumque fides. Contra quem talia fatur
Euryalus: Me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit; tantum: Fortuna secunda

277 *amplector* Leid. (—278 Duplex esse potest hic et vs. sq. interpunctio; licet enim haec *Seu pacem, seu bella geram* et cum praegressis et cum subiectis iungere. Illud Iahnium fecisse video. Subiungitur autem — vel etiam, ut XI, 778. sq., interponitur — *Sive, Seu... Sive, Seu*, superioribus, ubi additur aliquid explicationis vel amplificationis gratia; cfr. Ecl. V, 5. sq. Ge. I, 86-91. Aen. I, 218. sq. II, 32. sqq. 62. III, 260. sqq. VI, 881. sq. VII, 604. sq. IX, 680. X, 109. sq. XI, 69. 528. sq. 661. Protaseos autem rationem cognosces ex Ecl. VIII, 6. sq. X, 37. sq. Ge. III, 49. sq. IV, 25. 33. sq. Aen. I, 569. sq. VII, 199. XI, 443. sq. Iam vides, commode posse haec *Seu pacem, Seu bella geram* subiici praegressis; at quae sequuntur *tibi maxuma rerum Verborumque fides*, ita respondent illis *pacem, bella*, quod iam Donatus sensit, ut propterea Heynianam rationem praeferas. *Wr.*) 280 *Contra quae* pr. Rottend. 282. 283 Hic velim Burmannus nos docuisset, qualem sententiam horum versuum animo teneret. Interpunxit post *tantum*: *Fortuna secunda Haud adversa cadat*; quae equidem non assequor. Sive iunxeris: *arguerit tantum*, sive *dissimilem tantum*, iciuna est oratio. Scilicet duplex est lectio loci et interpunctio: altera, quam Servius tuetur et diserte exponit: *aut adversa cadat.* Sic fere editur. Ex hac locus interpungendus: *Me nulla d. — arguerit*: *tantum*: *Fortuna secunda Aut adversa cadat.* Ita durior quidem est, attamen *δεινότητα* habet oratio: *tantum* sc. de me polliceri audeo, quaecunque fortuna acciderit, seu adversa seu secunda; fere ut inf. 636 *Hoc tantum Ascanius.* sed pro vulgari *seu* dictum *aut*. Tum *arguerit* est pro arguet, sed nec ineleganter. (Futurum exactum ad opinionem loquentis refertur: non spero, fore, s. non committam, ut arguat. XII, 316.: „Ego foedera faxo Firma manu;" i. e. certo scio mox effectum id me daturum, quod efficiendum suscepi. Vid. Lindemann. ad Plaut. Capt. II, 2, 64. extr. *Wr.*) Convenit quod inf. 299 *casus factum quicunque sequantur.* Altera est lectio, *haud adversa cadat*, quod Heins. e Medic. aliisque praetulit, si modo codicum auctoritas in tali voce *aut*, *haut*, *haud*, magna est: concinit Mentel. pr. *Haud aversa cadit.* Sic interpungendum esse patet: *me — arguerit*: *tantum fortuna secunda, Haud adversa cadat!* tantum, tantum modo, precor, fortuna faveat! In his, meo quidem sensu, iciunum est illud: *secunda, haud adversa.* Itaque antiquiorem revocavi cum

ad hanc ipsam regis sortem locus circa lacum Albanum inf. vs. 388, ubi *tum rex stabula alta Latinus habebat* h. armenta pascebat. 277. *Accipio*, facio, *et complector te pectore toto, comitem* iunge. 279. 280. *tibi maxima rerum verborumque fides* erit et habebitur; tecum omnia consilia mea et gerendas res communicabo. Quodcunque autem vel cum fide ac fiducia vel propter fidem facimus, id omne *fides* designat; ut paullo ante ad 260 notatum meminimus. 281. 282. 283. Ego vero allaborabo, ut huic forti facto tota vita mea sit consentanea: sive bona sive

Digitized by Google

Aut adversa cadat. Sed te super omnia dona
Unum oro: genetrix Priami de gente vetusta
Est mihi, quam miseram tenuit nón Ilia tellus
Mecum excedentem, non moenia regis Acestae.
Hanc ego nunc ignaram huius quodcumque pericli est
Inque salutatam linquo; Nox et tua testis
Dextera, quod nequeam lacrimas perferre parentis.
At tu, oro, solare inopem, et succurre relictae.
Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo
In casus omnis. Percussa mente dedere
Dardanidae lacrimas; ante omnis pulcher Iulus;
Atque animum patriae strinxit pietatis imago.

292. DEDERUNT

Brunckio. Respondet v. 299 *casus quicunque sequetur.* Accepit tamen sic locum etiam Symmachus lib. I. ep. 28 ab Heinsio laudatus; et potest aliquis cum viro docto Briegleb statuere, tacitam animi praesensionem et praesagium infelicis exitus his verbis innui. Erat alius vir doctus, qui iungebat: *arguerit tantum*; ut esset, ne quidem insimulaverit, tantum abest ut convicerit; vel, *tantum fortuna cadat*, in tantum, hactenus. Vides me suum cuique reddere, nec quenquam honore suo fraudare. (In re incerta satius duxi nihil mutare. In Mediceo sic exstat: *arguerit· tantum f. secunda Haut adversa cadat*, ut haec existat sententia: modo ne fortuna, quae nunc est secunda, in contrarium mutetur fiatque adversa; quod nunc video Iahnio probari. Restat praeterea una ratio, reliquis non deterior, iniuria fortasse spreta ab Heynio, ut iungas *dissimilem tantum*, i. e. adeo dissimilem, sc. ut non omni tempore aeque, ac nunc, probatus tibi sim. *Wr.*) 283 *Tantum super* Parrhas. *sed te ultra o.* Vratisl. 287 *est* in fine abest Rom. et aliis Pier. et Heins. (adde 8. *Wr.*) 288 *nox et tua testes Dextera* malit Heins. 290 *Hanc tu* aliquot Pier. et Burm. cum Goth. sec. *Hanc oro* Oudart. a m. pr. *Hunc te oro* Zulich. *Tu vero s.* Goth. tert. 291 *Aut sine me* Exc. Burm. *quo audentior* Ven., interpolate; nam hiatum tuetur sententiae clausula et loquendi intervallum. *audacior* duo Heins. 292 *Percussa* Heins. post Pier. e codd. vindicavit: vulgo, *Perculsum.* Tum *dedere* Medic. (idque revocavi; vid. Q. V. V. In eod. cod. paulo ante est *omnes. Wr.*)

adversa fortuna in eo exsequendo usus fuero. *tantum* scil. dico, profiteor de me, polliceor. conf. Var. Lect. Ad pietatis sensum praeclare seqq. sunt comparata. (*super omnia*, vid. V. L. ad VII, 462. — 286. *Mecum excedentem*, i. q. quin mecum excederet; vid. Q. V. XXVIII, 5. *Wr.*)

294. Locus, suavissimi affectus plenus, in sententiam desinit ex intimis animi recessibus repetitam. Conscientia ac cogitatio, adeoque imago pietatis suae in patrem Aeneam, acriter pun-

Digitized by Google

Tum sic effatur: 295
Sponde digna tuis ingentibus omnia coeptis.
Namque erit ista mihi genetrix, nomenque Creusae
Solum defuerit, nec partum gratia talem
Parva manet. Casus factum quicumque sequentur:

296. SPONDEO 299. SEQUUNTUR

295 *adfatur* aliquot Pier. et Heins. 296 *Sponde* Ursin. e Colot., et Heins. e Medic. aliisque defendebat, in quibus vel *spende*, vel *sponte*, *sponti*, *sponde o*, erat, ut esset: sponde, promitte tibi, expecta. Burmannus bene monet, se dubitare, an Latine dicatur: *sibi spondere*. Si tamen vel maxime Latine ita diceres, tamen praeferam: *Spondeo*, tamquam Ascanii personae egregie accommodatum. Sic inf. 301 *polliceor*. (Defendi veram, quam recepi, lectionem in Iahnii Annalibus philol. et paedagog. Vol. VIII. fasc. III. p. 293. sq. Mirum est, quod non viderunt editores, vulgata lectione corrumpi metrum, et *Spondeo* apud Virgilium quidem cretici mensuram habere. Non ignoravit hoc Servius, ad VI, 104. *o* finalem a Virgilio semper produci docens, praeterquam in *ego*, *duo*, *scio* et *nescio*; debuit addere *modo* adverbium; quamquam ne de *scio* quidem et *nescio* recte praecepit, quorum illud monosyllabum fit per synizesin, hoc disyllabum; vid. Lindemann. ad Plaut. Captiv. cet. V, 4, 10., adde pag. XXV. Ac *spondere* non solum de eo dici, qui promittit alteri, sed etiam de eo, qui sibi paciscitur, e Digestis copiose demonstrare licet. Iam *sponde tuis coeptis* idem fere valet, quod *promitte, spera tuis coeptis*. Sic ipse Cicero Epist. ad Famil. XV, 21, 2.: „Quod ego non modo de me tibi spondere possum, sed de te etiam mihi.“ Nec, si sententiam spectas, video, quare *sponde* deterius habendum sit, quam *spondeo*. Donatus: „Quidquid scis, ait, convenire meritis tuis, quidquid arbitratus fueris te dignum, ante ipsam petitionem tu tibi spondere ne dubites, atque ita, ut iam te accepisse confidas.“ *Wr.*) *omina* Sprot. a m. sec. et Parrhas. 297 *Iamque erit* pr. Moret. *Namque ait et tu* Oudart. *illa* Zulich. 298 *Tantum defuerit* Gud. *nec p. gloria* pr. Hamb. 299 *Factum casus* aliquot Pier. *sequuntur* e Mentel. utroque et ex aliquot aliis recepit Heinsius, (idem exstat in 2. 8. 10. *Wr.*) scilicet tamquam magis recondi-tum; duo alii *sequantur*, plures *sequentur*, etiam apud Pierium, cum Mediceo et Romano, quod equidem tantis auctoritatibus amplectendum censeo. Vulgo *sequetur*. (ita Palat. et 7. Quod Iahnius ad VI, 846. ob codicum auctoritatem revocandum censuit *sequentur*, id ego ut restituerem, has ha-

git animum Ascanii, exemplo pietatis in Euryalo erga matrem percepto. Sic inf. X, 824 Lauso caeso ingemuit Aeneas, *Et mentem patriae strinxit pietatis imago*, h. recordatio ac memoria amoris sui in Ascanium et quantum ex simili calamitate luctum ipse esset suscepturus. Erat igitur *imago patriae pietatis* in Ascanii mente. Hactenus de verbis. Sententiam ipsam quantumvis reconditam iam in Homero observamus, Iliad. τ, 301. ὣς ἔφατο κλαίουσ'· ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη. Similiter 339. cf. Odyss. δ, 113. 114.

298. *nec partum talem gratia parva manet;* et ipsi imputabo in beneficium acceptum hoc,

Digitized by Google

Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat:
Quae tibi polliceor reduci, rebusque secundis,
Haec eadem matrique tuae generique manebunt.
Sic ait inlacrimans; humero simul exuit ensem,
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnosius atque habilem vagina aptarat eburna;
Dat Niso Mnestheus pellem horrentisque leonis
Exuvias; galeam fidus permutat Aletes.

303. ENSEM A.

bui potissimum causas. Primum, quum veteres non *sequuntur*, sed *secuntur*, scribere soliti fuerunt, — de qua re dicetur in futura Virgilii editione, quam Praefat. Vol. I. p. XVIII. extr. designavi — non intelligitur, quomodo *sequentur* in veterrimis libris, Mediceum dico et Romanum, ex *secuntur* oriri potuerit. Tum in huiusmodi oratione, sive ad *manet*, quod ipsum ad rem futuram hic spectat, sive ad *manebunt* respici vis, Futurum requiritur. Aen. II, 709. sq.: „Quo res cumque cadent, unum et commune periclum, Una salus ambobus erit." XII, 202. sq.: „Nulla dies pacem hanc — rumpet, Quo res cumque cadent." Aliud est enim, quod legitur I, 609. sq.: „Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt, Quae me cumque vocant terrae;" i. e. quaecumque est illa terra, quae me vocat; non: quaecumque est terra, quae me vocet; quod significaretur, si *vocabunt* poeta scripsisset. *Wr.*) Interpunctio ita facta, ut *casus — sequuntur* ad seqq. referantur, non ad antecedentia. (his tamen illa adiunxisse videtur Donatus. *Wr.*) 303 *Haec ait* edd. apud Pier. *S. ait et lacrimans* Parrhas. (Adieci comma extremo versui. *Wr.*) 304 *Lichaon* Parrhas. (*Lygaon* Medic. *Wr.*) 305 *vaginae a. eburnae* aliquot exemplaria apud Macrob. V Sat. 9 e vulgari usu. 306 *horrendique* Goth. sec. *exuviasque leonis Horrentis* Goth. tert. 307 *permittit* duo Burm. et Goth. sec. *Alethes, Alaetes*, perperam alii. v. sup. ad I, 121.

quod talem filium peperit. Meretur magnam gratiam, quae te genuit: vel, ut Serv. „debet ab omnibus coli, quae talem creavit." (— 300. Quaeritur apud Servium, quid significet istud *ante?* Ut saepe, ita hic quoque Grammatici veteres promunt abscondita, spretis iis, quae sunt ante pedes. Nempe id nunc ipse facit, quod ante, si quid sanctissime adiurare vellet, pater solitus fuerat. — 302. *generi manebunt*, non *genus manebunt*, exspectabunt, sed servabuntur, integra erunt; vid. Santen. ad Balb. Epigr. 108. pag. 190. Wernsdorf. ad Cic. Philipp. II, 5. p. 179 sq. *Wr.*)

303 sqq. Haec ex heroicae vitae more illustranda, quo propriis armis alium instruere summi affectus pignus erat, conf. Iliad. ϰ, 255 sqq., unde hic locus adumbratus est: ut alias fidei et amoris tessera est, arma permutare. Exempla dat Cerda. Ensis commendatus ab arte Cretensis hominis: expectabam ab hoc arcum et sagittas; ensem Creticum

Digitized by Google

Protenus armati incedunt: quos omnis euntis
Primorum manus ad portas, iuvenumque senumque,
Prosequitur votis. Nec non et pulcer Iulus,
Ante annos animumque gerens curamque virilem,
Multa patri mandata dabat portanda. Sed aurae
Omnia discerpunt, et nubibus inrita donant.
Egressi superant fossas, noctisque per umbram
Castra inimica petunt, multis tamen ante futuri
Exitio. Passim somno vinoque per herbam
Corpora fusa vident, adrectos litore currus,

312. PORTANDA DABAT MANDATA

(—309 Verba *iuvenumque senumque*, Medicei interpunctionem secutus, commatis inclusi, ut apposita sint voci *Primorum*. *Wr.*) 310 *Insequitur* Goth. tert. 311 *Ante omnes* Ven. *animosque* Montalb. et sec. Hamb. 312 *mandata dabat portanda* Non. Marcellus in *mandare* et multi scripti Heins. et Pier. cum Gothanis et Erf., sed iniucundis numeris. (ita Mediceus; eumque ordinem restitui. Non video, quid his in numeris minus sit gratum; quam in iis, quos superiores editores exhibuerunt. Scilicet illud *man..da..ta..da..bat* offendisse videtur aures Heynii; at ex tribus istis syllabis nulla eodem, quo duae reliquae, modo pronuntiantur; contra si iungis *portanda dabat*, ut est in Palat., geminatam vides eandem prorsus syllabam..*dă dă*... Leve hoc quidem; sed, praeter codicum auctoritatem, illud accedit, quod *portanda* ista in sede collocatum vim accipit minime huic voci convenientem. *Wr.*) 313 *decerpunt* alter Hamb. *discernunt* Goth. tert. *inlita* Rom. 314 *votisque* Leid. pro var. lect. *per umbras* aliquot Burm. et Pieriani: sed bene illud sprevit Pierius. 315 *arte fut.* Leid. cf. Not. Potuisset refingi: *multis iam iamque futuri Exitio. futura* Goth. tert. 316 Ordinem verborum e codd. et Macrobio l. l. ac poetae usu reduxit Heins. pro vulgari *vino somnoque*. (ita Palat., male; potius enim vocabulum hic est *somno*; *somno vinoque* i. e. somno, qui gravis est e vino; ad hoc etiam Verbum accommodatum; neque enim v i n o, sed s o m n o f u s u m quem dicimus; hinc etiam *somno vinoque soluti*, quod aliquoties legitur, et similia. *Wr.*) Rom. *per umbram*. 317 *arreptos* Vratisl. vid. Not.

non memini. *Vagina eburna* in Od. ϑ, 404 est in simili munere. (*vagina aptare* quid sit, dictum in Not. ad IV, 482. *Wr.*) 308. cf. Iliad. $\varkappa$, 272 sq. primores comitantur abeuntes. 313. *nubibus*; dant ventis, auris, ut toties.

314. Cf. Iliad. $\varkappa$, 469 sqq. 315. Impeditam sententiam facit vox *ante*. Ex sollenni ratione sermonis esse debebat: ante quam castra petunt, ingrediuntur; atqui hoc a re alienum. Alterum Servius offert, etsi durius, ut *ante* respiciat *inimica*, in quo vis lateat, perniciosa ipsis, unde redituri non erant; igitur *ante* quoad sententiam ex ea voce supplendum: *antequam ipsi perirent*. Praestat vel sic tertium: antequam ad Aeneam tenderent seu pervenirent. 317. *arrectos currus* (ut inf. 465 *arrectae ha-*

Digitized by Google

Inter lora rotasque viros, simul arma, iacere,
Vina simul. Prior Hyrtacides sic ore locutus:
Euryale, audendum dextra. Nunc ipsa vocat res.
Hac iter est. Tu, ne qua manus se adtollere nobis
A tergo possit, custodi, et consule longe.
Haec ego vasta dabo, et lato te limite ducam.
Sic memorat, vocemque premit; simul ense superbum
Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis
Exstructus toto proflabat pectore somnum;
Rex idem, et regi Turno gratissimus augur:
Sed non augurio potuit depellere pestem.

318 *inter tela r.* aliquot apud Pier. (vid. Epitom. Iliad. vs. 514. *Wr.*) 320 *audendum est* duo Burm. cum Goth. tert. 323 *vastabo* multi Pier. et Heins., interpolate et ex interpretatione: *dare* pro *facere* exquisite. (*vasta dabo* etiam 2. 3. 7. 8. 10. *Wr.*) *recto te limite* Macrob. V Sat. 9, quod a re alienum. Sed *lata via*; nam strages late facta indicatur. conf. X, 514 et h. l. Burmann. *limine*, *lumine*, et hic aliquot Heinsiani, cum binis Goth. 324 *superbus* emendabat Waddel. Animadv. crit. p. 28; male, addit Burmannus, tapetes enim in castris habere, superbi est. 326 *Exstratus* tert. Mentel. *Extractus* Rufinian. de Schemat. Lex. p. 259, quod Ruhnkenius V. C. ex illo natum notavit. *perflabat* plurimi codd. et ed. Ven. *p. vinum* sec. Moret. 327 Io. Schrader. emend. *dux*, nec plures Rutulorum reges sint: est enim Rhamnes ex Rutulis inf. 363. Enim- vero *Rex* Rhamnes, heroicae aetatis more, ἄναξ, unus e principibus. 328 *auguriis* Macrob. et Schol. Statii ap. Heins. Deerat versus Goth. tert.

stae) sublato in altum iugo, et depressa in terram parte currus extrema, si binis rotis instructum currum cogites. *Erecti* currus apud Statium occurrunt, observante Burmanno. mox *vina*, vasa vini, ut bene Serv.

321. Anteit Nisus: Euryalo mandat, ut sequatur et a tergo omnia tuta praestet. *consule*, prospice, provide. v. Burm. ad Val. Fl. III, 38. *vasta dare* pro facere, vastare. *vocem premit*: aut submissa voce loquitur, aut tacet, inquit Servius. Praeferam prius: sic memorat voce pressa. (*vocem premere* esse i. q. *tacere*, persuadebunt, quae leguntur VI, 155.: „Dixit, pressoque obmutuit ore.“ VII, 103.: „Haec responsa — non ipse suo premit ore Latinus.“ *Wr.*) 325. 326. ornate, docta verborum immutatione, pro vulgari: *in tapetibus alte extructis ipse Rhamnes proflabat somnum.* Posuit autem tapetes pro pulvinis, qui tapetibus instrati sunt. 327. 328. Praeivit Homerus Il. β, 858. 859.

Digitized by Google

Tris iuxta famulos temere inter tela iacentis
Armigerumque Remi premit, aurigamque sub ipsis
Nactus equis, ferroque secat pendentia colla;
Tum caput ipsi aufert domino, truncumque relinquit
Sanguine singultantem; atro tepefacta cruore
Terra torique madent. Nec non Lamyrumque Lamumque,
Et iuvenem Serranum, illa qui plurima nocte

335. SARRANUM

329 *inter lora* Parrhas. cum Romano. cf. 318. *inter arma* Goth. tert. (*Tres* Rom. *Wr.*) 330 *premit Rhemi* ante Pier. lectum, invito etiam metro. *Remum* Dorvill. a m. sec., sicque dudum ipse malui. Nunc video, etiam Io. Schraderum ita coniecisse. Nam agi arbitror de uno Rhamnete rege et augure. Iuxta hunc tres famuli, armiger, auriga, tandem ipse Rhamnes, interimi videntur. (Sed causam mutandi equidem video nullam; et quod levissimus testis, cod. Dorvill., offert *Remum*, id accommodatum est ad voc. praegressum. *Wr.*) 331 *Nanctus* Mentel. pr. (et Rom. vid. V. L. Ge. IV, 77., ubi, quae adieceram: „Antique, vid. Lexx." non suo loco in plerisque exemplaribus inserta sunt a typotheta. *Wr.*) *Natus* Dorvill. *secant* Goth. pr. 332 *reliquit* plerique ap. Heins. (cum 7. 9. 10.; *relinquit* Medic. et Rom. — *ipse auf.* Palat. *Wr.*) 333 Servius et eius exemplo Barthius ap. Burm. distinguebant: *Sanguine singultantem atro: t.* Ita altero loco epitheton minus bene deficit. (melius sequentibus iungi *atro* indicat ipse Servius; et ita fit in Mediceo; nec quidquam aliud Servius dicit, quam p o s s e etiam superioribus applicari. *Wr.*) 334 *Tamyrumque*, *Tamumque*, vulgg. Alii *Lamirum*, *Lamurum*, *Samyrum*, *Tomyrum*, *Limyrum*, *Limirum*, *Limurum*. *Lamyrum* tamen Rom. Medic. et alii plerique; pro *Lamumque* Schrader. malit *Numamque* ex v. 454 *Sarranoque Numaque*. Sed v. ib. 335 *Sarranum*, Romanum (? *Wr.*) quoque nomen, Heins. praetulit. v. inf. 454. Vulgo: *Serranum*. (Restitui scripturam et longe plurimorum et praestantissimorum codicum, in his Medic. et Rom., *Serranum*; infra quoque vs. 454 *Serrano* Rom. et Medic. a m. sec., in quo *Sarrano* a m. pr.; in contrarium modum peccatum fuerat

329 — 334. Remum (quem expresse non nominat), cum trinis famulis, eiusque armigerum (*θεράποντα*) et aurigam (*ἡνίοχον*) opprimit; sed v. Var. Lect. 333. 334. *sanguine singultantem truncum*, qui collo reciso sanguinem emittit ebullientem, *ἀναβλύζοντα*. Doctius quoque dixit *singultantem sanguine*, quam, *sanguinem*. Sequitur: *atro tepefacta cruore Terra torique madent*: gravitatis plus habet Homericum: *δάπεδον δ' ἅπαν αἵματι θῦεν*, fervebat, aestuabat, in loco praeclaro de Agamemnone caeso inter epulas Odyss. λ, 419 et al. (*Nec non*, puta: interemit. *Wr.*) 335 sq. Haec et similia ornamenta magno sublegit Homero, qui in his mirus artifex. Lusibus et iocis in-

Digitized by Google

Luserat, insignis facie, multoque iacebat
Membra deo victus: felix, si protenus illum
Aequasset nocti ludum, in lucemque tulisset.
Inpastus ceu plena leo per ovilia turbans;
Suadet enim vesana fames; manditque trahitque
Molle pecus mutumque metu; fremit ore cruento.
Nec minor Euryali caedes: incensus et ipse

Ge. II, 506., ubi *Serrano* a m. pr., *Sarrano* a sec.; atque ut eo loco, sic illo quoque secunda manus veram lectionem restituisse censenda est. Sed dixerit quispiam, voc. *Serranus*, Romani nomen hominis, librariis magis notum fuisse, quam *Sarranus*, et ita facile fieri potuisse, ut *Serranus* ab illis scriberetur pro *Sarranus*. At ut taceam, gentem Atiliam, cuius erat hoc cognomen, mature desisse florere, et ita fere in oblivionem abire potuisse, certe hoc ipsum voc. *Sarranus* satis frequentatum fuit poetis Latinis. Nec audiendus Heinsius, qui infra vs. 454. *Sarrano* praefert, „ut cognomentum Atiliae gentis consulto vitetur." Quid enim fiat Lamo vs. superiore, a quo nomine Aelios Lamias cognomen repetisse novimus ex Horat. Od. III, 17. init.? Si tamen licet hariolari: quid, si Serrani nomen hic de industria poeta adscivit, tecte carpens Atilium istum, qui traducitur Catalect. III. et IV.? quae ipsius esse carmina Virgilii, testimonio Marii Victorini probatur. At, inquis, indignum hoc poeta epico! Indignum, fateor; sed, ut in eiusmodi re fit interdum, obrepunt talia calamo scriptorum vix sentientium. *Wr.*) 336 *insigni f.* Menag. pr. cum Goth. tert., quae vulgaris forma. *iacebant membra* Mentel. pr. Parrhas. et Gud. a m. pr. 337 *vinctus* Montalb. et tert. Rottend. *invinctus* sec. Rottend., non male de vino, quod illigat membra. Sed tamen *multo deo victus* minus abhorrens, quam *vinctus*. Et *vino victus* frequens. cf. ad Tibull. I, 2, 2. De *somno* probavit Heins. ll. a Burm. laudd. Praefert *vinctus* Wakefield, ut Ge. II, 94 *vinctura Lageos linguam*, et Propert. III, 3, 43 *mentem vincire Lyaeo*. 338 *in* abest Hugen. 339 *In pastus* nonnulli Heins. *In pastum* Gud. a m. pr. 340 *vaesana* Medic. (in eodem apud Foggin. *mandet. Wr.*) *ieiuna* Exc. Burm. *mandique trahique* alter Menag. 341 *multumque* Rom. *motumque* alii ap. Burmann. *et fr.* Parrhas. 342 *et ille* Parrhas. *et ira* qu. Moret.

ter epulas Sarranus magnam noctis partem exegerat, et nunc vino gravatus (*multo deo victus*) obdormierat; quanto melius fuisset, si potationem per totam noctem continuasset et in lucem protulisset ac produxisset! ita enim opprimi a Niso non potuisset. 339 — 341. Cf. inf. X, 723 sq. Homericum locum Il. κ, 485. 486 ornavit: sed ornaverat comparationem, qua saepe et varie utitur, ipse Homerus aliis in locis, ut Odyss. ζ, 130 sqq. Iliad. μ, 299. Iliad. ο, 323. 324, unde πλονέων illustrat h. l. *turbans*, consternans pecudes, ut tumultuetur per ovile. Spectat autem comparatio, etsi paullo durius, ad Nisum: Simili modo furebat Nisus. (Nimirum est comparatio ἀνανταπόδοτος, vid. V. L. Aen. I, 148. *Wr.*) Tum subiicitur: *Nec minor Euryali caedes.*

Digitized by Google

Perfurit; ac multam in medio sine nomine plebem,
Fadumque, Herbesumque subit, Rhoetumque, Abarimque,
Ignaros; Rhoetum vigilantem, et cuncta videntem; 345
Sed magnum metuens se post cratera tegebat:
Pectore in adverso totum cui comminus ensem

344 *Herbesum*, quod e Medic. et aliis praetulit Heins. Vulgo, *Hebasum* et *Heresum*. (*Hebesum* Palat. *Wr.*) Reliquas in nominibus his aberrationes adscribere piget. Videat, qui volet, apud Pier. et Burm. *Rhoecum* et hic habent alii. Romanus: *Herbessumque subit*, *Rhoetesumque*, *Arabimque*. (*Rhoethaeum* Serv. Dresd. *Wr.*) 345 *Ignavum* Waddel. ap. Burm., infeliciter, ut pleraeque huius viri divinationes. Manifesta est in versu oppositio. Malis forte nomen aliud nunc pro *Rhoetum*. Illos omnes ignaros, *Rhoecum vigilantem*. Offendit quoque ad idem hoc Io. Schraderus in schedis. (Nihil hic est novum, praeter formam orationis poeticam; in pedestri quoque sermone non dubites haec ita eloqui: Herbesum, Rhoetum, Abarim subit, ignaros illos praeter Rhoetum. *Wr.*) *insomnes et cuncta videntes* in simili loco Valer. Fl. II, 223 caedi facit. 346 *Sed* non sine iudicio positum, pro vulgari *Nam*, aut simili: ut saepe solet. (Explicandum illud *Sed* per ellipsin haud infrequentem: Etsi ille cuncta videbat, tamen non opposuit se Euryalo, sed sibi metuens post cratera se abscondebat. *Wr.*) 347 *totum cum* ed. pr. Burmann.

343. Euryalus *subit*, impetu occulto aggreditur, multos *sine nomine*, *νωνύμους*, obscuros, ignobiles. conf. Cerda. *nomen* non modo pro fama, sed et pro nobilitate ac dignitate. conf. Serv. *in medio* vel de loco, vel de tempore, cum Burmanno; ante se. (verius puto: varios et sine discrimine. *Wr.*) 346. *magnum se post cratera tegebat*. In hoc vero omnem fidem excedere videri potest poeta, quod craterem narrat *ἀνδρομήκη*, ea magnitudine, ut hominem latentem tegeret. Neque ad eam accedit Nestoris crater, etsi ad miraculum grandis ille editur in Iliadis λ, 636, neque ille crater, e quo ingurgitarunt se Centauri. Nec tamen Virgilius credi potest finxisse ea, quae ad sensum uniuscuiusque obviam reprehensionem haberent. Statuendum itaque est, craterem cum ipso abaco, aut mensa, cui ille impositus erat, esse intelligendum. Non enim pocula cum vasis, unde ea replentur, ipsis epulantium mensis erant apposita, sed in mensa seorsum adstabant, ad quam ministri pocula miscebant ex magno aliquo vase, cratere dicto: qui veteribus pro doliis erat, quorum usum nos frequentamus. (At unde abaci illis in castris? Nec sine ratione adiecit poeta epitheton *magnum*. Nimirum non stabat ille post craterem istum, sed, quod e vs. 348. apparet, vel iacebat, vel subsidebat; et qui praesentis mortis metu trepidant, quamvis male tecti tutos se fore et, si ipsi hostem non videant, ab illo non visum iri sperant. Quod etsi sub-

Digitized by Google

Condidit adsurgenti, et multa morte recepit.
Purpuream vomit ille animam, et cum sanguine mixta
Vina refert moriens; hic furto fervidus instat. 350

350. MORIENS. HIC

348 Primum ap. Servium multi distinxerunt: *et multa morte recepit Purpureum*; eduxit gladium multo cruore purpureum; idque rotundius exire videtur. Ut nunc est: *et multa morte recepit*, nude est positum eodem sensu. *caedes* ut φόνος pro sanguine. *recepit* (*receptare* inf. X, 873), οἱ ἐκ χροὸς ἔγχος ἀνεσπάσατο (ut Iliad. ν, 574) σὺν πολλῷ φόνῳ. et ἄκοντά τις Ἀργείων κόμισε χροΐ Iliad. ξ, 456. Est ratio alia Cerdae, quam video Trappium et cum eo Merrick et Northcote ad Tryphiod. 578 praeferre, ut *recipere* sit excipere, tamquam hospitio et epulis. Ita Rhoetum Euryalus excepit morte, ἐξένισε. Habent viri docti in animo versum Sophoclis Electra 96. ὃν κατὰ μὲν βάρβαρον αἶαν φοίνιος Ἄρης οὐκ ἐξένισεν, ubi alia vides adiuncta, quae ad eam notionem ducere possunt. Ita quoque de eo, qui occurrit ex adverso, bene dictum δέχεσθαι ἔγχει: Iliad. ε, 238. Apollon. I, 1000. *multa nocte* Cornutus legerat, Servio notante; haud dubie indocte: nec procedit, ut hoc ipsum cum Heinsio de morte accipias. *multa in morte* Goth. sec., et Parrhas. *multaque in morte reduxit*, et Waddel. Animadv. Crit. p. 32 *et inulta morte*. Haberet saltem rationem, si diceres: *multa morte* esse dictum de vulnere alte illato certissimaque adeo morte. 349 *vomit ille animam cum s. mixtam* Ven. *et* abest quoque Oudart. et Zulich. *mixtam* etiam Parrhas. cum Goth. tert. (*mixto* scripsisse poetam putat Wakef. ad Lucret. III, 643. Ceterum retinui *Purpuream*, codicum lectionem; nam quod, teste Servio, fuerunt, qui legerent *Purpureum*, ad *ensem* relatum, id illi fecisse videntur non, quod ita in suis codd. invenissent, sed quod offenderet eos anima purpurea. *Purpureum* legi iubent Voss. ad Georg. IV, 373. et Ruhkopf. At tuentur *purpuream* Hymn. in Apoll. vs. 361.: „λείπε δὲ θυμὸν φοινὸν ἀποκνείουσα." Soph. Ai. vs. 1390. sqq. ed. Herm.: „ἔτι γὰρ θερμαὶ σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν μένος." ubi Lobeck. comparat Aesch. Agam. vs. 1075.: αἱματηρὸν μένος." denique. qui totum hoc hemistichium in suum carmen transtulit, Auctor Epit. Iliad. vs. 365.; adde, quos ibi laudat van Kooten. *Wr.*) 350 *Hinc* Montalb. *Tunc* Ven. *Huic* obl. Pierii. Nihil satisfacit. Malim *Sic* ille, Euryalus, caedibus faciendis fervide instat. (Non vidit Vir Summus respondere sibi pronomina *ille — hic*: ille moritur, hic, non multum circa eum moratus, transit ad alios; quapropter minore usus sum interpunctione. *Wr.*)

ridiculum, ex ipsa tamen rerum veritate a poeta repetitum est, ob eamque rem adiectum *metuens*. *Wr.*) 348. *multa morte recepit*, retraxit ensem multo cum sanguine; ut φόνος. Tum *purpuream animam* dixit sanguinem vitalem, cum quo vita efflatur. (Aliud est πορφύρεος θάνατος apud Homer. Iliad. V, 83. *Wr.*) conf. Var. Lect. 349. 350. *et cum sanguine mixta vina refert*, ἀναφέρει, reiicit, ut Serv. Sensum igitur foedae et ingratae rei poeta habuit nullum, qui ista memorare non dubitavit. Sed nec alii, Ovidii et Statii exempla Cerda laudat, descri-

Digitized by Google

Iamque ad Messapi socios tendebat; ibi ignem
Deficere extremum, et religatos rite videbat
Carpere gramen equos: breviter cum talia Nisus
(Sensit enim nimia caede atque cupidine ferri),
Absistamus, ait: nam lux inimica propinquat.
Poenarum exhaustum satis est; via facta per hostes.

351. UBI IGN.

351 *ibi ignem* Rom. et aliquot Pier. et plerique Heins. cum ipso Medic. (idque restitui; demonstrativa particula multo aptior orationi animi quendam motum indicanti; eo enim ut tenderet Euryalus, stimulabat subita cupiditas equorum, quos ibi ad deficientis flammae lumen conspexerat, abducendorum; vid. etiam Not. ad vs. 354.; nam nisi hoc significare poeta voluisset, omnia haec *ibi — equos*, maxime vero ista *et — equos*, otiosa forent et temere adiecta. *ubi* Palat. cum 7. 8. *Wr.*) 352 *forte* pro *rite* Goth. tert. *videbant* pr. et tert. Rottend. 353 *br. cui* duo Heins. et duo Burm. *tum* Ven. et Goth. tert. 355 *Acceleremus, ait* Statii Schol. ap. Burmann., perperam. *iam lux* Leid. 356 *exhausti satis est* pr. Menag. (*Poen. exactum* coni. Pricaeus ad Appul. Met. l. XI. p. 239. *Wr.*)

ptionem tam molestam et nauseam moventem refugerunt. Ferri haec possunt, ubi cum foeditate *sensus horroris* excitari debet, ut de Caco VIII, 196, adde V, 469. (Foediora haec nobis videntur, quam visa sunt Romanis, quorum oculi adsueti erant adspiciendis variis caedibus. Et pleraque ex hoc genere non ex nostro, sed ex Romanorum sensu iudicanda sunt; quo etiam illud pertinet, quod multarum rerum, quae inhonestae essent visuque turpes, vocabula tamen honesta erant apud Romanos. *Wr.*) Non iungam *furto fervidus*, sed fervide instat *furto*, furtiva et occulta caede. (potius: furtivae caedi. *Wr.*)

350—356. Manifesta Homeri vestigia Iliad. ϰ, 494 sqq. in Rheso, usque ad 514. Messapus excubiis erat praefectus sup. IX, 159 etc. *ignem extremum* quis dubitet iungere, ut *lumen extremum*, iamiam fere consumtum et deficiens, conf. Burm. *religatos rite*, ex more, ex militari consuetudine, ligatos, ait Serv.; quidni simpliciter accipiamus: equos rite alligatos, uti res poscebat, uti consentaneum erat facere, ne liberi discurrerent. Apud Homer. in ea re Iliad. ϰ, 475 equi ex curru extremo ligati sunt. (—354. Proprie dicitur *ferri cupidine*, non item *f. caede*; sed *ferri* quum de omni impetu dicatur, ad eandemque notionem epitheton *nimia* accedat, *nimia caede ferri* idem est, quod *nimio caedis studio ferri*. Iam quod adiungitur *nimia cupidine*, id ad aliam rem spectat, de qua dictum in V. L. ad vs. 351. Aliter haec interpretatus fueram Q. V. XXXIII, 4. *Wr.*) 356. *Poenarum* h. l. pro caede ad ulci-

Digitized by Google

Multa virum solido argento perfecta relinquunt
Armaque, craterasque simul, pulcrosque tapetas.
Euryalus phaleras Rhamnetis, et aurea bullis
Cingula, Tiburti Remulo ditissimus olim 360
Quae mittit dona, hospitio quum iungeret absens,

357 *relinquit* Ven. 358 *pictosque* ap. Caris. *tapetos* pr. Rottend. 359 *bollis* Bigot. 360 *Tiburti mitis* Parrhas. Notabile est quod Iul. Sabin. ad h. v. habet: „hic locus totus ab expositoribus dicitur emendandus." Certe sententiae in periodum sunt circumductae, insertis pluribus membris. 361 *misit* Montalb. et sec. Hamb. cum Goth. sec. et tert. cf. sup. ad v. 266.

scendum hostem facta; caedes satis multae factae sunt.

357 — 366. Omissis ceteris spoliis arte elaboratis phaleras et cingulum Rhamnetis aufert Euryalus; una cum galea Messapi, qua paullo post ipse proditur hostibus. *phalerae*. Dubitatur et h. l. sintne equi an equitis ornamentum; vulgari more equi phalerati sunt. Sup. V, 310 *equum phaleris insignem* vidimus, hic tamen *phaleras Rhamnetis*. Iam, qui equum ornatum habet, ad eundem equi ornatus spectat; potest adeo eques phaleratus dici, cuius equus est phaleratus: apud Polybium Tom. IV, p. 496 in pompa ab Antiocho ducta sunt ἱππεῖς χρυσοφάλαροι: itaque etiam nunc Rhamnetis phalerae, quibus insignis eius est equus et quidem h. l. currui iunctus. Verum nec hoc locus admittit; si pro diversis accipis, ut vulgo fit, phaleras et cingulum; ut Euryalus induisse narretur illas phaleras una cum balteo. Ita h. l. saltem pro viri ornamento erit accipiendum, et quidem viri e curru pugnantis; etsi, quale illud fuerit, nusquam declaratum reperio; nec magis, si equitibus tribuitur, qua specie illud fuerit. Unicum locum, ex quo aliquid colligi possit, esse video Silium XV, 255 *phaleris hic pectora fulget*. (Ex Liv. IX. extr., quem ibi laudat Ernesti, nihil profici posse, docebit collatus cum illo Plinius H. N. XXXIII, 1. At inter ornatum muliebrem referuntur phalerae pelagiae a Petronio c. 55.; adde Epithal. Laur. et Mar. vs. 35. in Wernsd. Poet. L. M. T. IV. p. 492. *Wr.*) Sunt ergo phalerae et balteus idem. Iam autem paullo inf. v. 458, ubi spolia enumerantur, tantum *galea et balteus* memorantur; nihil de phaleris. (non balteus, sed galea et phalerae; quae res etiam plus videri potest ponderis habere ad probandam Heynii explicationem. *Wr.*) Possunt itaque per epexegesin dicta esse *phalerae et cingula*, h. e. cingulum, quod inter phaleras habitum est; ut scilicet *phalerae* aut omnino, aut hic saltem, vocabulum generale sint ornamentorum equi et equitis. Ita phalerae esse potuere et equi, et equitis. Quo ipso composita est omnis de vocis sensu controver-

Digitized by Google

Caedicus; ille suo moriens dat habere nepoti;
*Post mortem bello Rutuli pugnaque potiti;

363. APPOSUI STELLULAM.

362 *ille suo moriens dat habere nepoti Post mortem*, coniungebat Titius L. Controv. XXI, 23, ut significet mortis causa donare. Scilicet ut ICtum videas haec tractare, non poetices studiosum. 363 *pugnaque potiti* scripti et ed. Ald. pr. cum al. Sed *pugnamque potiti* Heinsius e Medic. receperat: quod factum nollem; est enim vitium librarii, non lectio. (*pugnamque* etiam Lips. alt., idem *petiti. Wr.*) Post mortem Remuli, nepote in praelio caeso, *balteo illo* potiti erant Rutuli, Rhamnetique illum vel in praedae parte vel ut ἀριστεῖον dederant. Hoc poeta effert: balteo potitos esse Rutulos *bello pugnaque*: Haec saepe iungit noster cum aliis, ut Homerus πολέμῳ τε μάχῃ τε. *mortem pugnamque* dubito an aeque amplectantur poetae. *praedaque potiti* Rom. Voss. et pro var. lect. Moret. tert. cum Goth. sec., (adde Palat. *Wr.*) et sic ed. Ald. 1514 ex Naugerii emendatione, quaeque hinc fluxere; manifeste repetitum inf. ex vs. 450. A Benedictinis monachis (*Nouv. Tr. de Diplomatique* Tom. III, p. 152 sqq.) describitur codex rescriptus, in quo folia ex vetere Aspri Virgilio deprehensa sunt: Laudant ibid. variantem lectionem ex Aeneide: *spoliisque potiti* pro *praedaque p.*, quam ad h. l. spectare necesse est. Ceterum in interpretatione loci magnas turbas fecere veteres interpretes; cf. Iul. Sabin. Donat. Sed adscribam Servii verba: *post mortem*, inquit, *scilicet Remuli*, *secundum supra dictum sensum*; *nam Donatus dicit*: *Post mortem Nisi et Euryali, bello potiti sunt Rutuli* (haec is, quem nunc Donatum ferunt, non habet, sed contrariam interpretationem affert): *quod non procedit, si diligenter advertas. Sane sciendum, locum hunc esse unum de XII* (alii XIII) *Virgilii, sive per naturam obscuris, sive insolubilibus, sive emendandis: sive sic relictis, ut a nobis per historiae antiquae ignorantiam liquida non intelligantur.* Bene nobiscum actum esset, si nullus locus obscurior et difficilior occurreret! Mortem *Euryali* alii intellexere, cumque iis Cuningh., toto loci sensu inciso et everso. Frustra turbatum. Vide Notam. („Libenter castigarem Virgilii locum plane depositum deploratumque Aen. IX, 363.: *Post mortem spolium Rutuli praedamque potiti.*" Haec Wakef. ad Lucret. III, 1051. Si non est e numero insolubilium hic versus, molestus tamen est et Virgilio non satis dignus. Maxima difficultas, iam ab Aspro in scholiis a Maio editis perspecta, in eo est posita, quod nomen nepotis non additur; quod in eiusmodi quidem narratione, nisi res aperta est, aegre desideratur. Tum offendunt illa *Post mortem*; quae certe non

sia. Quod τὰ φάλαρα ap. Homerum in fronte galeae erant, nihil huc facit. Remulum *Tiburtem* dicere malim, quam *Tiburti filium*. Mox balteum int. aureis clavis insignitum: χρυσόηλον, quem ornat Homeri exemplo, v. c. Iliad. κ, 266 sqq. Balteus ille olim Caedici fuerat, qui eum miserat Remulo, Tiburtino homini, hospitale munus, ξεινηΐον; Remulus moriens nepoti reliquit; quo aliquando in pugna caeso, balteo illo potiti sunt Rutuli. Atque hi, vel in praedae parte vel ut ἀριστεῖον, balteum Rhamneti dederant. Si ita singula constituas, vides frustra trepidasse Interpretes. (at vide, quae in V. L. ad vs. 363. disputavi. *Wr.*) 362. δοῦκεν ἔχειν. δοῦκε φέρειν Homer. simpl.

Digitized by Google

Haec rapit, atque humeris nequidquam fortibus aptat.
Tum galeam Messapi habilem cristisque decoram
Induit. Excedunt castris, et tuta capessunt.
Interea praemissi equites ex urbe Latina,
Cetera dum legio campis instructa moratur,
Ibant, et Turno regi responsa ferebant,

369. REGIS

ad Remulum, ut putat Heynius in V. L., sed, quo eadem idem in Nota retulisse videtur, ad nepotem spectant; scabrum enim hoc: „post mortem Remuli hoc cingulum habuit nepos eius; post mortem Remuli eo potiti sunt Rutuli.“ Sed molesta etiam altera ratio, quum requiratur vinculum aliquod, quo vs. 363. cum superiore iungatur, praesertim quum discernenda esset aliquo modo mors Remuli et mors nepotis; certe ita pergendum erat: *Huius post mortem.* Praeterea, licet alibi recte copulentur *bello pugnaque*, hoc tamen loco, ubi de unius viri spoliis agitur, inepte haec cumulari, facile senties. At cave hanc infantiam imputes cultissimo poetae. Dum quaerunt veteres, quod nomen fuerit isti Remuli nepoti, non viderunt, ipsum Rhamnetem significari. At Rutulus fuit Rhamnes. Scilicet non ex filio nepos ille Remuli habendus, sed ex filia, quam nihil impedit quominus Rutulo alicui nuptam fuisse existimemus. In quod quum nemo incideret, — fit enim non raro, ut ea, quae ante pedes sunt, minime animadvertamus — alius alio modo hunc nodum solvere conatus est. Servius quidem, posterioris aevi morem respiciens, avo cognominem nepotem fuisse ipsumque Remulum audisse opinatur. At quum vel sic non intelligeretur, quomodo id cingulum ad Rhamnetem pervenisset, alii pro explicatione hunc versiculum adscripserunt: *Post mortem — potiti*; dignum illum quidem Grammatici alicuius, non Virgilii, ingenio, quique vix dubites quin confictus sit ad similitudinem eius, qui infra legitur 450.: „Victores praeda Rutuli spoliisque potiti.“ Vidimus autem complures eiusdem farinae versus, maxime libro tertio. Itaque non dubitavi asteriscum ut signum *νοθείας* apponere. *Wr.*) 365 *cristamque* alter Hamburg. 366 *et scuta c.* Goth. tert. 369 *regi* tres Burm., sed ii recentissimi, Franc. Reg. et Dorvill. Consentiunt tres Gothani, sed qui nec maioris pretii sunt. *regi Turno* pr. Hamb.; forte melius, inquit Burm.; nam Latinus mandata dare non potuit, qui lib. VII, 600 *Sepsit se tectis rerumque reliquit habenas.* Attamen vel sic quaeritur, a quonam responsa lata fuerint? Latinum res non ita destituisse, quo minus iis postea iterum interesset, ex lib. XI, 231 sq. satis apparet. cf. Serv. ad v. 367. Idem bene ad v. 369 *In*

dedit. 364. *nequicquam aptat*, non fruiturus; ut Serv.; puta respectu calamitatis, quam accepturus est, dum per eum impeditus proditur vers. 384. *habilem*, aptam capiti; esse videtur Homericum *εὖ ἀραρυῖαν.* conf. sup. ad I, 318. (De conformatione orationis cfr. Not. ad I, 23. *Wr.*)

367 seqq. Subticuit poeta sapienter nonnulla, quae ex ipsa narratione intelliguntur. Praecesserat Turnus cum expedito agmine ad castra Troianorum expugnanda. Interea in urbe

Digitized by Google

Tercentum, scutati omnes, Volscente magistro. 370
Iamque propinquabant castris, muroque subibant,
Cum procul hos laevo flectentis limite cernunt,

371. MUROS 372. CERNUNT;

omnibus bonis regis *dicitur inventum.* (Sed si *regis* legimus, quaeritur, ea Latini responsa qualia fuerint? Id vero vix expedias; nec probabile est, armatam Laurentum manum cum responsis Latini venisse; qui quum pacis esset studiosissimus, oratores ab eo, non milites, cum responsis mitti consentaneum erat; nisi forte illud comminiscare, cum istis equitibus profectos esse legatos. Sane concilium habentem illum infra l. l. videmus, sed, victis Rutulis, ut pacis auctorem; nostro loco quae Latini partes esse potuerint, non video. Sed quid tandem credere cogit, responsa hic commemorata Latini fuisse, quae, quum modo haec praecesserint „*Cetera dum legio campis instructa moratur*," a duce pedestris huius exercitus accepta equites istos ad Turnum pertulisse veri sit similius? Iam vero scire pervelim, quibusnam ex codicibus illud *regis* illatum sit? Omnes, quas modo ad manum habeo, veteres editiones, etiam Dan. Heinsii, qua in conferendis scriptis exemplaribus usus est Nicolaus filius, *regi* exhibent. Silet tamen Pierius, silet Nic. Heinsius, qui et ipse *regi* edidit. Idque, *regi*, est in Medic. ap. Foggin., item in utroque Lips. Notula Serviana, ab Heynio laud., desideratur in aliis editionibus et libris mss.; tum mirum est illud, quod in ea legitur praeter consuetudinem, *dicitur*; denique tota obscura est et perplexa: „In omnibus bonis Regis dicitur inventum: nam quasi absurdum est, duobus positis, Turnum potius, quam Latinum responsa dare." Quae quum ita sint, non potui, quin *regi* restituerem. *Wr.*) 370 *homines* Zulich. Tum *Volcente* Rom. et alii Pier., tum Medic. a pr. m. et alii Heins., etiam inf. 375, monetque idem Iul. Sabinus ad v. 420. *Valscente* alii, item *Velcente*, *Ulcente*. (Medic. *Volcens*, h. l., sed superscripta *s*; *Vulcens*, eadem litera superscripta infra vs. 375. 451.; *Vulcens*, non superaddita tamen *s*, X, 563.; denique in uno versu infra 439. *Vulcentem*, superscripta *s*, et *Volcente* plane omissa illa litera legitur. *Vulscens* autem et *Volscens* non aliter differunt, quam *vulnus* et *volnus*. Utraque diversitas in eodem codice invenitur in Volscorum nomine; *Vulscorum* legitur XI, 432. et 463., *Vulcorum*, superscripta *s*, XI, 498.; praeterea *Volsci*. *Wr.*) 371 *portis* pro *castris* pr. Hamb. et sec. et tert. Rottend. (cum 3. 7. 8. 11. *Wr.*) *murosque s.* Heinsius secundum Priscianum et codicum partem praetulit, consentientibus aliquot Pierianis, inter quos Romanus esse videtur; adde Servium, firmante Iulio Sabino. Sed Medic. cum aliis tuentur quod ante Heinsium editum erat: *muroque s.*, Leidens. *murisque*. (*muroq.* etiam 2. 10. cum Servio Dresd. aliisque Servii libris mss.; idque recepi; vid. V. L. ad VII, 161. — 372. Coniunctio *Cum* etiam ad sequentia pertinet; itaque semicolon in comma mutavi. *Wr.*)

Laurentum coguntur copiae. Ad earum adventum accelerandum miserat Turnus ad regem Latinum: a quo, dum ceterae copiae instruuntur, praemittuntur trecenti equites. (Sed vid. V. L. ad vs. 369. *Wr.*) In hos ipsos, dum ad castra appropinquant, incidunt miseri Nisus et Euryalus. 371. *murosque subibant*: quosnam? Troianorumne? hoc est vallum et castra, quae obsidebant Rutuli? atqui ea non ingredi poterant equites Latini; an Rutulorum? atqui horum castra erant nulla, hoc est, nec

Digitized by Google

Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra
Prodidit inmemorem, radiisque adversa refulsit.
Haud temere est visum. Conclamat ab agmine Volscens:
State, viri; quae caussa viae? quive estis in armis?
Quove tenetis iter? Nihil illi tendere contra;
Sed celerare fugam in silvas, et fidere nocti.
Obiiciunt equites sese ad divortia nota

373 *sublustris* Leid. a m. pr. et Goth. tert. 374 *que* abest binis Burm. *quae* emendat Waddel. Anim. Crit. p. 33., idque probabat Cuningh. 375 *est* abest nonnullis Pierianis et binis Gothanis: at prior: *Stare*; *viri quae caussa viae est?* (*t. sese vis.* Medic.; vid. Q. V. XV, 9. *Wr.*) *usum* Exc. Burm. *visu* pr. Moret. Burmannus, nullum idoneum sensum exire putans, emendat *visa*, visa galea splendenti. Scilicet interpungebatur *Haud temere est visum, conclamat ab a. V.* Vir doctiss. tantum interpunctionem curatius exigere debebat. Scribendum et accipiendum est, *Haud temere est visum. Conclamat ab a. V.*, res animadversa est haud in vanum, haud impune. Conclamavit statim Volscens etc. Atque hoc, quod sponte se offert, malim equidem, quam aut *visum* pro substantivo habere, aut accipere quasi dictum: Visum est, haud temere esse, quod galea refulserat. Est enim *temere* proprie vetus nomen, ex temeris, temere, ut necesse, forte, rite et similia. Wakefield ex Cod. Coll. Iesu adscivit correctionem *Haud temere est visus.* Tum *ab aggere* Ven. et a m. pr. Gud., quod de via accipit et illustrat Heinsius, sed h. l. nemo praeferet alteri, quod de duce magis consentaneum. *exclamat* Ven. *cum clamat* Goth. sec. 378 *in silvis* Leid. et Reg. 379. 380 In unum conflat Goth. tert. *Obiiciunt sese equites aditum custode coronat.*

vallum nec agger; verum in campo procubuerant. Res sic expedienda; Rutuli obsidebant vallum et portas castrorum Troianorum, cf. sup. 159 sq., adeoque turma, quae ad exercitum mittebatur, *castris propinquare murosque subire* dici poterat, qui ab exercitu oppugnabantur. *subire* nunc est simpliciter, propius accedere; non, ingredi. (vide iam V. L. ad VII, 161. *Wr.*) 372. *laevo limite:* sc. in *bivio portae, quae proxima ponto* v. 238 Nisus et Euryalus tendunt laeva (scil. a sua et Troianorum parte) versus Tiberim et Palatium Euandri. cf. sup. ad vs. 195. (adde *Goetting. gel. Anzeig.* 1804. fasc. 168. p. 1670. *Wr.*) 374. Variavit ingeniose quod apud Homerum est Iliad. κ, 258, ubi Diomedes ad speculandum exiturus multo cautius ac prudentius galeam sumit ἄφαλον καὶ ἄλοφον. 375. res animadversa est haud in vanum; non neglecta est. cf. Var. Lect. 377. *tendere* recte explet Serv. verbis tendere adversus aliquem, hoc est, respondere. Tamen offendunt alii Interpp. (Ceterum vid. Q. V. XXX, 1. *Wr.*) 379. *divortia* doctius, quam diverticula. (Scholiasta a Maio edit. laudat versum ex Annalibus belli Gallici: „Hic, qua ducebant vastae divortia fossae.“ *Wr.*)

Digitized by Google

Hinc atque hinc, omnemque abitum custode coronant. 380
Silva fuit, late dumis atque ilice nigra
Horrida, quam densi complerant undique sentes;
Rara per occultos lucebat semita callis.
Euryalum tenebrae ramorum onerosaque praeda
Inpediunt, fallitque timor regione viarum. 385
Nisus abit: iamque inprudens evaserat hostis,
Atque locos, qui post Albae de nomine dicti

387. LACUS

380 *huc illuc* Nonius in *divortia*. *abitum* Medic. a pr. m. aliique cum Rom. et aliis Pier., praetulit quoque Servius; itaque recepit Heinsius. Et videtur esse doctius quam vulgare: *aditum*. (*abitum* est prior Medic. lectio, idem legitur in 5. 7. 8. 10.; *aditum* Palat., etiam, testante Pierio, Rom. Illud verum; neque enim ab aditu silvae illi, sed ab abitu ex silva prohibere eos volunt; item censet praeter Servium Scholiasta a Maio editus. Hinc infra vs. 386.: „Nisus abit." *Wr.*) Ed. Mediol. *obitum*, tert. Moret. *atque omnem abitum*. 382 *complebant* Medic. 383 *lucebat* haud dubie elegantius de via inter dumos et tenebras silvarum, quam *ducebat*, quod vulgg. praeferebant ante Heinsium, qui Servium, Medic. a m. pr., aliosque sequutus est: (*lucebat* est prior Medic. lectio, *ducebat* altera; hoc habet Palat. *Wr.*) etsi enim ab eo: *sed frustra*, sub finem notae subiectum video, in contextum tamen *lucebat* receptum est. Praeiverat autem iam olim Naugerius Ald. 1514, cui vix una et altera editio obtemperavit. At *semita rara*? Estne quae raro ab ingressis inter sentes agnosci poterat, paucis ac raris intervallis inter saltus caliginem patens lucebat? hactenus *semita rara lucebat*, caelo ac luce desuper immissa certis tantum locis; (recte; eodem modo hic lumen rarum dicitur, quo Ecl. VII, 46. umbra. *Wr.*) an quae ipsa est rara, pervia; ut silva rara dicitur, h. e. non densa, πυκνή, sed ἀραιά. Sed prius expeditius. *Calles* obvium esset mutare in *valles*; sed accipio *calles* de toto illo dumoso tractu, qui erat pervius (sic apud Livium *saltus callesque* iunguntur), in hoc est *semita*, quae ducit euntem. (*calles* Medic. *Wr.*) 385 *fallique timor* Medic. a m. pr., sicque edd. aliquot recentiorum, concinne omnino, Heinsio quoque iudice, *timor ne falleretur*, nisi manifesta librarii incuria esset. 386 *evaserit* Medic. a m. pr. *invaserat* Dorvill. 387 *locos* codd. Heins. et inter eos Medic., sic quoque Romanus. Pierius nihil monuit: sed nec aliter ille legisse ac reperisse videtur: nam sic fere vett. edd. omnes, quas

383. Per *calles occultos*, saltus caliginosos, ducebat semita, luce desuper immissa per intervalla agnoscenda. v. V. L. (Fortasse poeta memor fuit Apollon. I, 1281. διαγλαύσσουσι δ' ἀραροί. *Ruhkopf.*) 385. *fallitque timor regione viarum* h. via, periphrastice; ut aberraret a via. *regio viae*, et poetice, *viarum*, pro ipsa via. cf. sup. ad lib. II, 737. (Silius XVII, 580.: „Iuno fallens regione viarum." *Wr.*) Timor ipse, ne in hostes incideret, a via, qua elabi poterat, abducit. 386. *abit* ut lib. V, 318 *Primus abit, longeque* ante alios *emicat*, evolat ante alterum.

Digitized by Google

Albani: tum rex stabula alta Latinus habebat:
Ut stetit, et frustra absentem respexit amicum:
Euryale infelix, qua te regione reliqui? 390

388. HABEBAT. 390. EURYALE, INFELIX QUA

inspexi. Nec *lacus* nisi ab emendatione viri docti profectum, quem Io. Bapt. Egnatium fuisse arbitror, in cuius recensione primum *lacus* expressum deprehendi: quod sequuntur Pulman. Steph. Heins. Nec variant codd., nisi quod nonnulli *lucos* vel *lucus* vitiose exhibent, *locus* Erf. Iam in lectione illa, *lacus*, magna suboritur difficultas, si locorum situm comparet aliquis (cf. sup. Not. ad v. 195). Lacus enim Albanus nimis longe a castro Troianorum seu nova Troia, quaternis saltem leucis, abest, quam ut intra exiguum, quod a media nocte ad diei ortum supererat, intervallum eo usque procurrere et iterum inde silvas redire posset Nisus. Ruaeus itaque, quem nunc video ad h. l. offendisse, *locos* praefert, ut pars aliqua agri Albani sit, qui tum forte eo pertinebat. Enimvero non minore difficultate haec ipsa lectio premitur. Ut concedam *locos* poetam dicere, ubi vulgaris oratio *loca* postulabat (cf. sup. I, 306. 365); tamen non est, quod sciam, ullus loquendi mos, quo *loca Albana* appellari possint. *Agrum*, *collem*, et similia requiro. Unus Iul. Sabinus est, qui ad locum hunc quicquam notaverit: „*atque locos*; nam nomen loci „Latii, ab imperio, quod erat Albae, Albani dicti; aliter non stat sensus.“ Paullo obscurius haec dicta. Mihi quidem, donec de locis Albanis meliora edocear, *lacus Albani* praeferendi videntur: *lacus* toties in *locos* abiere: nec adeo morosi esse debemus, quominus in poeta feramus cursum Nisi paullo ultra iustos limites productum, cum omnino longius cursu evectum vellet significare; tandem, si ad lacum pervenisse Nisus dicitur, non hoc ita urgendum est, ut in ipsa ripa haeserit. Si tamen a poetae nostri subacto iudicio alienum hoc esse videbitur: utendum arbitror altera lectione *lucos*, ut scriptum a poeta statuam: *Ad lucos* h. pervenerat usque ad lucum Albanum dictum. Potuit is longius procurrere: et hoc luco tectus respicere coepit demum et se recipere. *At lucos* Goth. sec. exhibebat. *usque lacus* est coniectura viri docti haud inelegans. (Sed vellem docuisset Heynius, quomodo illud, quod retinuit, *lacus* conciliari posset cum iis, quae adiiciuntur: „tum rex stabula alta Latinus habebat.“ Itaque restitui codicum lectionem *locos*; videtur nos fugere ratio huius appellationis; fortasse *loci* hic i. q. δῆμοι, κῶμαι, de quo significatu egit Graev. ad Cic. Epist. ad Att. VII, 3. — Pro *qui* legitur *quo* in scholiis a Maio edit. *Wr.*) *ducti* Medic. a m. pr. (— 388. Recte Iahnius minore interpunctione post *habebat* incidit, ut nexus sit: „iamque evaserat, ut stetit et respexit;“ vid. Q. V. XXXV, 8. *Wr.*) 389 *prospexit* alter Menag. (— 390. Servius ante, Haterianus, ut videtur, in Scholiis a Maio editis post *infelix* interpungit; hoc rectius, et ita est in Mediceo; displicet enim *infelix* in principio eorum, quae sequuntur, positum, quasi in hoc potissimum sit nervus orationis; recte, si liceret, vel *qua te infelix reg. rel.*, vel *qua te reg. reliqui Infelix* scripsisset poeta. *Wr.*)

imprudens, Euryalum remanere non animadvertens. *Lacus Albanus* aliquantum sane a Castro Troianorum, seu Nova Troia, abfuit, et maiore forte intervallo, quam ut paucis horis a media nocte ad diei ortum eo usque procurrere et rursus inde silvas repetere potuerit Nisus. Enimvero nec geometrica subtilitate in

Digitized by Google

Quave sequar, rursus perplexum iter omne revolvens
Fallacis silvae? Simul et vestigia retro
Observata legit, dumisque silentibus errat.
Audit equos, audit strepitus et signa sequentum.
Nec longum in medio tempus; quum clamor ad auris
Pervenit, ac videt Euryalum: quem iam manus omnis
Fraude loci et noctis, subito turbante tumultu,
Oppressum rapit et conantem plurima frustra.
Quid faciat? qua vi iuvenem, quibus audeat armis

391. SEQUAR? R. 392. SILVAE, S.

391 *Quove* Parrhas. (quod Heinrichio probatur, coll. vs. 490.; sed non est eadem utriusque loci ratio. *Wr.*) Tum Urbanus verba Nisi continuabat usque ad *rursus perplexum iter omne revolvens*: ut quidem in Servio nunc legitur; sed secundum Iul. Sabinum, usque ad *Fallacis silvae! Simul et.* Turbat omissa vox *ait*, *inquit.* (nihil in ea re offensionis; vid. V. L. ad III, 84. *Wr.*) Donatus distinxerat et legerat, uti vulgo fit. Quod Fabricius ei tribuit, *Fallaces silvas*, praescriptum tantum est eius verbis in edit. Basil. (Mutavi interpunctionem, posito non post *sequar*, sed post *silvae* interrogandi signo; sic demum tautologia, quae est in verbis *rursus — legit*, idoneam habet excusationem. Sensit hoc etiam Iahnius, offensus ille ad vocc. *simul et. Wr.*) *Rursum* tres Burm. *perflexum* Sprot. *resolvens* sec. et tert. Rottend., acute, et subtiliter ad *perplexum.* (quod coll. VI, 29. dubitabam an reciperem, praesertim quum ipsius Medicei prior lectio sit *resolves*, sic, altera *revolvens. Wr.*) 394 *sequentem* Gud. a m. pr. 395 *dum* Ven. *tum* Gud. a m. pr. Leid. et Reg. 397 *et noctis subito t. t.* iunxerant olim alii ap. Servium: et sic in Mediceo interpungi video. (utriusque distinctionis mentionem facit etiam Haterianus in Scholiis a Maio editis. *Wr.*) 398 *Oppressit* Goth. sec. *rapi*, ut ad *videt* referretur, olim nonnulli ap. Serv. *c. p. contra* Montalb. 399 *Heu, quid agat?* Serv. ad IV Aen. 283.

poeta haec exigenda sunt, qui omnino longius cursu evectum Nisum declarare voluit. Poterat is lacum Albanum, longo etsi intervallo adhuc dissitum, tamen praetergredi, versus Tiberim tendens, et a tergo eum relinquere, eumque evadere, etsi aliquot millibus ab eo abesset. Ad oculorum sensum haec in locorum planitie sunt diiudicanda. (Sed vid. V. L. *Wr.*) 388. *stabula:* ager erat regi de agro publico assignatus, τὸ τέμενος. nunc ille pascuus, pascendo pecori aptus. cf. ad v. 274. Ceterum tota haec poetae narratio egregie ad expectationem movendam est comparata. 396 — 398. Euryalum ignoratione viarum tenebrisque oppressum, inopinato hostis adventu turbatum, frustraque modo

Digitized by Google

Eripere? an sese medios moriturus in enses
Inferat, et pulcram properet per volnera mortem?
Ocius adducto torquens hastile lacerto,
Suspiciens altam Lunam, et sic voce precatur:

403. LUNAM, SIC

400 *aut sese* Menag. pr. *in enses* Heins. revocavit, ut varietur oratio, cum idem hemistichium sup. II, 511 occurrat. Atque sic Gud. et alii Heins. (etiam 3. 5. 8. 10. *Wr.*) cf. Burm. Vulgo lectum: *in hostes*, quod tueri poterat consensus Rom. et Medic. Zulich. (idque retraxit Iahnius; sed recte, puto, Heinsius; vid. V. L. ad VII, 528; et variari haec conveniebat propter vs. sq. coll. Ge. IV, 218. *Wr.*) Utrumque Servius laudat. 403 *altam ad Lunam* Rom. et alii Pier. cum Zulich.; et potest doctius dictum videri. cf. ad Cirim 7. Vulgare est: *aspicere lunam*. Mox *et* infersit Heins. *Suspiciens altam Lunam, et sic v. pr.*, quod miror prorsus; nam *et* non habet, quo referas. Exhibent quidem illud codices et Priscianus lib. XVI, sed tamquam exemplum, quo particulam nonnunquam postponi constet. Igitur erat interpungendum saltem: *Suspiciens altam Lunam et, sic voce precatur.* (Quum cauti sit critici, ea potius sequi, quae scriptoris manus exarasse videatur, quam quae ipse illum scripsisse malit, revocandam putavi lectionem ab Heinsio olim restitutam, retentam etiam a Burmanno. Ille autem: „omnes, ait, vetusti addunt τὸ *et*;" idque etiam Asprum legisse, probant nunc Scholia a Maio edita; *et* e Parisinis 7. 8. 11. 12. enotavit Potterius. *altam a d lunam s. v. p.* edidit Iahnius, *et* e VI, 186. huc illatum ratus. Amplecterer, quod etiam Schraderus Emendatt. p. 55. tuetur, *ad* ipse, si ea esset Romani et Zulich. codicum, ad quos nunc accedit cod. 7. edit. Vinar. 1826., cum ceteris comparatorum auctoritas. Quum autem parum probabile sit, *et* illud, totam, ut videtur, sententiam perturbans, temere adscitum esse a librariis, tantus codicum, ad quos accedunt codd., quibus editor Vinar. usus est et Lips. utq., consensus non vilipendendus erit. Non licet autem hoc ordine *torquens et suspiciens*, ut Priscianus vult, haec legere; vid. V. L. ad vs. 243. Sed potius ita statuendum erit, pro eo, quod scribere debuerit poeta *torquet* vel *Suspicit — et precatur*, sic eum, ut exstat, scripsisse. Quare autem sic scripserit, — nisi forte, ut fit, oblitus fuit coeptae orationis — eius rei haec causa reddi poterit, quod ingrata haec ad aures accidunt *altám Lunám*, vid. Q. V. XXXIII, 8. extr. Id videtur poeta vitare voluisse, haud etiam ignorans, turbatam orationem optime convenire turbatae menti. Et Participii cum Verbo finito per copulam iuncti exempla e Graecis scriptoribus petita vid. apud Hermann. ad Viger. p. 770. Poppon. Observatt. crit. in Thucyd. p. 211. Omittunt *et* Palat. et membr. Brunckii. Wakefieldius ad Lucret. II, 147. coniicit *latam Lun.*, id esse *plenam*; tum alteram promit hariolationem, *albam Lun.* eamque ait se pro certissima habere. *Wr.*) In his ultimis *sic ore pr.* aliquot Pier. et Gud. a m. sec. (cum 3. 8. 11. *Wr.*) *forte pr.* Medic. pro div. lect. Vide sup. ad VI, 186.

hoc modo illud conantem, dum nunc fugam nunc arma parat, capiunt et abducunt. (— 399. vid. V. L. ad I, 8. *Wr.*)

402. Consilium Nisi ex v. 409 declarandum est: volebat occulto et repentino assultu conturbare et consternare hostes, ut incerti, quibus insidiis peterentur, in fugam se coniicerent; ita liberandi

Digitized by Google

Tu, dea, tu praesens nostro succurre labori,
Astrorum decus, et nemorum Latonia custos;
Si qua tuis umquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit, si qua ipse meis venatibus auxi,
Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi:
Hunc sine me turbare globum, et rege tela per auras.
Dixerat: et toto connixus corpore ferrum
Coniicit. Hasta volans noctis diverberat umbras,
Et venit aversi in tergum Sulmonis, ibique

404 pro *labori*, *dolori*, videtur desiderare Burm. Sec. ad Antholog. p. 150, sed ad illum poetae locum, quem ibi tractat, spectare id debet. 409 *Nunc* pr. Moret. *per hostes* Bigot. et Goth. tert. 410 *conisus* Rom., et hoc Pierius secundum Probum praeferebat. *connixus* e suis defendit Heinsius. Sed si, ut facit, *conixus* scribitur, statim quoque *conicit* vs. 411 erat refingendum. Sic quoque vett. ap. Servium habebant. 411 *deverberat* qu. Moret. *auras* aliquot Burm. v. lib. V, 502. 412 *Adversi* vulgo ubique legitur. Servius de scuto interpretatur: sic quoque Donatus. Conturbat interdum animum, si videas totam antiquitatem absurdam opinionem pervicaciter tenere, et recentiores eidem inhaerere. Est docta ad h. l. Heinsii nota, qua docet ex tergis animantium facta scuta, et hinc terga poetis de scutis dicta. Enimvero de hoc nemo facile dubitet. Sed hoc loco *tergum* dictum est, non modo sine ullo adiuncto, quod sensum adiuvare et scuti notionem inferre possit, ut in loco Ovidii, quem laudat, factum; verum etiam adiecta voce, quae illum significatum prorsus evertit: *in tergum Sulmonis*. Burmannus satis habet vs. 764 inf. laudare. Saltem erat dicendum, ex adverso stetisse Sulmonem Niso, etsi tergo in eum converso: nemo tamen hoc positu aliquem *adversum stare* dixerit. *Aversi* esse legendum, cum Cerda nullus dubito. Toties in hac voce turpiter lapsi sunt librarii, ut licentiae in eam satis sit nobis. Habet quoque illud sec. Rottend. (et cod. 1. edit. Vinar. 1826. *Wr.*) Transadacta autem fuit hasta per Sulmonis tergum ita, ut per pectus emineret, longum vero hastile, quod vulnere extat (*ibi*, in tergo, qua prominet hastile, ferro in interiora adacto), suo pondere inclinatum frangitur: Homerico more. Nec tamen hoc veteres Grammatici animis satis assequi potuisse videntur, quantum ex Servianis fragmentis intelligitur; itaque ibi subiicitur: „Sciendum tamen, locum hunc esse de his, quos insolubiles supra vers. 363 diximus.“ *Sulamonis* Sprot.

Euryali copiam fore. Et successisset res, nisi morte Euryalo intentata in apertum ille prorupisset. (—403. vid. V. L. *Wr.*) 404. Sollennis precandi mos, in hasta vel sagitta emittenda; ut de Pandaro ap. Homerum, Iliad. δ, 101. et inf. 624 de Iulo. Imitatur copiose Statius VI Theb. 633 sqq. Formula precum v. 406 sollennis et nota vel ex Iliad. α, 39 seq. ε, 119 seqq. Odyss. δ, 763 seq. ϱ, 240 seqq. et alibi. *praesens*, propitia, ut alibi monitum. 407. *auxi* aut alia ipse tuli, addidi, aut, quae vox sacra est, auxi, struxi, apposui. (Sed hoc est *donis augere*, non *dona*. Itaque prior explicatio vera; et *si qua dona auxi* ex more pro *si*

Digitized by Google

Frangitur, ac fisso transit praecordia ligno.
Volvitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus, et longis singultibus ilia pulsat.
Diversi circumspiciunt. Hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure.
Dum trepidant, iit hasta Tago per tempus utrumque,
Stridens, traiectoque haesit tepefacta cerebro.

413 Vulgg. *fixo.* (ut est in 11. 12. *Wr.*) *fisso* Heins. e Medic. et ceteris vetustioribus reposuit: sic quoque veteres Pierii, nisi quod in aliis lectione abrasa modo *fixo*, modo *fracto* rescriptum erat. *transit praecordia ludo* pr. Menag. 415 *pulsant* Menag. 416 *Hic a.* qu. Moret., sed est: tanto acrius, quod et latuerat, ut Servii verbis utar, et quod ei primus prospere cesserat iactus. *acrius* Medic. et a m. pr. Gud. (*acrius* altera, *acrior* prior lectio Medicei. *Wr.*) 417 *telum summa* aliquot Heins. et Burm. Ex iisdem et Pier. pars: *vibrabat* cum Goth. tert. et Erf. (adde 2. 7. 9. 10. *Wr.*) Sed in emendatioribus, ait Pierius, *librabat*, quod et elegantius. 418 *iit* ex Leid. et Moret. sec. Heinsius adscivit: (adde nunc 3. 8. 9. *Wr.*) extat tamen iam in edd. nonnullis. Burmannus addit cod. Bigot. Vulgo lectum *it*, sc. contracte pro ivit, et illa antiquior forma e vetustioribus poterat servari. (Vellem adtulisset Heynius eius rei aliquod exemplum; nam ne de compositis quidem, ut *obit*, *abit*, vid. Voss. de Art. Gr. II. c. XXXII., pro certo id affirmare licet; et cfr. V. L. III, 3. IX, 9. Recte tuetur *iit* etiam Grotefend. Gramm. Lat. Vol. II. §. 22, 3. Nam monosyllaba in *t* desinentia ne Ennius quidem, vid. Voss. l. l., aut Lucilius, vid. Ephemerid. Scholast. Darmstad. 1830. 24. p. 187., extra arsim produxerunt; nec *h* longam efficit praegressam syllabam, vid. Diar. literar. Hal. 1827. 59. p. 468. et Q. V. XII, 11. At sic solet a librariis altera *i* in terminatione Perfectorum fere omitti; ut unum e multis exemplum afferam, cfr. III, 674. Et egregie haec componuntur *trepidant — iit*; vid. Q. V. VII, 6. *Wr.*) Interpolarunt nonnulli *itque* in alt. Hamb. *volat hasta* in Montalb. et apud Priscian. *hasta tremens* Bigot. *per tempus utrumque* Asper Grammaticus exposuit: *inter t. u.*, ut Servius notat. 419 *exit* pro *haesit* Vratisl.

forte auxi dona; decet haec modestia preces facientem. *Wr.*) 408. *tholus* est interius tectum rotundae aedis in testudinem concameratae, *fastigium* est in aditu et super foribus. 409. *sine, ἔασον*, ut Iliad. Θ, 242. 243; sollennius erat δός με, *da, fac, me.* 414. Iliad. Ξ, 437 κελαινεφὲς αἷμ' ἀπέμεσσεν. Lucret. II, 354 *Sanguinis exspirans calidum de pectore flumen.* 415. Georg. III, 506 *imaque longo Ilia singultu tendunt.*

416. Pacuvianum laudat Macrob. VI, 1 *Diversi circumspicimus: horror percipit.* 417. *summa telum librabat ab aure.* Cogita statum vibrantis hastam, elevata a dextra capitis parte manu. De eodem accipiendus Euripidis versus Hippol. 221 παρὰ χαίταν ξανθὰν ῥίψαι βέλος. 418. 419. Homericum vulnus, v.

Digitized by Google

Saevit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam
Auctorem, nec quo se ardens inmittere possit.
Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas
Persolves amborum, inquit; simul ense recluso
Ibat in Euryalum. Tum vero exterritus, amens,
Conclamat Nisus; nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem:
Me, me, (adsum, qui feci), in me convertite ferrum,
O Rutuli! mea fraus omnis; nihil iste nec ausus,
Nec potuit: coelum hoc et conscia sidera testor.
Tantum infelicem nimium dilexit amicum.
Talia dicta dabat; sed viribus ensis adactus
Transabiit costas, et candida pectora rumpit.

420 *volvens* Goth. tert. (vid. V. L. ad vs. 370. *Wr.*) *telis* Dorvill. *umquam* Medic. a m. pr. 421 *quo ardens se* Ald. et Goth. sec. (*ne*, sed superscripta *c*, Medic. *Wr.*) 423 *infit* Leid. et alter Menag. cf. Heins. et Burm. *ense recluso*: credibilius, ait, est, Burmannus, hic, ubi iam pugna sit, ensem iam strictum habuisse Volscentem, et hinc coniicit leg. *ense reducto*: quod per se non improbem: reducit enim ensem et is qui caedit, et is qui pungit: uti hastam qui immittit, v. c. inf. XI, 605. 606 et ap. Ovid. Met. XII, 131 Achilles Cygni os pulsat *clipeo reducto*, sc. quoties impingeret, retro ferebat clipeum, ut vires colligeret. cf. inf. X, 552. Sed nulla adhuc pugna est. Trahitur captivus Euryalus, interea ex occulto advolat hasta. (—424. *Tunc v.* Palat. *Wr.*) 425 *celerare* pr. Hamb. *latebris* Ven. 426 *haud tantum* Franc. et Goth. pr. *potui* ed. Iunt. *potuit tantum* Goth. sec. 427 *feci inquit* Parrhas., pessime. Sic summa versus vis infringitur. 428 *neque a.* Rom. (vid. Q. V. XXXII, 11. *Wr.*) 429 *sidera conscia* edd. ap. Pier. (—430. Immerito hic versus Heinrichio ab interpolatore insertus videtur. *Wr.*) 432 *Transabiit* bene Heins. reposuit; sic Rom. pr. Menag. pr. Hamb. et duo alii Heins. (cum 5. 8. *Wr.*) Est vocabulum Statio frequentatum, interdum portentose, ut IX Theb. 126, ubi hasta coniecta *medium Poleten Transabit et iuncti clipeum cavat improba Mopsi.* Nonnulli codd. ap. Pier. Heins. et Burmann. (etiam 3. 10. *Wr.*) cum ed. Mediol. Ed. Ald. pr. cum Iunt. 1520 *Transadiit*: ed. Ven. *Transabigit*. Vulgo ante Heins. expressum: *Transadigit*, quod alienum a loco hoc, quo, transadigitur,

c. Iliad. δ, 502, et ν, 473. *tepefacta*: saepe ibidem, Iliad. π, 333. (—421. *ardens*, vid. Q. V. XXVIII, 7. *Wr.*) 422. Servius et Macrob. VII, 1, pag. 572 Lips. laudant ex Ennii Annal. I *nam mi calido das sanguine poenas.*

424 sqq. Observa hic incalescere orationem cum ipso Nisi calore. Et illa *Me, me* etc. et: *Tantum infelicem nimium dilexit amicum* 430. quis non aestuet iuvenilis animus inter legendum! Naturalis verborum ordo ex animi perturbatione mutatus est. *me* aut me petite, aut retrahendum, *in me* convertite. (Prior explicatio praeferenda; displicet enim ter cum praeposi-

Digitized by Google

Volvitur Euryalus leto, pulcrosque per artus
It cruor, inque humeros cervix conlabsa recumbit:
Purpureus veluti cum flos, succisus aratro,
Languescit moriens; lassove papavera collo
Demisere caput, pluvia quum forte gravantur.
At Nisus ruit in medios, solumque per omnis
Volscentem petit; in solo Volscente moratur.
Quem circum glomerati hostes, hinc comminus atque hinc
Proturbant. Instat non secius, ac rotat ensem
Fulmineum; donec Rutuli clamantis in ore
Condidit adverso, et moriens animam abstulit hosti.

requirebatur; nisi dicas, ut multa alia, ita hoc *transadigit*, neutraliter dictum esse, aut suppleas *se*. Exhibet illud iam Ald. sec. 1505. At Nauger. Ald. 1514 *Transabiit*. Variant hinc edd. seqq. Medic. a m. pr. (a sec. *transadigit*, quod tueri liceat ex XII, 270—76.: „Hasta volans ... horum unum ... transadigit costas." At parum placet *ensis adactus transadigit*. *Wr.*) *Transadibit* Zulich. et Franc. *Transegit*. *pectora candida* Rom. cum aliquot aliis Pier. Sprot. et tres alii Burm. *rumpit* itidem Heins. e Medic. et aliis vetustioribus cum suis, tum Ge. Fabricii dedit. Vulgg. *rupit*. (ut est in Palat. 1. 7. 8. 12. *Wr.*) 433 *Volvitur leto* displicebat Io. Schradero: malebatque idem *Solvitur* vel Volvitur *E. terra. tabo*. Vide Notam. 436 *Linquescit* Dorvill. *lasso*, quod Nauger. restituit, merito defendit Heinsius; Ovid. Met. III, 502 de Narcisso: *ille caput viridi fessum submisit in herba*. Edd. vett. cum Aldina priore et pars codd. Pierii habebant *lapso*; apud eundem edd. *laxo*. (*laeso* coni. Wakefield., quod merito reiecit Iahnius ad VI, 310. *Wr.*) 437 *Dimisere* aliquot Burmann. 438 *Ac* vel *et* aliquot Pier. (— 439. *Volcentem* et *Volcente* Rom.; vid. V. L. ad vs. 370. *Wr.*) 441 *Perturbant* multi Pier. et Heins., male. (*Proturbat*, sed superscripta *n*, Medic. *Wr.*) *non segnius* edd. ante Heins. et aliquot codd., inter quos Goth. pr. (cum Palat. *Wr.*) Maior tamen et melior pars *non secius* vel *setius*, ut Rom. Medic. et alii Heins., vel *saetius*, ut pr. Mentel. Eadem scriptura et varietas alibi occurrit: cf. h. l. Heins. et sup. ad V, 862. Ge. II, 277. III, 367 et al. *non serius* Franc. *rotet* Leid.

tione iunctum *me*. *Wr.*) 433. *volvitur*, provolvitur, concidit, caesus, moriens: pro hoc dixit *leto*. 435—437. Eximia et suavis comparatio, sed in qua Maroni nil imputandum praeter verborum ornatum. Nam praeclarum illud: *succisus aratro*, quo res, quae multis modis fieri poterat, tam suaviter ad unum certum casum revocatur, a Catullo mutuatus est: Carm. XI, f. *prati ultimi flos praetereunte postquam tactus aratro est*. et LXII, 39 sq. *Ut flos in septis — nullo contusus aratro*. alterum de papavere totum Homericum est Il. Θ, 306. 307. Imitati sunt multi. Cerda laudat Ovid. Met. X, 190 sqq. Adde Apollon. III, 1398

Digitized by Google

Tum super exanimum sese proiecit amicum
Confossus, placidaque ibi demum morte quievit.
Fortunati ambo! si quid mea carmina possunt,
Nulla dies umquam memori vos eximet aevo,
Dum domus Aeneae Capitoli inmobile saxum
Adcolet, imperiumque pater Romanus habebit.
Victores praeda Rutuli spoliisque potiti,

444. EXANIMEM

444 *exanimum* codd. plerique: conf. ad IV, 8. Praefert vulgatum Heinsius; ob suaviorem sonum, puto. (Restitui *exanimum*, vid. V. L. ad IV, 8.; idem fecit Iahnius; *exanimem* Palat. cum 11. *Wr.*) 445 *Confixus* Dorvill. a m. sec. Vir doctus apud Burm. coni. *placita*, quod arridet Burmanno. 446 *possent* Goth. tert. male; idem v. 447 *Nulla dies, nunquam.*

seqq. Versus 444. 445. praeclari et facto et verborum delectu: nunc enim recte memorata *placida* mors, et *quiescere* in amici complexu, Volscente caeso.

446 — 449. Splendidissimum epiphonema! et ad miserationem altius infigendam animo, dum se ipsum ea tactum significat poeta, aptissimum. Sumserunt a poeta alii, non aeque feliciter: congessit imitationem multorum Cerda. At tu lege et compara praeclaros versus Statii X, Theb. 443 — 448. e quibus novissimi: *Forsitan et comites non adspernabitur umbras Euryalus, Phrygiique admittet gloria Nisi.* Et de Hypsipyle Valer. Flacc. II, 242 — 246. Splendor autem et pondus in ornamentis ac verbis. *domus Aeneae*, gens Iulia, aut, quod minus malim, omnino populus Romanus. *immobile saxum:* quippe *aeternum* Capitolium, et nota narratio de Termino deo, qui in fundamentis Capitolii iaciendis non cessit loco. *pater Romanus* est Iupiter Capitolinus, non Augustus: is non aeternum habiturus erat imperium. (Verba *imperiumque p. R. habebit* per epexegesin, ut solet, adiecit Virgilius, et Patrem Romanum utique Augustum vocavit, non quasi is ipse aeternum regnaturus esset, sed quod penes eius familiam perpetuum orbis Romani imperium fore auguraretur. Nec mirabimur, eum, quem Patrem Patriae appellari mos esset, Patrem Romanum hic vocari; fecit idem Auson. a Cerda laud. Praefat. ad Theodos. vs. 21. p. 592. edit. Souch.: „Tu modo te iussisse, Pater Romane, memento." Meminerimus etiam Horat. I, 2, 50.: „Hic ames dici Pater atque Princeps." Iovem autem quis umquam dixit Patrem Romanum? Nec Senatus, quem alii significari volunt, mentio hic satis apta. Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I. not. 831. *patrem Romanum* fere idem esse censet, quod *ci-*

Digitized by Google

Volscentem exanimum flentes in castra ferebant.
Nec minor in castris luctus, Rhamnete reperto
Exsangui, et primis una tot caede peremtis,
Serranoque Numaque. Ingens concursus ad ipsa
Corpora, seminecesque viros, tepidaque recentem
Caede locum, et plenos spumanti sanguine rivos.

454. SARRANO

451 *exanimem* Rom. et Dorvill., bini Goth. vid. modo vs. 444. 452 *Nec minus* pr. Rottend. 453 *Exanimi* Ed. Ven. (*Exsanguem* Rom. *Wr.*) 454 *Serrano* (quod restitui, etiam hic, ut Bottar. ad vs. 335. refert, in Rom. lectum, *Wr.*) vulgo et hic. v. sup. ad 335. *Remoque* possit quis suspicari ex v. 330. *Lamoque* Io. Schrader. Sed doctius ponitur nunc novum nomen, ut supra v. 343 sq. tanto plura praeteriisse videatur. (Vitare poeta voluit etiam parum suavem sonum, qualis exsisteret, si scripsisset *Serranoque Remoque* vel *Lamoque*. Qua in re multum refert, qui sit quoque loco orationis color; sic supra in declaranda caesorum multitudine apte iunguntur *Lamyrumque Lamumque*. *Wr.*) 455 *seminecisque ultos* Hamb. sec. (*seminecis* etiam Medic. *Wr.*) *tepidumque recenti Caede locum* vulgaris lectio in Romano regnabat: eam vero in suis codd. non occurrere testatur Heins. praeterquam in Gud. a m. pr. Tamen et Medic. secundum Fogginium ambiguam scripturam habet. (In Mediceo legitur *tepidamque recentem*; sed corrector, quum *m* expungenda esset, transfodit *a* et superscripsit *u*, ut iam legatur *tepidumque*. *Wr.*) Alteram lectionem: *tepidaque recentem Caede locum*, ut iam Egnatius emendatum dedit, bene post Ge. Fabric. Pier. et alios Heins. tuetur ex Servio et Macrob. VI Sat 6. Est ea haud dubie elegantior; ϒ. Notam. (*tepidumque recenti* etiam Palat., quae lectio aut emendatoribus, quod scholion Servianum persuadere possit, aut solitae adiectivorum iuxta positorum confusioni debetur, aut orta est ex eo, quod *recente*, ut in Mediceo, scriptum erat, aut coniunctis his causis origo eius tribuenda. *Wr.*) *tepidaeque madentem C. l.* Porcius Pierii, cum ed. Mediol. 456 *pleno spumantis sanguine rivos* aliquot Heins., it. Erf., etiam Medic. a Fogginio expressus, quem Heinsius cum Gud. et pr. Menag.

vem Romanum, et repetisse hoc Virgilium ex antiquissima rerum Romanarum memoria, ut appellatione maxime sollemni ornaret cives, qui olim, quum nulli essent plebeii, meri fuissent patricii. — 450. Quos *Rutulos* h. l., imprudens, puto, vocat poeta, ii vix dubium est quin Latini dicendi fuerint; vid. vs. 367 sqq.; eodemque modo Rutuli appellantur vs. 517. et 519., qui Volsci erant, coll. vs. 505. *Wr.*)

452. cf. Iliad. ϰ, l. c. 523 sq. (—454. *tot primis, Serranoque Numaque*, vid. Q. V. XXXIII, 6. — *ad ipsa corpora*, vid. Q. V. XVIII, 2, b. *Wr.*) 455. 456. *tepidaque recentem caede locum:* docte et eleganter, non per hypallagen, ut vulgo exponunt, sed propter exquisitiorem et remotam a vulgari usu formam. Nam *locus recens caede* doctius dictum est, quam *locus recenti caede*, in

Digitized by Google

Adgnoscunt spolia inter se, galeamque nitentem
Messapi, et multo phaleras sudore receptas.
Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile:
Iam sole infuso, iam rebus luce retectis,
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,
Suscitat; aeratasque acies in proelia cogit
Quisque suas, variisque acuunt rumoribus iras.

463. COGIT, 464. SUOS

plenos spumantis exhibere narrat, *spumantis* etiam ex Romano notatum, *et plenos spumantis* praescriptum Donati commento. Est autem hoc, quod et Cuninghamus nunc et Wakefield expressum dedit, scitius haud dubie doctiusque: *pleno spumantes sanguine rivos*, quam alterum: *plenos spumanti s. r.* Utrumque tamen paullo τραγικώτερον, ut solent *rivi sanguinis* dici, nunc *pleni sanguine*. Servius *spumantem s. rivos* legit sc. locum, nimis magnifice in caede aliquot virorum. (At in scriptis Servii exemplaribus apud Burm., etiam in cod. Dresd., *spumantes* legitur; *spumantem* tamen e Dorph. I. enotatum video. *plenos spumanti* Palat.; *pleno* 3. 8. 9. 10., *spumantes* 7. 8. 9. 11.; unde in quibusdam *pleno spumanti* exstare suspiceris. Iahnius scribit: „Scribendum est ex libris aut *tepidumque recenti Caede locum et pleno spumantes sanguine rivos*, aut *tepidaque recentem C. l. et plenos spumanti s. r.*, ut dicendi ratio in utroque membro sibi respondeat." Equidem et huius praecepti et ipsorum codicum fidem nimis hic incertam esse ratus, retinui vulgatam lectionem; constat enim, saepissime etiam in optimis libris vel aucta vel privata esse litera *s* vocabula proximo voc. ab ea litera incipiente. *Wr.*) 457 *Cognoscunt* qu. Moret. 460 *Titani* Goth. tert., stolide. 461 *Cum s. i.* idem Goth. tert., quod ferri posset. *receptis* vett. exemplaria ap. Pier. *relictis* pr. Hamburg. 464 *Quisque suas* sc. acies Medic. et alii Heins. et Burm. cum Goth. tert. Ita oratio sic procedit: *aeratasque acies in praelia cogit Quisque suas*, quod sane expeditissimum erat, quodque praeferam argutiis aliunde inductis. At *quisque suos* tuebatur Ge. Fabric. (secundum Homericum Iliad. δ, 428 κέλευε δὲ οἷσιν ἕκαστος Ἡγεμόνων), ut esset synthesis, et alia figura: *quisque cogit et acuunt.* Montalb. et Parrhas. *Quique suos*, etiam elegantius. (sed quid in hoc manifesto vitio insit elegantiae, non video. *Wr.*) Potest quoque sic distingui et interpungi: *Turnus in arma viros — Suscitat aeratasque acies; in praelia cogit Quisque suos; variisque acuunt rumoribus iras.* Ita vero in *viros aeratasque acies* est otiosi quid. Aut sic: *cogit; Quisque suos variisque acuunt rumoribus iras.* (haec quidem ratio plane abhorret a culta Virgilii oratione. *Wr.*) Quatuor Burmannianis copula in *va-*

quo caedes recens facta. At *caedes tepida* propter tepentem adhuc cruorem. φόνος, αἷμα λιαρόν. Ita et mox *plenos spumanti sanguine rivos* dictos accipe pro *rivis sanguinis*. Nec tamen infitiandum, paullo tumidius et tragice hoc dictum esse. cf. Var. Lect.

460. Homericus versus Il. λ, 1. 464. Debebat esse: *acies in praelia cogunt et acuunt*: v. Var.

Digitized by Google

Quin ipsa adrectis (visu miserabile) in hastis
Praefigunt capita, et multo clamore sequuntur,
Euryali et Nisi.
Aeneadae duri murorum in parte sinistra
Opposuere aciem (nam dextera cingitur amni),
Ingentisque tenent fossas, et turribus altis
Stant maesti: simul ora virum praefixa movebant,
Nota nimis miseris, atroque fluentia tabo.

riisque abest. *variosque* sec. Rottend. (*suos* Palat.; *suas* etiam 8. 9. 10. Dorph. II. V. Lips. alt. et cod. 7. edit. Vinar. 1826.; quod revocandum putavi; vid. Q. V. XVI, 2. *Wr.*) 465 *ipsi* Ven. *mirabile* multi Heins. ex more. 467 An hoc hemistichium ex interpretamento in margine adscripto subnatum? Adscriptum in edit. Londini repetita: sic censere quoque auctorem libri, cui titulus: *Lettres de quelques Juifs à Mr. Voltaire.* (Adiicienda tamen fuisse nomina quis neget? Sed illud, puto, Heynium offendit, quod non suo loco illata videri possunt. Malis enim ita haec disposita a Virgilio:

Praefigunt capita
Euryali et Nisi, et multo clamore sequuntur.

At rectam rationem secutus poeta cum versu imperfecto sententiam ubique claudit; vid. V. L. ad X, 792. Mihi vero haec *Euryali et Nisi* ita superiori versui subiecta multum habere miserationis videntur. *Wr.*) 468 *in* abest Rom. et binis Rottend. (etiam 3. 8. 9. 10. 11. *Wr.*) 469 *nam dextra* agnoscitur Prisciano lib. VII, et sic Goth. pr. Sed defendit alterum librorum auctoritas ap. Heins. (In Mediceo legitur *dextra* superscripta *e*. Apud Prisc. VIII, 68. Krehlius edidit *dextera*, qui *dextra* in uno cod. invenit. *Wr.*) *nam cetera* Goth. tert. *amne* Sprot. 471 *movebant* Heins. e suis et Pierianis restituit. *monebant* pr. Hamburg. pro var. lect. Vulgo ante Heins. lectum *videbant*; (quod est in Palat. 3. 7. 8. 11. *Wr.*) dederat tamen *movebant* Naugerius in Ald. tert. et ex eo alii. *simul* pro copula est: nec *Stant — simulac videbant* latinum esset. (Accedebat quippe ad reliquam maestitiam adspectus capitum Nisi et Euryali; maesti autem erant, ut de eventu pugnae solliciti, nondum reverso Aenea. *Wr.*) 472 *Nota minis* sec. Goth.

Lect. *rumoribus* docte videtur positum pro hortatibus, vocibus. (*rumores* istos ad caedem istam nocturnam spectare censet Heinrich.; quod praestat. *Wr.*) 468. De locorum situ v. Exc. III ad lib. VII et sup. ad v. 195. Poeta videri potest tanquam in Rutulorum, castra adorientium, agmine versans nunc sinistram versus mare, dextram partem versus Tiberim memorare: sicque statuebam antea; nunc video nimium sic turbari in ceteris, et manendum esse in eo, ut *pars sinistra murorum* et h. l. sit ex positu castrorum a partibus Troianis: Exctus. I † ad hunc librum IX. *a laeva parte* castrorum porta erat, a qua duplex via ducebat, altera secundum littus, versus Laurentum, altera in interiora agri, qua, retro ad Tiberim versus collem Palatinum perveniri poterat. Fir-

Digitized by Google

Interea pavidam volitans pennata per urbem
Nuntia Fama ruit, matrisque adlabitur auris
Euryali. At subitus miserae calor ossa reliquit;
Excussi manibus radii, revolutaque pensa.
Evolat infelix, et, femineo ululatu,
Scissa comam, muros amens atque agmina cursu
Prima petit: non illa virum, non illa pericli,
Telorumque memor; coelum dehinc questibus inplet:
Hunc ego te, Euryale, adspicio? tune ille senectae
Sera meae requies, potuisti linquere solam,
Crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,
Adfari extremum miserae data copia matri?
Heu, terra ignota canibus date praeda Latinis

481. TUNE, ILLA

473 *pinnata* Medic. et Gud. cum Rom.; et sic Servius. 474 *F. gerit* Ven. a m. pr. *auras* Medic. a m. pr. 475 *At* Heins. cum melioribus. Vulgo *Ac. relinquit* Erf. 476 *Expulsi* apud Macrob. lib. IV Sat. 1 editum. *Discussi* Parrhas. *resolutaque membra* refingebat Barnes ad Iliad. χ, 448, ut convenirent verba: τῆς δ' ἐλελίχθη γυῖα, χαμαὶ τέ οἱ ἔκπεσε κερκίς. 478 *comas* Ven. et Goth. sec., qui et: *agmina circum* exhibet. 480 *dehinc coelum* tres Burm. 481 *Non ego* Goth. sec. *Hinc* Hugen. *Hunccine te, Euryale* vett. edd. Macrobii V Sat. 9 et in margine cod. Bemb. Terentii. Ex iisdem et aliis codd. Heinsius restituit *tune illa s.*, quod iam Ald. tert. habet, pro vulgato *ille*, quod tamen doctius videtur. cf. ad v. 485. (*ille*, quod Medic. cum plerisque codd. tuetur, restitui; *illa* correctoribus librariis haud dubie debetur; vidit idem Iahnius. *Wr.*) Dorvill. a m. sec. *ipse*. 484 *extremis* Medic. et Sprot. (vid. V. L. ad I, 104. *Wr.*) *extrema* plures Heins. et Burm. 485 *date* post Fabricium Heins. e codd.; vulgo *data*, minus eleganter, inprimis post *data copia*. (Pauci admodum libri, quibus nunc accedunt 2. 3., *date*, quod quam facile in *data* mutari potuerit, apparet. Et *date* hic pro *datus*, ut solent poetae vocativum secundae Verbi personae adiungere;

mant Troiani praesidiis vallum ab laeva parte, qua Rutuli oppugnare munitionem seu urbem, quam Virgilius perhibet, poterant: collocant ea in ipso vallo seu muro et turribus, quas fossa ambit.

473 sq. Comparant Andromachae trepidationem et luctum Iliad. χ, 447 seqq. et Iliad. ζ, 388 sq. Ut imitatorem minus subacti iudicii agnoscas, cf. Statii III Theb. 133 seqq. 476. Affectus a multis adumbratus: at Virgilius pressit vestigia Apollonii III, 254 sqq. de *radiis* texentis v. sup. ad Ge. I, 294. 479. *prima agmina* haud dubie iungenda. Nam procurrit ante propugnatores valli. 485. 486. ex prisci aevi atrocitate, in-

Digitized by Google

Alitibusque iaces! nec te tua funere mater

486. FUNERA

Pers. III, 28. sq.: „Stemmate quod Tusco ramum millesime ducis, Censoremve tuum vel quod trabeate salutas.“ Tibull. I, 7, 53. Val. Flacc. IV, 467. vid. Heindorf. ad Horat. Sat. II, 2, 104. Sillig. ad Catull. XLIV, 17. Sanct. Minerv. l. II. c. VI. p. 230. ed. Bauer. Ruddimann. Institutt. Gr. Lat. Vol. II. p. 11. sq. ed. Lips. Adde Matthiae Gr. Gr. Vol. II. p. 615. Sic accipiendum etiam *miserande* infra X, 327. et *induite* XII, 947. *Wr.*) 486 Locus interpretatione vix expediendus. Servius *funeram* exponit h. e. eam, ad quam funus pertinet, quasi funeream. Addunt alii *funeras* producere cadavera, *praeficas* sequi. Grammatico acumine digna antiquata vox, non Maroniana elegantia! Quid quod nec vocis exemplum extat, nisi ex lectione Ios. Scaligeri in Ennii epitaphium illata: *nec funera fletum faxit.* cf. Davis. ad Cic. Tusc. Qu. I, 49. Displicuit Serviana ratio iam Iulio Sabino, qui sic accipit: „ego tua mater „peperi te non ad funera, id est, ut ipsa tibi facerem funus.“ Substituit igitur ille, quod alii quoque faciunt: *nec te* ad *tua f.*, sed hoc plumbeum est; aut, quod Pseudo-Donati interpretationi praefixum video: *nec te* in *tua f.*, at in ipsa interpretatione aliter acceptus locus: „Hic quoque, inquit, aliud fuerat dictura, aliud „subiecit, dolentis more.“ Scilicet ex eius sententia scribendum erit cum Catroeo: *nec te — tua funera mater Produxi*, ut se ipsam reprehendat: quid dico te? saltem tua funera: quod an cuipiam se probaturum sit, dubito. Aliud acumen sequuti sunt alii. Cerdam non assequor: etsi is proclivior est in Servianam rationem. Castalio apud Burmannum verba iungebat sic: *nec te tegens veste produxi funera.* Dura prorsus oratio. Locum esse corruptum nullus dubito atque eum inter ea esse referendum censeo, in quorum corruptelis omnes codices conspirant eoque testatum faciunt, se istis depravationibus seriores esse omnes. Laudatur quidem lectio ex sec. Moret. *nec enim tua*, et ex Parrhas. *nec ego tua*, sed correctorem in his agnoscas facile; nec in aliis locis hi codices ab aliis recedunt nisi ex interpolatione. Sed in promtu est loci emendatio, quae, una cum depravationis caussa, ex antecedenti *tua* in oculos incurrit: eamque iam Bembus proposuerat: *nec te tua* funere *mater Produxi*; nec ego produxi te funere. Vulgare erat: ducere, producere, funus; et elegantia nota pro ego, *tua mater.* Burmannus castigationem hanc admitti posse concedit. fluctuat tamen incertus tandemque tentat: *nec tristia funera*: emendatio ex eo genere, quod ex mensura et numero litterarum simile quid extundit. Heumannus olim coniecerat: *te* et *tua funera*: Laxa et fluxa oratio: lorum in rivo natare putes. Merula ad Ennium p. 56, qui Servianae alioqui rationi favet, insuper legebat: *Proluxi*, nullo cum fructu. (Scripsi *funere*; vid. Q. V. VIIII, 1. et V. L. ad XII, 790. Iahnius edidit *te in tua funera*, quod ipse sequerer, nisi *in* interpretamenti speciem prae se ferret. *Wr.*)

sepulta proiiciendi corpora, satis nota, vel ex Iliadis primis versibus, visum est infaustissimi casus esse, si cui funus duci nequiret. Ad sequentes quoque versus illustrandos undique locorum copia suppetit, etiam ex ipso Homero, v. c. Od. ω, 291 sqq. Iliad. χ, 86 sqq. conf. inf. X, 557 seqq. et vss. ex Attio ap. Cic. Tusc. Qu. I, 44. 486. *nec te tua funera mater Produxi:* Ut nunc legitur, ratio grammatica accipere sic iubet, ut *tua funera* sit appositum vocis *te.* Scilicet funus ducitur, producitur, adeoque et corpus.

Digitized by Google

Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi,
Veste tegens, tibi quam noctes festina diesque
Urguebam, et tela curas solabar anilis.
Quo sequar? aut quae nunc artus, avolsaque membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,
Nate, refers? hoc sum terraque marique secuta?
Figite me, si qua est pietas; in me omnia tela
Coniicite, o Rutuli; me primam absumite ferro;
Aut tu, magne pater divom, miserere, tuoque
Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
Hoc fletu concussi animi, maestusque per omnis
It gemitus; torpent infractae ad proelia vires.
Illam incendentem luctus Idaeus et Actor,

487 *oculis* duo Burm. 488 *tibi quod* Rom. *qua* Erf., et mox v. 489 *Urguebant. tela anili* alter Mentel. (*anilis* Medic., sed altera *i* in *e* commutatur, ait Foggin. *Wr.*) 490 *sequor* alter Hamb. *aut quo* Montalb. et Goth. tert. 492 *Nate ne fers* alter Hamb. *quae sum* aliquot edd. vett., sed *hoc sum* omnes scripti Pier. et Heins. et Gothani, praeter primum. *haec sum* sec. Rottend. et Parrhas. 494 *primum* alter Hamb. *abrumpite* sec. Moret. 495 *At tu* uterque Hamburg. et sec. Moret. 498 *concussa animi* Goth. tert., quod facile quis exornet, qui otio abundet, quantumvis ineptum. *moestosque* a m. pr. Mentel. pr. 500 *incidentem* Oudart. *et auctor* Rom. et Goth. tert. ac Dorvill. a m. sec. In Regio sequens versus huic praemissus erat.

Friget tamen vel sic locus cum cadavere. Probabile fecimus, legendum esse *funere;* nec ego funus tuum duxi; pro hoc doctius dictum: *nec te produxi funere.* Ad sententiam illustrandam laudat versus Ennianos Macrob. VI, 2 ex Cresphonte: *Neque terram iniicere, neque Cruenta convestire mihi corpora licuit, Nec miserae lavere lacruma salsum sanguinem.* vid. Var. Lect. (Delendum *mihi* in verbis Enn. *Wr.*) 488. *Veste tegens.* Minus bene de veste funebri, ἐνταφιον dicitur, cogitant Iutpp. et σπεῖρον Laertae a Penelope curatum huc advocant. De filii adolescentis morte mater profecto non cogitabat; sed ei vestem ornatiorem parabat. (*Veste tegens* i. e. et veste texi; vid. Q. V. XXVIIII, 5. Contra vs. sq. *et solabar* pro solans; vid. Q. V. XXXIIII, 4. *Wr.*) 491. *hoc* caput, quod ante oculos erat suffixum pertica v. 465. 492. *hoc sum secuta?* ut mihi aliquando id esset sic adspectandum! Nisi *hoc* pro eo, propterea, maljs accipere. (Hoc verius; cfr. V. L. ad II, 690. Not. ad III, 56. Sillig. ad Culic. vs.

Digitized by Google

Ilionei monitu et multum lacrimantis Iuli,
Conripiunt, interque manus sub tecta reponunt.
At tuba terribilem sonitum procul aere canoro
Increpuit. Sequitur clamor, coelumque remugit.
Adcelerant acta pariter testudine Volsci; 505
Et fossas inplere parant, ac vellere vallum.
Quaerunt pars aditum, et scalis adscendere muros,
Qua rara est acies, interlucetque corona
Non tam spissa viris. Telorum effundere contra
Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis, 510

501 *monitum* ed. Iunt. 502 *in tecta* multi Pier. et Heins. cum Goth. tert.; tum *reponunt* iam inde ab Aldd. legitur. *reportant* vett. edd. apud Pier. et qu. Moret., quod sane vulgarius; et sic sup. VII, 574. At conf. sup. IV, 391. 392. VIII, 584. *inter manus* puta famularum. 503 *sonoro* Bigot. (—505. *Vulsci* aliquot codd. Serv. cum Dresd. *Wr.*) 506 *pellere* Rom. Oudart. et a m. sec. Bigot. Mediceus autem etiam *pellere vallo* a m. sec. ex v. 519. (est haec altera, *vellere vallum* prior Medicei lectio; proba locutio *vallum vellere*, vid. Drakenb. ad Liv. II, 25, 3. *Wr.*) 507 *aditus* Gud. *murum* Leid. et Moret. sec. 509 *pressa viris* Hugen. 510 *aut* Bigot. cum Goth. tert. *drudis* Franc., unde Burm. coni. *crudis*. Sed in illo codice operam ludat, qui talia rimetur. *duros* dixit pro robustis, gravibus.

198. *Wr.*) *funus* autem 491 est cadaver, ut alibi quoque. 500. *incendentem luctus*. Uti *ardere* dicuntur ea, quae in magno motu sunt, agitantur, turbantur, versantur: sic *incendere* est augere, excitare. cf. inf. X, 895. (—502. *interque manus*, vid. Not. ad Ecl. I, 52. et Intpp. ad Phaedr. V, 7, 10. *Wr.*)

503. 504. Praeclare ad revocandum a moerore, et recipiendum ex tam longa narratione animum, utitur versibus ad movendos animos idoneis: prioris lineas ductas esse ex illo Ennii: *at tuba terribili sonitu taratantara dixit*, omnes monuere post Macrobium. *increpuit sonitum* ut, sonuit sonitum: sed variando; sonando emisit, fecit. 505. In *testudine* egressus est Homericam τειχομαχίαν Iliad. μ, 443 sq., quae in hoc et sqq. poetae animo insidere debuit, uti ex multa lectione unicuique accidere necesse est: *testudinem agere*, scutorum iunctorum (nam de machina multo minus cogitare licet), Troiani et Achivi nondum norant. Mox Messapus v. 523 Homerici Sarpedonis partes explet Iliad. μ, 387 sq. Volsci ducebantur a Camilla; sup. VII, 803. (vid. V. L. ad XI, 168. *Wr.*) Ceterum novam Troiam, urbem, poeta ita descripsit, ut simul castrorum vicem ea praebere posset: lib. VII, 157 *Ipse* humili *designat* moenia fossa, *Moliturque locum, primasque in littore sedes* Castrorum *in morem* pinnis atque aggere *cingit*. Itaque libro nono ex Aeneae praecepto non in aciem pro-

Digitized by Google

Adsueti longo muros defendere bello.
Saxa quoque infesto volvebant pondere, si qua
Possent tectam aciem perrumpere: quum tamen omnis
Ferre iuvat subter densa testudine casus.
Nec iam sufficiunt. Nam, qua globus inminet ingens,
Inmanem Teucri molem volvuntque ruuntque:
Quae stravit Rutulos late, armorumque resolvit
Tegmina. Nec curant caeco contendere Marte
Amplius audaces Rutuli, sed pellere vallo
Missilibus certant.

512 *saxaque volvebant infesto p.* Zulich. 513 *Possint* Leid. *quum tamen.* Duriuscula est ad meum sensum haec iunctura. At illis, inquit, qui testudinem agunt, decretum est, extrema experiri. Omissa autem in seqq. pronomina demonstrativa ac relativa, quae subiecta declarent, brevitatem ac vim narrationi faciunt. Obvium est, quod et Io. Schrader. in schedis coni. *quum tamen omnes Ferre iuvat.* (Nihil mutandum; vid. V. L. ad III, 301. *Wr.*) 514 Vulgata lectio erat *libet.* Multi tamen Heins. cum tribus Burm. *iuvat.* Adde fragm. Vatic. (et 3. 8. 11. *Wr.*) Alludunt Medic. a m. pr. et Gud., qui cum Mediceo Pier. habent *iubat*, (Medic. apud Foggin. *lubat*, superscriptis literis *i* et *e*; ipsa oratio poscit *iuvat. Wr.*) Priscian. et Augustin. *iubet.* Probarunt idem Cuningham., qui recepit, et Io. Schrader.; itaque praetuli, cum orationem faciat minus duram. 515 *sed qua* Gud. a m. sec. *quo* Goth. sec. 516 *v. trahuntque* Donat. et alii antiqui apud Ge. Fabric. cum Mentel. pr. a m. sec. 517 *Rutulos stravit* vulgo ante Heins., minus suaviter. *stravit late Rutulos* Parrhas. 518 *curent* Leid. *se condere* Bigot. et Leid. a m. sec. *detendere* Menag. alt. 520 *tentant* sec. Rottend., tum Leid. supplet: *densis cum corpore toto.*

cedunt Rutulis accedentibus, sed *castra et tutos servare aggere muros* student. Erat autem, quantum video, ex poetae mente, fossa ducta cum aggere seu vallo; ex humo aggesta, vallis seu stipitibus praefixis: vallo impositus erat murus, turribus ex intervallis distinctus. Itaque oppugnatio ita instituitur, ut primum alii testudine facta succedere, fossam implere ac vallos convellere, alii, qua parte murus nudatus erat, scalas admovere tentent. Rupta ac soluta testudine, v. 515—517 missilibus e longinquo muros propugnatoribus nudant. Tandem v. 521 in turrim impetus fit: igni immisso expulsis Troianis irruunt Rutuli. Versus 511 ingenioso commento a poeta subiicitur. 512. *infesto pondere* pro gravi, et ob gravitatem exitioso. (—517. *Rutulos*, vid. Not. ad vs. 450. *Wr.*) 518. *caeco Marte* sub testudine, quam modo *tectam aciem et armorum tegmina* dixerat; pugnae tectae opponitur

Digitized by Google

Parte alia horrendus visu quassabat Etruscam
Pinum, et fumiferos infert Mezentius ignis;
At Messapus equum domitor, Neptunia proles,
Rescindit vallum, et scalas in moenia poscit.
Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quae funera Turnus
Ediderit, quem quisque virum demiserit Orco;
Et mecum ingentis oras evolvite belli.

526. TUNC

521 *horrendum visu* Erfurt. 524 *Transcendit v.* codd. admodum vetusti apud Pier. *praescindit* pr. Moret. et a m. pr. Ven. Sed *Rescindit* recte, ut supra vellebant vallos. *ad moenia* nonnulli Heins. et Burm. cum sec. Goth. 525 Heumann. coni. *Vos, o Calliopae*, graviter ob id vapulans Burmanno. Idem enotatum ex Erf. (vid. Not. ad I, 140. Bach. ad Tibull. I, 3, 1. et quos laudat Weichert. ad Valer. Fl. Argonaut. l. VIII, 194. — *Caliope*, simplici *l*, Medic. *Wr.*) 526 *tunc* Heins. e Medic. et al. Vulgo *tum*; (ita fragm. Vatic. cum plerisque, ut videtur, libris mss.; idque restitui; vid. Q. V. XXV, 5. *Wr.*) alii *cum. ferro tum* Dorvill. 527 *Dimiserit* multi et hic apud Burm. 528 *horas* tres apud Burm., et Goth. tert. *heroas*, quod nihili est; interpretatur tamen *horas* etiam Iul. Sabinus, ut sit tempus, quo bellatum est; sed Ven. *caussas*: uti etiam in Ennianо versu (vid. Not.) exhibent Diomedis et Quinctiliani libri VI, 3, 86, male utique. Nec melius alii coni. *iras. curas*; nam *oras* Ennianum est. Tum *evertite* Menag. pr. *exolvite* alter Hamb., frustra. vid. laud. ab Burm. Barthium ad Stat. I Theb. 2; adde Stoeber. ad Manil. I, 116.

pugna aperta. 521. *pinus* nulla alia est quam ardens, quae pro face esset. (at quare E t r u s c a m pinum? Nempe ipse cum Etruscis, quos ducebat, vid. VII, 652., faces castris admovebat. *Wr.*)

525 seqq. Praeclara haec: facit enim Musarum invocatio plurimum ad convertendos animos in Turnum, qui nunc rebus gestis erat illustrandus: modo non ex Homero omnia nimis manifeste essent translata; a quo tamen omnino diligentius curatum est, ut, quae narravit, non ex poetae ingenio sed a vetere fama profecta esse viderentur, quam Musae suppeditarent. In Virgilio contra nimis manifestum est, ex poetico artificio aut formula poetica haec esse inserta. *Vos, o Calliope.* Exempla enallages seu syllepsios vid. ap. Cerdam et alios, ut nuper in Heusing. ad Off. Cic. praef. p. 37. (adde V. L. ad hunc vs. — *adspirate c a n e n t i, quas strages ediderit*, i. e. adspirate mihi, canere instituenti, ingredienti; cf. Not. ad XII, 394.; parum recte haec interpretatus fueram Q. V. XXVIIII, 5. *Wr.*)

525. Vid. Iliad. ξ, 508 seq. 527. Ἄϊδι προΐαψεν quis nescit? Si modo verum est, ἰάπτειν esse Homero πέμπειν. 528. Versus Ennianus ex VI Annal. teste Macrob. VI, 1 et Servio: *Qui potis ingentis oras evolvere belli?* et hinc explicandum. *orae*

Digitized by Google

Turris erat vasto suspectu et pontibus altis,
Opportuna loco: summis quam viribus omnes

529. *ET MEMINISTIS ENIM, DIVAE, ET MEMORARE POTESTIS.*

529 Abest versus melioribus libris cum Mediceo: adde fragm. Vatic., et recte iudicabat Heinsius esse eum hic inculcatum ex sup. lib. VII, 645. Omissus est in edit. Parmensi. Aberat quoque Goth. sec., at in pr. praemittebatur superiori. (Defendit hunc versum Weichert. *De verss. iniur. suspect.* p. 66. sq. his usus verbis: „Solennis est versuum in deorum invocationibus repetitio apud Homerum et alios: cuius rei ignoratio librariis ansam dedit versus praetermittendi, quem supra lectum esse reminiscebantur." Deest hic versus etiam 2. 3. 7. 8. 10.; legitur tamen apud Servium. Levius est illud, quod Servius eundem versum, supra VII, 645. silentio praetermissum, hic illustrandum putaverit; at id ipsum scholion cum extrema parte praegressi in pluribus libris mss. desideratur. Nec versus ibi ex Ennio allatus haec ab ipso Servio scripta esse probat, quippe qui servatus sit etiam a Quintiliano, Diomede, Macrobio. Macrobium autem praeter alios veteres Grammaticos inprimis adhibitum esse ab interpretibus Virgilii ante inventam artem typographicam docere potest liber Servii Dresd., in cuius margine multa e Macrobio sumta inveniuntur. Quare Servii testimonio frustra utaris hac in causa; cui si fidere liceret, — quamquam offendor hic ipso illo *Et* in principio duorum versuum, qui se excipiunt, posito — dicerem facile fieri potuisse, ut exciderit hic versus, ab iisdem quippe syllabis, quibus superior, incipiens. Nunc vero non solum asteriscis notandus, sed ex ordine eiiciendus fuit. Tuetur eum Palat., in quo tamen *divae* deest, nisi forte imprudens hoc voc. omisit Ambrogius. *Wr.*) 530 *suspecto* alter Hamb. *conspectu* Parrhas. 531 *qua v.* Goth. alter.

videntur dictae simpl. pro partibus, ut *fines*, de toto loco, spatio. (orae non solum sunt fines, sed etiam ipse locus finibus quibusdam circumscriptus, χώρα. Sed vide, quae infra dicturus sum. *Wr.*) *bellum* est pugna, quae quomodo omnibus locis per totam aciem facta sit, quis exponere possit? Ἀργαλέον δέ με ταῦτα, θεὸν ὥς, πάντ' ἀγορεῦσαι etc. (Iliad. μ, 176). Adiecta vox, *evolvere*, verbis, in animum revocabat Turnebo oras vestium: quod alienum est. Apud Homer. Iliad. δ, 371 γεφύρας πολέμοιο per *oras* illustrant, perperam utique, nam illae sunt intervallum inter utramque aciem, qua parte propugnatores, πρόμαχοι, prodeunt, seque invicem armis petunt. Servius *oras* extrema bellorum exponit: enimvero de pugna agitur. (Verbum *evolvere* hic non videtur valere i. q. ἐξηγεῖσθαι, sed i. q. explicare, ἀναπτύσσειν; oras, puta quasi picturae alicuius convolutae; quae quum evolvitur, prima apparet extrema pars s. ora: ἄρχετ' ἀείδουσαι πόλεμον. *Wr.*)

530. cf. sup. lib. II, 440 sqq., ubi regia Priami simili modo oppugnatur. *pontibus;* accipiebam de viis, quibus discurrunt propugnatores per moenia et ad turres perveniunt. Pro tabulatis pontes dici, durum esset. vid. sup. v. 170. Enimvero revoca in men-

Digitized by Google

Expugnare Itali, summaque evertere opum vi
Certabant; Troes contra defendere saxis,
Perque cavas densi tela intorquere fenestras.
Princeps ardentem coniecit lampada Turnus,
Et flammam adfixit lateri; quae plurima vento
Conripuit tabulas, et postibus haesit adesis.
Turbati trepidare intus, frustraque malorum
Velle fugam. Dum se glomerant, retroque residunt
In partem, quae peste caret: tum pondere turris
Procubuit subito, et coelum tonat omne fragore.
Semineces ad terram, inmani mole secuta,
Confixique suis telis, et pectora duro
Transfossi ligno, veniunt. Vix unus Helenor,

532 *Italis* Rom. 536 *affecit* Medic. Pierii. *adstrinxit* Parrhas. 537 *tabulis* pr. Hamb. a m. pr. *pontibus* coni. Jo. Schrader. *adhesis* Rom. *obesis* Goth. sec. (*adesis* Medic., sed, quod mireris, mediae syllabae superscriptae sunt literae *ha*; et *adhaesis* cod. Gud. Arusiani apud Lindemann. p. 233., *adesis* ibidem cod. Ang. Maii. *Wr.*) 539 *residunt*: Io. Schrader. em. *recedunt*; sed alterum doctius eodem significatu. Est Lucretianum *retroque residit*: II, 283. 540 *carent* Franc., sed tunc malit Burm. *qua peste carent* scil. Troiani. Conf. ad v. 510. 542 *immensa* Sprot. *secuti* duo Burm. 543 *Confixaque* Montalb. *Confixitque* Goth. sec. 544 *Transfixi* pr. Hamb. pro var. lect. cum Goth. pr. *Confossi* Parrhas. *Halenor* in libb. aliquot Pier. Est Ἑλήνωρ. *Elenor* Lutat. ad Stat. apud Burmannum, qui et binis codd. abfuisse versum notat, ex clausulae similitudine, in uno versus 548. 547. 546 se excepisse.

tem supra exposita ad v. 170 *pontes et propugnacula iungunt*. Fuit turris, seiuncta a vallo seu muro, et ante vallum posita, ponte iuncta cum vallo; trabibus illa coagmentata, ita ut igni consumi posset. 533. *defendere* sc. turrim, non se; hoc indignum poetica gravitate esset. 536. *Et flammam adfixit lateri*, ergo turrim ligneam fuisse credendum est, si exterius adhaesit fax allisa et affixa. 540. *pestis* de incendio, ut V, 683. incensis navibus. Dum omnes in alteram turris partem, quae intacta ab igni est, concedunt: illa, quae solo imposita et superstructa erat (non fundaménto saxeo in terram acto), utpote lignea et mobilis, inaequali pondere inclinatur et corruit. 542. Videntur sequentia ad hanc rerum faciem esse revocanda. Turrim ligneam nunc corruentem ferri in praeceps in partem oppugnatoribus adversam. Ii, qui in turri sunt, affliguntur gravi turris ruina solo, partim hastis suorum mutuo transfixi: hoc est *veniunt ad terram*.

Digitized by Google

Et Lycus elabsi: quorum primaevus Helenor,
Maeonio regi quem serva Licymnia furtim
Sustulerat, vetitisque ad Troiam miserat armis,
Ense levis nudo, parmaque inglorius alba.
Isque ubi se Turni media inter millia vidit,
Hinc acies, atque hinc acies adstare Latinas:
Ut fera, quae, densa venantum saepta corona,
Contra tela furit, seseque haud nescia morti

545 *Lucus* in Medic., in al. *Licus*. (idque ipse Medic. a m. sec. exhibet; sed infra 556. *Lycus*. *Wr.*) 546 *Licymnia* Medic. et Gud. *Αιχύμνια* ex *Αἰχυμνος*. Varie depravatum nomen: *Licimnia*, *Licinnia*, *Licinia*, *Lycimnia*, *Lacymnia*, *Lacinia*, *Lucina*, *Lucania*. 548 *palmaque* Ven., idque, quod miror, Iul. Sab. interpretantem video. 550 *atque hinc inter se a*. Ven. *obstare* Vratisl. *instare* pr. Hamb. et Bigot. cum Goth. tert. 552 *inscia* Goth. sec. *mortis* Montalb.

545 sqq. Ornat Helenorem, sed Homeri vestigia legens Iliad. ξ, 23 sq. tamquam regis, seu viri principis Phrygii, pro quo Maeonium dixisse videtur, e serva filium. 547. *vetitis armis*: quae tractare nondum posset propter teneram adolescentiam: nam erat *primaevus*. Male Intpp. post Servium ad Romanorum morem in servis a militia prohibitis referunt. 548. *parmaque inglorius alba*; media vox satis arguit poetam non simpliciter λευκασπιν voluisse innuere, *fulgenti clipeo instructum*, ut apud Aeschyl. Sept. ad Th. 90, nec ἄσημα ὅπλα Euripidis Phoeniss. 1119, quae moderationis ibi insigne habentur in Amphiarao; verum, nisi variandi ornatus caussa posuit, morem nescio quem respexisse, quo picta, ac caelata argumento, scuta virtutis et clarorum facinorum erant insignia ac praemia. Itaque Helenor, etsi mox fortiter in hostes irruat, cum tamen, ardore iuvenili abreptus, clam domo profectus nulla arma secum tulisset, vulgaribus armis prima militiae stipendia merens, ipse ἄσημος, nullis clipei insignibus discerni et dignosci poterat. Contra vs. 582 Arcentis filius *clarus*, conspicuus, chlamyde purpurea dictus. Iterum XI, 711 Camilla *tradit equum comiti paribusque resistit in armis Ense pedes nudo puraque interrita parma*. (Heinrichius, vestigiis insistens Euripidis l. l. et Aeschyli Sept. ad Theb. vs. 588. sq. et Blomf.: „σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλῳ· οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει·" id ipsum, quod albam parmam Helenor gesserit, eius modestiae tribuit; propterea ipsum inglorium a poeta vocari, quippe alienum ab illa iactantia et gloriolae captatione, quae cernatur in armis insignem aliquam caelaturam habentibus. *Wr.*)

549. Turri in fastigio aperta, non tecto clausa, in praeceps data, extra vallum, desilientes duo, Helenor et Lycus, in medio hostium

Digitized by Google

Iniicit, et saltu supra venabula fertur:
Haud aliter iuvenis medios moriturus in hostis
Inruit; et, qua tela videt densissima, tendit.
At pedibus longe melior Lycus inter et hostis
Inter et arma fuga muros tenet, altaque certat
Prendere tecta manu, sociumque adtingere dextras.
Quem Turnus, pariter cursu teloque secutus,
Increpat his victor: Nostrasne evadere, demens,
Sperasti te posse manus? simul adripit ipsum
Pendentem, et magna muri cum parte revellit:
Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cycnum,

563. QUALIS,

(— 555. *quae* Medic. a m. pr. *Wr.*) 556 *It* pr. Moret. *melior longe* aliquot Burm. 557 *muros petit* Erf. 558 *Pendere* Goth. pr. *pandere* tert. *saxa manu* pr. Moret. cum Erf., quod praeferret Burm., si in pluribus extaret: nam *tecta* de muris castrorum et munimentis insolitum dici. f. *septa*. Debebat tamen concedere hoc poetae, ut muri summam partem hac voce declararet, uti mox v. 568 de eadem *fastigia* dixit. Nec muros tecto tutos cogitare adeo absonum est. *dextra* alter Hamb. et Rom. *dextris* Erf. 559 *cursu pariter Turnus* Goth. tert., nec insuaviter. (sed contra morem Virgilianum; vid. V. L. I, 714. *Wr.*) 562 *tendentem* pr. Moret. *muri magna* Erf. *revulsit* Exc. Burmann. et Parrhas. 563 *aut* ante *leporem* abest apud Macrobium V, 12. *candentem corpore* e cod. Coll. Ies. recepit Wakefield. Et est sane elegans lectio. (*candenti corpore*, hoc requirit mos Virgilianus; sic I, 71.: „bis septem

versari se videbant. Alter Lycus v. 556 sq. in aggerem et murum vibrato in altum corpore escendere conatur, ut se intra urbem recipiat. Ad 551 sq. comparandus Iliad. μ, 41 sqq. ν, 164 sqq. conf. inf. XII, 4 sq. Silius X, 1 sqq. 557. Murum humilem fuisse necesse est, qualis est Homericus murus seu vallum Achivorum, cuius pinnas Sarpedon manu convellit: Iliad. μ, 397. *tecta* pro valli superiore parte, ut v. 568 *fastigia*, (sed ibi fastigia turrium intelligenda videntur. *Wr.*) apud Silium VII, 603 *qui summas alto prensabat in aggere pinnas;* hinc 562 *pendentem*, nam prehenderat manu superiora muri, ut saltu se in altum libraret; et *magna muri cum parte*, uti Homer. l. c. ἔπαλξιν ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσιν Ἕλκ', ἡ δ' ἔσπετο πᾶσα διαμπερές. (*ipsum pendentem*, i. e. ut pendebat; vid. Q. V. XVIII, 2, r. *Wr.*)

563. 564. Laudantur Iliad. ξ, 308 seq. et comparantur cum his ab Intpp. inde à Macrobio; nec tamen quicquam amplius ibi est quam aquila petens πτῶκα λα-

Digitized by Google

Sustulit alta petens pedibus Iovis armiger uncis;
Quaesitum aut matri multis balatibus agnum
Martius a stabulis rapuit lupus. Undique clamor
Tollitur. Invadunt, et fossas aggere conplent;
Ardentis taedas alii ad fastigia iactant.
Ilioneus saxo atque ingenti fragmine montis
Lucetium, portae subeuntem, ignisque ferentem;
Emathiona Liger, Corynaeum sternit Asilas:

571. ASYLAS

praestanti corpore Nymphae" III, 427.: „inmani corpore pistrix." V, 372.: „Buten inmani corpore." VII, 783.: „praestanti corpore Turnus." VIII, 208.: „praestanti corpore tauros." ibid. 330.: „inmani corpore Thybris." Quare etiam Ge. IV, 538. recte editur, quod addubitaveram: „Quatuor eximios praestanti corpore tauros;" ubi cave iungas *eximios praestanti corpore*, sed *tauros praestanti corpore*. Semel, sed idonea cum ratione, a suo more deflexit Virgilius XI, 641.: „Ingentemque animis, ingentem corpore et armis." — Ceterum omisi comma, quod erat post *Qualis*; vid. V. L. Ge. I, 303. *Wr.*) 565 *matris* Rom. et Porc. apud Pier. quinque Burm., (cum 10. *Wr.*) minus docte. *balantibus* Goth. pr. *latratibus* Goth. tert. 566 *repetit* idem Goth. tert. 567 *fossas atque a. c.* Rom. 568 *ad f. mittunt* Oudart. 569 *ingentis* Medic., sed a pr. m. 570 *Lucretium*, *Lucretinum*, *Luccetium*, *Luccecium* al. (Servius: „Solum hoc nomen est, quod dictum a Virgilio a nullo alio reperitur auctore. Sane lingua Osca Lucetius est Iupiter, dictus a luce, quam praestare hominibus dicitur. Ipse est nostra lingua *Diespiter*, i. e. diei pater." vid. Iaeger. ad Mamert. Genethl. Maximiano dict. c. III, 5. Quid? si *Ducetius*, *Δουκέτιος*, quod nomen exstat ap. Diod. Sic. XI, 88., scripsit Virgilius? *Wr.*) *ignemque* Sprot. 571 *Ἡμαθίωνα. Et mathiona* Dorvill. *Emathion aliter* Exc. Burm. *Emathion aliger*; quod Goth. sec. habet. Tum *Κορυναῖον. Corineum* (ut Palat.; sed *Corynaeus* Medic. XII, 298. *Wr.*) et *Chorineum* multi, etiam *Corinesum*, *Corneum*, *Horneum*: sed est a κορύνη, clava. cf. ad XII, 298. *Hyrtacides Corineum* Macrob. V, 15, sed v. h. l. Heins. *Asilas* plerique. (Italicum esse nomen *Asilas* inde fortasse probes, quod alternis Troiani et Itali caedes memorari videtur; et Etruscum esse in Servianis ad XII, 127. proditur; quod confirmat Silius XIV, 149.: „Miles Tyrrhenus, Asilo Nomen erat." Unde etiam intelligi videtur, cur idem

γωόν; tu vero conf. Iliad. ϱ, 674 sq. et comparationem cum aquila, quae cycnos invadit Iliad. ο, 690 seq. Quod vero ad vs. 565. Iliad. ε, 162 comparandum memorant, perperam faciunt. *Martius lupus*, Marti sacer; male aliter alii.

566 sq. Cum uno loco perrupisset munitionem Turnus, facti inde ceteri Rutuli audaciores undique novo impetu invadunt eoque res succedit, ut fossam *humo aggesta* expletam habeant. Tum propius murum et portam subeuntes iactant faces. (—570. De nomine *Lucetii* vid. V. L. *Wr.*)

Digitized by Google

Hic iaculo bonus, hic longe fallente sagitta;
Ortygium Caeneus, victorem Caenea Turnus;
Turnus Itym, Cloniumque, Dioxippum, Promolumque,
Et Sagarim, et summis stantem pro turribus Idan; 575
Privernum Capys. Hunc primo levis hasta Themillae
Strinxerat: ille manum proiecto tegmine demens
Ad volnus tulit: ergo alis adlabsa sagitta,
Et laevo infixa est lateri manus, abditaque intus
Spiramenta animae letali volnere rupit. 580

576. TEMILLAE 579. ADFIXA 580. RUMPIT

Silius VIII, 447. Nominativum huius nominis fecerit *Asilos*. Sed etiam Italos Graecis instrui nominibus, ostendit vel vs. 573.; vid. Not. ad XI, 615. *Asilas* tamen ut scriberem, Medicei fecit auctoritas, in quo *Asilas* et hic et ubique, vid. X, 175. XI, 620. XII, 127. 550.; et videtur hoc nomen ex eodem, quo *asilus*, fonte ductum. *Wr.*) 572 *baculo bonus* Goth. tert., belle! in ludum litterarium relegandus! *falante* Franc. *fugiente* Leid., sed *fallens* est, quae occulto ferit. Valer. Fl. III, 182 *fallere nervo ausus. est* in fine addunt aliquot Burm. 573 *v. C. turmis* Goth. tert. 574 *Ithim*, *Ithin*, *Ytim*, *Itim* alii; (*Ityn* Medic. ap. Fogg.; sed retinui *Itym*; vid. Q. V. III, 3. *Wr.*) tum *Clenium*, *Clanium*, *Clionum*, *Donium*; porro, *Diocippum*, *Diosippum*, *Dioxippumque*, tandem *Promolum* Heins. e Medic. et al. Vulgo, *Promulum*: (ita Palat. et 8. *Wr.*) alii *Pomulum*, *Prumulum*. Facile omnia ex graecis constituenda. 575 *Sagaram* al. *Idan* ex Medic. et Moret. qu., vulgo: *Idam*: (ita Palat.; vid. Q. V. III, 1. *Wr.*) etiam *Itym*, *Ityn*. 576 *Capis* al., et ante Heins. *Themillae*. (Reddidi huic nomini adspirationem Mediceum et Servium secutus. *Wr.*) 579 *Ut luevo* Wakefield emendat: non assequor, an satis commode. *adfixa* Heins. e Pier. et suis aliquot restituit: pro vulgari: *infixa*. *afixa* pr. Hamb. pro var. lect. (Mediceus *infixa* cum plerisque, etiam Servio et Donato; quod restitui. *adfixa* aut praegresso participio similiter composito *adlapsa* originem debet, aut, quod veri est similius, aliena hic videbatur librariis infigendi notio. At *infigere* interdum idem est, quod *figere in*: Sil. Ital. XII, 738.: „natis infigunt oscula matres." Rutil. It. I, 43.: „Crebra relinquendis infigimus oscula portis." Cic. Tuscul. V, 24.: „sidera certis infixa sedibus." — *addita* Medic., sed priore *d* in *b* mutata. *Wr.*) *intra* Goth. tert. 580 *rumpit* Heins. e melioribus. Vulgo, *rupit*: quod Rom. tuetur. (tuetur etiam Medic. cum aliis praestantioribus; quare hoc restitui. *Wr.*)

575. *stantem pro turribus* pro vulgari, stantem in summa turri. 577. manum admoverat lateri vulnerato, abiecto *tegmine*, scuto: eaque re latus nudavit: itaque *demens*. 578. *alis allapsa sagitta*: ornate, pro allapsa est scil. lateri, ita ut nudum latus feriret. Quia toties πτεροέντες ὀϊστοὶ apud Homerum, item *alata*, *ales* sa-

Digitized by Google

Stabat in egregiis Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, et ferrugine clarus Hibera,
Insignis facie; genitor quem miserat Arcens,
Eductum matris luco, Symaethia circum
Flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici: 585

584. MATRIS

581 *Argentis* et *Argens* duo Burm. 583 Nolim cum Servio interpungere post *miserat*, ut Arcens filii nomen sit. 584 *Productum* Parrhas. Legebatur in omnibus edd. *Eductum Martis luco*; nec aliter scripti. In *Martis* luco iam dudum haeseram, antequam varietatem lectionis inspicerem; nam de Marte apud Siculos nihil aliunde constat. Quod enim in Panormitanorum et Mamertinorum numis occurrere ille dicitur, obscura suscipio est. Equidem in his locis Ditem non Martem expectabam: nisi forte poeta Adranum, indigenam deum, Martem interpretatus est. Sed prava haud dubie est lectio, et restituendum erat quod et ad coniectandum in promtu est, et apud Macrob. V, 19 habetur, etiam in Dorvill. et in Ven. pro div. lect. *Matris*, sive ut Ceres Ennaea intelligatur, quam Fazellus reb. Sic. Dec. I, 3, 2 tuitus est, sive ut mater nympha sit, cuius lucus eo in loco erat. Iam Thaliam Palicorum matrem, nympham obscuri nominis, sed fabula Siculorum domestica proditam, novimus ex Servio ad h. l. et Macrob. l. c. Huius nymphae lucum, nomine quoque *silvam Thalium* dictum, in Calpurnio VI, 78 agnovit, nymphamque, quae a Iove compressa Palicos partu ediderat, mox iterum Arcenti nuptam, absolute *Matrem* dictam prodidit Wernsdorf. in Poet. min. Tom. IV, p. 676. 820, et Tom. V, p. 1454 ingeniose utique, etsi sine auctore. *Martis* defendi posse ex inf. v. 673 Burmannus addit, quod non assequor. (Scripsi *matris* minore litera initiali; vid. Not. *Wr.*) *Simaethia* vel *Simethia*, male vulgo ante Heins.; est enim Σύμαιθος. Peius alii: *Sumoetia*, *Symaetia*, *Symethia*, *Simetia*, *Simoëtia*. Romanus: *Simoentaque*. 585 *et* abest Oudart. *ubi implacabilis ara P.* etiam h. l. legebat Cluver. Ital. ant. pag. 934. vid. supra ad idem hemistichium lib. VII, 764. Sane et h. l. aut in partes Cluverii transire aut deleto *et* legere

gitta, occurrunt: nunc velocem motum et volatum teli per *alas* expressit, ut sup. lib. V, 319 *fulminis alae*. In vulneribus autem ingeniosus est poeta Homeri exemplo. Comparant h. l. Intpp. Iliad. *v*, 593 sq. 580 h. rupit vulnere facto eam partem, illud viscus, quo respiratio fit.

582—589. Ad variandam et ornandam narrationem nunc miserationem excitat brevi episodio; mox Numanus Remulus indignationem iniicit vecordi superbia elatus. Illud vero obscurum, ex qua recondita historia Arcentem Siculum huc induxerit, quod et in Servianis aliquis miratus est. Debuit poeta tacite ponere, profectum eum esse in Italiam cum Troianis e Sicilia solventibus. 582. *ferrugine clarus Hibera*, purpura indutus Hispana, quae est nigricantis coloris. Arcens Siculus est. Est autem in orientali Siciliae parte *Symaethus*, *fl.*, circa quem lucus fuisse a poeta narratur eo loco, quo Palicorum templum erat. *Lucum matris* appellat; simpli-

Digitized by Google

Stridentem fundam, positis Mezentius hastis,

malim: *pinguis ubi placabilis ara Palici.* Scilicet *Palicus placabilis* est qui placatur, eiusque *ara pinguis* victimis. (At hoc est non emendare poetae verba, sed corrumpere; vid. omnino a me disputata ad VII, 764.; quibus adde, quae de Palicorum sacris hic refert Servius: „Hi primo humanis hostiis placabantur, postea quibusdam sacris mitigati sunt et eorum immutata sacrificia. Inde ergo placabilis ara, quia mitigata sunt eorum numina." *Wr.*) *Palicum*, pro Palicorum, emendat Cerda. Sed vid. Not. (Nempe *Palici* ubique plurali, nusquam, ni fallor, *Palicus* singulari numero. At salva res erit commate ante *Palici* posito, quod genus epexegeseos, *ara Palici* pro *ara Palicorum*, non infrequens est apud Virgilium; vid. Q. V. XXXIII, 3, d. Agnoscit tamen singularem h. l. Servius; itaque nihil mutavi, id tantum effecisse contentus, ut in ipsis verbis nihil movendum esse intelligatur. *Paleci* Medic. *Wr.*) *Palaci* Franc. Ed. Ven. inquit Burm., tum pergit, Lutat. ad Statii XII Theb. 156. *Palisci* Ald., sed prima tantum. In Lutatio scriptum invenio: *et implacabilis ara Palyci.* 586 *hastis* Heins. e Medic. et Colot., item aliquot aliis. Vulgg. cum Rom. *armis.* (ut est etiam in Palat.; quod revocandum censet Iahnius; funditores enim aut nulla aut levi armatura indutos fuisse. At recte Heinsius: „neque veri simile fit Mezentium exuisse arma." Dicas arma h. l. clipeum dici, ut III, 288. At nihil tam impediebat Mezentium ad fundam se convertentem, quam hastae; et hastatum illum infra X, 762. videmus; hae igitur primum erant de manibus deponendae. Agnoscit *hastis* etiam Donat. Altera lectio *armis* huc invehi potuit ex VIII, 482. X, 52. 768., nisi forte Mediceus, in quo est

cissimum esset accipere matrem nympham, nomine non appellatam, cuius ille lucus erat. Verum doctrina poetae Matrem Ennaeam intelligere iubet, Cererem, ut saepe *Μήτηρ καὶ Κόρη.* (Vera est prior explicatio; non convenit enim poetae epico, ita simpliciter Matrem appellare Cererem, praesertim quum nulla alia res, quae ad illam spectet, adiecta sit. *Wr.*) De *Palicis* loc. class. apud Macrob. V, 19. Aristot. Mirab. Audit. 58, Antig. Caryst. 133. 175, Stephan. Byz. in *Παλικὴ*, et Diodor. XI, 89 sunt: (adde Serv. ad h. l. *Wr.*) et vix est, quod praeterea desideres; sin plura cupis, adi Bochart. Chan. I, 28, Cluverium in Sicil. ant., Dorvillium in Sicil. p. 167, et ibid. Burmann. Sec. p. 472 seqq., Wernsdorf. Poet. min. IV, p. 820, et Io. Beckmann. ad Aristot. l. c. et Antigon. l. c. et nuper Camus in *Mémoires de l'Institut national* an. VII. III Cl. p. 241 sq. Est tamen vel sic obscura summae vetustatis religio. Fuere duo crateres seu lacus gemelli, ideoque Fratres dicti, aquae sulfureae non longe ab Eryce, urbe, ad quos sollennia iuraiuranda fieri solebant. (Verum crateres isti a Callia et Polemone apud Macrob. l. l. non vocantur ipsi *Παλῖκοι*, sed *ἀδελφοὶ τῶν Παλίκων*, craterum nomen erat *Delli. Wr.*) Habiti inter deos, fanum habuere, non longe ab urbe Palica. Quod illud h. l. circa Symaethum fuisse dicitur, non geographice accipiendum, sed poeta locorum situm latius et a nobiliore flumine designat. Alioquin etiam propior

Digitized by Google

Stabat in egregiis Arcentis filius armis,
Pictus acu chlamydem, et ferrugine clarus Hibera,
Insignis facie; genitor quem miserat Arcens,
Eductum matris luco, Symaethia circum
Flumina, pinguis ubi et placabilis ara Palici: 585

584. MATRIS

581 *Argentis* et *Argens* duo Burm. 583 Nolim cum Servio interpungere post *miserat*, ut Arcens filii nomen sit. 584 *Productum* Parrhas. Legebatur in omnibus edd. *Eductum Martis luco*; nec aliter scripti. In *Martis* luco iam dudum haeseram, antequam varietatem lectionis inspicerem; nam de Marte apud Siculos nihil aliunde constat. Quod enim in Panormitanorum et Mamertinorum numis occurrere ille dicitur, obscura suscipio est. Equidem in his locis Ditem non Martem expectabam: nisi forte poeta Adranum, indigenam deum, Martem interpretatus est. Sed prava haud dubie est lectio, et restituendum erat quod et ad coniectandum in promtu est, et apud Macrob. V, 19 habetur, etiam in Dorvill. et in Ven. pro div. lect. *Matris*, sive ut Ceres Ennaea intelligatur, quam Fazellus reb. Sic. Dec. I, 3, 2 tuitus est, sive ut mater nympha sit, cuius lucus eo in loco erat. Iam Thaliam Palicorum matrem, nympham obscuri nominis, sed fabula Siculorum domestica proditam, novimus ex Servio ad h. l. et Macrob. l. c. Huius nymphae lucum, nomine quoque *silvam Thalium* dictum, in Calpurnio VI, 78 agnovit, nymphamque, quae a Iove compressa Palicos partu ediderat, mox iterum Arcenti nuptam, absolute *Matrem* dictam prodidit Wernsdorf. in Poet. min. Tom. IV, p. 676. 820, et Tom. V, p. 1454 ingeniose utique, etsi sine auctore. *Martis* defendi posse ex inf. v. 673 Burmannus addit, quod non assequor. (Scripsi *matris* minore litera initiali; vid. Not. *Wr.*) *Simaethia* vel *Simethia*, male vulgo ante Heins.; est enim Σύμαιθος. Peius alii: *Sumoetia*, *Symaetia*, *Symethia*, *Simetia*, *Simoètia*. Romanus: *Simoentaque*. 585 *et* abest Oudart. *ubi implacabilis ara P.* etiam h. l. legebat Cluver. Ital. ant. pag. 934. vid. supra ad idem hemistichium lib. VII, 764. Sane et h. l. aut in partes Cluverii transire aut deleto *et* legere

gitta, occurrunt: nunc velocem motum et volatum teli per *alas* expressit, ut sup. lib. V, 319 *fulminis alae*. In vulneribus autem ingeniosus est poeta Homeri exemplo. Comparant h. l. Intpp. Iliad. *v*, 593 sq. 580 h. rupit vulnere facto eam partem, illud viscus, quo respiratio fit.

582—589. Ad variandam et ornandam narrationem nunc miserationem excitat brevi episodio; mox Numanus Remulus indignationem iniicit vecordi superbia elatus. Illud vero obscurum, ex qua recondita historia Arcentem Siculum huc induxerit, quod et in Servianis aliquis miratus est. Debuit poeta tacite ponere, profectum eum esse in Italiam cum Troianis e Sicilia solventibus. 582. *ferrugine clarus Hibera*, purpura indutus Hispana, quae est nigricantis coloris. Arcens Siculus est. Est autem in orientali Siciliae parte *Symaethus*, *fl.*, circa quem lucus fuisse a poeta narratur eo loco, quo Palicorum templum erat. *Lucum matris* appellat; simpli-

Digitized by Google

Stridentem fundam, positis Mezentius hastis,

malim: *pinguis ubi placabilis ara Palici.* Scilicet *Palicus placabilis* est qui placatur, eiusque *ara pinguis* victimis. (At hoc est non emendare poetae verba, sed corrumpere; vid. omnino a me disputata ad VII, 764.; quibus adde, quae de Palicorum sacris hic refert Servius: „Hi primo humanis hostiis placabantur, postea quibusdam sacris mitigati sunt et eorum immutata sacrificia. Inde ergo placabilis ara, quia mitigata sunt eorum numina." *Wr.*) *Palicum*, pro Palicorum, emendat Cerda. Sed vid. Not. (Nempe *Palici* ubique plurali, nusquam, ni fallor, *Palicus* singulari numero. At salva res erit commate ante *Palici* posito, quod genus epexegeseos, *ara Palici* pro *ara Palicorum*, non infrequens est apud Virgilium; vid. Q. V. XXXIII, 3, d. Agnoscit tamen singularem h. l. Servius; itaque nihil mutavi, id tantum effecisse contentus, ut in ipsis verbis nihil movendum esse intelligatur. *Paleci* Medic. *Wr.*) *Palaci* Franc. Ed. Ven. inquit Burm., tum pergit, Lutat. ad Statii XII Theb. 156. *Palisci* Ald., sed prima tantum. In Lutatio scriptum invenio: *et implacabilis ara Palyci.* 586 *hastis* Heins. e Medic. et Colot., item aliquot aliis. Vulgg. cum Rom. *armis.* (ut est etiam in Palat.; quod revocandum censet Jahnius; funditores enim aut nulla aut levi armatura indutos fuisse. At recte Heinsius: „neque veri simile fit Mezentium exuisse arma." Dicas arma h. l. clipeum dici, ut III, 288. At nihil tam impediebat Mezentium ad fundam se convertentem, quam hastae; et hastatum illum infra X, 762. videmus; hae igitur primum erant de manibus deponendae. Agnoscit *hastis* etiam Donat. Altera lectio *armis* huc invehi potuit ex VIII, 482. X, 52. 768., nisi forte Mediceus, in quo est

cissimum esset accipere matrem nympham, nomine non appellatam, cuius ille lucus erat. Verum doctrina poetae Matrem Ennaeam intelligere iubet, Cererem, ut saepe *Μήτηρ καὶ Κόρη*. (Vera est prior explicatio; non convenit enim poetae epico, ita simpliciter Matrem appellare Cererem, praesertim quum nulla alia res, quae ad illam spectet, adiecta sit. *Wr.*) De *Palicis* loc. class. apud Macrob. V, 19. Aristot. Mirab. Audit. 58, Antig. Caryst. 133. 175, Stephan. Byz. in *Παλικη*, et Diodor. XI, 89 sunt: (adde Serv. ad h. l. *Wr.*) et vix est, quod praeterea desideres; sin plura cupis, adi Bochart. Chan. I, 28, Cluverium in Sicil. ant., Dorvillium in Sicil. p. 167, et ibid. Burmann. Sec. p. 472 seqq., Wernsdorf. Poet. min. IV, p. 820, et Io. Beckmann. ad Aristot. l. c. et Antigon. l. c. et nuper Camus in *Mémoires de l'Institut national* an. VII. III Cl. p. 241 sq. Est tamen vel sic obscura summae vetustatis religio. Fuere duo crateres seu lacus gemelli, ideoque Fratres dicti, aquae sulfureae non longe ab Eryce, urbe, ad quos sollennia iuraiuranda fieri solebant. (Verum crateres isti a Callia et Polemone apud Macrob. l. l. non vocantur ipsi *Παλῖκοι*, sed *ἀδελφοὶ τῶν Παλίκων*, craterum nomen erat *Delli*. *Wr.*) Habiti inter deos, fanum habuere, non longe ab urbe Palica. Quod illud h. l. circa Symaethum fuisse dicitur, non geographice accipiendum, sed poeta locorum situm latius et a nobiliore flumine designat. Alioquin etiam propior

Digitized by Google

Ipse ter adducta circum caput egit habena,
Et media adversi liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.
Tum primum bello celerem intendisse sagittam

astis, superscripta *h*, originem mendi indicat. *Mezzentius* Medic. et Rom., vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) Novum autem et ab Homerico more alienum, quod Mezentium funditorem prodit. 589 *Dissicit* pr. Hamb. pro div. lect. *dividit* Ven. *diffudit* tres Burm. *proiectum* pr. Mentel. cum Leid., perpetua varietate, quam multi notarunt; et nuper Burmann. ad Anthol. pag. 109, *ostendit* pr. Hamb. et alter Menag. 590 *celerem bello* Goth. sec.

Eryces fluvius erat, nunc *Fiume di S. Paullo*, ut *Iaretta* Symaethus est: quod bene docuit Cluverius. Quod unum tandem Palicum memorat poeta, ad poeticam rationem referendum, qua licuit ex duobus unum nominare; (vid. V. L. ad h. l., etiam V. L. ad VII, 764. ibi laud. *Wr.*) nisi forte iam Maronis aetate unus tantum lacus fuit; quomodo etiamnum unus tantum habetur, dictus *Donna Tetia* s. *Naftia*, II M. ab urbe Pelagonia et I leuca a Minoo in valle montibus Vulcaniis inclusa, quae et ipsa crater Vulcani fuisse creditur. Durat adhuc similis superstitio, quod fatidica mulier illic sedem habet. Mirationem facit aqua in medio cratere ebulliens, sulfurei odoris. (— 587. *Ipse* quid significet, dictum Q. V. XVIII, 2, 1. *Wr.*) 588. *liquefacto plumbo:* quasi plumbum funda emissum in aere liquefactum sit; quod portentosum esset; ut forte dicere malis, inflictum et illisum duris ossibus plumbum ex rotundo dilatatum esse. Erat autem plumbum funda emitti solitum fere olivae simile. Enimvero non debebam argutari. Videndum erat, quid antiquitas crediderit, quid poeta dixerit: qui haud dubie sequutus est vulgare loquendi genus ex vulgi persuasione: celeri ac fulmineo motu plumbum emissum in aere incalescere et liquefieri. Lucret. VI, 176 *ut omnia motu Percalefacta vides ardescere; plumbea vero Glans etiam cursu longo volvenda liquescit.* (vid. quos laudat Cort. ad Lucan. III, 711. Vir doctus in Seebodii Nov. Bibl. crit. T. V. Vol. I. p. 179. plumbum liquefactum nihil aliud esse vult, quam glandem plumbeam, i. e. factam e plumbo liquefacto. — Sed si adversus ille stetit, quomodo feriri potuerunt tempora? Nempe m e d i a tempora idem esse puto, quod frontem, quae media est inter utrumque tempus. Explicatius infra vs. 750.: „Et mediam ferro gemina inter tempora frontem Dividit.“ *Wr.*) In 589 poeta non satis attendit, se in oppugnatione murorum versari. Nam *arenam* vix bene, saltem parum proprie, de homine in muris aut vallo stante, posuit. (vid. Q. V. XXXX, 2. *Wr.*)

590. Multa h. l. moliuntur viri docti, ut difficultatem diluant, quod hic iam arma tractet, qui

Digitized by Google

Dicitur, ante feras solitus terrere fugaces,
Ascanius, fortemque manu fudisse Numanum;
Cui Remulo cognomen erat; Turnique minorem
Germanam nuper thalamo sociatus habebat.
Is primam ante aciem digna atque indigna relatu
Vociferans, tumidusque novo praecordia regno
Ibat, et ingentem sese clamore ferebat:
Non pudet obsidione iterum valloque teneri,

592 *fodisse* Franc. 593 *Rhemulae* Rufin. de Schem. Lex. p. 34. *Romulo* Dorvill. et Servii edd. ad Aen. I, 267. *Remulus* Goth. pr. et sec. Ceterum quid poeta in hoc sequutus sit, ut *Numanum* aliquem *Remulum* in medium adduceret, ignoro, cum insolitum sit cognomine sic aliquem insigniri. Aliter res se haberet, si Remulus esset verum nomen, et Numanus ille appellaretur ab urbe Numana in agro Piceno, unde oriundus erat. (Si licet, id quod in medio relinquo, Numani nomen ab oppido Numana repetere, — nam Numana oriundus proprie dicitur Numanas — *Numanus* idem esse, quod regem Numanae, existimabimus, quemadmodum *Rutulus* interdum pro rege Rutulorum, Turno, ὁ Ἀσσύριος pro βασιλεῖ Ἀσσυρίων. Tum *Remulus* proprium erit eius nomen; *cognomen* enim interdum i. q. simplex *nomen*. Et Numanum appellare poeta fortasse voluit ob superbiam ex novo regno adscitam; vid. vs. 596. Quod si quis opponat, nullam eius supra l. VII. in catalogo mentionem fieri, id neminem morari debet. *Wr.*) 597 *ingentem* Heins. reposuit ex Medic. et aliis codd., ac vett. edd. Nec vero accipiendum cum Servio et aliis: eum clamasse se esse magnum: sed *se ferebat*, incedebat ingens homo, vasta corporis specie; sic inf. XII, 441 *portis sese extulit ingens*. Vulgo *ingenti*. (ut exstat in Palat. 11. 12. *Wr.*) 598 *tueri* Zulich. et Goth. sec.

in lib. I, 717 puer fuit, cui assimulatus Amor Didonis gremio insidere posset. Scilicet nec illud recte tenent, quid eo loco sit *gremio insidere*, ad veterem morem, nec cogitant, Amorem a veteribus puerum fere puberem haberi, quod ex poetis et signis satis constat, tum vero idem iam venationi acrius indulserat: IV, 156. VII, 479. conf. Excurs. IV ad lib. XII. 593. Maior Turni soror Nympha Iuturna erat. vid. inf. XII, 138 seq. (— 593. *Cui cognomen erat — et habebat*, pro: quique habebat; vid. Q. V. XXXIIII, 4. *Wr.*) 594. *sociatus habebat* pro vulgari: sibi nuper sociaverat. 595. *digna atque indigna relatu*, fanda et nefanda, ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα, nam vs. 603 sqq. virtutem popularium recte crepat; mox contumeliosa et turpia in Troianos iacit. Est autem hoc non minus ex heroum quam ex barbarorum populorum vita, ut hostem conviciis provocent. Qui Homerum inspexit, satis tenet hoc. 596. *novo regno*, docte pro matrimonio cum regiae stirpis femina inito; nova enim sponsa erat regina. (vid. tamen

Digitized by Google

Bis capti Phryges, et morti praetendere muros?
En, qui nostra sibi bello connubia poscunt! 600
Quis deus Italiam, quae vos dementia adegit?
Non hic Atridae, nec fandi fictor Vlixes.
Durum ab stirpe genus natos ad flumina primum

599. MARTI

599 *Marti* e codd. aliquot a Pierio notatum, a sec. Rottend. et Scheff. cum Zulich. firmatum, spreverat Heinsius, sed suscepit Burmannus, nec male arbitror: est enim eleganter et docte dictum *praetendere muros Marti*, bello, pugnae, vallum et muros ducere quo inclusi latere et pugnam detrectare possint. Haec eadem sup. hoc lib. v. 55. 56. 57. 67. 68. 142 sqq. Vulgo *morti* lectum, etiam in Medic., et sic Servius cum Iul. Sabino: nec hoc male; magis tamen epicum illud. (Revocavi *morti*; similiter peccatum a librariis XI, 115.; nec probabile est, lectionem tam facilem, qualis est *Marti*, in hanc, a vulgari loquendi usu longius remotam, transisse. Quid autem abiectius ignaviusque putabimus eo, qui nihil magis, quam mortem timeat et de salute pugna et armis tuenda plane desperet? Hinc plurimum acerbitatis accedit Numani opprobriis ex reposita lectione. *morte* et *protendere* utrumque a m. pr. Medic. *Wr.*) 602 *nec fraudis* Goth. tert. 603 *ab st.* Heins. e Sprot. et ex observatione. cf. ad VIII, 130. (vid. Q. V. I, 1. *Wr.*)

V. L. ad vs. 593. *Wr.*) 597. *ingentem se ferebat*, h. e. incedebat, homo vasto corpore, cum clamore. Nec vero inutiliter additum hoc: quippe legentis sensibus cum clamoribus obiicit oculorum sensui speciem ferocis hominis. 598. comparant Hectoris verba Iliad. σ, 287. In *iterum* et in *O Phryges bis capti* Servius et alii Troiam ab Hercule captam huc advocant. Ita nunc obsidentur Troiani tertio, bis iam antea expugnati. Sane inf. XI, 402 eodem modo dicitur gens *bis victa*, ut duplex clades sub Laomedonte et sub Priamo intelligenda esse videatur. Et Silius I, 43 *Troius exul* (Aeneas) *Intulerit Latio Dardaniam, et bis numina capta Penates, Sceptraque fundarit victor Lavinia Teucris.* Haec nisi forent, ex ipso loco et sententia *bis captos Phryges* dicerem, qui antea urbe capta profugi nunc tolerant alteram hanc in castris obsidionem post illam ab Achivis factam. Lusum in his iam supra VII, 295 vidimus: *Num capti potuere capi?* cum Troia capta superfuerit Troianorum stirps sub Aenea redintegrata. *muros praetendere Marti*, pugnae; quia vallo et muris continent se, et inclusi pugnam detrectant, post muros latentes. (Sed revocavimus *morti*; vid. V. L. *Wr*) 600. invidiose respectu Laviniae, quam Turno ereptum ibat Aeneas. 602. Imitati sunt Stat. XII Theb. 761 seqq. Silius I, 448 sqq. *fandi fictor* docte, qui fingit fanda h. e. qui ficta fatur, fere, quod ἐπίλοπος μύθων Iliad. χ, 281. 603. Locus, qui sequitur, egregius et ornatus est de veteris Italiae disciplina et vita, quae in Sa-

Digitized by Google

Deferimus, saevoque gelu duramus et undis;
Venatu invigilant pueri, silvasque fatigant;
Flectere ludus equos, et spicula tendere cornu.
At patiens operum parvoque adsueta iuventus
Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne aevum ferro teritur, versaque iuvencum
Terga fatigamus hasta; nec tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
Canitiem galea premimus; semperque recentis
Conportare iuvat praedas, et vivere rapto.

604 *duroque* nonnulli Pieriani, tum Gud. et sec. Moret. cum binis Burm. Heinsius coni. *crudo.* Sprot. *servoque*; (ortum, puto, ex eo, quod in Mediceo primum scriptum fuerat *sevo. Wr.*) at vid. imitationem Valer. Fl. VI, 336. 605 *vigilant* duo Burm. 607 Idem versus Ge. II, 472, nisi quod *exiguoque.* 609 *aevom*: repente hoc ab Heinsio receptum conspicitur; quod si fieri debebat, non minus aliis locis id faciendum erat; scilicet videtur aliqua aetate *vom* pronuntiatum fuisse, non *vum*, v. c. *laevom. saevom. linquont. volvontur. divom. activom.* An vero Virgilius ita scripserit, quis sponsione certet? *bello teritur* Ven. 610 *sera* Leid. pro var. lect. et apud Serv. 612 Heinsius malebat *premimur.* 613 *Conportare* librorum et Pierianorum et suorum (quibus duo Burmann. et duo Goth. addi possunt, si tanti hi sunt) auctoritate retraxit Heinsius, et *Convectare* (quod est in Palat. *Wr.*) remisit loco alteri lib. VII, 749, ubi idem versus repetitus erat, et lib. IV, 404 *praedam convectat. recentes praedae*, addit Burm., sunt sanguinem adhuc fumantes. Quorsum tam longe petere?

binis diutissime viguit: eandem a maioribus Albanis Romani acceperant, et ex ea enituit *Romana virtus*, spectata partim frugalitate et paupertate, partim tolerandis laboribus. Adeo a multis anterioribus caussis processerant initia rerum, quibus imperii R. fundamenta iacta sunt. Adde laudes Italiae Ge. II., 167 sqq. et V, 730. (*primum*, primo vitae tempore; vid. Q. V. XXVIII, 3, a. *Wr.*) 605. *silvasque fatigant*, multum pererrant. (Theocr. ab Heinrich. laud. de Hercule Hylan quaerente XIII, 66.: „ἀλώμενος ὅσσ' ἐμόγησεν ὥρεα καὶ δρυμώς." *Wr.*) Sic *quatere, movere, turbare*, dicimur silvas, feras. vid. ad lib. VIII, 94. 608. *quatit oppida bello*: Putes forte esse dictum, ut *quatere muros ariete.* Sed reliqua docent, generali notione dicta haec esse, vexare, turbare, oppugnare. Sic Valer. Fl. II, 122 fama — *motis quatit oppida linguis*, concitat oppidanos, ut armis sumtis exeant. de Causs. corr. eloq. 15. *Et si quis Ephesum aut Mitylenas contentus scholasticorum clamoribus quatit*, h. e. declamando concitat; ut orator animos audientium perorando movet. 609. hasta inversa, σαυρωτῆρι, boves aratores cessantes pungimus. 612. etiam senes armati sumus et militamus.

Digitized by Google

Vobis picta croco et fulgenti murice vestis;
Desidiae cordi; iuvat indulgere choreis;
Et tunicae manicas, et habent redimicula mitrae.
O vere Phrygiae, neque enim Phryges, ite per alta
Dindyma, ubi adsuetis biforem dat tibia cantum.
Tympana vox buxusque vocat Berecyntia matris
Idaeae: sinite arma viris, et cedite ferro.

619. VOCANT 620. IDAEAE. SINITE

614 *fulgentis* pr. Hamb. 615 *cordis* Goth. tert. forte aliquis *Desidia est cordi* coniiciat. Sed poeta exquisitiori formae incubuit: desidiae sunt cordi, Homerico more plur., ut v. c. σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν. ᾗσι προθυμίῃσι. νηπιέῃσιν. et ex Homerico *Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαὶς τε φίλη κίθαρίς τε χοροί τε* etc. 616 *vittae* pro, *mitrae*, apud Gell. VII, 12, perperam. Ceterum malis forte v. 616 poni ante 615. Sic iunguntur sententiae inter se coniunctae et consimiles: *Vobis — vestis*, *Et tunicae — Desidiae cordi.* (Sed ita positis his versibus displicebit oratio ἀσύνδετος. Nec requiro rerum ordinem accurate observatum in hominis opprobria temere iacientis oratione. *Wr.*) 617 *verae* male editum ante Heins. et scriptum quoque in nonnullis. *ire* pr. Hamb. 618 *adsuetum* Oudart. 619 *vocant* e libb. retraxit Heins., quod iam in vett. edd. etiam Ald. pr. erat. Vulgg. *vocat* cum Rom., idque maluit Cuningham. (*vocat* etiam Medic. cum plerisque; idque restitui; vid. Q. V. VIII, 3, a.; *vocant* 2. *Verecyntia* Rom. *Berechyntia* Medic., in quo etiam, quod mireris, *e* superscripta ultimae literae; vid. V. L. ad VI, 785. *Wr.*) 620 *cedite ferro*, bello, nolite arma tractare. Sed alii ap. Serv. acceperant *caedite f.* hoc est, cum viri non sitis, abscindite partem virorum. Dignum Grammaticorum acumen, cur ipsi castrentur.

614—620. Etiam hi versus inter ornatissimos: notabilis quoque rhetoricae propior tractatio. Phryges cum Troianis permisceri et tamquam ab eadem stirpe profectos haberi, iam alias vidimus. Iidem mollitie et luxu infames: quandoquidem primi in minore Asia opibus excelluerunt, inprimis pauperum colonorum, qui e Graecia advenerant, iudicio. Ante oculos autem habuit poeta aliquot loca Homerica Odyss. θ, 248. 249 de Phaeacibus et Iliad. ω, 261; tum in illis: *O vere Phrygiae* Iliad. β, 235. η, 96. (vid. Beier. ad Cic. Offic. I, 18. p. 143. *Wr.*) 614. vestem aliam crocotam, aliam purpuream intellige, utramque Phrygio opere, acu pictam. 616. tunicae manicatae, χειριδωτοί. conf. Stat. VII Theb. 657; tum *mitrae quae redimicula habent*, int. pileos Phrygios fimbriis pendulis, quibus mento subligatis malae ac tempora teguntur. cf. sup. ad lib. IV, 216. (vid. Boettigeri *Ideen zur Kunst-Mythologie.* T. I. p. 47. *Wr.*) Male plerique omnes *mitras* Graecorum, diademata, cum his Phrygiis confundunt. Locum expressit Valer. Fl. III, 230 sq. 617. Sacra magnae matris deum quae peraguntur per furorem inter tibiarum et tympanorum can-

Digitized by Google

Talia iactantem dictis, ac dira canentem,
Non tulit Ascanius; nervoque obversus equino
Contendit telum, diversaque brachia ducens

623. INTENDIT

621 *dura* Parrhas. a m. pr. et bini Goth. 622 *nervo conversus* Dorvill. a m. sec. 623 *Contendit* vulgg. *Intendit* reposuit Heins. e Gud. et pro div. lect. alt. Mentel., quoniam *constitit* subsequitur proxime. Sic sup. 590 *celerem intendisse sagittam.* Sed aliter arcus tenditur, aliter sagitta; haec tenditur, dirigitur. (Si forte non satis elegans visum Heinsio, quod duo versus deinceps positi ab eadem syllaba incipiant, fateor hoc vitium studiose vitasse meliores poetas, ita tamen, ut syllabam *In-* repetere minus dubitaverint; sed illud velim memineris, alium fuisse sonum syllabae *con* in *contendit*, alium in *constitit*; quare etiam I, 187 sq. *Constitit — Conripuit* non aspernabere. Nam eadem vocabula in prima sede binorum versuum collocata aliam habent rationem. Sin oculos librarii ad proximum vs. aberrasse Heinsius statuit, factum hoc est aliquoties; sed, nisi ipsa sententia rem dirimit, e codicum auctoritate iu-

tum. Tibia Phrygia e *buxo* facta; eadem *biforis*, cuius notionem claram non habemus: sintne tibiae duplices, alia gravioris soni, alia acutioris? an eaedem quae tibiae pares et impares? dextrae et sinistrae? Quicquid ad h. l. allatum est, Servianis debetur ariolationibus. Praestat, quod e Varrone affertur in iisdem: *Tibia Phrygia dextra unum foramen habet; sinistra duo; quorum unum acutum sonum habet, alterum gravem.* Fit enim probabile, antiquissimum tibiarum genus fuisse Phrygium idemque simplicissimum; fuere itaque pauca in ea foramina ad sonos variandos: ut antiquissima cithara quatuor chordis. Convenit Horatianum Art. 202 „*Tibia non, ut nunc orichalco vincta tubaeque aemula, sed* tenuis simplexque foramine pauco." Contra *tibiae multiforae* sunt apud Ovidium et Senecam tragicum: ut satis pateat, foramina esse in latere tibiae quaerenda, non in ora tibiae et ima parte. — in Dindymo, Phrygiae monte: τὰ Δίνδυμα ὄρη. cf. inf. X, 252. sup. VI, 785 sq., et hoc lib. v. 82. 621. *canentem* simpl. dicentem, ut ipsa res docet. *dira*, horrenda, pro, ignominiosis.

622. sqq. Memorabile erat hoc telum, quippe primum, quod Ascanius in pugna emisit, primum virtutis documentum; itaque ornare poeta potuit. Fecit tamen Homeri exemplo, qui sic Pandari in Menelaum mittendam sagittam exornat Iliad. δ, 116. 122, etiam preces 119. Conf. inf. XI, 857 seqq. Apollon. III, 275. 283 sq. de Amore. Ex hoc illud habet: *diversaque brachia ducens*, in diversam partem, ἀμφοτέρῃσι διαζόμενος παλάμῃσιν; forte et *nervo intendit telum*: γλυφίδας μέσσῃ ἐνικάτθετο νευρῇ; etsi et Homer. αἶψα δ' ἐπὶ νευρῇ κατεκόσμει πικρὸν ὀϊστόν; et mox νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον. 622. *nervo equino*, ut chorda arcus sive ex setis sit

Digitized by Google

Constitit, ante Iovem supplex per vota precatus:
Iuppiter omnipotens, audacibus adnue coeptis.
Ipse tibi ad tua templa feram sollemnia dona,
Et statuam ante aras aurata fronte iuvencum,
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem,
Iam cornu petat et pedibus qui spargat arenam.
Audiit et coeli Genitor de parte serena
Intonuit laevum: sonat una fatifer arcus.
Effugit horrendum stridens adducta sagitta:

dicium pendebit. Iam unius vel duorum librorum fides non potest reliquorum, tot tamque praestantium, consensum refutare. Et ut minus tribuam iis, quae leguntur XII, 815.: „Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum:" satis defensam dabit revocatam a me, etiam a Iahnio, lectionem consimilis huic locus V, 513. sq.: „iamdudum arcu contenta parato Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocavit." De syllabis *con* et *in* confusis vid. Drakenb. ad Liv. X, 5. iam supra ad III, 673. laud. *Wr.*) 624 *per verba precatur* Zulich. *precatur* etiam Montalb. et alter Mentel. 629 Versus deest Goth. tert. Et est ille repetitus ex Ecl. III, 87, eoque in precibus his melius nos carere arbitror. 630 *Audit* Rom. et vett. Pier. *Genitor coeli* sec. Rottend. *severa* Goth. tert. 631 *fatifer* e libb. Pier. et suis praeclare intulit Heins. Vulgo *letifer*: ex interpretamento. (aut ex X, 169.; vid. V. L. VII, 528.; *fatifer* Donatus cum Medic. et Rom., adde 3. 8.; *letifer* Palat. *Wr.*) Si sup. 609 erat *aevom*, debebat et h. l. esse *laevom*. 632 *Et fugit* in Rom. et aliis Pier. invenerat, sicque Goth. sec. et alii apud Servium, qui *effugit* praetulit, idque tuetur Heinsius. Si tamen rationem et usum in illo ἅμα καὶ *una et* diligentius consideres, facile apparebit, *Et fugit* unice verum esse, inprimis cum summa celeritas emissae sagittae et percussi Remuli hic describatur. Conf. inf. XI, 863, 4. (Recepit hoc Iahnius. Recte Heinsius *Effugit* amplexus est. Non raro autem in antiquis libris *et fugere*, *et fundere*, *et fractus* et similia pro *effugere*, *effundere*, *effractus* scripta reperias; vid. Heins. ad Ovid. Trist. V, 2, 40. et ad Claud. de Bello Gild. 138; quamquam etiam contrario modo peccatum, vid. Drakenb. ad Sil. III, 57. et ad Liv. I, 38. Tum quod Heynius ad tuendam alteram lectionem

sive ex tendinibus ac nervis equinis. 624. preces ante sagittam emissam ut sup. de Niso vs. 403. 626. *dona*, sacrificium, ut toties poeta. Male Serv. de donariis. (*Ipse*, ἐγὼ δ' αὖ· vid. Q. V. XVIII, 2, b. *Wr.*) 627. cf. Odyss. γ, 382 sq. 628. *caput cum matre ferentem*; aequalem matri, iam adultum. Ἰσομάτορα ἀμνὸν ex Theocr. laudat Gellius: Id. η, 14. 630. conf. Iliad. o, 377 et alibi. *sonat una*. Λίγξε βιὸς etc. Iliad. δ, 125. 632. *adducta*, adducto arcu concitata. v. Var. Lect. Nisi malis in eo manere, ut sagitta adducta dicatur nervi respectu: ad quem sagitta adducta, admota, ei imposita fuerat. (Distinguendum scilicet inter significationem et sensum; adducta sagitta proprie est cum ipso nervo admota propius ad pectus; quo sane fit, ut ipsa

Digitized by Google

Perque caput Remuli venit, et cava tempora ferro
Traiicit. I, verbis virtutem inlude superbis.
Bis capti Phryges haec Rutulis responsa remittunt.
Hoc tantum Ascanius. Teucri clamore sequuntur,
Laetitiaque fremunt, animosque ad sidera tollunt.
Aetheria tum forte plaga crinitus Apollo

contendit, iungenda esse *una — et*, id alienum est a nostro loco, ubi particula *una* ad praecedens verbum *intonuit* spectat: simulac tonitru auditum, etiam arcus sonat. Nam si illam, quam Heyn. existimat, celeritatem his verbis designari velis, de qua re dictum Q. V. XXXV, 6., fieri hoc ita debebat, ut sagitta, simulatque emissa esset, Remum percussisse diceretur, quemadmodum infra XI, 863. sq. Sed tum vs. 632. omittendus erat, utpote qui sagittam tantum volantem, non, ut deberet, ferientem referret. Illud autem, quod, simulatque arcus sonat, avolat sagitta, adeo non est singulare, ut mirum sit, si id non fiat. *Effugit* Medic. Mentel. utq. ceterique vetustiores Heinsii; *Et fugit* Palat. 3. 8. *Wr.*) In tert. Rottend. *offugit*, in quo adstruendo Heins. multus est. *et fluit* Voss. *strigens* pr. Hamb. Porro *adducta s.* idem ex Pier. inprimisque Romano, exque aliis suis (in quibus Medic.; adde 3. 8. 10. *Wr.*) docte restituit, utinam declarasset quoque sensum! vulgo erat: *elapsa* (ut est in Palat. *Wr.*) vel *adlapsa* et *allapsa*, etiam in codd. parte; (hoc e vs. 578. et XII, 319. repetitum. *Wr.*) duo Heins. *delapsa*. Proprie *adducitur arcus*: tum, quae adducto arcu evolat sagitta, poetae et ipsa *adducta*, h. accelerata, admissa, dici potuit. 634 Exciderat in parte codd. *i*, (exciderat iam in Mediceo, sed in hoc superscriptum visitur. *Wr.*) hinc depravatum apud Pierium in Rom. *Transadigit verbis*, in obl. *Traiecit*, (ut est in 7. 9. 10. *Wr.*) in al. *Transiecit* et *Transfigit*. Apud Burm. *Transigit* ed. pr. *Transegit* Burm. Exc. *Traiecit* multi cum binis Goth. Piget talia persequi. *en lude* Zulich. a m. sec. *allude* Ven. 636 *Haec* ante Heins., (quod est in Palat. *Wr.*) ut passim in scriptis, vel *Hic*, *Huc*. 638 *cum* Parrhas.

vehementius concitetur. *Wr.*) *horrendum stridens* iungenda. Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο.

634. 635. Schema traductae narrationis ad dialogum, quod orationem egregie animat, notarunt passim grammatici. cf. Clark. ad Iliad. δ, 303. ο, 348. Superbiae vero, qua victis aut caesis illudit victor, dignae horrida heroum vita, exemplum poeta ab Homero repetiit. (*verbis v. i. superbis:* En, inquies fortasse, Leonem aliquem, non Virgilium! At vid. V. L. Ge. I, 157. *Wr.*) 637. *animos ad sidera tollunt* audacter poeta novavit, non eo sensu, quo volunt, ut Ascanii aut suos animos per favorem extulerint laude; sed successu, gloria ac virtutis seu conscientia seu opinione ferocientes et exultantes *efferri animis* aut ipsi *animos efferre* dicuntur, et nunc quidem tam sublimes, ut caelum sibi attingere videantur. Sensu facilius rem assequare quam verbis. (Compara Horatianum illud: „sublimi feriam sidera vertice." *Wr.*)

638. Apollo gentis Iuliae inprimis studiosus: ita Actiaca vi-

Digitized by Google

Desuper Ausonias acies urbemque videbat,
Nube sedens, atque his victorem adfatur Iulum:
Macte nova virtute, puer; sic itur ad astra,
Dis genite, et geniture deos. Iure omnia bella
Gente sub Assaraci fato ventura resident.

639 *arces urbemque* alter Hamburg. cum Goth. sec., male. vid. Not. 640 *victorem. iuvenem* Ven. 643 *residunt* tert. Rottend. alter Hamb. et Zulich., et Heinsium hic suum morem non servasse miror. Vaticinia enim melius praesenti tempore efferuntur. (*residunt* etiam Serv. Drésd. Praestat hic Futurum. *Wr.*)

ctoria ad eum referebatur VIII, 704 sqq., et Palatinum templum in eius honorem factum. cf. Excurs. I ad h. libr. 639. *Ausonias acies urbemque*, oppugnationem castrorum seu urbis Troianorum, novae Troiae. 641. *mactus* quid sit origine et usu, copiose declaratur in Thesauro Gesner., nec latere potest eum, qui usum similem voc. *Auctus*, atque adeo *augens* (Catull. Epith. Pel. 323, et in Catonis verbis apud Gell. XVIII, 12) meminerit; nec tamen hic et in similibus locis satisfacit, si teneas *mactum* esse auctum, amplificatum. Est aliquid, si reddas: o puer aucte, ornate nova virtute. Sed videtur aliud quid insuper desiderari, quod ex notione *auctus*, qui fructum et usum ac voluptatem affert, eliciendum est. Scilicet *mactus laude, virtute*, est qui fruitur laude e re bene gesta, ex successu gaudens, fructum laetitiae inde capiens: et sic nihil est quod melius vocem reddat quam ὀνήμενος in illo Homerico Odyss. β, 33 Ἐσθλός μοι δοκεῖ εἶναι, ὀνήμενος, qui fructum inde capiat, cui bene sit, bene eveniat! Unde vulgare Graecorum ὄναιο, ut h. l. ὄναιο τῆς νέας ἀρετῆς. Bene eveniat primum hoc virtutis documentum! laeti sit ominis! Mirum tamen quod grammatica ratio in usu vocis deficit: nam apud Livium *iubet eum macte virtute esse.* Et tamen idem: *macti virtute, milites Romani, este.* (*Mactus* antiquos dixisse, testis est Priscianus V, 12, 66.; quamquam qui ita locutus sit, neminem nunc invenias. Sed quum fere in allocutione uterentur hoc nomine, creber Vocativi usus effecit, ut Nominativus plane obsolesceret; hinc etiam *macte esto*, non *mactus esto.* Id igitur minime mirum, quod, ubi plures appellabantur, *macti*, qui et ipse Vocativus est, dixerunt. Quid autem, quod usus eo deflexit, ut postremo *macte* etiam femininis nominibus iungeretur? *Wr.*) Si in formulis ad deos precandi occurrit, tum *mactus* videtur esse laetus, propitius. cf. Cato de R. R. 134. 642. *geniture deos* propter Iulium Caesarem et Augustum, ut Serv. (Similia vid. ab Handio ad Stat. S. I, 1, 74. allata. *Wr.*) 642. 643. Adscribendus est hic locus iis, in quibus pacis per orbem terrarum

Digitized by Google

Nec te Troia capit. Simul, haec effatus, ab alto
Aethere se mittit, spirantis dimovet auras,
Ascaniumque petit. Formam tum vertitur oris
Antiquum in Buten. Hic Dardanio Anchisae
Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos;
Tum comitem Ascanio pater addidit. Ibat Apollo
Omnia longaevo similis, vocemque, colorem-
que
Et crinis albos et saeva sonoribus arma;

644 *affatus* aliquot Burm. (Tollendum videtur comma, quod est post *Simul*, ut iungamus *simul effatus*, non *simul mittit*; vid. Q. V. XXVIIII, 5. *Wr.*) 645 *misit* aliquot Pier. et Burm. *spumantes* pr. Hamb. (*spirantis* Medic.; sed altera *i* in *e* mutata. *Wr.*) *demovet* duo Burm. cum Rom. 646 *formam* Heins. e melioribus Pier. et suis, pro vulgari, *forma*: quod Rom. tuetur. *formam in antiquam* Iul. Sab. legerat. (In voc. *formam* ultima *m* abrasa est in Mediceo. Proximo vs. scriptum in eodem *antiquom*, sed superscripta *a*; hinc est, quod Sabinus legit *formam in antiquam*; neque hoc male, ut bis intelligatur praepositio; vid. Weichert. ad Valer. Fl. VIII, 391. Receptam lectionem tuebitur XII, 224.: „formam adsimilata Camerti." *Wr.*) 648 *lumina* Sprot. 649 *Tunc* Parrhas. *Hunc* septem Burmann. cum Goth. sec. 651 *crines flavos* male interpolatum in Rom. multis Pier. Heins. Burm. et binis Goth. Erf. etiam vett. edd., sive ex scriptura *alvos*, sive ex lib. IV, 558, sive ex incuria

restitutae et Iani clausi memoria celebratur. Certe post U. C. 725 scripta haec esse necesse est. vid. sup. T. I. *Vita Virgil.* sub hoc anno. Merito hoc tuae genti dabitur, ut oriundus ex ea Augustus omnia bella finiat. *gente Assaraci* ad splendorem orationis pertinet: ut sup. ad Georg. III, 35. Aen. I, 284. *bella fato ventura;* bona determinatio, inprimis respectu bellorum civilium, de quibus maxime accipiendus locus. 644. *Nec de Troia capit:* maiore virtute ornatus quam pro tam tenuibus rebus, ad quas nunc Troiani redacti sunt. *Capere* non infrequens hoc usu. Laudat Burmann. notas ad Ovid. III Trist. 4, 30 et Barth. ad Stat. I Achill. 151. Notum satis est illud Philippi ad Alexandrum filium: Quaere aliud regnum, *Μακεδονία γάρ σε οὐ χωρεῖ.* 645. *spirantes auras.* Nec vitales, cum Servio, nec odoras, cum Cerda, sed flantes, *πνεούσας αὔρας* accipe. 647. Alius erat *Butes*, quem supra memoravit lib. V, 372. Adumbravit autem Periphantem Iliad. ρ, 323 sq. (non locum Iliad. π, 715 sq.) An vero etiam illud ex vita heroum sit: *fidusque ad limina custos*, ut armigeri (*θεράποντες*) iidem et satellites sint, dubito. Nec memini simile quid, ut heroibus sint custodes domus. Sunt *θεράποντες, κήρυκες, δμῶες, ἀμφίπολοι*, qui familiam domus constituant. (Custodes regiae Nisi commemorantur ab auctore Ciris vs. 206. sq. Ceterum vid. Not. ad X, 253. *Wr.*) 651. Butae si-

Digitized by Google

Atque his ardentem dictis adfatur Iulum:
Sit satis, Aenide, telis inpune Numanum

653. AENEADA

hominis, qui Apollinis crines describi putabat. Heins. coni. *ravos* nullo fructu. Aliter iudicavit Wakefield, qui recepit *flavos*; et explicat: „quin tam flavos crines, quam arma sonantia, iis scilicet mutatis, se Buti similem fecerat." Doceri velim, quomodo latine in illum sensum dicta accipi possint: *Apollo Butae similis vocem, colorem, crines*, ut sit: voce, colore et crinibus mutatis, similis erat Butae. Atqui vidimus Aen. I, 589 *Os humerosque deo similis*: quod non est exuto dei ore et humeris. IV, 587 *Omnia Mercurio similis vocemque coloremque, Et flavos crines et membra decora iuventae.* Scilicet qui similis est alteri (quoad) aliquid: in eo ipso similis ei est. Post *albos* sustuli interpunctionem haud dubie pravam et quae Interpretes transversos egit. Apollo in Buten mutatus etiam armis ei se assimulaverat: *similis et crines et arma*; quod adiectum: *saeva sonoribus* h. saevo sonore, terribiliter sonantia, epitheton armorum Butae ornans est. Inter haec tamen valde probabile fit, versum irrepsisse e margine et ad Apollinem spectasse: *Et crinis albos et saeva sonoribus arma*; quae de Bute quomodo praecipuo aliquo modo dicantur, non assequor. (At crines albi certe non conveniunt Apollini, sed ei, in quem ille se converterat, Butae. Quod autem arma graviter sonantia in Bute offendunt, primum intelligitur, crudam viridemque fuisse huic homini senectutem; tum arma hic sunt thorax aeneus maximeque clipeus laminis obductus, ideoque gravem in ipso eius, qui ea fert, ingressu excitantia strepitum; quae non sunt in Apolline, arcu sagittisque utente. Itaque nihil est, quod hunc versum indignum Virgilio iudicemus. *Wr.*) 653 *Aeneide* ubique in edd. editur. (ita Palat. et 8. *Wr.*) Agnoscit et Probus. *Aenide* Medic. cum aliis Heins. et Pier., etiam vett. edd. Alii aberrant in *Aeneidae*, *Aenidae*, ac si *Aeneidae telis* iuncta vellent. (*Aeneidae* et *Aenidae* idem est, quod *Aeneide* et *Aenide*; nam *ae* sexcenties pro *e* finali nominum propriorum exaratum. *Wr.*) Neutrum tamen rationem grammaticam habet: unde enim *Αἰνειδης* vel *Αἰνεΐδης*? Deberet esse *Αἰνεύς*, quod nusquam occurrit. Ex *Αἰνειας* esset *Αἰνειΐδης*. Sin ex *Αἰνειας* formes *Αἰνειος*, *Αἰνήιος*, unde *Αἰνῆις*, formandum hinc esset *Αἰνηΐδης*, *Αἰνηιάδης*. Si ab hoc ducatur *Aeneides*, vix *e* ex *η* natum corripi posset. Restat, ut *Aeneades* admittamus, unde h. l. *Aeneade*, vel ad formam, quam noster amat (vid. ad VI, 126), *Aeneada*. Est quoque *Aeneade* (*Aeneadae* ap. Bottarium) Rom. *ὦ Αἰνεάδη*, quae sollennis forma est: *Αἰνειας*, *Αἰνέας*, *Αἰνειάδης*, *Αἰνεάδης*; unde saepe in nostro *Aeneadae*. v. ad I, 157. Frequentatur etiam vox *Αἰνειάδαι* Cedreno, Zonarae et aliis. Hanc etiam h. l. tuebor, remittens reliqua librariorum et grammaticorum seu imperitiae seu acumini. (*Aeneada* nullo firmatur testimonio. Hoc, *Aeneada*, aut *Aeneade* si scripsisset Virgilius, non est probabile ita corrumpi potuisse; certe *Aeneadae*, quod satis crebro legitur apud Virgilium, fere sine omni varietate exaratum invenitur. Et quod in uno alterove, ut in 3., *Aeneade* exstat, id potius ex correctione profectum videri debet, ut scilicet constet sibi Virgilius. Similes turbas librarii excitarunt ap. Val. Fl. III, 4. Itaque aut *Aeneide*, aut *Aenide* poetam scripsisse existimabimus. Hoc, utpote praestantissimorum codicum fide, tum Prisciani et Servii auctoritate confirmatum revocavi. Horum ille l. II. c. 7. §. 36.: „*Aenides*, ait, contra regulam

milis etiam canis, et armis, quae ille gestabat *arma saeva sonoribus*, h. e. sonore, saeve, terribiliter sonantia Butae sunt. vid.

Digitized by Google

Oppetiisse tuis; primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, et paribus non invidet armis;655
Cetera parce, puer, bello. Sic orsus Apollo
Mortalis medio adspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
Adgnovere deum proceres divinaque tela
Dardanidae, pharetramque fuga sensere sonantem. 660

auctoritate poetica posuit Virgilius, *e* et *a* correptas in *i* productam convertens, — in nono: *Sit satis, Aenide.*" Nempe ipsi carmini, quo celebravit Aeneam Virgilius, ex regula *Aeneās* inscribendum erat, ut est aliquoties in cod. Gud. Arusiani Messii teste Lindemanno ad Grammat. Lat. Vol. I. p. 211. not. 47.; vid. idem Prisc. l. l. §. 38.; at fecit ei nomen *Aeneis*; Macrob. V, 17. extr.: „*Aeneis*, cuius nominis figuratio a regula Latinitatis aliena est;"*) et ut dicimus *Thesides*, *Theseis*, ita etiam, quum *Aeneis* dixerit Virgilius, non mirabimur *Aenides* ab eo prolatum esse. Servius quoque, quum hoc patronymicum ab *Aeneus* fieri dicat, legit haud dubie *Aenide*, ut est in cod. Dresd., non *Aeneide*, nisi forte Graecis literis usus fuerat *Αἰνειδη*. Exempla si requiris, illud tenendum est, plurimum licentiae regnare apud poetas in formandis patronymicis, nec ad certas regulas et leges omnia revocanda esse in hoc genere; an exploratum habes, qua ratione *Alcides* ex Alcaei nomine factum sit? an ex Ἀλκεύς? credam, si id in Graecis nominibus fuisse docueris. Probi ab Heinsio laud. auctoritas hic aut nulla est, aut perexigua, quum is eo loco, apud Putsch. p. 1422., quo huius versus meminit, de adverbiis agat, non de patronymicis. At, inquies fortasse, cur hoc loco respuit poeta illam, qua alibi utitur, nominis huius formam? Videtur mihi quidem consulto vitasse cognomentum Troianorum omnium, qui cum Aenea erant, commune, *Aeneadae*, quia hic ipse Aeneae filius designandus erat; conveniebat etiam, nisi quid me fallit, exquisito nomine Ascanium appellari et a deo et in illo tempore; vid. etiam V. L. ad vs. 710. *Wr.*) 654 *suis* sec. Rottend. (*Oppetisse* Medic. *Wr.*) *Primum* ed. Iunt. *Prima hac — laude* Hugen. 655 *nec paribus inv. a.* ed. Ven. 657 *Sic o. Apollo Mortalis, m.* Donati lectio ap. Fabric. *adspectu* sec. Moret.. *visus* Gud. pro var. lect. ex lib. IV, 276. 660 *tonantem* duo Burmann. et Erf.

Var. Lect. 655. *et paribus non invidet armis;* hoc sublime et magnificum: suae sagittandi peritiae, suae virtuti, Ascanii futuram virtutem aequiparat deus Apollo. Alii comparationem in eo quaerunt, quod Apollo puer Pythonem interfecit. Mihi hoc argutum magis quam verum esse videtur. 657. *medio sermone;* Servius: „ideo *medio*, quia non respondit Ascanius." Est tamen simpliciter: antequam plura subiiceret, discessit. 659. 660. Ergo

*) Servavi, ut hoc adiiciam, in ipsius Operis titulo *Aeneidis*, Virgilianam formam, vid. V. L. ad Ecl. III, 12.; *Aeneidos*, suo scilicet more, Ovidius Trist. II, 533., etiam veteres Grammatici, poetarum, qui post Virgilium fuerunt, consuetudinem ut plurimum secuti. *Wr.*)

Digitized by Google

Ergo avidum pugnae, dictis ac numine Phoebi
Ascanium prohibent; ipsi in certamina rursus
Succedunt, animasque in aperta pericula mittunt.
It clamor totis per propugnacula muris;
Intendunt acris arcus, amentaque torquent.
Sternitur omne solum telis; tum scuta cavaeque
Dant sonitum flictu galeae; pugna aspera surgit:
Quantus ab occasu veniens pluvialibus Haedis
Verberat imber humum; quam multa grandine nimbi

(— 661. *et num.* unus Medic. ap. Foggin.; vid. Q. V. XXXV, 21. *Wr.*) 662 *ad c.* Reg. *certamine* Montalb. et Bigot. *c. cursus* Hugen. 663 *animosque* alter Hamburg. (— 664. In Medic. *Et* prius fuerat pro *It. Wr.*) 665 *armenta* Rom. 666 *tunc* et *cum* in binis Goth. 667 Habemus hic iterum exemplum rationis criticae codicum vetustate et auctoritate potioris. *adflictu* Rom. et alii Pier. *atflictu* Medic. *afflictu* Montalb., (cum 8. 9. 11. *Wr.*) quod a Naugerio in Ald. tert. admissum, perperam. *flictu* haud dubie poeta maluit, quippe doctius dictum. Sunt etiam codd., qui *flictu* tenent apud Heins. *fluctu* tres Burm. cum Goth. pr. et tert. *galeae flictu* aliquot Pier., idem ordo in Goth. pr. et tert. (*s. frictu* Palat.; vid. Q. V. XVI, 1. Receptam lectionem tuetur praeter Servium aliosque complures codd. uterque Mentel. et, in quo *fluctu* exstat, Gud., tum manifesta imitatio Silii et Ausonii ab Heins. laud.; quare nollem *afflictu* a Iahnio, qui voc. *flictus* alibi legi falso negat, repositum. *Wr.*) Ceterum alterum versus hemistichium: *pugna aspera surgit* meum quidem ad sensum et languere et sententiae iuncturam intercipere videtur. Comparatio enim fit inter illa: *Sternitur o. s. tum scuta.* (Aegre caruerim hoc hemistichio, maxime post praegressum *tum*, quod plane languidum, si illa *pugna asp. surg.* detraxeris. Et quum in ipso crebro telorum ictu cernatur pugnae asperitas, horridam autem tempestatem et ipsam asperam dicere liceat, vid. supra II, 110., haud incommode haec interposita mihi videntur. Defendit hoc hemistichion etiam Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 78. *Wr.*) 668 *occasu* vel *Oceano* Zulich. *pluvial. herbis* Rom. 669 *quam multi* ed. P. Danielis.

in *fuga*, discessu, divinam formam Apollo receperat; adsciverat humanam, ut cum mortali agere posset. conf. Excurs. I ad vs. 638. Porro referri vides *formam divinam* ad eam speciem, qua signa dei ab arte exhibebantur: ita ut Apollinem ea oris pulcritudine et eo habitu esse crederent, quo exhibitus esset a Scopa vel Praxitele.

661. *numen* declaratur per *dicta;* iussa, auctoritas. 664. *totis per propugnacula muris*, per loca murorum, e quibus propugnatur, adeoque simpliciter per muros. De voce v. sup. ad 170. 665. *Acres;* ipsi arcus intendunt acriter, et iaciunt tela amentis religata. 666. 667. Macrob. VI, 4 ex Ennii Scipione laudat: *Sparseis hasteis longeis campus splendet et horret.* Tum alii ex Annal. XI *Tum clupei resonant,*

Digitized by Google

In vada praecipitant, quum Iuppiter horridus austris
Torquet aquosam hiemem, et coelo cava nubila rumpit.
Pandarus et Bitias, Idaeo Alcanore creti,
Quos Iovis eduxit luco silvestris Iaera,
Abietibus iuvenes patriis et montibus aequos,

670 *In vada* noli tentare: variat rem; antecedente membro *humum* memoraverat, nunc mare. 671 *et telo* tert. Rottend. et concedo in hoc Wakefieldo, elegantius hoc esse: modo codicum auctoritas accederet. Laudat ille Ge. I, 331. 2. 3. Aen. IV, 120 sq. *caelo nubila rumpit* est pro *caeli nubila*. *lumina* Medic. a m. pr. 672 *Archanore* Goth. tert. *nati* aliquot Pier. et duo Burmann. 673 *Hiera*. Hanc lectionem quomodo Heins. defendere possit, non assequor. Est enim manifeste vitiosa: in Ἱερᾷ media produci nequit. Nullus dubito *Iaera* (Ἴαιρα Iliad. σ, 42) esse scribendum, ut Mentel. pr. et Gud. exhibebant: quo accedebat Medic. cum ceteris Heins. maximam partem *Iera*. (*Ibaera* 2. 3. 8. *Wr.*) Dorvill. *Hieta*. Zulich. *Hibera*. Turnebus *hyaena* coniiciebat: quod per se non malum esset. 674 *patriis iuvenes* aliquot Heins. cum Regio. *aequis* Gud. Elegans est emendatio a Iac. Bryant communicata: *patriis in montibus*. Ita utique malim Virgilium scripsisse. (Sed vid. Not. ad II, 15. *Wr.*) Ceterum versum hunc, puto, Virgilius sublaturus fuisset secundis *et ferrei stridet acumen*. conf. inf. v. 809 et Iliad. μ, 160 sq.

668 seq. Ornavit Homericos versus Iliad. μ, 156—161. *Haedis pluvialibus;* propter haedos. Bene et clare Servius: „Supra Tauri cornua est signum, cui Auriga nomen est. Retinet autem stellas duas in manu, quae *haedi* vocantur, et capram — quarum et ortus et occasus gravissimas tempestates faciunt. Oriuntur autem cum Scorpione mense Octobri." Ita Servius. Comparatis locis, quae ab Intpp. excitari solent, de occasu Haedorum sub medium Decembrem maxime poeta cogitasse videtur: vid. Arat. Phaenomen. 678—681. Theocr. Id. VII, 53. 54. ἐρίφων δυομένων Callimach. Epigr. 19. Stat. Theb. VIII, 407 seqq. 670. Quod alias austris insurgentibus, id nunc Iovi tribuit: *torquet* is *aquosam hiemem*, h. versat, agitat, nubes pluvias, tandemque, ut illis imber exprimatur, facit: *caelo cava nubila rumpit*. (ipsam grandinem his verbis significari statuit ipse Heynius ad VIII, 429. Not. *Wr.*)

672 sqq. Ingeniose est usus loco Iliad. μ, 127 sqq. et respexit duo Lapithas, Polypoeten et Leonteum, pro portis castrorum Achivorum stantes. Ut silvestrem daret originem fratribus, in monte Ida educatos tradit, in luco Iovis Idaei: parentibus silvestrem in nemoribus Idaeis vitam agentibus. 674. ἐλάτῃσιν ἐοικότες ὑψηλῇσιν Iliad. ε, 560. Cum *montis* autem *cacumine* comparatur Polyphemus Odyss. ι, 191. 192. (Vide de vs. 674. etiam V. L. *Wr.*) In *commissa*

Digitized by Google

Portam, quae ducis imperio commissa, recludunt,
Freti armis, ultroque invitant moenibus hostem.
Ipsi intus dextra ac laeva pro turribus adstant,
Armati ferro, et cristis capita alta corusci:
Quales aeriae liquentia flumina circum,
Sive Padi ripis, Athesim seu propter amoenum,
Consurgunt geminae quercus, intonsaque coelo
Adtollunt capita, et sublimi vertice nutant.

curis: nam friget, cum eadem comparatio mox tam copiose ornetur vs. 679 sq. (Non vituperandus hic versus, quippe tantum proceritatem istorum iuvenum indicans. Quae deinde vs. 679. sqq. instituitur comparatio, ea spectat maxime ad numerum et positum: ut ab utraque ripa alicuius fluminis — hoc est enim h. l. *flumina circum* — singulae consurgunt quercus, ita illi ad utramque partem ostii adstabant. *Wr.*) 675 *imperio est* Macrob. V, 11. *reducunt* Hugen. 677 *instant* aliquot Pier. et Heins. cum Goth. tert. et Erf. (item 2. 3. 8. *Wr.*) *obstant* Leid. vid. sup. v. 550. 678 *coruscis* Ven. et Macrob. *coruscant* Medic. *coruscent* Hugen. 679 Argutiae sunt Servii seu alterius ex scriptura antiqua *liquètia* captatae, quod *liquetia* legendum esse censet; ut fluvii nomen sit in Venetia in intimum maris Adriatici sinum se immittentis. Sed idem fluvii nomen *Liquentia* passim scribitur, ut, hac ipsa scriptura servata, amnem illum inferre possimus. Male tamen hoc fieret, puto; nam etsi vel maxime poeta *Liquens flumen* formare potuit, tamen nimis obscurum fluvii nomen erat, quam ut nude poneretur; et male etiam grammatica iunctura adhaeresceret; vix quoque *Liquentia flumina* plurali numero substituisset. Servius vitiose fieri ait, ut a genere incipiamus, et ad speciem revertamur. Immo vero hoc suave et poetis frequens, inprimis Maroni nostro: v. c. inf. XI, 68. 69. 660 sq. (eamque rationem firmat geminatum illud *Sive — seu. Wr.*) *liquentia* autem epitheton otiosum quidem, ornans tamen; ut *fons liquidus* et al. Ductum autem ab antiquo *liquo*, *ere*, prima longa; at *liqueo* prima brevi. Hinc diversitas in deductis, fere ut Graeca: φιλω. φλεω. ποφφύρω. ποφφυρέω. Quod ad codd. attinet, *liquentia* Rom. Medic. et magna pars reliquorum: sicque Macrob. et Diomedes ap. Heins., at Gud. a m. sec., Mentel. uterque cum aliis nonnullis, et Oblongo Pierii, *liquetia*: sic et edd. vett. *Liquencia* Montalb., sed erasa *n* littera. *linquentia* Goth. tert. 680 *praeter a.* Hugen. a m. sec.

v. 675 argutati sunt veteres apud Servium, cum dubitarent, an sit, clausa: uti tabularum *commissurae* dicuntur. Est haud dubie, credita, custodiae eorum a duce mandata: et sup. 176 *Nisus erat portae custos.* 676. *moenibus;* in moenia VIII, 178, ut *solio.* 677. *pro turribus* accipio ἀντὶ πύργων, tamquam binae turres, aliter ac sup. v. 575. (*pro* de loco accipiendum atque ita statuendum videtur, ut turrim utrimque ad portam fuisse existimemus. Turres portis impositas commemorat Hirt. Bell. Gall. c. 9. *Wr.*) 679 sq. ex l. c. Iliad. μ, 131 sqq., sed ornavit poeta adiunctis a certo genere ac loco petitis circa Padum et Athesim. Nostrum iterum ex-

Digitized by Google

Inrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentis.
Continuo Quercens, et pulcer Aquicolus armis,
Et praeceps animi Tmarus et Mavortius Haemon,
Agminibus totis aut versi terga dedere,
Aut ipso portae posuere in limine vitam.
Tum magis increscunt animis discordibus irae;
Et iam conlecti Troes glomerantur eodem,
Et conferre manum et procurrere longius audent.
Ductori Turno, diversa in parte furenti,
Turbantique viros, perfertur nuntius, hostem
Fervere caede nova, et portas praebere patentis.
Deserit inceptum, atque inmani concitus ira
Dardaniam ruit ad portam fratresque superbos.

695. SUPERBOS;

683 *Arrumpunt*, *Erumpunt* (ut Goth. tert.), *Prorumpunt* apud Burm. *I. aditus Rutuli*: Regius interpungit: quod et alii faciunt; (in quibus Medic. *Wr.*) nec refert. 684 *Querquens* aliquot Pier. (*Continuoq. Recens* Medic. *Wr.*) Mox *Equicolus* (ut est in Palat. *Wr.*) vulgg. et iam Aldd.; reduxit *Aquicolus* Heins. ex Medic. et sec. Moret., ceteri *Aquiculus*. (atque sic, *Aquiculus*, in Medic. apud Foggin. exaratum. *Wr.*) Sic et Pieriani partim, partim *Equiculus* legebant. In binis corrupta scriptura, *Aquilicus*, unde Heins. coniecit *Aciscolus*, quod Valeriae gentis cognomen est; in uno *Aquilurus*. 685 *princeps animi* sec. Moret. *Tmaros* multi: ut Ecl. VIII, 44. Alii et hic *Marus*, *Thmarus*, *Thamarus*, *Timarus*, *Himarus*, *Tinarus*. (*Marus* cum plerisque Medic.; *Tmarus* Palat. *Wr.*) In f. *Haemo* Menag. pr. 686 *adversi* Parrhas. *aversi* Dorvill., sicque aliquot Pier.; iidem *dederunt*. 687 *ipsi* aliquot Pier.; pro *posuere* Parrhas. *dedere*. 688 *Tum magnae* Dorvill. 689 *gl. in unum* Bigot. et Rom. (etiam 8. 9. *Wr.*) 690 conferre *gradum* Nonius in *conferre*: quod arridet Heinsio; tum *percurrere* Sprot. *procedere* sec. Moret. *concurrere* Ed. pr., male; tandem *p. l. ardent* Leid. (—691. *in* deest Palat. *Wr.*) 692 *hostes* Parrhas. (—695. *fratrisq.* Medic. Colon, quod erat in fine huius versus, mutavi in punctum; vid. Q. V. XXXV, 7, a. *Wr.*)

pressit Claudian. de R. Pros. III, 370. (vid. V. L. ad vs. 674. *Wr.*) *flumina liquentia*; ut fons liquidus: epitheton ornans. Qui 684 nominantur, e Rutulis sunt. 688. *animis discordibus*; ornate, pro iis. Tum magis increscunt irae Troianis. Iam autem ii erant hostilibus in Rutulos animis.

691. Semper inhaeret animo Homeri τειχομαχία. Qui ibi Hector, hic Turnus est. Hic nuntio accepto, portam valli Troianorum patere, eo accurrit, castra irrumpit et Troianos ad summum

Digitized by Google

Et primum Antiphaten, is enim se primus agebat,
Thebana de matre nothum Sarpedonis alti,
Coniecto sternit iaculo: volat Itala cornus
Aera per tenerum, stomachoque infixa sub altum
Pectus abit; reddit specus atri volneris undam
Spumantem, et fixo ferrum in pulmone tepescit.
Tum Meropem atque Erymanta manu, tum sternit Aphidnum;
Tum Bitian ardentem oculis, animisque frementem,

699 *tenerum* Heins. reposuit tamquam exquisitius e Medic. et aliis, Pierianis quoque, et exemplis illustravit; uti Macrobius III. Ge. 109 laudat quod editum est *Aera per vacuum.* Vulgo: *per tenuem*, (ut est in Palat. *Wr.*) quod equidem pro sensu meo praeferam, tamquam proprium ac sollenne. *sub alto* Parrhas. 700 *atri sanguinis* pr. Hamb. cum aliis apud Pier., ex interpretatione. *alti vulneris* coni. Pricaeus apud Burm. (quod, praeter Drakenborchium, improbat etiam Oudend. ad Appul. Met. p. 480. *Wr.*) 701 *effixo* Oudart. *fixum ferrum* tres Burm. *in p. recondit* Parrhas. *resedit* vel *tepescit* codex Koeleri. Scilicet seu calami seu memoriae vitium corrigere voluit librarius. *tumescit* a pr. m. Erf. (unus e libris Cortii *tabescit*; vid. Cort. ad Lucan. IV, 511., ubi erat, qui pro *calido ferro* scribendum putaret *gelido*, recte refutatus a Cortio. *Wr.*) 702 Vulgatum erat *Erymantha*, pro quo *Eremantha* Zulich. *ac Periphanta* Heins. conficiebat. Malim eum emendasse *Erymanta*; est enim *Ἐρύμας*, *Ἐρύμαντος*. Et occurrit *Ἐρύμαντα* Iliad. π, 345. Scriptum quoque sic in Mediceo: qui mox *Aphednum*, Rom. *Achidnum.* Ceteri taedium faciunt aberrationibus: quas videat, qui volet, apud Burm. et Pier. *Aphitum* tert. Goth. Est *Ἀφιδνος*, et paullo ante *Μέροψ*. 703 *Bitiam ardentemque* aliquot Burm. *Tibian* pr. Moret. *oculis animoque* Zulich. *animis oculisque* a m. pr. Parrhas. *furentem* vel *frementem* Cod. Koel. et Erf.

discrimen adducit. 697. *Thebana de matre;* cum de Sarpedone agatur, (quem *altum*, magnum, appellat) Lyciae rege, intelligenda est, oriunda ex Thebe Mysiae urbe sub monte Placio, olim a Cilicibus colonis insessa, Eetione rege clara, quem Achilles interemit, et cuius filia Andromache erat. Iliad. α, 364 et al. Campus Thebes hinc mansit etiam serioribus aetatibus circa Adramyttium. Late de hac Thebe Strabo et libri geographici. Burmannus laudat notam ad Ovid. XII Met. 109. Nunc de ea vide ad Homer. Il. α, 366. 698. *cornus* vid. Ge. II, 447. 448. 699. *aera tenerum;* alias tenuem; sed et aliis locis alterum occurrit. Exempla collegit Heins.; spectatque hoc nec minus ad aeris naturam, cum impulsui cedit et pervius est. *stomacho;* recte Serv. „Graecus sermo est:" dixit scilicet στόμαχον, guttur, gulam; tum *specus* h. cavum, vulnus hians, reddit *undam atri vulneris* h. sanguinem ebullientem in undarum morem, undantem. cf. Iliad. ρ, 47 sqq. 702. *manu;* ense, vi oppositi: nam v. 698 *iaculo* Antiphaten prostraverat. Nec insolens hoc. Etiam Serv.

Digitized by Google

Non iaculo: neque enim iaculo vitam ille dedisset:
Sed magnum stridens contorta phalarica venit,
Fulminis acta modo: quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis et auro
Sustinuit; conlabsa ruunt inmania membra.
Dat tellus gemitum, et clipeum super intonat ingens.
Talis in Euboico Baiarum litore quondam

709. INGENS: 710. QUALIS

705 *phalarica.* Sic et Medic. In voce Romana maluissem *falarica.* (variat huius nominis scriptura apud Lucan. VI, 198., ubi vid. Cort.; Oudendorpius ibi, usum plerorumque recentium philologorum secutus, edidit *falarica. Wr.*) 706 *non* Parrhas. et Montalb. *quae non* Dorvill. *taurica* Goth. sec. 708 *in menia* Franc. 709 *At l.* pr. Moret. (*clipeus* poetam scripsisse suspicatur Heinrich. *Wr.*) 710 *Talis* Rom. et Medic. Ipsa interpunctione comparationem ad antecedentia retuli: *Dat tellus — talis, qualis* pro taliter, qualiter. (*Talis*, quod restitui, legisse videri

notavit. (Mihi illud *manu*, ut solet, abundare videtur; de qua re dictum in V. L. ad Ge. II, 247. Omnes enim hos iaculis a Turno interemtos esse satis probat vs. 704. *Wr.*)

703. 704. Bitiam tam vasto et immani corpore fuisse declarat, ut iaculi vulnus nimis leve, nec mortem allaturum fuisset. Non satis dignum Maronis castigatiore Musa hoc videtur: nec placet τὸ παιδαριώδες; etsi referendus animus ad clipeum et loricam, quae tam vastum corpus tegebat: nec de nudo corpore cogitandum tamquam iaculi vi non sternendo. (Ego hic, quod reprehendam, nihil invenio. *Wr.*) *dedisset* pro reddidisset. 705. Non hic de *falarica* cogitandum, quam Liv. XXI, 8 describit, sed est simpliciter pro lancea et hasta latioris ferri dicta. Ex Servio tamen et Festo notanda est origo vocis *a falis*, h. turribus. (Versum Ennianum, quem hic expressit Maro, laudat sub *Falarica* Nonius: „Quae valido venit contorta falarica missu.“ vid. Columm. pag. 222. *Wr.*) 707. *lorica fidelis* (quae munit, tutum reddit, bona adeo et idonea, sic sup. VII, 640 *fidus ensis*) *squama duplici et auro*, duplicibus squamis aureis, seu duplici squamarum ordine; uti *bilicem loricam* dixit XII, 375. Tum 709. *ipse ingens intonat super clipeum:* Potest ita, cum Iulio Sabino, verborum ordo institui, quod et Burmanno probatur. Sed doctior est Serviana ratio, ut *clipeum* neutro genere dixerit: *hoc* clipeum *ingens intonat super*, sc. super immania membra collapsa. Ita est Homericum ἀράβησέ τε τεύχε' ἐπ' αὐτῷ. Ad verbum reddidit inf. X, 488 *sonitum super arma dedere.* (Firmat hanc explicationem Donatus: „Magna clipei species magnum fecerat sonitum.“ *Wr.*)

Digitized by Google

Saxea pila cadit; magnis quam molibus ante
Constructam ponto iaciunt; sic illa ruinam
Prona trahit, penitusque vadis inlisa recumbit;
Miscent se maria, et nigrae adtolluntur arenae;

potest etiam Donatus; eamque veram esse lectionem, ipsum declarat, in quo minime haerendum erat, illud, quod vs. 712. legitur, *sic*. Et qui ad consuetudinem Virgilianam paulo diligentius adtenderit, facile causam corruptae lectionis deprehendet. Nempe nusquam, praeter hunc locum, comparationem longiorem Virgilius incipit a demonstrativo *Talis*, sed a relativo *Qualis*. Unde factum est, ut librarii veteres, multum in lectione huius poetae versati, vel imprudentes hic quoque *Qualis* scriberent. Cur autem Virgilius ab usitata ratione hic discesserit, idonea, puto, reddi potest causa. Fecisse hoc videtur, ut rem insignem, qualis erat caedes tanti viri, insigni aliqua comparationis forma distingueret ornaretque; cui rei simile est illud, de quo supra diximus ad vs. 653. Nec *sic* alibi in longiore comparatione legitur apud Virgilium. Mutata autem h. vs. lectione mutanda fuit etiam interpunctio in superiore. Vides autem vel non admonitus, quantum gravitatis accedat orationi ex hac emendatione. Denique haud scio, an elegantia iudicii poetae in eo agnoscenda sit, quod in comparanda re ab ipso tempore, ad quod spectat omnis narratio, plane disiuncta noluit arctius ea iungere, quae non ita iuncta haud displicent, iuncta offendere fortasse possunt. *Wr.*) 712 *in ponto* tert. Moret. *iaciunt ponto* vulgg. ante Heins. (et ita Palat. *Wr.*) *sic* repetere comparationem necesse est. Importunum tamen est meo sensu et ieiunum alienumque a tota loci structura. An fuit: *fluctu illa ruinam P.* au: *si victa ruinam prona trahit*? Sed in huiusmodi locis nemo quicquam facile definiat. (*simul*, non *sic*, scripsisse Virgilium, suspicatur Heinrich.; in eandem coniecturam incidit Waardenburg. Opusc. p. 172. sq., isque *simul* pro *simulatque* positum esse, apodosin autem ordiendam a vs. 714., opinatur. At Withofius, *Kritische Anmerkk.* fasc. IV. p. 33., non dubitat, quin Virgilius scripserit *p. iaciunt venti: illa* cet. Sed desiit iam molestum esse illud *sic*; vide, quae ad vs. 710. disputavimus. *Wr.*) 713 *undis illisa* aliquot Pier. *vadis in littore combit* Parrhas. 714 *tolluntur* aliquot Heins. et Burm. cum Goth. tert. (item 2. 7. 8. 9. 10. *Wr.*) Idem fere versus III, 557.

710 seqq. In sequentibus iterum magnum poetam agnoscas: rem posuit novam, per se magnam et terribilem, eamque ornavit ἐναργῶς et docte. Interceptus erat Crater seu sinus Baianus molibus in altum ductis, partim quibus praetoria inaedificata erant, temperati aeris et prospectus caussa, partim quibus portus Iulius muniebatur. vid. sup. Georg. II, 161 — 164. *Euboico littore*, propter vicinas Cumas, Chalcidensium coloniam. vid. sup. ad VI, 2. *pila saxea molibus magnis*, h. alte aggestis caementis, constructa, quae in pontum iaciunt. Serv. et Cerda *ponto* accipiunt: adversus mare; quidni: in ponto? (*ponto iacere* i. q. in pontum iacere; vid. Var. Lect. ad VIII, 257. *Wr.*) *ante* vero nolim iungere cum *constructam*: languet enim: molem antea constructam iaciunt in pontum: sed est *ante* ex πρὸ vel πρὸ πρὸ, procedendo a littore. (Recte *ante*, ut suadet ipse verborum ordo, iungitur cum *constructam*; et spectat hoc *ante* ad

Digitized by Google

Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile 715
Inarime Iovis imperiis inposta Typhoeo.
Hic Mars armipotens animum viresque Latinis
Addidit, et stimulos acris sub pectore vertit;

715 *sonitum* Goth. sec., non male. *fremitu* idem et Bigot. *Procuta* Rom. (*Procytha* Medic., transposita adspiratione, ut in eodem cod. supra vs. 699. *sthomaco. Wr.*) *Procrida a. t. dirumque* Exc. Burmann. *alta tremit*, ut *crebra* pro *crebro* maluit iungere Addison. ap. Burmann., quoniam Prochyta non alta sed humilis est. Sed v. Not. 716 *Inarimae* Rom. 717 *Sic* pr. Moret. *omnipotens* tres apud Burm. *animos* Parrhas. et Servii codd. ad X, 22. *Hic animum Mars armip.* Goth. pr. *animos* Erf. 718 *sub pectora* aliquot Heins. cum Goth. sec., perpetua varietate et alibi obvia. Arridet tamen Heinsio. Alterum tamen iam lib. VI, 101 vidimus. (vid. V. L. ad vs. 721. *Wr.*) *in pectora* Leid. cum Goth. tert.

tempus tali pilae insumtum, quo ipsius magnitudo declaretur; nam quo plus impenditur temporis atque operae, eo maiorem illam fieri consentaneum est. *Wr.*) Erant autem hae structiones ac moles ex saxis ac caementis pulvere Puteolano solidatis confectae. Eum enim solidescere sub aqua nota res est. cf. h. l. Cerdam. Vitruv. II, 6. Maronem exscripsit Silius IV, 297 seqq. 715. 716. Ruina molis facta, vicina loca, insulas quoque, contremiscere narrat. *Prochyta* promontorio Campaniae Miseno obiecta (nunc *Procida*) cum Pithecusa s. Aenaria (nunc *Ischia*), quam *Inarimen* dixit vocabulo ex Homero ducto, etsi perperam interpretato, Iliad. β, 783. vid. Excurs. II. Ut tamen verbo hic moneamus: Typhoeus fulmine fuit percussus εἰν Ἀρίμοις. Quaerendi autem *Arimi* et τὰ Ἄριμα ὄρη in Cilicia, quoniam in eo tractu erant loca terrae motibus et incendiis occultis foedata: quam locorum faciem vetustas ad monstrorum et gigantum molitiones referre solebat. Translata res est ab aliquo poeta ad insulam Pithecusam, quae et ipsa aliquando subterraneos ignes et ruinas experta est; igitur cum re et ipsum nomen traductum Inarime. Prochyta *alta* epitheton commune omnium insularum, quatenus mari eminent. (vid. V. L. ad III, 76. *Wr.*) *cubile*, ut Pindarus Aetnam στρωμνὰν Typhoei Pyth. I, 54. Homerus l. c. εὐνὰς dixit Arimos montes.

717. 718. 719. Homerica conversio fortunae certaminis; Homericum quoque phantasma est hoc, quod Mars ἑτεραλκέα νίκην ipse machinatur. Saepe enim deos Homerus inducit robur et animos pugnantibus adspirantes, aut in fugam vertentes adversam aciem. Sic Iliad. β, 446 sqq. Minervam; ν, 44 Neptunum; et ipsum Martem Iliad. ε, 506 sqq., sed, qui apud Homerum inter deos praeliantes negotiosus deus est, apud Maronem in otiosum allegoricum nomen abit: inprimis cum vers. 721 bellatorem deum incidere animis, h. e. alacritatem, novum robur animi, dixisset. 718. *stimulos vertit:* plus quam adhibet. vid. lib. VI,

Digitized by Google

Inmisitque Fugam Teucris atrumque Timorem.
Undique conveniunt; quoniam data copia pugnae;
Bellatorque animo deus incidit.
Pandarus, ut fuso germanum corpore cernit,
Et quo sit fortuna loco, qui casus agat res:
Portam vi multa converso cardine torquet,
Obnixus latis humeris, multosque suorum
Moenibus exclusos duro in certamine linquit;
Ast alios secum includit recipitque ruentis,
Demens! qui Rutulum in medio non agmine regem

721. ANIMOS

719 *Fugam* et *Timorem* scripsit: sunt enim Homerica Δεμός τ' ἠδὲ Φόβος Iliad. δ, 440 et al. (*acrumq.* a m. pr. Medic. *Wr.*) 720 *pugnae est* Goth. sec. 721 *animos* Heins. e Medic. et Sprot., tamquam elegantius. Vulgg. *animo*. (At hoc *animo*, singularis pro plurali, etiam elegantius videri potest. En nonnulla exquisitiora huius usus exempla: Ge. IV, 227.: „sideris in numerum." Aen. I, 579.: „animum arrecti;" ubi vid. Burm. V, 558 : „Pars leves pharetras humero." VII, 392.: „accensas pectore matres." Sed, quod est gravissimum, literam *s* in Mediceo transfossam videmus, ut ea lectio, *animos*, pro mendo habenda sit. Revocavi igitur, quod iam fecit Iahnius, *animo*. *Wr.*) *Bellorumque animis incidit* Goth. tert. 722 *infuso* Bigot. *c. vidit* Gud. et alii Heins., ac Burm. cum Goth. sec. 723 *quis c.* Rom. et Medic. Pierii; item aliquot apud Burm., sed *qui*, quod per se minus vulgare, agnoscit Carisius. (*quis* etiam 8.; vid. Q. V. XXII, 4. *Wr.*) 724 *vi magna* Medic. *vi tota* Montalb., quod impense placebat Heinsio, quem offendebat recurrens vs. sq. *multos*. Nam et alibi *vi multa* ap. nostrum occurrere non ignorabat. *torquent* Zulich. 725 *Obnisus* Zulich. *latus* Goth. sec. (Vss. 725. et 726. omissi sunt in Mediceo, sed ab alia manu in margine inferiore appicti; leguntur tamen iidem in ipso codice intra vss. 732. et 733., sed additis obolis. *Wr.*) 726 *liquit* aliquot Burm. cum Goth. tert. et Erf. 727 *inclusit* sec. Moret. *recipitque clientes* alter Hamb. (*ruentis* Medic., sed *i* in *e* commutata est. *Wr.*) 728 *in* abest Goth. tert.

101. 719. *atrum* Timorem exemplis illustrant Cerda et Burm. ad Petron. c. 89 pr. Nec vero epitheti vis in eo modo quaerenda, quod omnia tristia et infausta atra sunt: sed pertinet ad phantasma Terroris, ut sit tenebris et nocte involutum. 720. *conveniunt* Latini ac Rutuli, inventa opportunitate irrumpendi in castra.

726. 727. Occlusa porta multos suorum excludit, hostes, qui irruperant, includit. Laudatus Statius lib. X Theb. 508 iam a Servio: *Par operi iactura lucro: namque hoste recepto Exclusere suos.* Sed his versibus minus gravitatis inest. conf. eund. v. 503 sq. 728. Νήπιος etc. Iliad. β, 38 et sup. VI, 590. *De-*

Digitized by Google

Viderit inrumpentem, ultroque incluserit urbi:
Inmanem veluti pecora inter inertia tigrim. 730
Continuo nova lux oculis effulsit, et arma
Horrendum sonuere: tremunt in vertice cristae
Sanguineae, clipeoque micantia fulmina mittit.

731. OBFULSIT 733. MITTUNT

729 *Viderat* et *incluserat* Leid. *urbe* Bigot. 730 *inter media* Dorvill. 731 *oculisque* Bigot. *effulsit* vulgo lectum in codd. et edd. (saltem quas Heins. manu tractabat; ex Aldd. prima *effulsit*, tertia per Naugerium *offulsit*; inde edd. sectae variant.) *offulsit*, quod Romanus Pierii (et 8. *Wr.*) tuetur, repetiit Heins. v. sup. v. 110, sed h. l. forte alterum accommodatius; non enim agitur de luce, quae offulgeat oculis aliunde, sed emissa oculis fulget illa: hoc est, *effulget*. Revocavit quoque Wakefield *effulsit*. (recepi et ipse cum Iahnio; vid. V. L. ad vs. 110. *offulsit* sententiam pervertit. *Wr.*) 733 *fulmina* Heins. reduxit, quoniam in eo omnes vetustiores consentiunt: vulgata erant *fulgura*, (ut est in Palat. *Wr.*) quae Wakefield revocavit: et probandum est viri docti acumen. Nam quoties fulmen tropice adhibetur, subest comparatio teli emissi; ita *ensis* est fulmen. Ita apud Propertium *femina fulminat oculis*. At *aeris fulgor* est, non fulmen. Infra tamen XII, 654 *Fulminat Aeneas armis*, h. e. fulget. Et quid? si χαλκοῦ στεροπὴν apud Homerum Maro in animo habuit? ut Odyss. δ, 72 in Menelai domo: χαλκοῦ τε στεροπὴν — χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου ἠδ' ἐλέφαντος. Idem, quantum video, *mittunt* induxit ex codd. parte, *arma* videlicet, inquit (quod nemo facile admittat) vel *mittunt* pro *se mittunt*, *mittuntur*. cf. ad Aen. II, 207. Atqui hoc durum est h. l. vel maxime. *mittit* alii habent editi et scripti etiam Pier. et bini Goth., item Iul. Sab., sicque Medic. *mittet*, et a m. sec. *mittit*. Atqui et durum et languidum est, ut *mittit* ad Turnum referatur. Suspicor olim fuisse *clipeosque* pro *climens*, *qui nimbos et fulmen simularat*. (— 729. *ultro incl.* vid. Q. V. XXVII, 1. *Wr.*) 730. *pecora inertia*, oves ait Cerda; saltem potissimum.

731—735. Praeclare haec in maius aucta. Videns interclusum se Turnus novos sumit animos, concitatiore corporis motu fertur, arma vertit quamcunque in partem contra obvios; unde maior armorum, galeae, clipei, fulgor. Scilicet cogitandum est, principum virorum ac regum arma praecipuo aliquo laevore ac fulgore splendere debuisse, cristas fuisse altiores, et sic porro. Turno autem intra castra intercepto crescit adeo audacia: *nova lux oculis obfulsit*, affulsit, adeoque effulsit. (offulget lux ei, qui videt lucem; quod alienum ab h. l.; vid. V. L. *Wr.*) Ceterum singula in Homero passim sunt obvia, quae tamen ad imitationem trahi nequeunt: sic ἐπὶ στήθεσσι δὲ χαλκὸς Σμερδαλέον κονάβιζε Iliad. φ, 254, et Δεινὸν δ' ἔβραχε χαλκὸς ἐπὶ στήθεσσιν ἄνακτος Iliad. δ, 420. *arma horrendum sonuere*, et *fulmina* pro fulgore. Iliad. χ, 133. 134. *Cristas* Turni *rubentes* vs. 270 supra vidimus. 733. *mittunt* scil. se, mittuntur:

Digitized by Google

Adgnoscunt faciem invisam atque inmania membra
Turbati subito Aeneadae. Tum Pandarus ingens
Emicat, et mortis fraternae fervidus ira
Effatur: Non haec dotalis regia Amatae;
Nec muris cohibet patriis media Ardea Turnum.
Castra inimica vides; nulla hinc exire potestas.
Olli subridens sedato pectore Turnus:
Incipe, si qua animo virtus, et consere dextram;
Hic etiam inventum Priamo narrabis Achillen.
Dixerat. Ille rudem nodis et cortice crudo
Intorquet summis adnixus viribus hastam.
Excepere aurae; volnus Saturnia Iuno

742. ACHILLEM 745. AURAE VOLNUS;

peusque, quod non intellectum corruptelam intulit, cum scriptum esset: *clipeusque micantia fulmina mittit*; hoc tandem poeta dignum. (*mittunt* 8. „Rescribo, et felicissima, ni fallor, emendatione: *cl. m. fulmina nictunt.* — — Virgilianum *fulmina* in hoc loco Naso stabilit Am. I, 8, 16., nisi utrobique *fulgura* et *fulgurat* reponere debeamus.“ Haec Wakefield. ad Lucret. II, 325.; vid. eiusd. not. ad eund. VI, 181. Numerus verbi *mittunt* a librariis, ut fieri solet, ad numerum praegressi nominis *fulmina* accommodatus; vid. Q. V. VIII, 2, a.; idque hic etiam facilius fieri potuit, quod et *tremunt* modo praecessit, et Subiectum longius repetendum est; similiter tamen supra 578. sqq.: „Ergo alis adlapsa sagitta, Et laevo infixa est lateri manus, abditaque intus Spiramenta animae letali vulnere rupit;“ sc. sagitta. Et infra 749.: „Sic ait;“ sc. Turnus, e vs. 740.; sic ad VIII, 271. revocabis Subiectum e vs. 260.; et ad quem ibid. vs. 558. *euntis* spectat, Pallas supremum vs. 515. commemoratus erat. Probant *mittit*, quod restitui, etiam Brunckius et Iahnius. *Wr.*) *clypeusque m. f. mittunt* Dorvill. In Gud. *clypeique m. f. mittunt.* Pierson. apud Herm. Arnzen. Epist. crit. p. 76 *clipeum* neutro dictum ex v. 709 huc quoque vocat, nullo cum fructu. Tandem qu. Moret. cum Zulich. *nutant*, Montalb. *vitant*, saltem deb. *vibrant.* 735 *Aeneadae subito turbati* Parrhas. *cum* tres ap. Heins. et Burm. 738 *Non m.* Parrhas. *prohibet* Sprot. 739 *vide* Goth. tert. *nulli* sec. Hamb. *nulla huic* sec. Menag. *non hinc* Bigot. 741 *animi virtus* Rom. (et 8. *Wr.*) 742 *Hinc* Zulich. *invictum P.* Goth. tert., felici lapsu. (Scripsi *Achillen*; vid. Q. V. III, 1. *Wr.*) 743 *et c. nudo* sec. Hamb. 745 *Exc. aurae*: *vulnus — veniens* iunxerat Servius seu quis alius; et sic *vul-*

durum tamen hoc. (Revocavi *mittit. Wr.*) v. Var. Lect. (—735. *Adgnoscunt — turbati*, i. e. adgnoscunt et turbantur: vid. Q. V. XXVIIII, 5. *Wr.*) 737. *dotalis regia*, Laurentum. 742. ut illud lib. II, 549 *referes ergo haec Degeneremque Neoptolemum narrare memento.* 745. *Iuno detorsit.* Praeivit exemplum Apollinis Iliad. Θ, 311, et Minervae Iliad. υ, 438 sqq., ubi

Digitized by Google

Detorsit veniens; portaeque infigitur hasta.
At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,
Effugies: neque enim is teli nec vulneris auctor.
Sic ait, et sublatum alte consurgit in ensem,
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem.
Dividit, inpubesque inmani volnere malas.
Fit sonus: ingenti concussa est pondere tellus.
Conlabsos artus atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens; atque illi partibus aequis
Huc caput atque illuc humero ex utroque pependit.
Diffugiunt versi trepida formidine Troes.
Et, si continuo victorem ea cura subisset,
Rumpere claustra manu sociosque inmittere portis:
Ultimus ille dies bello gentique fuisset.
Sed furor ardentem caedisque insana cupido
Egit in adversos.

tus — veniens duo Burm. (Sic etiam in Mediceo distinguitur; idque probo; inertius est *veniens* a nomine suo separatum. *Wr.*) 746 *Detorsit iuveni* pro div. lect. pr. Hamb. *terraeque i.* Parrhas. *infingitur* Franc. 747 *vi quod* Goth. sec. *quod vix* alter Hamburg. *librat* Medic. Pierii, Gud. Moret. tert. Ven. et Reg. *torquet* Moret. qu. 748 *neque enim es* pars Pier. et Heins. cum Mediol. et Goth. sec. *es tele* Rom. (corruptum, teste Bottario, a recentiore manu; nam prius in eo cod. scriptum fuerat *is teli*. *Wr.*) *his telis* Schol. Statii apud Heins. *his t. et v.* Ed. Ven. *actor* Goth. tert. Io. Schrader. locum pro desperato habebat. Sensus tamen planus: v. Notam. 750 *media inter* nonnulli Pier. et Leid. cum Goth. sec. et tert. 751 *que* abest qu. Moret. *i. pondere* Menag. alt. 753 *Collapsosque* sec. Moret. (*Conlapsus* Medic. ap. Foggin. *Wr.*) *arcus* Exc. Burmann. 754 Ante Heins. *illi in p.*, quod, Pier. et suos sequutus, eiecit. 756 *Defugiunt*, *Deffugiunt*, duo Burm. 757 *ea c. fuisset* Zulich. v. ad lib. VIII, 396. Totus versus exciderat Goth. tert. hoc loco et erat insertus post vs. 759. 758 Ortuinus, Burmanno monente, malebat *admittere*. Goth. tert. *portae*. 760 *infanda c.* aliquot Pier. et Heins. cum Goth. sec. et tert. (adde 7. 9. *Wr.*) *immensa* Gud. pro div. lect.

dea πνοιῇ ἧκα μάλα ψύξασα avertit telum Hectoris ab Achille. 748. *neque enim is teli nec vulneris auctor*, ut tu effugere illud possis; immo vero infertur telum et vulnus a viro fortissimo. 754. vulnus quale apud Apollon. II, 104. et apud Homerum haud uno loco. 757. καὶ νύ κεν ἔπρηθεν πυρὶ etc. Iliad. Θ, 217 sq., et alia exempla Iliad. σ, 454, et φ, 544. Si meminisset Turnus portam castri Troiani revellere, ad suos admittendos: castrum

Digitized by Google

Principio Phalerim et, succiso poplite, Gygen
Excipit; hinc raptas fugientibus ingerit hastas
In tergum: Iuno vires animumque ministrat.
Addit Halym comitem, et confixa Phegea parma;
Ignaros deinde in muris Martemque cientis
Alcandrumque Haliumque Noemonaque Prytanimque;

764. TERGUS

762 *Phalerim* recepit Heins., nam sic fere codd. habere vel *Falerim*. Vulgg. *Falarim*, quod tamen analogiam sermonis habet. Priscian. lib. VII *Fabarim*, ut a fluvio Sabinorum nomen habeat; sed in Troianum hominem non cadit. Alii: *Falarin*, *Falorim*. Tum *Gygem*, *Cygen*. 763 *hic* pr. Hamb. *huic* Ven. *in raptas* Rom. *E. arreptas* Goth. sec. Idem fere versus inf. XII, 330. 764 *In tergus* Heins. e Rom. et Carisio. At vulgo: *In tergum*. vid. Heins. *Integrum* Franc. et Serv. ad Aen. I, 211. (De auctoritate testium si quaerimus, Mediceo totque aliis codd. praestantissimis plus fidei habendum est, quam Romano, cui unus 8., qui fere cum eo consentit, adstipulatur; et Nonius potior habendus Charisio, quem duobus amplius saeculis post illum vixisse iudicant. *in tergus* tamen etiam apud Serv. I, 211.; neque vero *integrum* ibi legitur, ut Burmannus narrat et Heynius. Sed illo Serviano scholio, quod abest a plerisque codd. et edd., non multum moveor; videtur id, ut multa alia, non ab ipso Servio scriptum, sed ex Grammatici alicuius libro illuc invectum; nam ipse Servius si nostro loco *tergus* legisset, non taceret hic, ubi minime oportebat. At si constaret tergus etiam ab aliis idoneis auctoribus pro tergo dictum esse, concederem fortasse, exquisitiorem lectionem expulsam esse a librariis. Nunc consultius duxi *tergum* revocare. Et *tergus* facile nasci potuit ex vocc. praegressis in eandem literam desinentibus *raptas — fugientibus — hastas*; vid. Q. V. IX, 2, d. *Wr.*) 765 *Halyn*, *Halin*, *Halim*, *Alim*, *Alym* in codd. *Halym* Heins. e vetustioribus. Idem *confixa* tuetur contra Pierium, qui probabat *confixum*, quod ant. edd., in his Ald. pr., habent, et Medic. a m. sec. (est ea altera Medic. lectio. *Wr.*) *confexum* Parrhas. *et fixa* Dorvill. *confixa* primum exaratum deprehendo in Ald. tert. 1514, adeoque per Naugerium. 766 *M. ruentes* Sprot. (*clentes*, sic, pro *cientes* Medic., sed *e* in *i* mutata. *Wr.*) 767 Totus versus ex Homero conversus Iliad. ε, 678, sed sine depravationibus, quas in Virgilii codicibus apud Burmann. videas.

captum fuisset a Rutulis. 760. at ille occaecata mente ad caedem faciendam ruit.

762. Ordo est, inquit Serv.: Excipit (in se irruentem) et succidit poplitem; ut sup. 537 *Postibus haesit adesis*. Idem 763 *raptas* scil. de caesorum cadaveribus. 765. Phegeum, parma transfixa confossum, et 766 Alcandrum et ceteros pugnam agitantes in muris *aversos* caedit, at Lynceum *adversum*. 767. Cum hic versus ad verbum ex Homero conversus sit (vid. Var. Lect.), ibique iidem homines ab Ulysse occisi narrentur: Servius, inde apparere ait, non ad historiam

Digitized by Google

Lyncea tendentem contra, sociosque vocantem,
Vibranti gladio connixus ab aggere dexter
Occupat: huic uno deiectum comminus ictu
Cum galea longe iacuit caput. Inde ferarum
Vastatorem Amycum, quo non felicior alter
Unguere tela manu, ferrumque armare veneno;
Et Clytium Aeoliden, et amicum Crethea Musis;
Crethea Musarum comitem, cui carmina semper

Scilicet omnino Latini librarii multo imperitiores fuere quam Graeci. Porro idem versus in Ovid. Met. XIII, 258 occurrit: quo eum relegandum esse censebat Iac. Bryant: eo tamen vix h. l. carere possumus. vid. Not. (vid. etiam Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 67. *Halyum* et *Phrytanim* Medic. *Wr.*) 768 *Lycea*, *Lingea*, *Ligea*, *Lygea*, *Licea*, scripti apud Burmann. *Lyngea*, *Sigea*, Goth. (*tendentes* Medic. a m. pr. *Wr.*) 769 *dextra* aliquot apud Burm. (cum 8. 9. 10. *Wr.*) *dextram* Goth. tert. 770 *hinc uno* Zulich. et Bigot., nec male. *hic* Franc. *huic Iuno* Dorvill. *huic unum* Goth. pr. *coniectum* sec. Moret. *deiecto* Goth. tert. *concius* idem: putabis eum legisse *concitus*? sed stipes fuit librarius. Silius XIII, 246 *Assequitur planta; deiectum protinus ense Cum galea longe iacuit caput.* 772 *felicius* quatuor apud Burmann. (sic etiam pars codicum ap. Serv. cum Dresd. *Wr.*) *fallacior* Goth. tert. 773 *Stringere* Schol. Statii apud Heins. *Fugere* idem Goth. tert. Hic dicat aliquis, qui tales delicias sectatur, fuisse scriptum *Fingere*. Illud vero mireris, Iul. Sab. in suo habuisse *Urguere*, idque defendere, ut sit dictum ut *fulguere*. („*Tingere* Bentl. ad Lucan. III, 266. Cf. eundem ad Horat. Carm. II, 1, 5." Haec Porson. in Edit. Virgil. Heyn. Lond. *Wr.*) 774 *Clutium*, *Clycium*, *Clycion* alii, item *Gluttium*. (*Clitium* Medic.; idem hic et proximo vs. *Cretea*. *Wr.*) *dictum Eolide* Dorvill. 775 *Cretea* ante Heins. *Crathea* qu. Moret., sed est *Κρηθεύς*.

sed ad ornatum poematis haec nomina pertinere. Sed quis tandem inde ornatus existit? dicat aliquis. Scilicet ad *ἐνάργειαν* narrationis et ad animum in rem praesentem deducendum valet, si non omnino caesos esse multos dicas, verum etiam nominatim eos persequaris. (—769. *connixus ab aggere*, X, 24. de re eadem: „Quin intra portas atque ipsis proelia miscent Aggeribus moerorum." *Wr.*) 770. Comparant Iliad. ξ, 497. ν, 481. 771. *αἷμονα θήρης — ἐσθλὸν θηρητῆρα* etc. Iliad. ε, 49. (*ferarum vastatorem*, vid. Not. ad I, 471. *Wr.*) 772. *felicior*, peritior, ut alibi quoque. *manu* vacat, sed adiectum, quoniam de peritia agitur. (vid. V. L. Ge. II, 247. *Wr.*) *ἰοὺς χρίεσθαι*, non nisi admodum barbarorum populorum mos, in Iliade vix occurrit, sed in Odyss. λ, 260. 774 sq. suaves versus de Cretheo lyrico, (cur autem lyrico? an propter citharam? num igitur etiam Iopas lyricus, I, 740? aut Phemius, reditum Achivorum ad citharam canens Odyss. I, 153. coll. 326.? *Wr.*) quorum prae-

Digitized by Google

Et citharae cordi, numerosque intendere nervis;
Semper equos, atque arma virum, pugnasque canebat.
Tandem ductores, audita caede suorum,
Conveniunt Teucri, Mnestheus acerque Serestus;
Palantisque vident socios, hostemque receptum.
Et Mnestheus: Quo deinde fugam, quo tenditis? inquit.
Quos alios muros, quae iam ultra moenia habetis?
Unus homo, et vestris, o cives, undique saeptus

776 *que* abest qu. Moret. *incendere* Hugen. 777 Vix Virgilius secundis curis hunc versum loco relicturus fuisset. Etsi emollias iungendo: *cordi erat, et canebat.* (Ego in hoc versu quod reprehendam, nihil invenio. Mutatio Subiecti si dura videtur, plurimi versus eo nomine damnandi erunt; quanto duriora sunt illa, quae leguntur VIII, 376. sqq.: „Non ullum auxilium miseris, non arma rogavi Artis opisque tuae; — — Quamvis et Priami deberem plurima natis, Et durum Aeneae flevissem saepe laborem. Nunc Iovis imperiis Rutulorum constitit oris;" sc. Aeneas. Copulam si desideras, eius vicem repetitum *Semper* sustinet; vid. V. L. ad Ge. II, 260. *Wr.*) 778 *a. voce* Zulich. a m. pr. 780 *Pallentesq.* Menag. pr. 781 *Tunc M.* Goth. tert. *Quo inde f.* Reg. Heinsius eleganter iungi putabat: *quo deinde fugam*? cui bono fugam? Sed hoc vix placere potest prae vulgato: *quo deinde*, ulterius, *fugam*, *quo tenditis*? Ven. et Montalb. *fuga.* Monuit tamen ipse Heins. *tendere fugam* dictum esse, ut, *tendere iter*, *gressum*, *cursum.* 782 *quaeve ultra* Gud. et alter Mentel. Parrhas. et Franc. *quae ultra iam* Exc. Burm. *quaeve altera moenia* sec. Moret. 783 *nostris* Ven. *e vestris* Lutat. ad Stat. II Theb. 620. *cives o vestris* Montalb.

clara imitatio est in Leonida Gloverii, ubi de Aristandro IV, 213 sqq. (lib. V, 239). Fuit vir doctus, qui Horatium respici putaret, ne poetae amicissimus homo plane in Maronianis carminibus praeteritus videretur. Sed talia affirmare et refellere aeque in promtu est. (*Crethea Musarum comitem*, expressit Virgilius id, quod legitur Hom. Hymn. XXXII, 20.: „ἀοιδοὶ, Μουσάων θεράποντες." Similiter θεράποντες Ἄρηος Hom. Il. II, 110. XV, 733., et δᾶμον Ὑπερβορέων Ἀπόλλωνος θεράποντα ap. Pind. *Wr.*) 776. Proprie *intenduntur nervi* seu fides, sed cum iis ipsis intenduntur *soni*, pro quibus doctius *numeros* posuit: sunt enim soni numerosi, si arte eliciuntur. *equos*, ut Homericum ἵππους, currus dixit: non equestres cursus; nam adiicit *arma* et *pugnas.*

778. *Tandem.* Bene Servius: „Servat τὸ πρέπον, ne praesentibus ducibus Turnus tot strages

Digitized by Google

Aggeribus, tantas strages inpune per urbem
Ediderit? iuvenum primos tot miserit Orco?
Non infelicis patriae, veterumque deorum,
Et magni Aeneae segnes miseretque pudetque?
Talibus adcensi firmantur, et agmine denso
Consistunt. Turnus paullatim excedere pugna,
Et fluvium petere, ac partem, quae cingitur unda.
Acrius hoc Teucri clamore incumbere magno,

790. CINGITUR AMNI

784 *tanti* Goth. tert. 785 *primo iuvenum* Goth. pr. *tot dederit* tert. 786 *Nonne* Medic. a m. sec. (male in gravi obiurgatione quidem. *Wr.*) *deorum* vel *malorum* Gud. At ms. Coll. Iesu elegantissime *veterumque parentum*: quod Wakefieldum praetulisse haud miror. Est enim hoc sollenne, ut Aen. V, 39. (Troiani iam eo sunt redacti, ut pro aris et focis pugnandum sit; cui rei egregie convenit, quod editur *veterumque deorum*. Et veteres parentes sunt maiores, generis auctores; de his parum apte diceres: non miseret vos eorum. At quid magis sollemne in tali cohortatione, quam patriorum deorum commonefacere? quid etiam pietati Troianorum, Deos e flammis et ruinis Troiae servatos secum portantium, convenientius? Nam ne de ipsorum senibus patribus cogites, illud vetat, quod hi in Sicilia relicti sunt; cfr. V, 713. sqq. *Wr.*) 788 *in agmine* pr. Hamburg. 789 *e. pugnae* Rom. Montalb. et tres recentiores Burmanni cum Goth. tert. (et 2. 10. 11.; quod non est Virgilianum, immo ne Latinum quidem. *Wr.*) 790 *quae c. unda* Rom. et alii Pier., idem Medic. et ceteri vetustiores Heinsii, etiam Iul. Sabinus; nec *amni*, quod Naugerius Ald. tert. intulit, nisi in recentioribus fere, etiam Goth. tert., et habet interpretamenti speciem. Praetulit tamen Heinsius ut elegantius, nec immerito; quaeri modo potest, an Maro id, quod elegantius esset, ubique maluerit. (*amni* Palat. et 12. At *fluvium* et *amni* quis ferat ita composita? Quid? quod etiam fons monstrari potest, unde illa lectio manavit? Vide enim, quae supra leguntur vs. 468. sq.: „murorum in parte sinistra Opposuere aciem; nam dextera cingitur amni;“ et cfr. V. L. VII, 528. Revocavi *unda*, quod etiam Iahnium fecisse video. *Wr.*) 791 *hic* Moret. qu. (*huc* coni. Doering. *Wr.*) *insistere* Dorvill.

fecisse videatur.“ 781. 782. Aiacem hic reddit ex Iliad. o, 732 sqq. Ἦέ τινάς φαμεν εἶναι ἀοσσητῆρας ἀπίσσω; Ἦέ τι τεῖχος ἄρειον etc. 786. *infelicis patriae* in nova Troia redditae. *veterum deorum*, Penatium, quos alias *patrios*, a patribus acceptos, appellat; quique nunc urbe capta in hostium manus venturi sunt. 788. Ornat simplicitatem Homerici versus Iliad. ξ, 106. ϱ, 342.

789. Discessus Turni impavidi et animosi in ipsa fuga egregie ornatus est; nec tamen Aiacis illum nobilem discessum (Iliad. λ, 543 sqq. 555 sqq.) superatum dicam. 790. A dextra parte, si a Laurento venisse Latinos et Rutulos reputes, castra ad Tiberim

Digitized by Google

Et glomerare manum: ceu saevum turba leonem
Cum telis premit infensis; at territus ille,
Asper, acerba tuens, retro redit; et neque terga
Ira dare aut virtus patitur, nec tendere contra,
Ille quidem hoc cupiens, potis est per tela virosque.
Haud aliter retro dubius vestigia Turnus
Inproperata refert, et mens exaestuat ira.
Quin etiam bis tum medios invaserat hostes;
Bis confusa fuga per muros agmina vertit.
Sed manus e castris propere coit omnis in unum.
Nec contra vires audet Saturnia Iuno

792 *ceu Poenum* coni. Schrader. e XII, 4. 793 *ac* Franc. (*ac* etiam Medic. apud Foggin. *Wr.*) *adterritus* Reg. 794 *retro dedit* Montalb. et Ven. *at neque* Bigot. *ac* Goth. tert. 795 *ac v.* Zulich. *et* pr. Hamb. et Dorvill. *neque t.* Rom. 796 *Ille equidem* Franc. *per tela per hostes* Ven. (*p. t. per ignes* Arusianus p. 255. edit. Lindem. *Wr.*) Ceterum non video, cur interpunctione tam duram orationem efficere placeat, *Ille, quidem hoc c.*, nec retinere id, quod se offert: *nec t. contra Ille quidem, hoc cupiens* (h. quamvis cupiens), *potis est* etc., aut id, quod supra posuimus. (vid. Q. V. XXI, 8. — 798. *extuat*, sic, Medic. sp. Foggin. *Wr.*) 799 *cum* Ven. *tum bis* pr. Hamb. *in medios* Franc. *invaserit* Leid. (*hostis* Medic. *Wr.*) 800 *confusa* Heins. reposuit; sic enim omnes eius codd., uno alterove recentis notae exceptis. Ita tamen iam ed. Ald. pr. et sec. Verum mox Ald. tert. Naugerio correctore in edd. intulit *conversa*. Recte vero Heins. monet, putidum esse *conversa a. vertit*. In Goth. sec. *confusa*, tert. *confisa*, pr. *conversa*. (id etiam in Palat. *Wr.*) 802 *audet Saturnia Turno* Goth. tert., audiendus ille, si auctoritatem haberet.

pertingebant. vid. sup. 469, cum Excurs. III ad VII. 792. Comparatio Homerica, sed admodum variata, ex eodem loco Iliad. λ, 547 seqq. Variavit tamen eam ipse Homerus alio loco egregie Iliad. ρ, 108—113. 794. *acerba tuens* δριμέα δερκόμενος. acerbe, truculente intuens. Sed de terribili adspectu eadem verba iam posuit Lucret. V, 34. de dracone: *Asper, acerba tuens, immani corpore serpens.* 795. Nec ira aut virtus patitur Turnum dare terga, nec ille, cupiens quidem hoc, potest contra tendere per tela virosque; h. e. per incumbens Troianorum agmen conglobatum.

802. Ergo tacite intelligi vult poeta, Iunonem pugnae huic interfuisse praesentem. Quod saepe monuimus, poetam deorum interventu minus feliciter uti, quam Homerum, qui rerum actum non minus diis quam hominibus assignaverat, hoc quoque loco inculcandum videtur: cf. Excurs. I. ad h. libr. vs. 638.

Iuno enim, si recte iudicamus, nunc inducitur necessitatis magis caussa ad expediendam rem,

Digitized by Google

Sufficere; aeriam coelo nam Iuppiter Irim
Demisit, germanae haud mollia iussa ferentem:
Ni Turnus cedat Teucrorum moenibus altis.
Ergo nec clipeo iuvenis subsistere tantum,

803 *in coelo* Hamb. sec. *iam* quidam apud Serv. ad V Aen. 606 et *Irin* et v. 804 *dimittit* vel *demittit*. *Dimisit* Franc. *misit* aliquot Pier. Non assequor, quid Villebrune ad Silium I, 113 sibi velit: „*dicta*. Virgil. IX, 804, ubi contra fidem codicum nonnulli legunt *iussa*." (*iussa* in Medic. omissum, sed ab alia manu superscriptum. *Wr.*) 806 *non* Parrhas. *iuvenis clypeo* Mentel. pr. Inutilis res esset interpunctionem mutare: *Ergo nec clipeo iuvenis subsistere*; *tantum Nec dextra valet*: *iniectis sic undique telis Obruitur*. (*clipeos* Medic., sed ultima litera fere abrasa. *Wr.*)

quam rerum ordine ita postulante. Deam enim rebus gerendis interesse nondum vidimus, nisi v. 725, ubi illa avertit ictum hastae a Turno, et v. 764 *Iuno vires animumque ministrat*; hoc vero poterat facere ex alto; et oblitus est poeta interponere eam praesentem pugnantibus descensu ex Olympo facto, ut Iupiter nunc Irim mittere posset, quae eam recedere iuberet. Tamen vel sic imitatio nimis manifesta est ex Il. Θ, 397 sq. o, 157 sq. et al., et Iris iam libri huius init. mandatis Iunonis ad Turnum perferendis partes, a poeta impositas, peregerat: quod bis in eodem libro vix putem suaviter factum. 802. non audet Iuno vires sufficere Turno contra Troianorum agmen, ut adhuc fecisse intelligenda est vs. 764. *sufficere ὑποσχεῖν* pro *παρέχειν*, ut iam Aen. II, 618 *Ipse pater Danais animos viresque secundas Sufficit*. 805. *Ni Turnus cedat*, pendet *nisi* a voc. *haud mollia*, dura, minantia. 806 seq. Totum locum esse Homericum notarunt omnes. Aiacem ex Iliad. π, 102 sqq. refert Turnus: et est locus alter cum altero comparandus. Sed in verborum ornamentis multa Maro accepit ab Ennio, qui Homericos versus iam ante expresserat. Locum ex Annal. XV adscripsit Macrob. VI Sat. 3 dignum, qui hic quoque legatur: In bello Istrico versans poeta pugnam Istrorum cum Coelio Tribuno describebat: *Undique conveniunt, velut imber, tela Tribuno. Confligunt parmam; tinnit hastilibus umbo; Aerato sonitu galeae; sed nec pote quisquam Undique nitendo corpus* (Tribuni) *discerpere ferro. Semper abundanteis hastas frangitque quatitque. Totum sudor habet corpus; multumque laborat; Nec respirandi fit copia praepete ferro. Istri tela manu iacientis sollicitabant. Occumbunt multi leto ferroque lapique Aut intra moeros aut extra praecipe casu.* Quem talis poeta praecessit, qualem hic Ennium videmus, eum in orationis ornatu poetico ad summum potuisse pervenire mirandum non est. Iam, cui libet, comparet imitatorem alium, Statium II Theb. in Tydeo insidiis Thebanorum oppresso

Digitized by Google

Nec dextra valet: iniectis sic undique telis
Obruitur. Strepit adsiduo cava tempora circum
Tinnitu galea, et saxis solida aera fatiscunt;
Discussaeque iubae capiti; nec sufficit umbo
Ictibus; ingeminant hastis et Troes et ipse
Fulmineus Mnestheus. Tum toto corpore sudor
Liquitur, et piceum (nec respirare potestas)
Flumen agit; fessos quatit aeger anhelitus artus.
Tum demum praeceps saltu sese omnibus armis
In fluvium dedit. Ille suo cum gurgite flavo

814. ACER ANH.

807 *obiectis* Macrob. VI, 3. *invectis* Goth. tert., perperam. (— 808. *strepitu* Medic., sed *u* in litura. *Wr.*) 809 *Singultu* alter Hamb. (*galeae sax.*, superscripto *et*, Medic. *Wr.*) 810 *Diffusaeque* Zulich. 812 *Cum t.* duo Burm. *torto* eiusd. Exc. 813 *Linquitur* Dorvill. 814 *Fulmen* Macrob. ibid. cum Goth. tert. *fessus agit* Goth. tert. Mox vulgo: *aeger a.*, ut lib. V, 432 hoc idem hemistichium occurrit. Sed *acer anhelitus* quosdam olim legisse in Servianis proditum erat; hoc arripuit Heinsius, ut varietur oratio; esse enim tales mutationes Virgilio frequentes: v. eum ad h. l. et ad Ecl. V, 37. (Reduxi *aeger* omnium librorum fide stabilitum; vid. V. L. ad X, 871. Ac nisi vehementer fallor, ex hoc Servii scholio discimus, quomodo iam veteres critici in recensendis scriptoribus versati fuerint. Qui quum sentirent, Virgilium gaudere variata similibus in rebus oratione, hunc morem ubique tenendum existimantes, suis etiam coniecturis textum mutare conati videntur. Mirum profecto, si illi *acer* in textu invenerunt, ne unum quidem huius lectionis vestigium in codd. apparere. Vid. Q. V. XVI, 6. *Wr.*) 815 *Cum d.* pr. Moret. *saltu praeceps* Gud. 816 *gurgite vasto* idem et Mentel. sec. Goth. sec.

527 sqq. 602 seq. et ad h. l. 668 sqq.

806. *tantum — sic*; pro vulgari: *nec clipeo*, excipiens tela, *nec dextra*, pugnans ense, satis *subsistere*, nunc resistere, ὑποστῆναι, statum tenere, valet: — adeo obruitur telis. 809. *fatiscunt aera*, cedunt ictibus; galea, nam de hac agitur, agit rimas, rumpitur. cf. ad Georg. I, 180; itaque cum dilectu adiectum epitheton: *solida*. (—811. *et Troes et ipse fulm. Mnestheus*, vid. Q. V. XVIII, 2, h. et XXXIII, 6. *Wr.*) 813. *sudor piceum flumen agit;* hoc est, sordidum. *Serv.*; pulvere et cruore. 815. vid. sup. ad v. 790. (*omnibus armis*, αὐτοῖς τεύχεσιν, vid. Not. ad IV, 517. *Wr.*) 816. *suo cum gurgite* aut ut vacet *cum*, ut saepe, aut ut capiatur ac si esset *in*. Sic σὺν pro ἐν. Usus ubique obvius. (Sed usus ille ubique obvius qui sit, fateor me ignorare. Nempe male iungitur *accepit cum suo gurgite;* iunge *ille cum suo gurgite;* cfr. VIII, 72. et Ennius pag. 43.

Digitized by Google

Adcepit venientem, ac mollibus extulit undis;
Et laetum sociis abluta caede remisit.

817 *Excepit* Erf. (item 7. 9. *Wr.*) *fugientem* plerique Pier. et aliquot Burm. cum Goth. tert. et Erf. et Dorvill. *remittit* sec. Moret. 818 *obluta* Montalb. *oblata* Franc.

edit. Hessel., mox iterum laudandi. Illa enim *suo flavo gurgite*, ut Ge. II, 147.: tuo perfusi flumine sacro;" Aen. VI, 185.: „suo tristi cum corde volutat;" VIII, 72.: „Tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine sancto, Accipite Aenean;" antiqua sunt et Enniana; vid. Enn. edit. Hessel. p. 43.: „Teque, pater Tiberine tuo cum flumine sancto — veneror;" id. p. 48.: „Vincla suis magnis animis abrumpit — equus;" id. p. 125.: „Vix aegro tum corde meo me somnu' reliquit." Ennius rursus Homeri exemplum secutus est, apud quem ἐὸν μεγαλήτορα θυμὸν et similia multis locis leguntur. Idem Ennius p. 66.: „Effudit voces proprio cum pectore sancto;" ubi si *cum* abundare videtur, ut apud eund. p. 65.: „Tum cum corde suo divum pater atque hominum rex Effatur;" nihil equidem pro certo affirmaverim; sed, nisi utrobique *cum* coniunctio est, poterunt illa *cum corde*, *cum pectore*, orationem cum ipsa animi sententia congruentem denotare. *Wr.*) 817. 818. Scilicet secundo flumine, parvo intervallo, delatus ad suos pervenire debuit. *mollibus* ornans epitheton, et simpliciter naturam aquae refert. (*mollibus undis*, i. e. molliter eum et propitius extulit. Supra VIII, 726.: „Euphrates ibat iam mollior undis." *Wr.*) 818. *abluta caede*; ornamentum ex adiunctis arreptum est; nihil amplius: *caede* h. sanguine.

Digitized by Google

EXCURSUS I†

De topographia castrorum Aeneae et Nisi Euryalique profectione.

Lib. IX, 195. *tumulo videor reperire sub illo posse viam ad muros et moenia Pallantea.* Ut de toto Nisi et Euryali consilio satis constet, locorum situs apud animum adumbrandus est: Agrum Ostiensem et ostia Tiberis ad animum revoca. Castra Troianorum ad Tiberis fere ostia in orientali littore erant sita, vid. Excurs. III ad lib. VII, fossa et vallo illa munita et turribus: VII, 157. 8. 9. a dextra moenia ad amnem pertingebant: quam partem mox Turnum, castris inclusum, petere videbimus. 468: *Aeneadae duri murorum in parte sinistra opposuere aciem, nam dextera cingitur amni.* 790: *Turnus paullatim excedere pugna et fluvium petere ac partem quae cingitur amni.* 815: *Tum demum praeceps saltu sese omnibus armis in fluvium dedit.* Ab eadem parte a tergo navium erat statio sup. v. 69 *classem quae lateri castrorum adiuncta latebat.* Iam erat porta quae ad mare ducebat: inf. 237 *locum insidiis conspeximus ipsi, Qua patet in bivio portae, quae proxima ponto est.* Haec si cum locorum situ comparaveris, haud parum turbatum te senties. Castra, Romanum in morem quadrata, in extrema littoris parte quingentis ab amne passibus posita fuisse apparet, fronte castrorum in interiores terras versa, unde Latinos accedere necesse erat: ita dextra castrorum ad mare, sinistra ad amnem spectare debuit. Videri potest, et mihi videbatur, in superioribus edd. atque etiam sup. ad lib. VII. Exc. III. poeta ita rem narrare, quasi ille inter Latinos accedentes versetur: ut ipsi a dextra sit Tiberis, a sinistra mare; mirationem facere hoc; aliter tamen poetae verba accipi non posse. Mireris nec minus, a nemine, quantum vidi, notatum hoc esse; ne a Vulpio quidem in Latio Vol. VI, c. 2, ubi de Troia nova agit.

Digitized by Google



Aen. VII, 33.150.242.IX, 69.70.372.381.468.470.190.

Digitized by Google

Digitized by Google

Iam porta, *quae proxima ponto*, illi egressi, Rutulis excubias negligenter agentibus ad tumulum tendere volebant, sub quo viam ad Palatium seu *Pallanteum*, urbem Euandri (sup. VIII, 53. 54.) reperiri non dubitabant: cf. v. 195. 196. Successerat audacia in traiectu per Rutulos facto, et laeva v. 372 viam tenebant, cum, ecce, equites a rege Latino missi versus castra tendunt: missi Laurento equites: *iamque propinquabant castris murosque subibant, cum procul hos laevo flectentes limite cernunt.* Turbat superius dicta, et probabiliter sumta, locus hic: Nunc Latini vident a laeva, quod ab eorum dextra evenire debuit. A Laurento urbe via secundum littus ad illa loca ducebat. Deprehensi igitur Nisus et Euryalus fugiunt in silvam, vs. 378, Laurentinam scilicet, unde Nisus quidem versus lacum Albanum elabitur vers. 387 sqq., sed Euryalum se non subsequutum videns, iterum ad silvam reversus cum amico suo interimitur. conf. eund. Excursum p. 138 seq. et adde inf. Var. Lect. ad v. 387. Fateor me haec non ita expedire posse, ut mihi ipsi satisfaciam: itaque ea ex ipsis Commentariis in poetam exemta in Excursum reiecisse. Sunt tamen duo, quae adhuc dictis subiicere liceat: primo in vss. 237 sqq. *locum insidiis conspeximus ipsi, Qua patet in bivio portae, quae proxima ponto est*, possum videri perperam in *laevo* castrorum latere *portam* constituisse: poeta enim ipse non profitetur laevam portam fuisse; sed tantum hoc pronuntiat: fuisse portam *quae ad mare ducebat:* si *bivium* ibi fuit, necesse est fuisse eodem loco viam alteram quae *sinistrorsum* in interiora loca praeter castra, seu castrorum sinistrum latus ducebat; Ita sublatam dixeris hanc difficultatem. Restat altera vss. 372. ubi Laurento profecti equites Nisum et Euryalum e porta modo memorata egressos vident *laevo flectentes limite.* Hic vero recte puto contendi posse, equites quidem a dextra sua eos prospexisse; at duo Troianos *laeva ista via*, a parte laeva castrorum ad interiora tetendisse, unde paullo post ad Tiberim et Euandri sedes se converterent cursu petendas. Nisi fallor, hac interpretatione e salebris locorum evadi quodammodo posse. (Res satis, puto, expedita videbitur iis, qui legerint, quae Exc. III. ad l. VII. pag. 141. sq. de Numicio scripsi. *Wr.*)

Digitized by Google

EXCURSUS I*

Narrata de Aenea et Anchise ante belli Troiani tempora.

Lib. IX, 263. 264. *Bina dabo argento perfecta atque aspera signis Pocula, devicta genitor quae cepit Arisba.* Ad res ante bellum Troianum gestas, adeoque ad τὰ προομηρικὰ hoc pertinere in Notis professus sum; nam, quod in Servio ex obscuro homine Abante ἐν τοῖς Τρωϊκοῖς allatum est e fabulis inde ab excidio memoratis, poeta respicere non potuit: quippe qui Aeneam statim a capta urbe discedere iussit nec in Troade novas res moliri.

Verum rerum ante bellum Troianum gestarum omnino obscurior est memoria, quam earum, quae urbem captam exceperunt. Nihil forte desideraremus, si *Carmen Cyprium* superesset: de quo vid. ad lib. II Exc. I, p. 309. Neque igitur indigne feremus, si de capta ab Anchise Arisba nihil aliunde innotuit; adeo ut dubitari quoque possit, sitne Troadis an Lesbi urbs hoc loco intelligenda. Misso tamen hoc, quandoquidem semel in hanc quaestionem incidimus, age videamus alia, quae de Aenea et Anchise ante belli Troiani tempora, quae Homerus attigit, narrata forte reperiri possunt: absolvemus sic omnem rerum Aeneae memoriam in his Excursibus passim expositam.

Ut igitur omittam illa, quae de Anchisae stirpe a Dardano per Troem, Assaracum, Capyn ducta (vid. Exc. VI ad lib. III), tum de Aeneae natalibus ex Veneris et Anchisae congressu satis nota sunt: vid. Iliad. *v*, 214 sq., ibique Schol. ex Acusilao, Hymn. in Venerem, et conf. Apollod. III, 12, 2 cum Notis, et Meziriac. ad Ovid. Heroid. P. II, p. 142; commemorabo reliqua, partim minus obvia, partim ad Virgilianum carmen propius spectantia.

Aeneam *Troianum* appellatum, Troiae quoque *domum Anchisae* incoluisse lib. II, 299 audivimus. Eo tamen non nisi sub belli Troiani tempus devenisse putandus est: *Dardanum* urbem ille tenebat haud longe ab Ilio dissitam; Dardanios quoque adduxerat; Iliad. β, 819. cf. sup. Exc. XVII ad lib. II.

Natales tamen eius ad montem Idam, qui imminebat urbi, referuntur; quippe Anchises a Venere in monte Ida, cum armenta pasceret, amatus est: ut vel ex Iliad. β, 821 memineris: et ex Hesiod. Θ. 1007—1009, multoque magis ex Hymno Homerico: nisi carminis potius epici fragmentum illud est, ea parte, qua deficit, hymni clausula suppletum *). Addit Maro, ad Simoentem genitum esse

*) Docte de eo nuper egit, eiusque cum argumentum constituit tum fabulam illustravit Groddeck noster in Commentat. de Hom. Hymn. rel. p. 40. In diversa abit, ut solet, Ilgen vir doctus; quem iterum deserunt alii.

Digitized by Google

Aeneam: Aen. I, 618 *Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?*

Nutritum Aeneam a Nymphis, et quidem Dryadibus, suaviter narratum est in eodem Hymno 258 sqq. Educatum mox in Alcathoi domo, qui eius sororem matrimonio habebat, docet Homerus Iliad. *ν*, 465. 466. Fuit illa Hippodamia, quam e legitima coniuge Eriopide susceperat Anchises; tradente Eustathio ad e. l. Apud Xenophontem de Venat. pr. inter eos memoratur, qui a Chirone enutriti fuere, figmento historiarum rationi adversante.

Pavit tamen Aeneas, more priscae aetatis, armenta in monte Ida; et quidem sub ipsum tempus belli Troiani; nam oppressus ille in solitudine ab Achille vix fuga sibi consuluerat; cumque Lyrnessum confugisset, Achille ad eam urbem oppugnandam advolante, fugatus et inde est Aeneas: Iliad. *ν*, 90—96. 187—194. Latius haec persequutus erat auctor Cypriorum: in cuius argumento apud Proclum *) haec habentur: *κἄπειτα ἀπελαύνει* (Achilles) *τὰς Αἰνείου βόας, καὶ Λύρνησσον καὶ Πήδασον πορθεῖ*—.

Idem tamen Aeneas iam antea Paridi comes navigationis in Graeciam additus fuerat: *καὶ ἡ Ἀφροδίτη Αἰνείαν συμπλεῖν αὐτῷ κελεύει*, idem Proclus secundum Carmen Cyprium **).

Cum Troiam accessisset, e societatis cum Priamo lege, ut auxilium ferret, simultas inter ipsum et Priamum Priamique filios inciderat; unde et irasci eum Priamo et pugnam detrectare suspicio erat: Iliad. *ν*, 459 sq. Refrixisse videri possunt animi ea de caussa, quod Aeneas magna apud Troianos auctoritate utebatur Iliad. *λ*, 58. *Αἰνείαν θ', ὃς Τρωσὶ θεὸς ὣς τίετο δήμῳ* et *ε*, 467. 8 et quod sublata Priami stirpe regnum sibi promittere visus erat. Eo enim alludit Iliad. *ν*, 180 *Ἐλπόμενον Τρώεσσιν ἀνάξειν ἱπποδάμοισι* (*μετὰ, διὰ*) *Τιμῆς τῆς Πριάμου*· etsi eos versus iudicio suo sustulerant Grammatici veteres. Inter Paridem maxime et Aeneam odia exarsisse Menecrates Xanthius tradiderat: cf. Dionys. Hal. I, 48.

Aeneae res gestas ab Homero narratas ex Iliade enotare nihil attinet. Congressum eius cum Diomede Iliad. *ε* et alterum cum Achille Iliad. *υ* ipse Virgilius attigit, dum bis pugnae discrimine ereptum eum a Venere ait Aen. IV, 228. In castrorum oppugnatione unam e turmis ducebat Aeneas Iliad. *μ*, 98. *ν*, 459. 468 sq., iterum in pugna circa Patrocli occisi corpus cum Hectore primas partes agit *ϱ*, 484 sq. Quae post Iliadis argumenti tempora gesta sunt, in Quinto Smyrnaeo cognoscere licet. Fuerant enim Aeneae partes

*) In *Bibliothek der alten Litteratur*, I. Band pag. 26.

**) eod. loc. pag. 23.

Digitized by Google

in omnibus fere praeliis: unde sup. Aen. I, 488 dici poterat *se quoque principibus permixtum agnovit Achivis.* Ita interfuit pugnae cum Penthesilea ap. Tzetzam Posthom. 52. 157: in pugna super Achillis corpore vulneratur Aeneas ab Aiace: ap. Quintum III, 281 sq. ipse Aiacem Oilei vulnerat in pugna post Eurypyli adventum: VI, 520 sq. Eminet eius virtus in pugna, qua Philoctetae sagitta Paris vulneratur: X, 26. 76. 112. At eo caeso multo magis XI, 41. 129 sq. ubi et Thetis ab eo avertit Neoptolemum 240. mox e pugna eum educit Venus 289. In oppugnatione Ilii est inter propugnatores de muris, XI, 354. 393. 439. 474. Ea autem, quae sub ipsum Troiae excidium peregerit, narravit Maro lib. II, ad quem cf. Exc. XVII et XIII. Urbem enim videns captam de salute consilia iniit: Quintus XIII, 300 sq.

Urbe capta in montem Idam secessit. Apud Lescheum, uti nunc ex Proclo didicimus (p. 38), statim ab ostento per Laocoontem a serpentibus enectum obieoto discessum in montem Idam Aeneas parat. Ad Leschei ductum, quod suspicari licet, exponit nonnulla Quintus XIII, 300 sq. Reliqua post eius discessum diversis locis illustravimus. Actum *de erroribus Aeneae* Exc. I, et *de errorum annis* Exc. II, ad lib. III; *de accessu ad Siciliam* Exc. I ad lib. V; *de accessu ad Italiam* Exc. IV ad lib. VI, et Exc. II ad lib. VII; add. Disquis. II; *de fatis inde ab adventu in Italiam* Exc. III ad lib. XII; *de praedictionibus deorum, ad quas ille rerum gerendarum cursum rexit,* Disquis. II.

EXCURSUS I**

De deorum interventu in Aeneide; et unde poetae acceperint ea signa, quae praesentiam numinis arguunt.

IX, 638. *Aetheria tum forte plaga crinitus Apollo Desuper Ausonias acies urbemque videbat.* Non placet, quod cum alibi, tum sup. ad vs. 802 professus sum, quod in inducendis diis Virgilius, nec de opportunitate et probabilitate, ex caussa idonea aut rerum ordine ducta, nec de varietate sollicitus fuit; nam quoties ad deos redit oratio et ad partes, quas ipsi in rebus gerendis tuendas habent, fere satis habet inserere illam particulam, initio facto a vocula *interea,* v. c. X, 1 *Panditur interea,* v. 606 *Iunonem interea,* XI, 532 *Velocem interea;* ad quem locum Servius quoque abru-

Digitized by Google

ptum et vituperabilem transitum notavit. Aliam rationem poeta h. l. sequitur, verum et in hac fere eadem chorda oberrat: Apollo tum *forte* desuper pugnam ad novam Troiam spectabat. Atqui nec aliter Aen. I, 223 *Et iam finis erat; cum Iupiter aethere summo Despiciens mare — Constitit et Libyae defixit lumina regnis.* Iterum lib. VII, 286 Iuno ab Argis redux *forte* prospicit Aeneam ad Italiae littus classem appellentem, et XII, 134 *At Iuno e summo Prospiciens tumulo* etc. Defendi forte possunt loca inf. lib. XI, 725 sqq. XII, 792 sqq. Et sunt alia felicius instituta, ut lib. IV, 219 sq. V, 604 sq. Apud Homerum deos sedere et Achivorum Troianorumque praelia prospicere non miramur, cum partes deorum quisque suas tuendas sustineat: at Apollo hic otiosus plane sedere, nec poeta satis provide curasse videri potest, ut eius sollicitudinem de exitu rerum commodo loco commemoraret. Si tamen subtilius ac diligentius deliberes, statim animo occurrent haec: Apollo non modo vaticiniorum de Aeneae et posteritatis in Italia sede auctor, idemque iam apud Homerum Troianis rebus et Aeneae studens, fuit: verum ille etiam inter deos inprimis is erat, qui gentem Iuliam insigni favore, insigniter per pugnam Actiacam declarato (vid. sup. VIII, 704 seqq.), amplecteretur; idemque Palatino templo ornatus fuit. Sed et aliis locis meliorem rationem reperit Maro, ut lib. I, 124 sqq., ubi *Neptunus magno misceri murmure pontum Emissamque hiemem sensit;* lib. IV, 219 *audit Iupiter preces Iarbae* et sic Didonem Aeneamque respicit. Ut tamen h. l. Apollinis opera uteretur, inductus maxime Homericis aliquot locis videri potest, inprimis Iliad. ε, 433. 445. ϱ, 323 sq., ubi Apollo Aeneae occursat, priore loco etiam ex praelio vulneratum servat, ut h. l. Ascanium a praeliando dehortatur.

Ceterum idem Apollo paullo post vss. 659. 660 agnoscitur: *agnovere deum proceres divinaque tela Dardanidae pharetramque fuga sensere sonantem.* Ergo in *fuga* h. in discessu, Butae formam exuerat Apollo, divinam receperat. Conf. Excurs. XIII ad Aen. I, ubi poetarum huius phantasmatis ornamenta, tractandorumque eorum modi ac viae a me expositae sunt. Originem et caussam huius phantasmatis hominum mentibus subnati partim iam eodem loco pag. 167 (ed. pr. pag. 121) innueram, partim nunc disertius exponam. Scilicet cum nec nostris animis facile sit, quoties numen cogitamus, a specie humani oris ac vultus mentem avocare, quin species aliqua humanae similis menti obversetur, tum multo magis rudium hominum animis insidet species numinis aliqua et forma humanae similis; nec aliter id fieri potuit, antequam subtilior philosophia cogitationem de deo ad mentem, *Νοῦν*, avocavit. Necesse adeo fuit, ut divinae naturae tribuerentur ea, quae naturae humanae communia sunt: nisi quod maiora pro naturae humanae modulo

Digitized by Google

esse credebantur. Consentit in hoc omnis vetustas, etiam patriarcharum et Iudaicae gentis; consentit omnis barbarorum ac ferorum populorum stirps; ipsa mentis humanae imbecillitas. Iam prouti cultu ingeniorum aut nullo, aut aliquo, aut exquisitiore imbutae sunt gentes, dii aut robore, aut sagacitate et prudentia, aut opibus et potentia excellentes occurrunt; ita ad suae naturae modulum fingit numen humana mens; quoque ea ipsa perfectior et divinae similior aliquando erit reddita, eo veriora et digniora Numine cogitabit. Secundum haec facile est ad intelligendum, quamdiu speciem divinae naturae ad humanam attemperavit antiquitas, ei debuisse opinionem de occursu, apparitione et contubernio deorum familiarem esse; inprimis cum locis adeo, terris et urbibus, deos suos tutelares assignarent. Imbuere ista opinione hominum animos multo magis debuit solitudo ruris ac silvarum; raris hominum commerciis et advenarum accessibus: potueruntque credi deorum species oculis obiectae, inprimis hominum, qui religioso metu tenerentur; cf. Od. ϰ, 201 sqq. Opinionem illam acceptam retinuit posteritas, et vulgo narrata in miraculum auxit. Quid? quod ipse sermo hominum rudium nullam aliam, nisi ab oculorum sensu petitam, speciem deorum admittere potuit; quodque in vulgarem loquentium usum conversum hoc fuit, ut, quicquid evenisse dicere vellent, a deo factum et peractum esse dicerent: quod nemini non in Homeri lectione vel paucorum versuum occurrere debuit. Nihil in his esse video, quod mirum videri debeat, quomodo in hominum animos venerit; sed probabili aliquo iudicio humanis ingeniis insidere ea opinio ubique et omni tempore debuit, et adhuc insidet barbaris populis, quotquot divinae naturae forma humana animos habent imbutos, modo non ab omni humanitatis cultu alieni sint, aut per hieroglypha ad animantium formas divinam speciem revocarint; Horum enim, ut olim Aegyptiorum et nunc Indorum mentibus, quae phantasmata ac species sint obiectae, quoties deos cogitant, facile licet assequi; scilicet non posse esse alias quam ipsas illas formas, quas in templis expressas viderant: quo ipso necesse est, innumera iis alia a nostro percipiendi et cogitandi more diversa et aliena occurrere, de quibus nos male ac perperam iudicamus, cum easdem notiones rerum animo non circumferimus. Graeci autem veteres multo magis proclives ad eam opinionem, ut deos specie humana esse crederent, amplectendam esse debuere, quandoquidem iis hoc tamquam proprium tribuitur ab Herodoto I, 131 τοὺς θεοὺς ἀνθρωποφυεῖς esse, quem locum accurate expositum nuper vidimus ab Abb. Foucher in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* Tom. XXXV pr. Firmata est ea opinio et in habitum animi deducta per signa deorum in fanis et sacellis obvia; cumque ab eadem opinione suorum operum protypum ars accepisset, moxque docte elaborasset, deorum species ad summae alicuius pulcritudinis speciem est adumbrata, certo aetatis et charactęris discrimine

Digitized by Google

variata. Profecere iterum ex artis profectu poetae, ita ut v. c. Apollini et Baccho promissa coma, Iovi oris maiestas, et sic porro aliis diis alia, per omnes aetates constarent inter poetas aeque et artifices. conf. Commentationem *de formis deorum Graeciae earumque auctoribus* Tom. VIII Commentatt. Soc. Gotting. Poetis autem nihil exoptatius esse poterat, quam species deorum humana, vires corporis maiores, motus celerrimus, forma oris pulcerrima, iis illi ita usi sunt, ut ea sibi tamquam propria facerent, inprimis in poesi epica, utque in usum poeticum perpetuum transferrent, inprimis ubi iis vestigiis insistebant, ut deorum ministeriis pleraque exsequerentur: cf. Disquis. I de carmine epico. Neque vero ea opinio praesentiae numinis inter istos quidem populos tolli potuit, nisi ex quo philosophorum subtilior disputatio, et sanctorum vatum accuratior doctrina, ab omni corporis specie ac labe segregavit divinam naturam. Quod si nonnulla ex his videri nunc possunt nota forte ac tralatitia: reputandum est, ea scripta esse ante hos XXXVI annos, cum nondum illa inter nota ac vulgaria haberi poterant; aliis postea frequentata ipso usu progressum accepere.

EXCURSUS II

De insula Inarime et de Arimis.

IX, 715. 716 *Tum sonitu Prochyta alta fremit, durumque cubile Inarime Iovis imperiis imposta Typhoeo.* Promontorio Campaniae Miseno obiectae sunt insulae *Prochyta* (nunc *Procida*) et altera paullo maior, *Pithecusa* seu *Aenaria* (nunc *Ischia*). *Pithecusae* fere plurali numero efferri solent, seu quoniam Prochyta sub eodem nomine fuit comprehensa, seu quod plures aliquando fuere. Sunt enim auctores, qui Pithecusas ab Aenaria discernant. Esse eas partes continentis avulsas, et constans fama obtinuit (vid. Cluver. Ital. Ant. IV, 4) et ipsa res locorumque facies probabile facit; subterraneis enim ignibus saepe Pithecusae exarserunt. vid. inprimis Strabon. V, pag. 379 f. sqq. Plin. II, 88. Mirab. Aud. 36. conf. Wernsdorf. Excurs. III ad Aetnam Tom. IV, p. 354 sqq. Cum autem veteris sermonis et phantasmatum, quae inde poetae susceperant, ratio ita ferret, ut terrarum motus et ignium subterraneorum explosiones Gigantibus terrae inclusis tribuerent: quod cum primo narrasset de Typhoeo Hesiodus sine omni loci mentione Θ. 859 sqq. fabula haud dubie ex Oriente accepta, deductum est ad Ciliciam, Syriam, lacum Sirbonidem et Asphaltiten, ad Asiae Catacecaume-

Digitized by Google

nen et Phrygiam (vid. Wessel. ad Diod. V, 71. cf. Apollod. I, 6, 3, et ibi Notata); ita tractum est etiam ad hanc insulam, impositam eam esse Typhoeo, quod idem de *Arimis* suis narraverat Homerus Iliad. β, 783. *Arimos* hos iam inter veteres alios in Mysiae seu Lydiae parte, alios in Cilicia, in Syria alios reperisse; fuisse tandem etiam, qui in Pithecusis insulis collocarent, narrat Strabo lib. XIII, p. 929 C. Ex his patet, Virgilium nostrum non fuisse primum, qui errorem hunc committeret, ut Arimos ad hanc insulam transferret. Multo minus ille adversus grammaticam rationem *Inarimen* facere potuit ex *Εἰν Ἀρίμοις*, quae vel *τὰ Ἄριμα* vel *οἱ Ἄριμοι* fuerunt. Suspicor fuisse aliquem ex antiquis poetis latinis, qui Iliadem latine reddiderunt, inter quos Cn. Mattius fuit, qui aut male acceperit aut male interpretatus sit *In Arima*, unde facta est *Inarima* vel *Inarime*. An unquam nomen hoc Pithecusarum communi usu frequentatum sit, dubito: videtur illud inter poetas se continuisse. Mature tamen Typhoeus ad haec Italiae loca ignibus caecis celebrata revocatus fuit, ut docet Pindari locus mox laudandus. Tradit quoque Schol. Apollonii ad lib. II, 1214, Pherecydem iam Typhoni Pithecusam insulam iniectam narrasse. Obvia inde poetis et facilis fuit insulae comparatio cum Arimis Homeri et deflexio nominis in Arimen. Miro autem casu accidit, ut Etruscis *arimi* dicerentur simii, qui Graecis *πίθηκοι*, secundum Strabon. l. c.; quod si ita se habuit, tanto proclivior fuit permutandorum locorum error. Pithecusas a Cercopibus Lydiae in simios mutatis inhabitatam et dictam eo nomine esse, e Xenagora tradit Harpocration Lex. rhet. voc. *Κέρκωψ*. Alium, sed indoctiorem, verborum lusum, etsi sibi probatum, Plinius memorat: *a figlinis doliariorum* dictam Pithecusam. A *πίθος* tamen quomodo *Πιθηκοῦσσαι* formari potuerint, non satis intelligitur; quod ab eo est, *πιθάκνη*, vix *πιθήκνη* pronuntiatum est.

Quod Plinius apposuit lib. III, 6: Aenaria, *Homero Inarime dicta*, parum accurate esse pronuntiatum quilibet facile videt. Virgilium autem in insulae nomine sequuti sunt Ovidius, Silius et alii poetae; etiam Livius in loco a Servio adscripto: loca adscripta nunc videbis a Wernsdorf. pag. 359.

Homeri vero, ut et hoc addam, et Hesiodi quoque Theog. 304 *Arimi* seu, quod malim, *Arima*, *τὰ Ἄριμα* sc. *ὄρη*, haud dubie in Asia quaerenda sunt: sique a vetustioribus auctoribus, Aeschylo in Prom. 351. Pindar. Pyth. I, 32, est standum, in Cilicia; quae quidem, una cum magno minoris Asiae et per Phrygiae, Mysiae, ac Lydiae fines continuato tractu, ignibus subterraneis olim arsit. Vide Strabonem et aliis locis et pag. 928. 930. conf. Eustath. ad l. c. Homeri. Itaque in iis locis omnibus Typhon fulmine prostratus narrari potuit et narratus est a multis. Solent tamen scriptores unum

Digitized by Google

plerumque ex ceteris locis omnibus Typhoni assignare, ut Maeoniam Livius XCIV apud Servium ad h. l. Cum a Syris seu Aramaeis Ciliciae pars olim inhabitata esset, mirum non est, nomen eorum serius, forte ad Homerum usque, in iis locis superstes, ideoque Arimos montes in Cilicia dictos fuisse. Ad Syriam autem propter nomen illud fabulam Homericam trahere ac transferre vix licet; multo minus de lacu Sirbonide aut cum Tayloro apud Woodium de lacu Asphaltite cogitare.

Cum de his Homeri et Virgilii locis tot extent virorum doctorum disputationes, apponere hic visum est ea, quae inter innumera perperam asserta idoneis rerum argumentis, saltem probabili iudicio, memorari posse videbantur.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS
LIBER DECIMUS

ARGUMENTUM

Iupiter, convocato deorum concilio, ad concordiam ipsos adhortatur — 15. Ibi Venus de Troianorum periculo insatiabilique Iunonis odio conqueritur, aliquamque tandem tot calamitatum requiem petit — 62. Iuno contra malorum omnium caussam in Troianos, veluti primos belli auctores, atque adeo in Venerem ipsam reiicit — 95. Frustra itaque tentata reconciliatione Iupiter, ubi nullum videt esse contentionum finem, ne aut uxorem aut filiam laederet, se neutrarum partium studia sequuturum pronuntiat, sed pro sua aequitate omnia fatis esse permissurum — 117. Interim Rutuli totis viribus ad oppugnationem redeunt, non minore animo obsessi se ad defensionem parant — 145. Dum haec in Latio geruntur, Aeneas, rebus in Etruria ex animi sententia confectis, multorumque sibi populorum auxiliis adiunctis, triginta navium classe ad suos revehitur — 214. Ibi Nymphas, paullo ante in eam formam ex navibus suis transformatas, obvias habet: ex his et de classis amissione et de suorum periculo certior redditur — 255. Inde in hostium usque conspectum profectus, copias suas exponit. Rutuli oppugnatione desistunt, occurrentesque ad littus terra hostem prohibere conantur. Magno utrimque detrimento pugnatur — 364. Ibi Pallas, magna prius edita hostium strage, tandem a Turno occiditur — 509. Cuius rei dolore percitus Aeneas, magnos Rutulorum acervos amico inferias mittit — 601: Ascanius quoque eruptione facta suas cum patre copias coniungit — 605. Quibus rebus permota Iuno et pro Turno

Digitized by Google

sollicita, impetrata a Iove venia, praesenti eum periculo eripit, obiecta illi falsa Aeneae imagine, quam dum in navim quandam fugientem insequitur, vinculis a Iunone ruptis, vi tempestatis ad littora Ardeae proxima devehitur — 688. Interim Mezentius, Iovis monitu pugnae succedens, magnum tam Troianorum quam Etruscorum numerum prosternit — 761: donec ab Aenea hastae ictu vulneratus, et a Lauso filio protectus, aegre se ad obligandum vulnus ex acie recipit — 795. Ibi Lausus quoque, dum patrem ulcisci conatur, ab Aenea interficitur — 832: eius rei nuntio accepto Mezentius conscenso equo in praelium redit: ubi, dum filii mortem vindicare parat, eadem qua filius dextra concidit — ad fin.

In hoc tandem libro Aeneas ad pugnam procedit: quod multis nimis sero factum visum est, quoniam ex sua opinione, non ex argumenti et materiae natura, iudicium faciebant. Aliis displicuisse video, quod Aeneas militis magis, quam ducis, partes explet, dum veterem heroum pugnandi morem parum meminere, nec illud reputant, quam parum materiae narrationi epicae praebitura sit ducis sagacitas et prudentia, intra iussa, mandata et imperata se continens, prospectu ex alto ac longinquo capto; qualem nostri aevi res militaris postulat. Si phantasmatibus magnis rebusque, quae sensus impellant, epica vis continetur: strenua facinora, animi audacia, manus fortitudo ac robur requiruntur. Mihi quidem in seqq. libris haud pauca ex iis, quae in reprehensionem incurrere videntur, non quidem novitate, attamen opportunitate et varietate sua, ingenii admirationem facere solent: quandoquidem argumentum belli ac praeliorum, et quidem eiusdem vitae heroicae, incredibili cum varietate ac copia ab Homero tractatum, Maro tamen per tres libros variatis rerum generibus nec omnino sine novitatis commendatione detexuit. Artem et ingenium aliquis tum demum rite perspiciat, quum argumenti naturam paullo curiosius animo versaverit, quaeque ipse aliter vel melius in eo tractando constitui posse putet, expenderit. Inter ea, quae ingeniose et callide inventa sunt, primo loco eminet hoc, quod praeliorum narratio variata est per diversa genera; habemus hoc libro navium appulsum, descensum in littus et pedestrem pugnam, in lib. XI equestrem, in XII pugnam tumultuariam, tum certamen singulare. Porro, ne taedium faceret continuata praeliorum narratio, interposita sunt plura, etiam de pace consilia, tum orationes, magno cum acumine factae, interdum, ut equidem censebo, nimia cum arte. Hinc apud Macrob. IV tam multa de rhetorica Virgiliana memorantur. Tragicos tamen noster, Euripidem inprimis, ante oculos habuit, ut

Digitized by Google

iam monui Disquis. I, S. VIII p. XX, Tom. II. Inter illas artes et inventa poetae referendum et hoc est, quod hoc libro Arcades, libro XI Etrusci, et XII Troiani maxime virtutis suae specimina edunt; quae et ipsa res ad varietatem facit. In ipsa autem pugnarum commemoratione difficultatibus implicitum se sentire debuit non paucis nec levibus, inprimis quod, quoquo se verteret, in ea semper incidebat, quae ab Homero iam erant tractata; haec igitur ut variaret, mutaret, alia ratione nec minus commode tractaret, perpetuo poetae fuit allaborandum. Facit autem taedium serius ocius omnis imitatio, quae cum studio ac contentione variandi ea, quae iam ab alio *proprie* exposita erant, coniuncta est. Atque hoc illud est, quod reprehensioni poetae interdum locum facere potest: etsi caussa rei parum animadversa iis, qui, quod reprehendendum esset, videbant, qua de caussa reprehensionem haberet, minus pervidebant. Nec tamen, inprimis cum eius lectione animum imbutum haberet, in diversa ab Homero abire, aut aliam viam sibi patefacere, aut aliter res tradere poterat, nisi a veritate naturae recedere volebat. Quod igitur ab homine sollerti et prudenti fieri poterat, id fecit poeta, ut ex argumenti natura pugnas persequeretur et locorum et hominum naturae convenienter, nec tamen sine respectu popularium, quibus placere carmen volebat, varios praeliorum casus exponeret: utque, quoties in ea incideret, quae ab Homero ea cum copia essent tradita, ut deterrerent omnes, qui eadem aggredi vellent, ea omitteret aut breviter attingeret; sin talia essent, ut, quo ipse Maeonium poetam superabat, ornatum admitterent, ea et situ et adiunctis et aliis rebus variata ornaret et amplificaret, aut cultu, elegantia, ac suavitate phantasmatum et verborum expoliret. Haec quidem animo tenere debet is, qui de his libris iudicium facere sibi sumit. Ut vero aliquis cum Guyeto tres postremos libros Virgilio abiudicet, graviores, quam quas ipse in promtu habuit, afferre debet caussas.

Digitized by Google

Panditur interea domus omnipotentis Olympi,

1 Vexata statim in ipsa fronte occurrit lectio *omnipotentis Olympi*. Librorum ea fere omnium auctoritate, etiam Quinctiliani I. O. IX, 4, 49 (Leid. *omnipudentis*, ut fere semper, addit Burmann.), firmata est: nec tamen satis accommodatum videtur Olympo hoc epitheton, quod proprie Iovis est. Fuere itaque olim, qui Olympum pro Iove dictum acciperent; alii qui *Olympia* emendarent, alii qui *OlympI* pro Olympii scriptum vellent, hoc utique non male: nisi alter locus esset XII, 791 *rex omnipotentis Olympi*. Inde emendari coeptum est: *omnipatentis*. Egnatii ea est emendatio; idque ab Ascensio notatum video, qui eam amplexus est: legitur quoque ita in Edd. Ascensianis. In iis tamen exemplaribus, quae ab Egnatio emendata feruntur (habemus in manibus ipsam principem editionem 1507), ea lectio non reperitur. Notata tamen est illa in praefat. Habet eam Hamb. sec. a sec. m., eamque in simili loco vidimus sup. VI, 595. (non *omnipatentis*, sed *omniparentis*, in eo cod. a m. sec. scriptum esse, refert Burmann. *Wr.*) Verum a poeta vix videtur adoptari potuisse hoc quidem in loco, cum *panditur* praecesserit: Panditur domus *omnipatentis O.*, et mox v. 5 de eadem domo: *tectis bipatentibus*. Aliter res se habet infra XII, 791 *Iunonem interea rex omnipotentis Olympi*; ubi conveniret *omnipatentis*. nam, quod omnibus terris obductum est, terrasque undique amplectitur seu ambit, bene dici potest quaqua versus patere, ab oriente ad occidentem. Habent tamen ibi libri alterum constanter. Restat *omniparentis*, quod alii coniectarunt, quodque iam Iovian. Potanus agnovisse dicitur et N. Heinsius probabat. *Omniparens terra* Lucretianum epitheton est, quod supra lib. VI, 595 Maro adoptaverat; desidero simile exemplum de caelo. Uranum omnium deorum auctorem et parentem si sic dictum invenero, non mirabor: Sicque πανγενέτωρ ille in Hymnis Orphicis; sed aliud quid est Olympus. Quae cum ita se habeant, *omnipotentis Olympi* tenendum est, quod altero loco recurrit XII, 791, ut tribuerit poeta Olympo, quod diis convenit, qui in eo continentur: quo facile adduci potuit, cum Ge. II, 325 iam dictum occurrat: *pater omnipotens* Aether: ut apud Tragicos αἰθὴρ ἀθάνατος, οὐρανὸς ἄφθιτος. etsi vel sic parum placet hoc; nec assequor, cur Maro non maluerit Naevianum versum totum servare: *Panditur interea domus altitonantis Olympi*. Etsi enim et hoc alias Iovis est elogium, tamen et Olympo, e quo prodeunt fulmina, convenire poterat. Servasse hunc Naevii versum narratur Caecilius Minutianus Apuleius. Est is vetus ille Grammaticus, cuius libri duo (aut potius fragmenta) de Orthographia adhuc in bibliothecis latent, quem tamen evolvit, praeter Gyraldum de poetis Dial. IV, p. 204, Cael. Rhodiginus VII, 4, et XXII, 13 Ant. Lect., a quo hoc ipsum de Virgiliano loco prolatum est. Idem Grammaticus Olympum de Iove interpretatus erat. (Vide iam ipsum Apuleium ab A. Maio editum pag. 132. sect. 15. Osannus ibi Laevii nomen pro Naevii substi-

1. Dum haec geruntur, dii ad concilium habendum convocantur. Est poetis, iam inde ab Homero, Olympus accommodatus ad formam aedium priscae vitae: conf. ad Georg. III, 261; ideoque in eo sunt portae, ingens atrium, quo negotia vitae et conventus adeuntium aguntur; ab utraque parte thalami seu minora cubicula singulis, qui domum inhabitant, parata sunt. Conf. de Priami regia Iliad. ζ, 242 seqq. Eodem modo in Olympo ab utra-

Digitized by Google

Conciliumque vocat divom pater atque hominum rex
Sideream in sedem: terras unde arduus omnes,
Castraque Dardanidum adspectat, populosque Latinos.
Considunt tectis bipatentibus. Incipit ipse: 5

tuit; vid. ab eo disputata pag. 46. Si infra XII, 791. non offendit omnipotens Olympus, non video, quare nostro loco offendat. Ac, nisi fallor, sumsit hoc Virgilius a Graeco aliquo poeta, qui Olympum παγκρατῆ dixerat; Aeschyl. Prom. vs. 397. ed. Blomf. de Iove: „ἦ τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἕδρας.“ Nec transtulit poeta cum reliquo versu epitheton *altitonantis*, quod hoc, antiquissimis quidem poetis valde probatum compositorum vocc. genus, quippe ab Augusteae aetatis cultu fere abhorrens, prudenter vitavit. *Wr.*) 2 *Consiliumque* alii ap. Pier. *divom pater atque hominum rex* Enniauum est: Macrob. VI, 1. 4 *spectat* tres Heins. cum uno Burmanni: minus docte. v. inf. XII, 136. 5 *portis b.* sec. Moret.

que parte duodecim maiorum deorum sunt cubicula, in media autem domus parte, quam μέγαρον, δῶμα, δόμον, appellare solet Homerus, conventus ac consessus deorum fit, sive ad deliberandum de rebus communibus, sive ad epulandum. Eandem fere rerum speciem Virgilius animis exhibet, nisi quod de cubiculis silet. Potuit autem hoc tanto magis sequi, quando Homerus multis in locis faciem ac situm Olympi variavit. Ita Iovis sedes aliqua in parte Olympi altiore vel interiore memoratur, ceterorum deorum domus in aliis Olympi iugis sitae sunt, unde ad Iovis aedes confluunt. Cf. Iliad. ν, 4 sqq. Cum ad conventum admittendi sunt dii: *panditur domus*, atrium, δῶμα. Ita hoc simpliciter accipiendum, nec cum Servio et inde cum aliis Interpp. de die orto cogitandum. Etsi enim verum est, noctu caelum claudi, mane aperiri dici: tamen huc ea res trahi nequit; neque rerum ordo admittit, ut nunc de matutino tempore cogitemus; inclinatur enim nunc dies, quo pugnatum erat (IX, 459 seqq.), ad vesperam: comparet modo aliquis infra 146. 147. 215. 216. Concilia autem deorum similia apud Homerum occurrunt plura, quae ante oculos Maroni fuisse probabile fit; inprimis Iliad. δ, 1—4, sed ibi inter deliberandum potant dii, ex priscorum hominum more, Il. θ, 2 et 51. ν, 4 sqq. *omnipotentis Olympi*: insolentior paullo translatio epitheti a diis ad ipsum Olympum: antiquiore forte auctoritate. v. Var. Lect. 3. εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα Homericum. Ad reliqua conf. Iliad. θ, 51. 52. 5. *tectis bipatentibus*. Si *tectum bipatens* audias, seu domum bipatentem, non aliter accipies, quam ut sit, quod *ab antica et a postica parte aditum habet*, templorum more, quae ναοὶ ἀμφιπρόστυλοι dicuntur.

Digitized by Google

Caelicolae magni, quianam sententia vobis
Versa retro, tantumque animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
Quae contra vetitum discordia? quis metus aut hos

6. QUIA NAM.

6 *quia nam*, antiquam vocem, adstruxit satis Pierius. conf. supra V, 13, etsi non pauci eiusdem et apud Burmannum, bini quoque Gothani cum Erf., *quaenam* exhibent. *quae iam* Dorvill. a pr. m. (*quianam*, ut ipse Heynius V, 13., iunctim scripsi; *nam* enim hic encliticon. *Wr.*) 7 *retro est* Goth. sec. *annis* pr. *perstatis* tert. *certatur* alter Menag. 9 *Quis deus aut hos* Io. Schraderus in schedis: ut inf. 73 *Quis deus in fraudem — egit*. Ingeniose, quis neget? modo non

Hacteuus non male ad ortum et occasum apud Serv. refertur. Pergit idem: „est autem sermo Ennianus“ hoc bene; sed reliqua, quae subiiciuntur, parum sunt perspicua. Scilicet alii tectum bipatens esse putarunt, quod habet fores binis valvis apertas. (Hanc explicationem ut amplectar, suadent portae bipatentes II, 330. Ita etiam in regia Solis „Argenti bifores radiabant lumine valvae“ ap. Ovid. Met. II, 4. adde vs. 18. *Wr.*) Ad. v. 6 idem Servius: „*quianam*, cur, quare: sermo Ennianus, *quianam legiones caedimus ferro?*“ sup. V, 13 *Heu quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?* (Videntur Enniana illa Virgilio obversata esse, quae leguntur ap. Hessel. p. 77.: „quianam dicteis nostreis sententia flexa est?“ *Wr.*)

6. Oratio Iovis maiestatis plena, ipsa brevitate et antiquae orationis studio; sic *versa retro* pro mutata. *animis iniquis* pro infestis. 8 sqq. Nusquam, si bene meminimus, poeta commemoravit in superioribus, Iovem interdixisse, ne dii bellum inter Troianos et Latinos foverent. Nec praeter Venerem et Iunonem alii dii eam rem curasse videntur. Quin potius Iovis verba parum caute praemissa videri possunt lib. I, 263 *Bellum ingens geret Italia* etc. Nec Servius ad h. l. rem expedit. Refero hunc, et fere omnia loca, in quibus deorum interventus exponitur (cf. Excurs. I** ad lib. IX), inter ea, quae Aeneidem nondum absolutam arguunt. Voluit, puto, haec praestruere, ut debebat, in superioribus, et deorum consilia omnino attemperare paullo diligentius rebus in Latio gestis; sed mors incidit conatus. Interea possunt haec et alia videri ex eo genere, quae tacite a poeta, tamquam facta, poni potuerunt: adeoque res hoc modo procedunt: Iuno nimis cupide faverat Turno; ut etiam Iupiter consultum duceret, avocare eam a pugna sup. IX, 802 sqq. Eadem Iunonis impotentia motus Iupiter concilium deorum indicit, ut deorum studia, Iunonis inprimis, reprimat.

9. Quis metus, cuiusnam mali aut periculi depellendi, adduxit, ut utraque pars bellum moveret? Docta oratio. *ferrum lacessere*,

Digitized by Google

Aut hos arma sequi, ferrumque lacessere suasit? 10
Adveniet iustum pugnae, ne arcessite, tempus,
Cum fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum atque Alpes inmittet apertas:
Tum certare odiis, tum res rapuisse licebit.

hoc molestum esset, quod ita est: *quis deus vos deos* adduxit, vobis suasit. Verum bella fiunt aut cupiditate, aut metu mali ac periculi nobis vel aliis imminentis, quod depulsum imus. Vetuerat Iupiter bellum inter Italos et Troianos fieri. Quid igitur metuendum erat? ut nunc bello vis depelleretur. His respondent Veneris verba: 20 *Cernis ut insultent Rutuli; — non clausa tegunt iam moenia Teucros*: vs. 20—24. Ergo metus aderat, alteri deorum ordini, ne succumberent malis Troiani; alteri, ne novum in Italia regnum Troianorum conderetur. Nec tamen haec sibi persuaderi passus Wakefield: „quod vulgatur, inquit, ineptissimum est et defendi nequit." 11 *Adveniat* Gud. *Advenit* alter Mentel. a m. pr. *At veniet quondam* Goth. tert. *arcessite* emendata lectio, non *accersite*. vid. Pier. 13 *immittat* pr. Menag. *immittit* alter. *immittere* Goth. pr. *invitet* sec. *immiscet* tert.

poetae idem est, quod alias movere, Lucretii exemplo: *Namque alias aliud res commovet atque lacessit* lib. IV, 1033. Sic noster dixit *lacessere pugnas* (V, 429), *bella* (XI, 254), et alii *lacessere mare, arva*, etc., unde tandem poetis simpliciter est, incedere, accedere; ut in illo Horatii: *Quicunque Bithyna lacessit Carpathium pelagus carina*, navigat per mare, quia remis movet: adeoque ad eundem paene morem ad ea deflectitur, quae omnino geruntur, fiunt; itidem Lucretii exemplo: v. c. IV, 548 *simulacra, Quae sita sunt in luce, lacessuntque, ut videamus*. Latet ex primitivo *lacere*, movere, ducere, unde *allicere, illicere*, notio τοῦ impellere, ut toties Lucretius, *visum, aures, lacessere*, uti etiam *movere visum, aures*, eodem sensu dictum occurrit. Duxerat hinc Virgilius, quod supra VII, 526 vidimus: *Aera sole lacessita;* et inf. XII, 85 *manibusque lacessunt Pectora plausa cavis*.

11. Sunt in his verss. semina Punicorum Silii Italici; forte iam ex Ennio traducta. Annibalicum bellum tanta mole exorietur, ut dii ei se interponere possint: Alii a Romanis stare, alii a Poenis. Egregie instructa oratio! *Alpes immittet apertas;* magnifice: quandoquidem Alpibus patefactis Annibal ingressus est Italiam. cf. h. l. Serv. *exitium et Alpes apertas* iunxit: haec enim omnis calamitatis et tot cladium acceptarum caussa et origo fuit, quod Alpes perviae erant factae. Ad vulgarem morem oratio fuisset haec: cum Carthago immittet exercitum, qui Alpes traiiciet cum exitio Romanorum. Poterat poeta hoc ipsi traiectui tribuere, doctiusque ipsas Alpes commemoravit transitas. 14. *res rapuisse*. Apud Servium: „clarigationem exercere, hoc est, per Feciales bellum indicere (atqui hoc esset, *res*

Digitized by Google

Nunc sinite; et placitum laeti conponite foedus. 15
Iuppiter haec paucis: at non Venus aurea contra
Pauca refert.
O Pater, o hominum rerumque aeterna potestas!

18. DIVOMQUE

15 *placitum* Heins. recte tuetur e Pier. et parte suorum ac Servio. Alii *placidum*. (in quibus 2. 7. 11. 12. *Wr.*) Medic. *laeti placidum*. Nec tamen *placitum* cum Servio accipiendum, mihi, Iovi: sed *placita* sunt omnia pacta, in quae consenserunt plures, h. quod iis placuit. (*placitus* et *placidus* saepe confusa a librariis; vide Drakenb. ad Sil. It. I, 11. XIV, 130. et quos ille excitat. Et *placidus* quum multo magis frequentetur, quam *placitus*, hoc plerumque in illud a librariis mutatum reperies. Itaque ubicumque optionem dant libri mss., revocabis fere *placitus*. Quamquam reprehendenda est Batavorum criticorum, Heinsii maxime, in restituendo hoc voc. licentia et cupiditas; multisque locis, quibus illi *placitus* e coniectura intulerunt, recte legi *placidus*, docebit Lachmanni Not. ad Propert. I, 21, [20,] 21. Male etiam *laeti placitum*, sic collocata; neque enim in illo *laeti* praecipua est aliqua vis: Ge. III, 175: „et magno laeti clamore reportant." Aen. VII, 130: „Quare agite, et primo laeti cum lumine solis — loca vestigemus." Recte contra IV, 34.: „Et tandem laeti notae advertuntur arenae." *Wr.*) 16 *anxia* coni. Waddel. Animadverss. crit. p. 33, perperam. 18 *o que hominum* Parrhas., quam Apronianam esse lectionem Iul. Sab. tradit. *hominum rerumque* prae-

repetere. Pergit): nam veteres laedere (haec vox expungenda) *res rapere* dicebant, etiamsi rapinae nullum crimen existeret; similiter satisfacere *res reddere* dicebant." Assentior Servio hactenus, ut dicam, ex formula antiqua hoc petitum, hostilemque omnino vim a poeta esse declaratam per rapinas, quae in bello fiunt. Restat tamen alia ratio: *rapere res* est raptim, turbate, agere, exequi. Sic *consilia rapta*. Quid si h. l. accipias: tum licebit praecipitare res, temere ex odiis, non consilio, agere. Dictum fere quomodo *iter, cursum, rapere*, raptim agere. cf. ad VI, 8. (—15. *sinite*, rariore potestate hic positum, improbantis est et fieri quid nolentis: Plaut. Cas. III, 2, 14.: „Vin' vocem? *CL.* Sine; nolo, si occupata est." Similiter ἐᾶν, ut apud Aeschyl. Prom. 340. ed. Blomf.: „καὶ νῦν ἔασον, μηδέ σοι μελησάτω." Interdum etiam aliqua minarum significatio adhaeret, quod intelligitur ex Plaut. Asin. V, 2, 47. sqq.: „edepol tu istuc cum magno malo tuo Dixisti in me. Sine! venias modo domum, faxo ut scias, Quid pericli sit dotatae uxori vitium dicere." Bacchid. IV, 7, 13.: „Egomet tabellas detuli, ut vincirer? sine!" adde Aulul. II, 2, 11. Itaque nolim nostro loco ad ellipsin, satis illam quidem crebram, vid. Forcell. Lex., confugere et ita explere orationem: Nunc sinite illos pugnare solos. *Wr.*) Porro *placitum foedus*. Placita sunt omnia pacta, in quae

Digitized by Google

(Namque aliud quid sit, quod iam inplorare queamus?)
Cernis, ut insultent Rutuli; Turnusque feratur
Per medios insignis equis, tumidusque secundo
Marte ruat? Non clausa tegunt iam moenia Teucros.
Quin intra portas atque ipsis proelia miscent
Aggeribus moerorum; et inundant sanguine fossae.

stantiores Pierii et Heinsii codd. omnes (*omnium rerumque* Rom.) cum Valer. Probo; idque sequendum esse ait Heinsius, nec tamen recepit; puto casu. Variasse videtur poeta versum 2 huius libri. (*rerumque* 2. 8.; sic infra XII, 829.: „hominum rerumque repertor." Nihil autem magis tritum, quam Iovem hominum deorumque vel patrem vel regem appellare; itaque facilius quem *divom* pro *rerum*, quam *rerum* pro *divom* substituere potuisse arbitror. Recepi *rerum*, ut etiam Iahnius; idem Servium legisse, dubitari vix potest, quamquam *divum* in eius scholio exaratur. Hoc tamen ipsum *divum* exstat apud Donat. et Scholiast. a Maio edit., etiam in cod. Palat. Maronem imitari Valer. Fl. videri potest, apud quem Iupiter ita est de semet ipso loquens IV, 12.: „rerum mihi firma potestas." *Wr.*) Ceterum Iul. Sabinus subiicit: *Totus iste locus est ex primo Lucilii, apud quem introducitur concilium deorum de interitu Lupi* (est is notus ex Horat. II Sat. 1, 68, et Cic. de N. D. 1, 23. et totum Sabini Scholion illustrant Fragmenta Lucilii p. 260. 261. conf. Serv. inf. ad v. 104.) 19 *iam* deest tert. Rottend. 20 *insultant* quatuor apud Burm., qui remittit ad Ecl. II, 66. (In Mediceo prius sic scriptum fuit: *Turnusque secundo Marte ruat*, omissis, quae inter vocc. *Turnusque* et *secundo* leguntur. Alia, eaque ipsa, ut videtur, satis antiqua manus, quae desunt, superscripsit. *Wr.*) 22 *claustra* Medic. (sed a m. sec. *clausa*. *Wr.*) Arripuit hoc Wakefield, cumque in ms. Coll. Ies. esset: *non* moenia, ipse refiuxit in ipso carmine: *non claustra tegunt, non moenia Teucros*. Inesse vim aliquam in repetitione haud neges. Et *claustra* pro portis bene. Nec tamen est in vulgato aliquid, quod poetam dedeceat; ut *clausa domus* vulgo dicitur, sic *clausum vallum* apud Silium, et *clausa moenia* h. l. 24 *moerorum* pars librorum (in quibus 4. 10. *Wr.*) cum Probo et Servio hic et infra XI, 382, ubi idem fere

consensere plures, h. e. quod iis placuit. (*placitam pacem* Sil. Ital. I, 11. *Wr.*)

16 sqq. Artificii plena oratio Veneris: ut faciat miserationem pro Troianis et indignationem adversus Iunonem. *Venus aurea*, notissima res, χρυσῆ Ἀφροδίτη ex Hom.: Exponitur vulgo, pulcra. Verum est, ex antiquissima religione, auro ornata. *potestas* est pro poteus: abstractum pro concreto. (Scholiast. a Maio edit.: „*Potestas*. Pro eo, penes quem et hominum et Deorum potestas est; aut quomodo potestas in consuetudine pro rege *usurpari vel imperio* vel magistratu solet." Sic Iuven. X, 100.: „Fidenarum Gabiorumque esse potestas." *Wr.*) 19. *Namque*. Solus enim tu restas, quem implorare possim, cum fere omnes dii in favorem Iunonis concesse-

Digitized by Google

Aeneas ignarus abest. Numquamne levari
Obsidione sines? Muris iterum inminet hostis
Nascentis Troiae, nec non exercitus alter;

27. TROIAE; ALTER,

versus redit; antiqua pronuntiatione pro murorum, ut in *coera* et aliis; mansere, *pomoeria*, a murus, moerus, item poena, Poeni. Cur tamen non nisi bis binis locis poeta antiquatum hoc nomen retinuerit, cum in aliis locis *muros* communi more eloquatur, equidem non expediam, nisi forte *agger moerorum* ex Ennio aut alio vetere poeta desumtum servavit. Non enim *moerorum* deprehendo scriptum nisi in *aggere moerorum* inf. 144, et XI, 382. Quod ni ita se habet, grammatici alicuius ludibrium hoc esse arbitror; nam Rom. et Medic. aliique praestantiores *murorum* habent. Potuit fieri, ut vetus Grammaticus ex suo codice, in quo *moerorum* ubique scriptum erat, hunc locum laudaret, utque hinc increbesceret opinio de scriptura huic loco peculiari: quae communis erat omnibus locis. (*moerorum* haud spernendis defenditur auctoritatibus; id tamen ambigo, an is archaismus satis conveniat Veneris personae. Interim consultius duxi nihil mutare. Infra quidem vs. 144. etiam in Medic. et Rom. legitur *moerorum*, item XI, 382. in Medic. Et his certe locis retinenda est antiqua forma, immerito damnata a Krehlio ad Prisc. VIII, 5, 26. *Wr.*) In fine versus *fossas* plerique Pier. Gud. alter Hamb. tert. Rottend. qu. Moret. cum tert. Goth., (et 2. 3. 8. 10. *Wr.*) sicque Serv. legisse videtur. *fossae* tamen, quod in Medic. et aliis habetur, ubique lectum erat ante Burmannum: et haud dubie hoc doctius dictum: *fossae inundant sanguine*, absolute, pro vulgari, *sanguis inundat fossas*, ut *amnis inundat campos*; nec exempla aliorum poetarum desunt; et sic Priscianum VIII quoque legisse notat Ge. Fabric. At Burm. *fossas* praetulit; cum enim *miscent* praecesserit, quod ad Rutulos referatur, requirere rationem, ut et *fossas* ad eos referatur. Sed si haec regula valere debet, non pauca Maronis loca erunt immutanda. Errorem ut praecidamus, post *murorum* plena tantum interpunctione opus est. Tum idem infra XI, 382 in simili loco *fossae* reliquit. Equidem non dubitem *fossae* pro vero habere. (Locutionem *inundant sanguine fossae* sartam tectam praestat XI, 382.; quamquam fieri potuit, ut *fossae* ex illo versu huc transferretur; sed nec illud mirabimur, si forte librarii exquisitiorem rationem in vulgarem, *fossae* in *fossas*, mutaverint. Itaque in re dubia nolui Heynianam lectionem deserere. Retinuit *fossae* etiam Iahnius, sed in Not. ad XI, 381. *fossas* hic scribendum pronuntiat. *Wr.*) 25 *Unquam ne* sec. Moret. 26 *iterum insidet* tert. Moret. 27 *nec non exercitus alter.* Hemistichium mihi videbatur frigere, multo magis, si, ut fere factum, plene interpungitur post *alter*: Sed bene monuit Brunck. cum sqq. verba haec esse iungenda; etsi vel sic dura est oratio. (Nihil hic durum. Brun-

rint; ut fere Servius. 24. *aggeribus moerorum* ex Ennio aut alio vetere poeta ductum: v. Var. Lect. 25. *Nunquamne*, an ubique ea ipsa fortuna manet, ut obsidione se pressos videant. 26. *muris nascentis Troiae.* magnifice effert rem: quo non intellecto de urbe nova Troia condita multi cogitarunt. At enim declarat hic et iterum vs. 74 Castra, vallum, quod primo escensu occupaverant. v. sup. Excurs. III ad lib. VII. 27. Nec non alter

Digitized by Google

Atque iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis
Tydides. Equidem credo, mea volnera restant,
Et tua progenies mortalia demoror arma!
Si sine pace tua, atque invito numine, Troes
Italiam petiere: luant peccata; neque illos

29. EQUIDEM,

ckii ratio, etiam Iahnio ad VIII, 677. probata, pervertit totam sententiam. Si hostis vs. 26. exercitum Rutulorum et Latinorum significat, haereo in eo, quod statim rursus fit mentio exercitus. *Alter* enim respondet voci *iterum*, et *alter exercitus surgit* est idem, quod *iterum aliquis exercitus surgit*; Ecl. IV, 34—36.: „Alter erit tum Tiphys — — Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.“ Aen. VII, 721. sq.: „Paris alter, Funestaeque iterum recidiva in Pergama taedae.“ Itaque bis idem fere dicitur: iterum exercitus imminet, iterum exercitus surgit. At, inquis, additur: ab Arpis. Num igitur iam semel ab Arpis adversus Troiam consurrectum fuerat? an *alter* ita intelliges: cum eo exercitu, qui nunc oppugnat castra Troiana, alter in eo est ut se coniungat? Sed ita non solent emendati scriptores loqui, ut eam significationem voci cuipiam tribuant, quam aegre admittat totius sententiae ratio; nam *iterum* quum praegressum sit, statim eo inclinatur legentis animus, ut *alter* ita dictum existimet, ut conveniat voci *iterum*. Tum Venus non id queritur, quod tanta sit hostium multitudo; sed unum illud, quod eadem iam est, quae antea, fortuna Troiae; quod iterum Troia armis petitur; quod etiam idem, ut putat, qui ipsi vel maxime infestus fuerat, Tydides ad belli societatem se adiuncturus est. Apparet igitur, haec *nec non exercitus alter* superioribus adiicienda esse. Neque vero critices in hac re ullus erat usus interpretatione opus est. Et *hostis* atque *exercitus* quum per *nec non*, quae particulae nullum habent in epexegesi locum, inter se disiungantur, nulli, puto, Romano homini dubium esse poterat, quin hostis nomine solus Turnus appellaretur, idque diceret Venus: ut olim Atridae cum exercitu ad Troiam oppugnandam venerunt, sic nunc Turnus. *Wr.*) 28 *surget* Medic. Gud. et alii Heins. ac Burm., minus bene. Poetae videndum est, ut quam maxime in praesentem rem lectores adducat. (*surget* nescio an Grammaticis debeatur; quam suspicionem confirmare videtur tum ipsum scholion Servii, tum illud, quod eidem scholio in codd. Servii Burm. *surget* praescriptum legitur. *Wr.*) *ab arvis* pr. Voss. 29 *me v.* alter Menag. (Male interpungebatur post *Equidem*, quod etiam apud Virgilium, uti iam Serv. ad Aen. I, 576. docet, ubique primae est personae. Et vulgo haec mutatis sedibus leguntur: *credo equidem*. Sed in principio enuntiatorum *equidem* positum invenies etiam Aen. I, 576. IV, 26. IX, 207. XI, 111. XII, 931. *Wr.*) 31 *inviso* Ven. *invicto* Dorvill. *nomine* Gud. 32 *luunt* Franc.

exercitus (vid. V. L. ad hunc vs. *Wr.*) et Diomedes surgit Aetolis *ab Arpis*, ab Aetolis sub Diomede insessis, ad quem belli societate iungendum missi erant a Latinis legati. cf. sup. VIII, 9, et lib. XI, 225 sqq. 29. Supersunt adhuc cicatrices vulneris a Diomede accepti. vid. Iliad. ε, 334 sqq. Videtur hic locus lectus esse Ovidio Met. XV, 768 seqq. 30. *demoror*, ego, dea, iterumne sustinebo ac depellam Diomedis impetum hostilem, et ve-

Digitized by Google

Iuveris auxilio; sin tot responsa secuti,
Quae Superi Manesque dabant: cur nunc tua quisquam
Vertere iussa potest? aut cur nova condere fata? 35
Quid repetam exustas Erycino in litore classis?
Quid tempestatum regem, ventosque furentis
Aeolia excitos? aut actam nubibus Irim?
Nunc etiam Manis (haec intentata manebat

33. AUXILIO. SIN

33 *Sint tot* Franc. *Si* bini alii apud Burm. cum Commentat. Horatii ad Carm. saec. (*sin secuti*, repete: *Italiam petiere*; itaque sustuli punctum ante *sin*. *Wr.*) 34 *non tua* Montalb. 35 *Vertere iussa*. Receptam hanc lectionem tuetur Mediceus cum aliis, inprimis vet. Vatic. Pierii. At Rom. *iura*. (ita etiam 8. *Wr.*) Enimvero *flectere iussa* oblong. et alii Pier. pars vett. edd. cum magna parte Heinsianorum. (etiam 2. 4. 7. 11. 12.; praestantissimi tamen *Vertere*, i. e. efficere, ut fiant iussis tuis contraria; recte. *Wr.*) *flectere iura* sec. Menag. et Leid. 36 *exhaustas* ed. pr. Burmann., qui cur Erycinum littus in Italia quaerat, non assequor. (*clusae* Medic. — 37. *furentes* Medic. *Wr.*) 38 *exactos* Menag. pr. 39 *intempesta* Goth. sec. *intempestiva* tert., corruptum ex vetere scriptura, *intemptata*. *manebant* Dorvill. (*Manes* Medic. *Wr.*)

rendum mihi erit, ne a mortali iterum vulnerer? Scilicet morata, demorata, erat Venus Diomedem, cum in Aeneam iam vulneratum irrueret eumque iugulaturus esset. Haec sunt *mortalia arma*. (Non recte haec interpretatus mihi videtur Heynius; *mea vulnera restant*, i. e. id restat, ut ipsa vulnerer; similiter Ovid. Met. X, 372 sqq.: „utque securi Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima restat, Quo cadat, in dubio est.“ Quae sequuntur, ad praegressam sententiam exornandam adiecta sunt: et ego moram facio bello, quippe non desaevituro, priusquam ipsa, filia tua, ut olim, mortalium armorum vim sensero. *Wr.*) 33. *tot responsa* cf. sup. Tom. II, Disquis. II, s. VI sq. *Manes* Hectoris lib. II, 294. 295. Crenusae II, 780. 1. Anchisae V, 729 seq., nisi descensum ad Inferos maxime respexit.

36. Facit invidiam Iunoni commemorandis eius in Troianos machinationibus: primum *incensae* in Siciliae littore *classis* lib. V, 606 sqq.; porro 37 in *Aeolia insula*, quod adiit Aeolum lib. I, 50 sq., et 38 *Irim* ad Turnum missam lib. IX pr. Si tamen sqq. compares, ad superiora tempora adhuc referendum erit hoc, adeoque redit (ita convertit orationem affectus animi concitati) ad ipsum classis incendium lib. V, 606. (De ordine temporum non servato vid. Not. ad Ecl. VI, 41. *Wr.*) 39. *Nunc etiam*: ex quo Troiani ad Italiam tandem appulerunt. Antea *mare terrasque metu caelumque* fatigabat Iuno lib. I, 280. Nunc etiam Orcum,

Digitized by Google

Sors rerum) movet, et superis inmissa repente
Allecto, medias Italum bacchata per urbis.
Nil super imperio moveor: speravimus ista,
Dum fortuna fuit: vincant, quos vincere mavis.
Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniunx
Dura: per eversae, genitor, fumantia Troiae
Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.
Aeneas sane ignotis iactetur in undis,

40 *invisa* Leid. (*movet* cum reliquis libris Medic.; sed literae *e* superscripta *i*, unde coniicias fuisse, qui legerent *movit*, *superis* omissa copula. *Wr.*) 41 *Allecto.* v. ad VII, 324. *iterum bacch.* Goth. tert. (*urbes* Medic. *Wr.*) 42 *imperiis* pr. Hamb. *imperium* Sprot. conf. Stat. II Theb. 339. *superavimus* legerat Iul. Sab. 43 Servium distinxisse: *speravimus*, *ista Dum f. f.* putat Burm. 44 *dat* duo Burm. 45 Post *Dura* interpungendum monet Servius. (et ita interpungitur in Medic. *Wr.*) Iunxerunt itaque alii *Dura excidia.* Sed *Dura Iuno.* cf. inf. 72. 46 *demittere* aliquot Burm. *liceat superesse nepotem*, *Incolumem Ascanium liceat discedere ab armis* Goth. tert. 47 *nepoti* coni. Heinsius; sed bene ipse damnat. (Non est idem *liceat nepoti* et *nepotem superesse*; illud valet: da hoc nepoti, ut supersit; hoc contra: da hoc mihi, ut supersit nepos; eamque sententiam requirit hic locus. *Wr.*) 48 *sane* semper mihi displicuit: etsi non ignoro defendi posse, nec tamen ut sensum habeat, quem vulgo tribuunt, ut sit, valde: nec ut cum irrisione dicta innuat: eam enim inesse non video; sed ut simpliciter, saltem cum amaro dolore, concedatur alterum, altero sumto: δὴ, δή φα. Habemus vero meliorem lectionem Romani vetustissimi et alterius Pieriani, cum Sprot. et Goth. sec. *Aeneas procul i.* Hoc amplector. (*procul* etiam 3. Non intelligi-

qui restabat, adit (*Iuno* non nominatur, sed intelligitur ex *quisquam* v. 34.) ad Alecto excitandam. vid. supra VII, 323 seqq. Sed et Iunonem ipsam audivimus: *Absumtae,* inquit, *in Teucros vires caelique marisque — Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo* VII, 301. 312. 40. *sors rerum;* pro vulgari, pars, portio: loca infera. 41. *bacchata per u.* vagata: VII, 342 sqq. Aliud est quod Lavinia cum matronis bacchatur ibidem 376 seqq. (Recte haec explicatio reiicitur in Scholiis Servianis. Vere Servius: „Bacchata per urbes: perfurit; et bene *bacchata*, quia per simulationem sacrorum Liberi patris matres egerat in furorem.“ Et de hac sententiarum iunctura: *Iuno Manes movet et immissa Allecto bacchata est* vid. Wunderlich. Not. ad Tibull. I, 3, 70. *Wr.*) 42. *super imperio:* a Iove promisso sup. I, 257 sqq. et Disquis. II, s. VI. VII. (*speravimus ista*, id te daturum; vid. Q. V. XVIIII, 2. *Wr.*) 44. *Si nulla:* ut I, 234 quibus — *Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.* 47. *Ascanium* — sc. *cui regnum Italiae Romanaque tellus debentur;* lib. IV, 275, et a quo gens Iulia oriunda. 48. *in undis.* Erat nunc

Digitized by Google

Et, quamcumque viam dederit Fortuna, sequatur:
Hunc tegere, et dirae valeam subducere pugnae. 50
Est Amathus, est celsa Paphus, atque alta Cythera,

51. CELSA MIHI PAPHUS, ATQUE CYTHERA,

tur, quomodo lectio *sane* pro altera *procul* substitui potuerit; contra offensos esse quosdam particula *sane*, colligas e Servio, qui refert fuisse, qui *sane* pro *valde* acceperint. Concedere vult Venus Aeneae fortunae iniquitati, modo servetur Ascanius. Et particulam *sane* vi concedendi praeditam illustrant Turnellin. p. 926. Burm. Quintil. Declamat. II, 18. IV, 5. *Wr.*) Porro *in oris* aliquot Pier., tum Gud. alter Mentel. bini alii et Ed. pr. Burm. cum Goth. tert. *horis*. Bona sententia respectu Aeneae apud Etruscos degentis: *Aeneas procul ignotis iactetur in oris*; rhetorice, ut alia in hac Veneris oratione, exaggerata; et forte *undas* adduxit vox *iactetur*, quoniam *mari* et *undis iactari* sollenne est. Recepit quoque hanc ex duplici codd. secta confectam lectionem Brunck. Mihi in iis locis, in quibus plures sunt lectiones, sua quaeque codicum auctoritate et probabili sententia se commendantes, nihil novare constitutum est: ne lectio per editorum diversa in innovando iudicia per omnes editiones fluctuet: etsi elegantiam alterius lectionis bene sentiam. conf. Not. (*oris* repetitum videtur ex Ge. III, 225.: „ignotis exsulat oris;" idem lahnium suspicari video. Atque *undis* ut constanti fere codicum auctoritate firmatur, ita multo est altera lectione efficacius ad sensum: exclusus Italia rursus naviget. *Wr.*) 49 *quacunque* pr. Hamb. 50 *Nunc* Lubec. ap. Burmann., qui repente hic prodit novus codex. *durae* Sprot. cum vet. Pier. (adde 8. 12.; vetus ille Pierii cod., ut docet Bottar., est Romanus. *Wr.*) 51 *Amathos* perperam codd. Pier. Heins. *Amathus* Franc. Sed est Ἀμαθοῦς ex Ἀμαθόεις. *est excelsa P.* Dorvill. *Paphus* cum libris Heins. rescripsit; vulgg. *Paphos*: quod retinuit Cuningham. *est celsa Paphos atque alta C.* Palatin. ap. Pier. cum Rom., alii ap. G. Fabric. et in pr. Menag. Alii, Gud. pr. Rottend. pr. Hamb., confundunt utramque lectionem: *est celsa mihi Paphos atque alta C.* Videtur *alta* illatum esse ex inf. v. 86. (Apparet aut *mihi*, aut *alta* adscitum esse e vs. 86. Ac difficile foret discernere, utrum a manu Virgilii profectum esset, nisi ipsi indicarent numeri. Vide enim, quam ingratum sonum fracti hi numeri prodant:

— ⏑ ⏑ — | — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ | — ⏑ ⏑ — ⏑

contra quanto fortius pleniusque accidant ad aures hi, Virgilio quidem, maxime in cumulandis rebus, usitatissimi:

— ⏑ ⏑ — | — — ⏑ ⏑ — | — — ⏑ ⏑ — ⏑

Hinc noli dubitare, quin vera sit scriptura, quam reposui: *Est Amathus, est celsa Paphus, atque alta Cythera.* Idem vitium sustulimus Ecl. IX,

in eo ut rediret, ex Etruria Tiberi devectus. Hoc tamen respici non puto. Sed sede in Italia negata iterum conscendenda fuisset Aeneae navis et errandum per ignotum mare. cf. Var. Lect. In v. 49 comparant interpp. versus de Sarpedone Iliad. π, 436. 437. 438. 50. Ascanium saltem liceat *tegere, subducere*; ὑπάγειν, ὑπεκφέρειν, Iliad. λ, 163. ε, 318. 51. 52. Repete supra dicta ad

Digitized by Google

Idaliaeque domus: positis inglorius armis
Exigat hic aevum. Magna dicione iubeto
Carthago premat Ausoniam; nihil urbibus inde

53. DITIONE

6.; quamquam fero eiusmodi numeros in versu rapidam celeritatem indicante infra XII, 368. At, inquies, non possumus in tali oratione carere pronomine; et quod vs. 86. legitur *Est Paphus Idaliumque tibi*, clamat retinendum esse hic *mihi*. Nempe sic etiam veteres Grammaticos ac librarios censuisse puta, quum *mihi* inferrent. At alia huius, alia istius loci ratio. Hic enim, quod illos fugit, oratio sic procedit: „Est Amathus, est Paphus, sunt Cythera, est Idalium, ubi Ascanius aevum exigat." Ita nihil egemus adventicio pronomine *mihi*; contra vs. 86., ubi nihil tale sequitur, necessarium erat *tibi*. Quare quum voc. *alta* non sine insigni rhythmi detrimento exsulet, *mihi* autem non desideretur, persuasum habeo, hoc, non illud, e vs. 86. repetitum esse. Fortassis etiam, quod alteram vocabuli *Paphus* syllabam productam videbant, fuerunt, qui de metro solliciti, quum emendare vellent, corrumperent versum. Ceterum *Paphus* hic et vs. 86. Medic., quod Heinsius tuetur coll. I, 415.; *Paphos* hic 7. 8. 10. 12. cum Lips. utq., tum 1. 6. edit. Vinar. 1826. et schol. Serv. *Wr.*) 53 *Exiges* plerique Pier. et Heins. cum Goth. sec. (In iis, qui tuentur *Exigat*, est Mediceus. *Wr.*) *aevom* Gud., et ex hoc reposuerat Heins. Si tamen hic, cur non ubique? Si Virgilius ita pronuntiavit: utique non hoc loco solo. Nisi ad aurium iudicium referas: quod quale Romanorum fuerit, vix dicere ausim, mihi *aevom* se probare fateor. (*dicione* Medic, quod reposui; vid. V. L. ad I, 236. 622. VII, 737. *Wr.*) 54 *C. ut premat* Goth. tert. *Italiam* tres Burm. *nil viribus* Parrhas. et Reg. *nihil arcibus* malit Io. Schrader. *nil* etiam

lib. I, 680 et 681. *domus Idaliae* dictae esse possunt plurali numero; docte sane: feram tamen nec minus, ut sit *domus Idaliae* terrae, τῆς Ἰδαλίας. Sic *lucos Idaliae* dixerat. conf. ad lib. I, 681. (Forte quadam nescio an consilio factum dicam, quod nominativus pluralis nominis *domus*, infinitis locis apud Virgilium lecti, quamquam eo casu saepe utuntur alii poetae, nusquam reperitur apud nostrum, praeterquam Ge. IV, 481., ubi fuscus ille sonus productae *us* syllabae ad significandum domus Tartareae horrorem quaesitus videri potest. Et abstinuisse Virgilium etiam accusativo pluralis *domus*, dictum est V. L. Ge. I, 182. At legitur aliquoties genitivus singularis; sed hunc non plane eodem modo, quo nominativum et accusativum pluralis, pronuntiatum esse a Romanis, inde probabile fit, quod ille ex *uĭs* factus est, hi ex *uēs*. Itaque *domus* h. l. singularis esse numeri, *Idaliae* autem genitivus videtur. Vitavit praeterea, ut hoc adiiciam, Virgilius *domui* et *domuum*; semel, Ge. II, 443., *domibus* legitur. *Wr.*) *domus* pro habitatione, sede. Dicuntur autem dii amare terras eas, frequentare et inhabitare, quae ipsis sacratae sunt, in quibus templa eorum sunt. 53. 54. Respicit Iovis verba paullo ante v. 12. conf. Aen. I, 19 seqq. Verba ad invidiam gravia: *magna*

Digitized by Google

Obstabit Tyriis. Quid pestem evadere belli
Iuvit, et Argolicos medium fugisse per ignis,
Totque maris vastaeque exhausta pericula terrae,
Dum Latium Teucri recidivaque Pergama quaerunt?
Non satius, cineres patriae insedisse supremos,
Atque solum, quo Troia fuit? Xanthum et Simoenta
Redde, oro, miseris; iterumque revolvere casus
Da, pater, Iliacos Teucris. Tum regia Iuno
Acta furore gravi: Quid me alta silentia cogis

Cuningham. praetulit. (*nil* Palat., qua quidem forma non aliter, nisi metro cogente, usus est Virgilius. *Wr.*) 55 *Obstabat* Menag. pr. et Sprot. cum Goth. pr. *Tyriis* vel *Teucris* Zulich. *bellis* Goth. tert. 56 *Argolicum* pro —*orum* Bigot. *medios* alii edd. et scripti Pier. et Burm., binique Goth. Exquisitius alterum: Aeneam *medium* fugisse. *fecisse* Ven. (*ignes* Medic. *Wr.*) 58 *rediviva* Rom. et alius Pier., (cum 8. *Wr.*) sed *recidiva* fere omnes scripti Heins. v. sup. ad IV, 344. *r. moenia* sec. Moret. *quaerent* habet Iul. Sab. et, pro quaererent, addit. 59 *Num satius* tres Burm. (*patrios* Rom. *Troiae ins.* Arusianus s. v. *Insido* pag. 236. Lindemann. *Wr.*) *insidisse* Mentel. pr. et tert. Rottend. v. I, 719. (et V. L. ad Ecl. VII, 1. *Wr.*) *expendisse* ed. pr. Burm. 60 *quod T.* Zulich. et Oudart. a m. pr. *quae* Ven. et Leid. Corruptelas nominum fluviorum v. ap. Burm. 61 *evolvere* pr. Hamb. *resolvere* Erf. 63 *Icta f.* tert. Moret. vid. Heins. sup. ad I, 513. (eadem lectionis varietas in consimili sententia ap. Valer. Fl. VIII, 35., ubi vid. Weichert. *Wr.*) *f. gravi est* Goth. sec. *me* abest Menag. pr. *coges* duo Burmann.

ditione, potenti imperio, et *premat* pro teneat. 54. *inde*, ab Ascanio, et eius posteris, nulla esto mora coloniae Tyriae, quo minus imperium Italiae consequatur. 55. *pestem* simpl. ὄλεθρον, perniciem, ut recte Cerda. 58. *recidiva Pergama*, renascentia, restituta: conf. IV, 344. VII, 322. Tota conclusio orationis, qua expostulat Venus, egregia est vi ac nervo, quo argumentum per se grave potenter vibrat. Quid profuit nunc Troianis excisa urbe effugisse et novas sedes quaesivisse: si nunc similis fortuna eos excipit, ut nova urbe capta exscindantur? Quam παθητικῶς *cineres patriae* memorat. *solum, quo Troia fuit:* ut lib. III, 11. Scilicet praestabat sic, in urbis solo aequatae ruinis remansisse. Illa vero sublimiter: redde nobis Troiam antiquam! Praestabat sic in Troade remansisse et iterum easdem aerumnas tolerasse. Erat enim metuendum ibi, ne denuo Achivi incursarent Troadem et easdem iniurias inferrent, quas Troes antea erant experti. Frangunt Interpp. post Servium vim totius loci. Similis orationis color supra II, 669 *Reddite me Danais.*

63 sqq. In oratione hac Iunonis, qua Veneris accusationem

Digitized by Google

Rumpere, et obductum verbis volgare dolorem?
Aenean hominum quisquam divomque subegit
Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam fatis petiit auctoribus; esto:
Cassandrae inpulsus furiis. Num linquere castra
Hortati sumus, aut vitam committere ventis?
Num puero summam belli, num credere muros?
Tyrrhenamque fidem aut gentis agitare quietas?

71. TYRRHENAMVE

64 *obtectum* sec. Moret. Sed vulgata ap. Lutatium et Nonium. *Burm.* 65 *divumque* tert. Goth. (haud dubie multi etiam alii. Ceterum cave scribendum putes *divomve*; vid. Q. V. XXXVI, 10. *Wr.*) 67 *fatis petiit*: e Pierianis ordinem bene adoptavit Heinsius. Vulgg. omnes: *petiit fatis*. (Nemo post Pierium in ullo codice invenit illum verborum ordinem; quare cautius fecisse Iahnius videri potest, quod haec rursus transposuit. Sed si ita scripsit Virgilius, *fatis petiit*, in promtu sane est, quare hunc ordinem inverterint librarii. Atque quum in illo *fatis* praecipua insit vis, si non ita scripsit Virgilius, certe, ut sibi ipse constaret, quippe struendorum verborum artifex sollertissimus, ita eum scripsisse malis. Quamobrem dedi hoc eleganti Heinsii Heyniique iudicio, qui saepe veram rationem sentiunt magis, quam explicant, ut retinerem, quod illi ediderunt. *Wr.*) Rom. *petit fatis*. (ita etiam Medic., sed superscripta altera *i*; et sic in simili re saepe alibi. *Wr.*) Menag. sec. *petiit fatisque*. 68 *Non l. c.* sec. Hamb. et Ven. 70 *Non puero* Gud. *flammam belli* Montalb. *non credere* Ven. et Montalb. Versus abest Goth. tert. 71 *Tyrrhenamque* Medic. Gud. et alii Heins. cum Donato ad Terent. Andr. IV, 3, 1. (quod recepi; vid. Q. V. XXXVI, 12. *Tyrrhenamve* Palat. *Wr.*) *et g.* Rom. (quod praefert Iahnius; sed vid. Q. V. XXXVI, 11. *Wr.*) *g. equitare q.* Franc.

ea diluit, quasi suis machinationibus calamitates hae inductae sint Troianis, et in Troianos et Aeneam criminationes retorquet, qui prior Italiae sedem quietam bello lacessivit, nescio an non poeta paullo nimis ῥητορικῶς versetur. Summa sententiae redit ad notum illud: *Quis tulerit Gracchos de seditione querentes*: atqui Gracchi fere sunt plerique, qui iniuriam aliis intulere. Iniuriam fieri statuunt sibi ab iis, qui de eorum iniuriis queruntur. 63. 64. accipio secundum illa lib. I, 23 seqq. *Necdum etiam caussae irarum saevique dolores Excidcrant animo* etc. 67. *Fata* maligne interpretatur Iuno *Cassandrae furias* h. vaticinia, quae adeo primo omnium loco Aeneam ad iter suscipiendum adigere debuere: conf. sup. lib. III, 183 sqq. et Tom. II, Disquis. II, s. VI. 69. *ventis*; ῥητορικῶς de navigatione in Tiberi, qua Euandrum, et inde Etruscos petiit Aeneas. 71. *agitare* ad utrumque diverso paullum sensu retulit: *gentes agitare quietas*, excitas, ad belli

Digitized by Google

Quis deus in fraudem, quae dura potentia nostri,
Egit? Ubi hic Iuno, demissave nubibus Iris?
Indignum est, Italos Troiam circumdare flammis
Nascentem, et patria Turnum consistere terra,
Cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater:
Quid, face Troianos atra vim ferre Latinis?

72 *dira* sec. Moret., male; *dura* est, quae cogit. vide v. 45. *nostra* ante Heinsium, qui ex Medic. Menag. et Bigot. reposuit *nostri* tanquam antiquius et doctius. Corruptela tamen etiam Romanum codicem invasit et ceteros omnes, etiam Rufinian. de Schem. Dian. §. 7. (*nostra* Palat., eadem est altera lectio Medicei, prior *nostri*, quae etiam in 2. 3. 4. comparet; eaque quam facile in alteram abire potuerit, sponte intelligitur, quare nolim Iahnii iudicio damnatam. Neque vero eam defendes eiusmodi locis, ubi *amor*, *cura*, *cupido*, *fiducia mei* vel *nostri* legitur, ut Ge. IV, 324. Aen. II, 595. VII, 263 VIII, 395., ac ne his quidem Aen. IV, 237.: „hic nostri nuntius esto;" et ibid. 654.: „magna mei sub terras ibit imago." At plane gemina leguntur VIII, 514.: „spes et solatia nostri." *Wr.*) 73 *Ubi hinc* Medic. (sed *n* puncto notata, ut delenda. *Wr.*) *haec* Parrhas. *dimissaque* multi et hic ap. Burmann. (sed *ve* et plures et potiores; vid. Q. V. XXXVI, 3. *Wr.*) 74 *Rutulos T.* Goth. sec. *succendere flammis* apud Rufinian. de Schem. Dian. §. 5. 76 *Venelia* Gud. a m. pr. (Hunc versum non esse Virgilii persuasum habet Heinrich.; sed vid. Not. *Wr.*) 77 *inferre* duo Rottend. et Dorvill.

societatem impellere, *Tyrrhenam fidem agitare*, movere, sollicitare, societatem et foedus ciere, expetere; pro vulgari, permovere Tyrrhenos, ut auxilii ferendi caussa societatem ineant. *fides* est societas, fide interposita facta. cf. ad IX, 79. In v. 72 respicit v. 44. 38. quis deus egit? et si quis deus, an ego egi? *in* hanc *fraudem:* est *fraus* nunc malum, ἄτη, ut toties; periculum Servius interpretatur. *quis deus — quae potentia nostri:* quod numen meum: fere ut I, 8 *quo numine laeso.*

74. Comparatio ad invidiam instituta. *Indignum est — Quid:* pro: Si indignum est: an minus indignum, an tolerabilius est? *Troiam*, Troiam novam, castra. 76. *Pilumnus* inter heroes seu deos Latii indigetes fuit, nunc inter Turni maiores habitus: IX, 4. X, 619. *Venilia* ex deabus marinis seu nymphis fuit, data a poeta, aliorum forte exemplo, Dauno in matrimonium, orta a Pilumno, soror Amatae Latino nuptae: conf. VII, 366, et Exc. VII ad VII, 371. Vult autem poeta declarare, Turnum esse in Italia natum, et *defendere terram suam* adversus advenas (lene verbum: *consistere* delegit): contra, Troianos advenas bellum intulisse Latinis. (Adde, quod Turnus non minus stirpe divina creatus significatur his verbis, quam Aeneas, et cf. vs. 618 sqq. *Wr.*) 77. *Quid*, an minus indignum est? *atra face;* in hoc et sqq. exaggerat notionem belli per Troianos moti, dum ea cu-

Digitized by Google

**Arva aliena iugo premere, atque avertere praedas?
Quid, soceros legere, et gremiis abducere pactas?
Pacem orare manu, praefigere puppibus arma? 80**

78 Huic in nonnullis v. 79 praeponi notat Burm. *advertere* alter Hamb. et Zulich. cum Goth. pr. *avertere praedam*, abigere, sollenne est. conf. ad I, 472. *evertere* Oudart. 79 *lege et* Parrhas. cum Goth. sec. *adducere* Leid. 80 *et praef.* Rom. et aliquot Pier.

mulat, quae in bello fieri solent, etsi a Troianis ea facta esse nondum constat. *face* itaque proprie; male Serv. explicat *saevo bello;* nec bene Burmann. remittit ad lib. VII, 456, ubi Alecto *facem* Turni pectori immittit. Non magis praedas egerant Troiani, quam incendia per agros sparserant. Sed ad invidiam faciendam ea omnia commemorat, quae fieri belli more poterant. (—78. *Arva aliena iugo premere:* An ad VII, 157. respicitur et ritus ille significatur locum urbi condendae capiendi designandique? Sic autem solent criminantes vera immiscere falsis, quo etiam his fides accedat. Sed praestat, mea sententia, ita haec intelligere: arva aliena tamquam sua arare, i. e. aliorum possessiones invadere. *Wr.*) 79. *legere,* eligere, sumere. Perperam cum Servio alii: furari, sublegere exponunt. *gremiis* socerorum, adeoque parentum. (vid. Not. ad Aen. II, 579. *Wr.*) *pactas* aliis; scil. Laviniam. Decet numeri enallage iram et habet vim. (Ita solent poetae non ipso suo nomine, sed ex re adiuncta, appellatos plurali numero designare; cfr. Not. ad I, 4. *Wr.*) 80. Non eadem sed diversa est sententia. Ad minas a Troianis factas, obtinere se posse vi, quod precibus non concedatur, spectat alterum: *praefigere puppibus arma.* Igitur ad invidiam deflectit id, quod supra narratum VIII, 92 in simili Aeneae Tiberi adverso navigatione: *Miratur nemus insuetum fulgentia longe Scuta virum.* (Sed quid est *Pacem orare manu?* Gronov. Diatr. p. 307. explicat: protentis manibus pacem orare. Nec debebat ille Em. Cruceo Antidiatr. p. 119 per oxymoron haec interpretanti manus dare in Elencho Antidiatr. p. 196.; quamquam ne ipsum quidem Gronovium rem acu tetigisse existimo. Attende modo ad bina opposita *pacem — arma, manu — puppibus*, tum ad vim verbi *praefigere*, comparatis, quos manifesto respicit poeta, vss. VII, 154. 237.: „Praeferimus manibus vittas et verba precantia:“ et intelliges hanc esse horum verborum sententiam: Pacem praetentis manu ramis vittatis more sollemni orare. Haec autem *praefigere puppibus arma*, ni fallor, referenda sunt ad ritum ex posteriore tempore huc revocatum, de quo dixit Scheffer. de Militia Navali p. 178., ut clipeus tamquam belli pugnaeque signum proponeretur in nave praetoria. Hunc consentaneum est aut malo affixum, aut in prora iuxta vexillum, de quo vid. Scheffer. l. l.

Digitized by Google

Tu potes Aenean manibus subducere Graium,
Proque viro nebulam et ventos obtendere inanes;
Et potes in totidem classem convertere Nymphas:
Nos aliquid Rutulos contra iuvisse, nefandum est?
Aeneas ignarus abest; ignarus et absit: 85
Est Paphus, Idaliumque tibi, sunt alta Cythera.
Quid gravidam bellis urbem et corda aspera tentas?
Nosne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo

85. ABSIT.

82 *vetitos o. manes* Ven. *ostendere* Parrhas. *praetendere* Zulich. Bigot. et Oudart. pro var. lect. *protendere* Goth. sec. Dictum autem *pro viro obtendere*, non pro vulgari *viro* casu tertio, sed subint. alteri, Achilli, *pro viro*, Aenea, ad hunc tuendum. (*inanis* Medic. *Wr.*) 83 *potis* Cuningham. intulit e Regio et Medic. *Tu potes in t.* iterum volebat Markland. ad Stat. Silv. III, 2, 81., sed recte monet Burmann., etsi in se ipsam ius statuat, non ubique eiusmodi elegantias et adversus libros esse sequendas. *classes* Medic. Ven. Bigot. cum binis Goth., perperam. 84 *contra Turnum* Menag. pr. *est* abest tribus Burm. (—85. Pro puncto, quod erat in fine versus, colon posui, ut appareret sententiarum nexus. Hoc enim dicit Iuno: Questa es, quod Aeneas ignarus absit; sed licet eum ignarum esse rerum, quae in Latio geruntur, quum paratum sit Ascanio perfugium. Cave versum 86. ad vs. 87., non ad vs. 85., referendum putes. *Wr.*) 86 *Paphus* et hic ab Heinsio profectum e Medic. et al. pro *Paphos*. *sint alta* Menag. pr. 87 *belli* Dorvill. a m. sec. 88 *Troiae res* sec. Moret. *mittere f.* Bigot. *fundere vento* Leid.

p. 175., positum fuisse; unde praefigi arma dici puto. Nihil profuerit, ad VIII, 92., ut faciunt Interpp., lectorem remittere, quum inde vis verbi *praefigere* non perspiciatur. Confirmat meam huius loci explicationem ipse quodammodo Virgilius vss. 258 — 62.: „Principio sociis edicit, signa sequantur, pugnaeque parent se — — Stans celsa in puppi: clipeum cum deinde sinistra Extulit.“ Ceterum *puppes* h. l., ut saepe, i. q. ipsae naves esse videntur; vid. infra vs. 156. *Wr.*)

81. *Tu potes:* ad Iliad. ε, 315 seqq. Aenea Diomedi erepto spectat: alterum v. 82 Veneri imputatur, quod a Neptuno in eius gratiam factum Iliad. υ, 321 sqq. Aen. V, 809. *proque eo — ventos inanes*, auram ἠέρα. 83. Etiam hoc per aliam deam factum erat, sed in Veneris gratiam: sup. IX, 82 *Ipsa deum fertur genetrix* etc.

86. 87. Si, quod ipsa dixisti, tibi est Paphos, quo eum incolumem abducere possis, quid *urbem* Latini, adeoque ipsum Latium, bello illato sollicitas? gentem bellicosam, *gravidam bellis* sc. quae illa gerit; multa bella gerentem; sic *gravidam imperiis* Italiam dixerat IV, 229, in qua magnum futurum erat imperium.

Digitized by Google

Conamur? nos? an miseros qui Troas Achivis
Obiecit? quae caussa fuit, consurgere in arma
Europamque Asiamque, et foedera solvere furto?
Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter?
Aut ego tela dedi, fovive Cupidine bella?
Tum decuit metuisse tuis: nunc sera querelis

89 *quis T.* Dorvill. et pr. Hamb. a m. sec. 90 *concurrere* Oudart. et Leid. conf. ad Ge. I, 318. 92 *Spartem* sec. Hamb. 93 *fovique* al. (cum 12. *Wr.*) *fovine* pr. Menag., sed *fovive* meliores Pier. et Heins. 94 *Tum* scripti potiores cum Goth. binis; et sic IV, 597 *Tum decuit.*

Idalium: vid. sup. 51, et ad lib. I, 681.

88. Insurgit oratio et acerbe in ipsam Venerem invehitur: non se, sed ipsam Venerem malorum, quae Troiani experiuntur, esse caussam, Paridis adulterio: sic *manet alta mente repostum Iudicium Paridis spretaeque iniuria formae. vertere fundo* pro vulgari, funditus evertere. *res fluxas*, seu per se infirmas Troianorum in Latio res designat, seu, quod tamen eodem redit, ornans est epithetum: nam, quod evertitur, omne infirmatum et labefactatum esse necesse est. 89. *an is qui:* absolute dictum: sed interpretandum de Venere, quae belli Troiani auctor fuit Helena rapta: mox statim redit ad proprium: *quae fuit caussa* etc. 91. *foedera solvere furto*, ut solveretur, dirimeretur, pax, pacatus status, inter Troianos et Graecos, abducta furtim Helena. *furtum* pro raptu. *foedera* de hospitio accipit Iul. Sab., sed obstant illa: *consurgere in arma Europamque Asiamque.* 92. Comminiscitur obsessam a Paride Spartam Servius: perperam; gravi et odiosa voce usa est dea *expugnavit* ad vim et atrocitatem raptus declarandam: quasi hoc idem esset ac bellum inferre. (Neque haec interpretatio vera. Nec respexit poeta, ut Mitscherl. ad Horat. I, 15, 1. suspicatur, ad Eurip. Troad. 865.: „ὃς ἐξ ἐμῶν δόμων δάμαρτα ξεναπάτης ἑλητ-σατο.“ Magnam habet invidiam verbum *expugnavit*, ex eo explicandum, quod dicitur: pudicitiam feminae expugnare. En verba Ciceronis Orat. pro Coel. c. 20. egregie hunc locum illustrantia: „cum hac si quis adolescens forte fuerit, utrum hic tibi adulter, an amator, expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur?“ Et de eodem Paride Auctor Epit. II. 258 sq.: „at non dubitabas hospitis olim Expugnare toros.“ vid. Wernsd. ad Poet. Lat. Min. T. VI. P. II. p. 650. Iam vide, quanta acerbitas insit in hoc verbo sic ambigue posito, quum pro eo, quod dicendum erat: „mulieris Spartanae pudicitiam expugnavit,“ dicat: „Spartam expugnavit;“ quantum scilicet et quam praeclarum facinus! quamque honorificum ei, quae ducem se praebuit! — 93. *fovi Cupi-*

Digitized by Google

Haud iustis adsurgis, et inrita iurgia iactas.
Talibus orabat Iuno: cunctique fremebant
Coelicolae adsensu vario. Ceu flamina prima
Cum deprensa fremunt silvis, et caeca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.

97. PRIMA,

Cledonius quoque Art. l. II. agnoscit. Casu igitur factum, quod in Heinsianam recensionem illud non transiit, sed remanserat *Tunc.* 96 *T. o. dictis* Gud. (— 97. Delevi comma in fine versus positum; vid. V. L. Ge. I, 303. *Wr.*) 98 *depressa premunt* Parrhas., et *depressa* etiam emendabat Markland. ad Statii Silv. p. 20, ut *depressa fremere* sit, humili et depresso sono murmurare, ut apud Lucret. *Cum tuba depresso graviter sub murmure mugit.* Nec spernenda haec erat emendatio. (Infinitis locis *depresa* vel *depressa* pro *deprensa*, et similia similiter, in Codd. legitur; vid., ut unum excitem auctorem, Cort. ad Lucan. VI, 505., qui etiam Ms. Bos. *depressa* nostro loco exhibere refert. Quare cum maiore veri specie *deprensus*, sicubi necesse videatur, pro *depressus* substitueris, quam *depressus* pro *deprensus*. Et veram esse lectionem *deprensa*, declarabunt, quae paulo inferius afferam, ab Handio disputata. *Wr.*) Idem, ne bis *fremebant* et *fremunt* esset, *gemunt* malebat: et *gemere* utique dicuntur et *silvae ventis* et ipsi *venti*: sed potest alterum defendi non modo simili loco inf. XI, 296, ubi Heins. ad h. l. provocavit, verum ipsa ratione: etsi enim ter redire videtur vox *fremere*: *fremebant, ceu fremunt, cum fremunt*: altero tamen loco nemo de eo cogitat, nisi subtilitate grammatica illata. (at vid. V. L. ad vs. 97.; et de repetito post breve intervallum eodem verbo V. L. ad V, 181., quam repetitionem in comparationibus saepe, et hoc ipso quidem loco, etiam necessariam esse, docuit Weichert. *de Verss. iniur. susp.* p. 98. Not. Denique recte Handius ad Stat. Silv. p. 204.: „Qui in Virgilio Aen. X, 97. comprobarunt Marklandi coniecturam, non viderunt, ea admissa inanem existere comparationem. Ipsa enim *caeca murmura*, quae sunt fracta, indicant id quod Marklandus desiderabat. Sed flamina prima fremunt, quum arboribus concipiuntur.“ *Wr.*) 99 *portantia* nonnulli apud Ge. Fabric. *ventis* Medic. a m. pr.

dine bella: feci, ut traheretur bellum per Cupidinem, Paride, puta, Helenam reddere nolente. *Wr.*) 94. Idem color orationis: *Tum decuit, cum sceptra dabas* sup. IV, 596. 597. („*querelis adsurgis*, surgis ad querelas iactandas.“ *Heinrich.* recte; cf. Ovid. Met. XIII, 2.: „Surgit ad hos clipei dominus septemplicis Aiax;“ *ad hos*, sc. verba facturus. *Wr.*)

97 — 117. In hoc animorum aestu Iupiter tandem decernit, et profitetur se fatali rerum ordini omnia permissurum esse: alio modo, quam in Homericis: in quibus ille Iliad. Θ pr. a praeliis et consiliis utriusque exercitus se abstinere iubet deos; mox tamen eosdem fraude Iovi facta praeliis interesse videmus. Etiam diverso modo ac meliore studia deorum et discordiae in Aeneide procedunt, ac finem habent, quam in Iliad. Φ, pugna inter ipsos deos facta, nullo ad ipsam actionem epicam usu ac fructu. Ad comparationem hanc conf. Georg. I,

Digitized by Google

Tum Pater omnipotens, rerum cui prima potestas,
Infit. Eo dicente deum domus alta silescit;
Et tremefacta solo tellus; silet arduus aether;
Tum Zephyri posuere; premit placida aequora pontus.

100. CUI SUMMA

100 *cui prima p.* Rom. Medic. a m. pr. Gud. pro var. lect. (adde Goth. sec.) et Donat., itaque receperat Heinsius; sed iterum *summa* revocavit Burmann., quod *prima* modo praecesserat; et probe factum arbitror; parum enim placet τὸ *prima* h. l. (*prima* etiam Lips. alt., et est ea prior lectio Medic.; nec dubium, quin vulgare illud *summa* ex interpretatione illatum sit. Itaque revocavi *prima* etiam Iahnio probatum. Ac nisi ita legitur, plane otiosa est altera versus pars, quum omnipotens is sit, qui summam rerum potestatem habet. Sed *prima* potestas Iovi tribuitur ceterorum Deorum ratione habita, quippe ad quem prae ceteris Diis rerum potestas pertineat. Nec debebat offendere repetitum post breve intervallum *prima*, vid. V. L. ad V, 181. Ceterum vid. etiam V. L. ad IX, 93. *Wr.*) 101 *Infit*, *quo dicente* Ed. Ven., nec male. (mihi secus videtur; vid. Q. V. XIII; alia causa est vs. 117. *Wr.*) *domus alta quievit* Iul. Sabinus legisse videtur; et *quiescit* pr. Hamb. a m. sec., scilicet ne *silescit* et *silet* continuo se excipiant: quod per se non male fieret, modo non sententia interiiciatur: *et tellus tremefacta* est *solo*; forte ergo repetendum etiam in illis: *Et tremefacta solo tellus* silescit. 102 *salo* Goth. tert. *sono* Passerat. apud Burm. suspicatur; et sic pr. Hamb. a m. sec., ut sit *sono vocis*. Perperam. Est enim poeticus ornatus; ut *solum terrae*, *solum telluris*, iungi solet; quoniam *solum*, οὖδας, per se notionem habet fundamenti, quod subiectum est: sic quoque *tellus* contremiscere dici potuit *solo*, simpliciter, nulla alia notione adiuncta. Sic fere mox, cum *aequora ponti* iunctim efferantur, poeta dixit: *pontus premit aequora*, h. pontus premit, comprimit se, quiescit. *Solum* pro *usque ad solidum* accipere, sermonis rationi repugnat. 103 *Iam Z.* malit Burm. *Et Z.* aliquot Pier. Sed variat poeta copulam. *Tum venti* Macrob. VI, 2, sed sup. ex lib. VII, 27. *posuere minas*, *premit aequora pontus* Ven.

356 — 359, at exornationem comparationis Miltonus dabit *Parad. Lost* II, v. 284 seqq. *deprensa.* interoepta, impedita, inclusa; proprie deprensus aliquis est ex insperato; ut de navibus Ge. IV, 421, et de Caco VIII Aen. 248. 249, tum simpliciter, ut h. l., oppressus, inclusus. Illustratum vocabulum a multis. (vid. tamen V. L. ad hunc vs. *Wr.*) — 100. *rerum cui summa potestas: οὗ κράτος ἐστὶ μίγιστον* Iliad. β, 118. Odyss, ε, 4. (Edidimus *prima pot.*; vid. V. L. *Wr.*) Splendidos hos versus quilibet facile mirabitur. Primas, sed obscuras, lineas in Ennianis versibus ex Scipione servavit Macrob. VI Sat. 2 *mundus caeli vastus constitit silentio*, *Et Neptunus saevus undis asperis pausam dedit; Sol equis iter repressit unguis volantibus; Constitere amnes perennes, arbores vento vacant.* Adde Catull. Epi-

Digitized by Google

Adcipite ergo animis atque haec mea figite dicta.
Quandoquidem Ausonios coniungi foedere Teucris
Haud licitum; nec vestra capit discordia finem:
Quae cuique est fortuna hodie, quam quisque secat spem,

104. ERGO,

Sed iam vidimus lib. VII, 27 *Cum venti posuere omnisque repente resedit Flatus.* 104 *f. verba* pr. Hamb. vid. III, 250. conf. Iliad. Θ, 5. 6. (Sustuli comma post *ergo*; vid. V. L. ad III, 250. *Wr.*) 105 *Quando equidem* Hugen. Dorvill. cum Goth. tert. *Ausoniis c. f. Teucros* Gud. a m. pr., quo alludit pr. Voss. *Ausonios — Teucros.* 106 *licitum est* ante Heins., qui recte hoc eiecit auctoribus libris. (Tuentur *est*, quod e scholio Servii arcessitum videtur, Palat. 8. 9. 12. *Wr.*) 107 *Quaecunque* aliquot Pier. *tenet spem* Dorvill. Hic velim ab Heinsio et Burmanno appositum esse, quo sensu illa: *quam quisque secat spem*, acceperint. Servius exponit: „sequitur, tenet, habet: ut VI, 900 *Ille viam secat ad naves.*" Sed *viam secare* longe aliud est. Si poeta archaismum sectatus *secit* scripsisset, posset esse antiqua vox *seco*, *secere*, pro *sequo*, *ere*, unde *sequor* mansit. Turnebus exposuerat *sumit*: nam, qui aliquid secat, sibi partem sumit. Scaliger et Cerda, *aperit sibi spem factis*, ut, qui viam secat, aperit. Sed haec dura et longe petita sunt. Si latine dicitur *incidere*, *rescindere*, pro intercipere, abolere, *resecare*, pro tollere: potuit poeta audenter dicere *secare sperata*, *spem*, ut *spes extendi* dicitur, sic potest quoque *secari*, *resecari*, *interrumpi* ut *contrahi*. (vid. Not. *Wr.*)

thal. 204 seq. 102. *tremefacta solo tellus;* adiectum *solo* spectat ad poeticum ornatum; pro vulgari, solum telluris; solum terrae. (vid. V. L. ad Ge. II, 247. *Wr.*) 103. *Zephyri posuere* se, quievere, conf. VII, 27. *premit pontus aequora:* sternitur, tranquillatur mare. Ductum ex eo more loquendi, quo *aequora ponti* dicuntur, et, quod *premere se*, comprimere se, dici potest; nisi *aequora* accipere malis pro *fluctibus* dicta. 104. „Totus hic locus de primo Lucilii translatus est libro, ubi inducuntur dii habere concilium et agere primo de interitu Lupi — postea sententias dicere." *Serv.* conf. V. L. sup. ad vs. 18. Sequitur Iovis decretum: 107—113. Quam utraque pars fortunam hodie (vid. Not. ad vs. 147. *Wr.*) experietur, quam spem magnarum rerum praedictarum et expectatarum alterutri sibi praecident (qua spe excident), seu Troiani seu Rutuli, iuxta et eodem loco habebo: sive (quod Venus putat) fatis suis iniquis, sive (quod Iuno v. 68) stultitia Troianorum et vaticiniis falsis eo res adducta est, ut nova Troia nunc oppugnetur. Nec Rutulos seu Latinos a fatis impendentibus libero, non intercedo, quo minus fortunam sibi debitam consequantur. Experiatur utraque pars seu tristia seu laeta pro hodiernis rerum initiis et actu. Ego neutris studebo: evenient,

Digitized by Google

Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo:
Seu fatis Italum castra obsidione tenentur,
Sive errore malo Troiae monitisque sinistris.
Nec Rutulos solvo. Sua cuique exorsa laborem

108 *Rutulusne* aliquot Pier. cum Rom.; tum Medic. et a m. sec. tert. Rottend. (vid. Q. V. XXXVI, 1. *Wr.*) *luat* Mentel. pr. et Parrhas. *ruat* Montalb. cum Goth. tert. *fiat* Medic. et Zulich. a m. pr. Sed satis constat *fuat* esse verum, ex antiquo *fuo*, *fuere*, unde mansit *fui*. *habeto* Voss. sec. et sec. Hamb., unde Heins. coni. *habetor*. Conf. Iliad. Θ, 430. 431. 110 *Troes* Hugen. a m. sec. *monitisve* Bigot. cum Goth. tert. 111 *salvo* Zulich. pro var. lect., sicque Goth. tert. *quisque* Medic. a m. pr. Interpunctio etiam sic institui potest: *habebo. Seu* —

quae fata ferent. Haec, arbitror, sententia verbis subiecta est. 107. 108. *quam quisque, Tros Rutulusve fuerit, spem secat.* Obscura et ambigua est notio vocabuli *secat:* v. Var. Lect.; potest praeterea sententia duplici modo constitui, aut ut sit explicativa, ut utrumque hemistichium eundem sensum habeat: *quae cuique est fortuna, quam quisque secat spem:* aut ut altera pars sit adversativa: quam alteruter fortunam aut habet, aut sibi ipse praecidit et evertit. Alterum hoc malo: sic *secare* est incidere, intercipere, spem: ut apud Horat. *ludum incidere* pro, finire: paullulum diversum est *spem longam resecare*, demto enim hoc fit, quod nimium est; dixeris tamen simplex, *secare spem*, simili modo, ἀναλόγως, (quod poetae facere licet) pro spem tollere, sperata scindere, ut vota, *gaudia* scindi dicuntur. In hoc saltem analogiam habes, quam sequare; necdum vidi meliora. Respiciunt autem haec ad spem Veneris de futuro Iuli in Italia regno, quam incidi et interimi necesse erat, si castra a Turno expugnabantur. cf. sup. 42. 50. (Locutio *spem secare* an a navigatione desumta? an Graecum δι' ἐλπίδος ἰέναι reddere voluit poeta? Illud certe dubitari vix potest, quin hoc exprimere voluerit: „quod quisque sperat." *Wr.*)

109. 110. Iungo *castra tenentur obsidione Italorum:* seu *fatis*, quod fata iniqua, quod Venus volebat, prosequuntur Troianos etiam in medium Latium, *sive errore malo Troiae* (h. Troianorum, qui oracula accepta male interpretati sunt) *monitisque sinistris*, oraculis et vaticiniis falsis, *furiis Cassandrae.* vide sup. vs. 67. 68. (*Italum* si ex *fatis* suspensum esse voluisset poeta, inverso haec ordine *Sive Italum fatis* collocaturum fuisse puto. *Wr.*) Porro v. 111 *Nec Rutulos solvo*, obscurum est per brevitatem affectus. Videtur supplendum esse ex iis, quae proxima sunt: non solvo, exsolvo, eximo, Rutulos *labore et fortuna*, quae eos manet. *nec*, non magis Rutulos quam Troianos. Interpretes secundum Servium *solvo* pro absolvo accipiunt; parum commode arbitror. (*Nec R. solvo*, i. e. nec R. libero hac condicione, ut, quidquid fata de-

Digitized by Google

Fortunamque ferent. Rex Iuppiter omnibus idem.
Fata viam invenient. Stygii per flumina fratris,
Per pice torrentis atraque voragine ripas
Adnuit, et totum nutu tremefecit Olympum.
Hic finis fandi. Solio tum Iuppiter aureo
Surgit, coelicolae medium quem ad limina ducunt.
Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere caede viros, et moenia cingere flammis.
At legio Aeneadum vallis obsessa tenetur;
Nec spes ulla fugae. Miseri stant turribus altis
Nequidquam, et rara muros cinxere corona:

sinistris: *Nec R. solvo.* Vel: *Seu — sinistris* (*Nec Rutulos solvo*): *sua cuique exorsa laborem Fortunamque ferent.* Neutra ratio praestat vulgari. 112 *ferant* Bigot. (*Fortunamve* coni. Doering. *Wr.*) 113 *inveniant* Gud. a m. pr. cum aliis Heins. et Medic. Pier. (—114. *torrentis* Medic., sed *i* in *e* mutata. *Wr.*) 116 *Haec finis* Schol. Cruqu. Horat. ap. Heins., ut sup. III, 145. *cum I.* Lubec. 120 *At* Heins. e codd. suis pro vulg. *Ast.* Zulich. *Ac. flammis obs.* pr. Hamb. pro var. lect. 121 *Nec s. u. fugae miseris* Sprot. sec. et tert. Rottend. et Dorvill.

creverint, id iis eveniat. *Wr.*) 112. 113. Omnibus aequus ero; neutri parti studebo. Nihil obstabit fatali rerum ordini; pro, ego non obsistam. Abhinc igitur reliqua Aeneidis putanda sunt *fato* geri: quod *differri* quidem Iovis consiliis, non autem tolli omnino et intercipi poterat. Omni igitur suo interventu Iupiter abstinebit. Itaque castris iam obsidione liberatis idem Iunonem appellat inf. 607. nunc vides, non meo vel Veneris interventu, sed fato res ita evenire; et sub finem Aeneidis Iunonem XII, 791 sq. hortatur, ut cedat tandem fatis; Iunoque respondet: vs. 819 *et nunc cedo equidem — Illud te, nulla fati quod lege tenetur, pro Latio obtestor.* (*Sua cuique exorsa laborem Fortunamque ferent:* vel cladem, vel victoriam; vid. Q. V. XXXIIII, 1. *Wr.*)

114. docte dixit *ripas* (pro ipso amni) *torrentes pice et voragine atra* h. alta aqua nigra defluens flumen. 115. Notum Il. α, 528 sq., et Catull. LXIII, 204 *Annuit invicto caelestum numine rector, Quo tunc et tellus atque horrida contremuerunt Aequora, concussitque micantia sidera mundus.* Iam compara tumorem Statii VII Theb. S. 4. de Iove indignante: Iupiter — *Concussitque caput, motu quo celsa laborant Sidera, proclamatque adici cervicibus Atlas.* 117. *medium.* Hic Romanum agnosce: ut magistratum, ita dii deducunt Iovem. (De caesura post primum pedem vid. Q. V. XIII, 2, d. *Wr.*)

118. 119. Comparant verba Iliad. μ, 35. 36. *et moenia cingere flammis*, immittere undi-

Digitized by Google

Asius Imbrasides, Hicetaoniusque Thymoetes,
Assaracique duo, et senior cum Castore Thymbris,
Prima acies. Hos germani Sarpedonis ambo,
Et Clarus et Themon, Lycia comitantur ab alta.
Fert ingens toto connixus corpore saxum,

123 *Iasius* (quod est in plerisque libris, etiam Medic. 2. 3. 7. 11. 12. *Wr.*) perperam editum passim ante Heins. *Asius* iam Pierius emendaverat ex Rom. (ita Palat. et Gud. a m. pr. Tum *Inbrasides* Medic. apud Foggin.; vid. etiam V. L. ad XII, 343. *Wr.*) Reliquas corruptelas nominum in h. v. videat qui volet apud Burmann. in cuius edit. vitiose exaratum *Thimoetes*. Est enim Θυμοίτης in Iliad. γ. 146. item apud Quintum II, 9. sunt et reliqua nomina Homerica, sed nunc poetico tantum usu promiscue adhibita. 124 *A. domus duo et* Ed. pr. apud Burmann. ex lib. I, 284. *Thybris*, (ut est in Medic. *Wr.*) et ante Heins. *Tybris*, corruptum arbitror: Quomodo enim Troianus vir poetae a Tiberi denominari commode potuit? Legendum *Thymbris*, quod et Rom. (et 11. *Wr.*) habet: eoque alludunt alii apud Burmann., in quibus *Thimbris*, *Tunbris*, *Thinbris* legitur. Fuit autem Thymbra urbs et fluvius, hic etiam Thymbris, Troadis, vid. Iliad. κ, 430, ibique Eustath, unde Thymbraeus Apollo." cf. Ge. IV, 323 et Not. Transtulere Graeci scripturam sibi notiorem ad Tiberim, quem et ipsum Θύμβριν appellant. cf. Salmas. ad Inscript. Herod. p. 87. 125 *Prima acie* malit Trappius, vulgare amplexus pro exquisitiore. Tum ap. Serv. interpungitur ab aliis, quod Ge. Fabric. malebat: *hos germani*, *Sarpedonis ambo* (sc. filii), *Et Clarus*. 126 *Et Clarus et Haemon*. Locus manifeste inquinatus et in leges metricas peccans, ait Heinsius. Sic tamen Rom. cum aliis Pier. et Mediceus cum aliis Heins., ut vetus adeo corruptela hic insideat: scripturus enim fuisset poeta: *atque Haemon*. Heinsius tentat varie *et Cnemon* et *Maeon* et *Memnon*; sed talia infinita possit aliquis comminisci. *Et Clarus et Hemus* Ge. Fabric. probat, ut sit *Clarus*, ut Panthus; sed Ἔμος vix occurrit. *Et Darus* vitiose nonnulli: multae etiam edd. *Et Clarus Ethemon*, vel *Aethemon*. Parrhas. *clarus Thimon*. Sec. et tert. Rottend. et a m. sec. Moret. tert. *et Themon*: Θήμων; quod equidem, si quid mutandum, cum Heins. edit. amplector: inprimis cum corruptelae caussa in promtu sit. (sic infra vs. 337. prius in Mediceo scriptum fuerat *et horaca* pro *et thoraca*. *Themon* etiam ex 11. 12. enotatum video. Productarum autem vi caesurae vocum monosyllabarum, quae in *t* desinunt, exempla vel apud antiquissimos poetas rarissima sunt: *It* apud Ennium Ann. XVII. laud. a Macrob. Sat. VI, 1.; *Ut* atque *Et* ap. Lucil. l. XXX. p. 423. et 435. edit. Haverc. Atque ex tam paucis locis si quid certi colligi possit, in principio tantum versus ea licentia illi usi videbuntur. *Wr.*) *liaca* in Gud. ex vitio scribentis pro *licia*, *Lycia*, et erasa vox antecedens, unde Heins. putabat fuisse *et Haemo Iliaca c. ab Ida*. Pierius nonnullos habere testatur *Ida c. ab alta*, pessime. Sarpedonis fratres e Lycia oriundi esse debuere. *Lycia alta*, nobili, clara, ut alias quoque poetae hoc epitheton frequentatur. *comitatur* edd. Ald. Iunt. *ab acta* Goth. tert. 127 *c. pectore* pr. Hamb.

que ignes, aliter dictum ac sup. IX, 160, ubi de vigiliis. *stant prima acies*; in acie prima: πρόμαχοι. (— 123. *Hicetaonius*, ut infra vs. 749. *Lycaonius*, i. e. Ἱκεταονίδης, Hom. Iliad. XV, 546. adde V. L. ad XII, 515. Hinc confirmatur Elmsleii conie-

Digitized by Google

Haud partem exiguam montis, Lyrnesius Acmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo.
Hi iaculis, illi certant defendere saxis,
Molirique ignem, nervoque aptare sagittas.
Ipse inter medios, Veneris iustissima cura,
Dardanius caput, ecce, puer detectus honestum,
Qualis gemma, micat, fulvum quae dividit aurum,
Aut collo decus, aut capiti; vel quale per artem

128. LYRNESSIUS

128 Modestius hoc visum Maecenati, tumidum quod Homerus dixit Odyss. ι, 481 Polyphemum in naves κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο iaculatum esse: Senec. Suas. 1. p. 9. Locum iam Burm. post alios laudavit. Sed Maecenas non cogitasse videtur, de Polyphemo agere Homerum, de homine Troiano Maronem. *Lernesius*, *Lirnesius*, *Lyrneius*, *Hernessius*, est in codd., sed *Ἀνθηδόνα*, Troadis, patriam Briseidis, ab Achille direptam (Iliad. β, 690. τ, 291 sq.) quis nescit? (Restitui *Lyrnēsius* simplici *s*, ut est in Medic. et utroque Lips.; de ceterorum codd. scriptura parum constat; vid. V. L. ad V, 806. Ecl. VI, 29. *Wr.*) *Acmo*, *Agmon*, *Aemon* alii. 129 *Liceo*, *Litio*, *Lycio* libb., et Gothani *dicio*, *clicio*, *ctitro*; tum *Mnestheo* codd. pars, quod et Macrob. V, 17. (item Medic. ap. Foggin. et 7. 8. 11. *Wr.*) Sed est Homericum *Μενεσθεύς*. 130 *tentant* Oudart. *certant illi* alter Hamb. *saxis d. certant* Goth. tert. 132 *inter primos* Gud. pro var. lect. 133 *ipse puer* alter Hamb. 134 *quam d.* qu. Moret.

otura Eurip. Heracl. vs. 542.: „πέφυκας Ἡρακλείους.“ *Wr.*) 131. *moliri ignem*. Narrantur adeo Troiani etiam parare ignes missiles de vallo? Non enim possunt esse alii quam Troiani: et hi quidem alii — alii. (facibus usos esse obsessos non mirabimur, si iisdem in acie uti pugnantes meminerimus, ut in pugna Cannensi ap. Sil. It. IX, 335.: „Hi sude pugnas, Hi pinu flagrante cient.“ adde ibid. vs. 577. Vid. Lips. Poliorcet. IV, 4. pag. 605. edit. 1675. Oudendorp. ad Lucan. VII, 512. et cfr. Aen. I, 150. Harum autem quae ratio, qui usus fuisse videatur, disces e Liv. XXI, 8.: „Id“ ... *extremum hastile falaricae* ... „stuppa circumligabant linebantque pice. — — Sed id maxime, etiamsi haesisset in scuto nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod, quum medium accensum mitteretur, conceptumque ipso motu multo maiorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus praebebat.“ — De hac orationis conformatione *Hi — illi — que — que* vid. Q. V. XXXIIII, 1. *Wr.*)

132—138. Ornatus locus, de Iulo: in Iuliae gentis gratiam. *Veneris iustissima cura*, quem merito amabat Venus, quia illi debebatur imperium, ut Serv.,

Digitized by Google

Inclusum buxo, aut Oricia terebintho,
Lucet ebur; fusos cervix cui lactea crinis
Adcipit et molli subnectens circulus auro.

136 *Orithia, Coricia*, al. apud Pier., et sic fere Gothani; plures corruptelas vid. apud Burmann. cf. ad Lucan. III, 187 Intpp. Est Ὠρικός. (*Orycia* Medic., supra scripta *C*; *terebento* in eodem. *Wr.*) 137 *fuscos* videtur Serv. legisse. *cervix fusos* tres Burm. cum Goth. tert. 138 *Excipit* quod vulgare ac sollenne esset, Schol. Horat. Cruq. IV od. 10. Sed *accipit* omnes scripti et Priscian. Similem varietatem vidimus I, 434, et vicies *accipit* Virgilio frequentatur pro pedestri *excipit*. (Hoc tamen *excipit* recipere non dubitavit Wakefield., cuius etiam, si placet, adi Not. ad Lucret. IV, 592.; et vid. supra V. L. ad III, 708. *Wr.*) Mox *subnectens* ab Heins. restitutum ex codd., etiam Pierianis; sec. Rottend. *submittens*. Bigot. *subnexus*. Vulgo *subnectit*. (ita ipse Medic.; sed dubitare vix licet, quin praegressum *Adcipit* caussa aberrandi fuerit. Praeterea idem Medic. apud Foggin. *mollis*, *s* e proximo vocabulo adscita; vid. V. L. ad Ge. III, 444. *Wr.*)

vel simpliciter, quia dulcissimus puer. Is, etsi iussus abstinere a pugna (sup. IX, 661. 662) adeoque hinc sine armis, poetae *sine galea*, tamen in medio pugnantium e muris repente iterum conspicitur. *caput honestum*, pulcrum, ut Georg. II, 392. *Qualis gemma, micat*. Emicat inter ceteros adstantes Iulus formosus, ut gemma auro inclusa, aut opus eburnum buxeo vel terebinthino margine ambiente: κειμήλιον aliquod Homericum seu ἄγαλμα, ornamentum, cogitat poeta. Actum diligenter de h. l. ad lib. I, 597 Exc. XXII. *aut collo aut capiti decus*, sive ut monili sive ut diademati inseratur gemma. *Oricia terebinthus*. Oricus, Epiri civitas ad sinum Ionium, iuxta quam nascitur terebinthus nigrum lignum habens, ut Serv. tradit. De eadem Plin. XIII, 6 s. 12 *Circa Idam Troadis et in Macedonia* (ad hanc tum Epiri pars illa fuit attributa) *brevis arbor haec atque fruticosa, in Damasco Syriae magna*. Egit de altera hac Celsius in Hierobotan. non longe a pr. sub voc. *Et Elim. Materies ei admodum lenta ac fidelis ad vetustatem, nigri splendoris*. Retulit autem, ait Servius, comparationem *ad candidum vultum, qui erat nigris crinibus cinctus*. In hoc tamen comparationem constitutam nolim putare; sic enim omni dignitate caret; sed, quod supra posui, inter ceteros bellatores Ascanius conspectus effulget nitore oris. Non male variavit rem Silius XII, 226. 229 sqq. *Quale micat semperque novum est, quod Tiburis aura Pascit, ebur; vel qui miro candoris honore Lucet in aure lapis, rubris advectus ab undis*. 137. Sic Ge. IV, 337 Nymphae — *Caesariem effusae nitidam per candida colla*. 137. 138. capillum promissum diadema aureum, quod inter Phrygii luxus ornamenta esse debuit, colligit. Valer. Flacc. II, 103 *aut tereti crinem subnectitur auro*. Dixit *molli auro*, ductili: ex bractea aurea. (molle

Digitized by Google

Te quoque magnanimae viderunt, Ismare, gentes
Volnera dirigere, et calamos armare veneno, 140
Maeonia generose domo: ubi pinguia culta

139 Frigent *magnanimae gentes.* Id quoque senserat, suspicor, Heins., qui *magne animae v. Ismare* olim coniecerat. Brunckius edidit *magnanime* cum Medic. a pr. m. et cum Guellio. Scribam saltem *Te quoque magnae animae*, h. virum magnanimum: mox *generosus* idem. (*magnanime* est prior Medicei lectio, et ita qui legerent olim fuisse satis clare indicat scholion Servianum. In Mediceo supra scripta est *a* eius formae, quae manum Aproniani prodere videtur.) Sed tutum praestatur *magnanimae* tum per subiectum *gentes*, quod non debebat epitheto carere, tum metrica ratione; vid. Q. V. XII, 14. Vix autem dubites, quin Virgilio obversati h. l. fuerint *μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ* apud Homerum. Iam si quaerimus, quid sit illud, quod in hoc, *magnanimae gentes*, displiceat, eo me ipsum offendi fateor, quod nimis vagum est illud *gentes*; certe *magnanimi Troes* si scripsisset Virgilius, nihil esset, quod iure reprehenderes. Quae quum ita sint, persuasum habeo, ipsos indicari, de quibus ipse unus erat, Lydos, qui erant in exercitu Troianorum, et *magnanimae gentes* esse i. q. tua gens, qui cum Ismaro erant, Lydi. Omnis igitur difficultas h. l. ita tolli poterit, ut pronominis possessivi loco adiectivum positum dicas, quae res haud infrequens est apud poetas et vel ex Iani Arte Poet. Lat. p. 334. §. 25. nota. Quamquam autem Lydiae manus cum Aenea profectae non alibi fit mentio, tuebitur tamen explicationem nostram I, 113.: „quae Lycios fidumque vehebat Orontem." Neque vero vituperabis pluralem numerum, *gentes*, quo magnificentior fit oratio; supra quoque VIII, 328. *Sicanae gentes* valet i. q. Sicani, gens Sicanorum. Ruhkopfius hanc proponit explicationem: „Etiam tu contra hostes fortes fortissime pugnasti." Idem *magnanime* propter sequens *generose* stare posse negat. *Wr.*) Quo vero iure Ismarum Lydium veneno inungentem tela inducere poeta potuerit, non assequor. Maeones illo tempore non adeo barbari erant. Et iam Amycum simili modo notaverat IX, 773. („Hunc morem esse barbarum poeta nusquam dixit; et quum Rutulos veneno inungentes vidissent tela, Troiani etiam sibi hoc licere in hostes putarunt. Nec Odysseae auctor pro more barbaro habuit, ut qui ipsum Ulyssem Ephyram profectum narrat, Odyss. α, 260 sqq., ut venenum, quo tela sua inungeret, sibi pararet." Haec Ruhkopf. *Wr.*) 140 *derigere* Gud. (cum Rom. *Wr.*) *Spicula dirigere* propius ad vulgarem rationem dixit inf. XI, 654. 141 *M. g. modo* Medic. (*modo* in Mediceo scriptum est, quibus signis indicatur transponendas esse has syllabas. *Wr.*) *cui p. c.* Lubec.

tenua, et quod nos dicimus *geschmeidig*, opponitur crasso ac duro; infra vs. 818.: „tunicam, molli mater quam neverat auro." Addit Ruhkopf. Valer. Fl. I, 430. de simili opere: „Eurotan molli bis fuderat auro." *Wr.*) Fibulam minus bene intelligat aliquis, cum et de circulo et de crinibus agatur.

139 sqq. Ornat porro locum binis aliis praeclaris viris commemorandis, ne, quod poetae turpe est facere, in generalibus dictis subsistat oratio, utque a numero et multitudine animus traducatur ad individua et singula. Nihil amplius in his spectandum. (De vs. 139. vid. V. L. *Wr.*) 141. *Maeonia generose domo:* natus

Digitized by Google

Exercentque viri, Pactolosque inrigat auro.
Adfuit et Mnestheus, quem pulsi pristina Turni
Aggere moerorum sublimem gloria tollit,
Et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi.
Illi inter sese duri certamina belli
Contulerant: media Aeneas freta nocte secabat.
Namque, ut ab Euandro castris ingressus Etruscis,
Regem adit, et regi memorat nomenque genusque;
Quidve petat, quidve ipse ferat; Mezentius arma

142 *Pactolos i.* sine *que* Rom. (sed *Pactolosque* e Rom. enotat Bottarius, nec Pierius ita loquitur, ut eum *que* in Rom. non invenisse appareat. *Pactolusque* Medic. cum ceteris, ut videtur. *Wr.*) *Pactolus et irr.* alii Pier. 143 *Adfluit* Bigot., quod ornat Burm. (*et* in Medic. omissum, sed superscriptum. *Wr.*) *pulsi quem* Parrhas. et Goth. tert., idque recepit Cuningham. e cod. Markiano. (quod immerito probat Santen. ad Terent. M. p. 261.; vid. V. L. ad XI, 298. *Wr.*) 144 *moerorum* etiam hic Rom. Medic. cum aliis Heins., (et 7. 10. *Wr.*) ut sup. 24. 145 *Campaniae* Ald. pr. (et Serv. Dresd. In Mediceo est *Campaena*, sed *e* transfossa, et eadem litera extremae syllabae superscripta; etiam *urbe* in eodem, sed *e* in *i* mutata. *Wr.*) *dicitur* aliquot ap. Burm. 146 *diri* Hugen. pro *diri*, ut Burm. coniicit. *dura* Exc. Burmann. *bellum durum*, h. aerumnosum, novum nunc esse non debebat. 147 *Contulerunt* Exc. Burmann. 148 *Iamque* pr. Voss. Ceterum iunctura eorum, quae sequuntur, duplex fieri potest; aut, ut prior propositionis pars sit: *ut ab Euandro castris ingressus Etruscis* est: aut, ut continuetur prodosis usque ad: *immiscetque preces*; alterum hoc oratorium, prius, etsi durius, poetico sermoni magis consentaneum. (vid. Q. V. XV, 12.; illud probant Wakefield. et Iahnius. *Wr.*) 149 *nomenque decusque* apud Diomedem ex lib. II, 89. 90. *nomen memoratque genusque* Goth. tert. 150 *Quidve ferat quidve ipse petat* Carisius; *quidque — quidque* melius scripsis-

nobili genere in Lydia. 143. Iterum studet gentis Memmiae nomini. vid. sup. V, 117 et Not. ad 114. *quem pulsi;* sup. lib. IX, 779 sqq. 145. *Capys — Capua.* v. Excurs. VII ad lib. VII, p. 162.

146. 147. Dum ita pugnatur utrinque, interea Aeneas Caere redux, unde auxilia adducebat, e portu Caeretano solvens, mari iter faciebat cum navibus; inde ab VIII extr. *Conferre manus, arma:* hinc etiam *pugnam. media nocte*, quae diem pugnae memoratae insequuta est; nam, noctem pugnae supervenisse, facile ex tota narratione intelligitur. (Hunc alterum esse pugnae diem, superiorem l. Xmo contineri, indicat etiam vocula *hodie*, qua Iupiter vs. 107. utitur. *Wr.*) Noluit poeta iterum ornare, quod copiose exposuerat in superioris diei exitu IX, 157 sqq. Adest Aeneas cum classe postero die orto et pugnam novam in escensu facit inf. 260 sqq.

148. Cf. sup. VIII, 478 sqq. 603 seq. 150. 151. *Mezentius*

Digitized by Google

Quae sibi conciliet, violentaque pectora Turni,
Edocet; humanis quae sit fiducia rebus
Admonet, inmiscetque preces. Haud fit mora; Tarchon
Iungit opes, foedusque ferit; tum libera fati
Classem conscendit iussis gens Lydia divom,
Externo conmissa duci. Aeneia puppis

153. TARCHO

set; idque multos maluisse Servius auctor est. (vid. Q. V. XXXVI, 5. *Wr.*) *aut quidve feras* Gud. et Leid. (*Mezzentius* Medic., sed transfossa priore *z*; vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) 151 *pectora* vel *praemia* vel *praelia* Zulich. 152 *quae si* Dorvill. *quid sit* Menag. alter. 153 *admiscetque* Carisius. *Tarcho*: vid. supra ad VIII, 506. (ubi *Tarchon* revocandum esse vidimus; ita Servius, Medic., Lips. utq., idque in suis libris Heinsius invenisse videtur. *Wr.*) 154 *libera fati* e Rom. Medic., aliisque praeclare recepit et illustravit Heinsius. Vulgg., etiam Serv., *fatis*. (ita Palat. et 9. *Wr.*) Nec vero ex Eurip. Phoeniss. 1006 ἐλεύθεροι θεσφάτων huc advocari possunt: ibi enim sunt, ad quos oraculi sententia non spectat. 155 *divo* Rom. ex *divom*. (—156. *Aeneta puppes* Medic. *Wr.*)

arma Quae sibi conciliet, Turni societate supra VIII, 7. 8. 492. 493. VII, 647 seqq. 152. *quae sit fiducia* h. nullam esse: esse rerum humanarum varietatem et vicissitudinem summam: posse adeo fieri, ut Mezentius expulsus iterum in regnum reveeet. 154. *libera fati* a vaticinii necessitate soluti Etrusci, quo ad persequendum bello Mezentium externum ducem asciscere debuerant supra VIII, 495. 503. *fatum* pro vaticinio aruspicis: vaticiniis et responsis deorum *illigatur* vel *obligatur* is, qui aliquid ex deorum iussu facere debet. *liberatur*, cum res vel conditio eventum habet. 155. *gens Lydia* Etrusci ex vetere opinione, de qua vid. Excurs. III ad lib. VIII.

156—158. Turbant Interpretes. Sed navis Aeneae, quae primum locum tenet (ut sup. lib. V, 338 *Emicat Euryalus et munere victor amici Prima tenet*), habet insigne seu parasemon in extrema prora leones binos, matri Idaeae sacros, sub monte Ida, forte in antro, (cf. inf. 253 *binique ad frena leones*): cf. Salmas. ad Solin. p. 403. *Aeneia puppis:* hanc, ut poeta, dixit: alias puppis tutelam, non parasemon, haberet. (vid. Not. ad vs. 80. *Wr.*) Ea navis *subiunctos* habet leones *rostro*, ideoque infra proram extremam. Proprie tamen parasemon est supra rostrum; igitur *subiuncta* non urgendum est, sed est: habet appositos, additos. (Vis verbi *subiungere* non patitur, *subiuncta* esse simpliciter *appositos*, *additos habens;* quod ubi addendi notionem sustinere videtur, non seiunctim sive iuxta positam rem et separatam indicat, sed copula-

Digitized by Google

Prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones;
Inminet Ida super, profugis gratissima Teucris.

157 *subvecta* passim in scriptis et excusis. Sed post Pierium Heinsius tuetur *subiuncta* secundum meliores. Est autem poetica ratio pro, *habens leones rostro subiunctos*. Porro alii apud Pier. cum Goth. tert. *subiecta*, pr. Moret. *subvicta*, sec. *submissa*. 158 Si Tucca et Varius hunc versum delevissent, Maroniani carminis sententiae non male consuluissent, ut equidem arbitror: quocumque enim te verteris, importunus est, sin rescideris, libera et tersa decurrit oratio. Esset tamen alia structura, omissa post leones interpunctione: *Aeneia puppis prima tenet; super imminet Ida rostro, subiuncta leones Phrygios*. Ita super rostro pictus mons cum binis sub eo leonibus. (Hanc rationem non admittit vox *rostro*, quae principem in novo enuntiato locum male hic tuetur. Ceterum vide, quae de hoc et superiore versu in Notis disputavi. *Wr.*)

tam et continuatam. Possis igitur ita statuere, ut dicas rostrum hoc ex superiore prorae parte prominuisse, non ex inferiore, et ita potuisse subiunctos dici, i. e. sub rostro navi adiunctos, leones, ornamenti scilicet causa. Et hunc novimus olim fuisse rostrorum locum, imae navi ab Aristone demum Corinthio addita esse. Idque ipse fortasse probarem, si aut eam fuisse Romanarum navium faciem, id quod facile refutari potest, aut talem antiquae navis effigiem, quae infra rostra eiusmodi ferarum speciem exhiberet, usquam exstare scirem. At salva res est, ni fallor. Ida est parasemon, leones autem rostro ita subiuncti, ut ipsum rostrum in leonum faciem exiret. Exstant enim aliquot eiusmodi imagines antiquarum navium, quarum rostra effigies ferarum prae se ferunt; vid. Scheffer. de Milit. Navali p. 126 sq. Adde, quae de Samiorum navibus refert Didymus apud Hesychium sub voce *Σαμιακὸς τρόπος*· „*Δίδυμος δὲ, τὰς Σαμίας ναῦς ἰδιαιτέραν παρὰ τὰς ἄλλας ναῦς τὴν κατασκευὴν ἔχειν· εὐρύτεραι μὲν γάρ εἰσι τὰς γαστέρας· τοὺς δὲ ἐμβόλους σεσήμανται, ὡς δοκεῖν ῥύγχεσιν ὑῶν ὁμοίως κατεσκευάσθαι.*“ Audi etiam Servium ad vs. 166.: „Aerata tigri: cuius rostrum erat in similitudinem tigridis; namque solent naves vocabula accipere a pictura tutelarum.“ Extrema haec *namque — tutelarum*, ut Graecorum, non Romanorum, consuetudini convenientia, bene refutavit Enschedeus in *Disputatione de Tutelis et Insignibus Navium* Ruhnkenii Opusculis inserta T. I. p. 440. coll. p. 450. edit. alt. Bergman. *Wr.*) Sedet *hic*, h. in navi, Aeneas cum Pallante. Posses *hic* de prora accipere, unde liber caeli prospectus; sed locus sedendi et alibi in puppi assignatur, et inf. v. 218 in puppi sedens diserte exhibetur. *Ida profugis gratissima Teucris*. cf. sup. lib. III, 5. 6. Illud forte paullo obscurius est, qua ratione Ida in prora picta et leones sub monte expressi fuerint. Leonis certe ad montis altitudinem vix ulla proportio esse potuit. Idam sub per-

Digitized by Google

Hic magnus sedet Aeneas, secumque volutat
Eventus belli varios; Pallasque sinistro
Adfixus lateri iam quaerit sidera, opacae
Noctis iter, iam quae passus terraque marique.
Pandite nunc Helicona, deae, cantusque movete,
Quae manus interea Tuscis comitetur ab oris
Aenean, armetque rates, pelagoque vehatur.
Massicus aerata princeps secat aequora tigri:

159 *secumque voluptas* Gud. tert. 161 *sidus* Zulich. 162 *noctis idem* Medic. a m. pr. *noctis iter* rationem nocturnae navigationis, vel *noctis* lunae, exponit Burm.; at vid. Notas. *modo quae* Goth. tert. 163 *castus* Rom. *monete* Gud. a m. pr. vide ad eundem vers. sup. VII, 641. 164 *Etruscis* Leid. *comitatur* Hugen. *comitentur* pr. Hamb. 165 *pelagove* Oudart. *trahatur* Ed. pr. Burmanni.

sonae symbolo expressam fuisse suspicatur Spencius in Polymeti Dial. XV., 8. Parum commode sic voc. *imminet* esset positum; debebat Ida in personam mutata saltem ad latus adiunctos habere leones. Unde porro haec navis cum insigni ex Troianis religionibus petito Aeneae apud Caeretanos statim parata et ad manus fuit? Iam veterum Grammaticorum ea fuit dubitatio, quomodo intra unius diei spatium classis adornari potuerit. Dicendum, Caeretanos iam ante ad bellum instructos (nam VIII, 494 *Ergo omnis furiis surrexit Etruria iustis*) classem in promtu habuisse: Aeneae autem navem festinanter ornasse. Forte tamen nec hoc necesse est praetexere. Nam Aeneas Tiberim evectus erat ad Euandrum binis navibus supra VIII, 79. 80. ipse terrestri itinere ad Tarchontem profectus erat; intelligemus, *κατὰ τὸ σιωπώμενον*, naves, Tiberi retro delatas, littus praetervectas Caere esse adductas. Poetam tamen minus cautum in his fuisse arbitror: ut et inf. vs. 205 in Ocni Mantuani navi Mincium pro insigni habente. (Illustravi hunc locum ad vs. superiorem. Desidero tamen ipse vs. 158. iudicium poetae; sed hoc vitium huic loco cum aliis commune; vid. Q. V. XXXX, 2. *Wr.*)

159 — 162. Bene Pallantis generosam et erectam indolem declarat poeta. Iuvenis discendi cupidus ex Aenea, qui longum navigationis usum habebat, modo siderum notationes quaerit, *opacae noctis iter*, h. quibus navis cursus per noctem regitur, (vid. Q. V. XXXIII, 3, d. *Wr.*) modo res gestas et fata Aeneae.

163. In re a prisca memoria repetita Musas invocat. v. sup. ad VII, 641. 166. De copiis ex Etruria et de urbibus, unde adducuntur, sigillatim v. Excurs. ad h. l. Quatuor earum copiarum turmas edidit: primam Clusinorum et Cosanorum ducit *Mas-*

Digitized by Google

Sub quo mille manus iuvenum, qui moenia Clusi,
Quique urbem liquere Cosas: quis tela sagittae
Gorytique leves humeris et letifer arcus.
Una torvus Abas: huic totum insignibus armis
Agmen, et aurato fulgebat Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuvenes: ast Ilva trecentos

169. CORYTIQUE

167 *Clusii* Leid. *Clausi* Bigot. et Leid. a m. pr. 169 *Gorythi, Goriti, Coriti, Corithi, Choriti* in libris, prave. Graecum est γώρυτος; v. c. Odyss. φ, 54, ubi v. Eustath. et Hesych. h. v.; est autem ex γάω, γῶ, antiqua voce, capio: ut vix putem, *Corytus* recte scribi. (*Goryti* praebet Medic., quod recepi. *Wr.*) 170 *torvos* Rom. *tornus* Ven. *turnus* Goth. sec. 171 *aurata f. imagine* pr. Hamb. pro var. lect. 172 *sescentos* codd. apud Pier. et Gud. cum binis Rottend. (item Medic., ex pronuntiandi ratione. *Wr.*) *dederat illi* Goth. sec. 173 *bello* Bigot. *tricentos* Reg. *ast illa* Goth. sec. *asulva* tert. Tum Servius interpungendum censet: *ast Ilva trecentos, Insula inexhaustis.* (non ipse Servius, sed Probus apud Servium; post *insula* distinguitur in Mediceo. *Wr.*)

sicus: qui nomen quidem commune habet cum monte Campaniae, nihil vero aliud. Infra v. 655 *Osinius* Clusinorum rex (seu Lar) inducitur: quem sub Massici imperio egisse necesse est. conf. ibi Serv. Alteram ex Populonia et Ilva, s. Aethalia insula, ducit Abas, tertiam ex Pisis Asylas, quartam ex Caere et vicinis locis Astur. Accedunt auxilia e Liguribus v. 185 et e Mantuanis v. 198. Classis omnino erat XXX navium v. 213. Copiae autem mille sagittarii a Massico ducti; nongenti armati sub Abante, mille alii sub Asyla, et totidem sub Asture. Reprehendit in his Grammaticus apud Macrob. V, 15 obscura nomina hominum, quorum nulla in seqq. insignia facta memorantur. Melius utique consultum fuisset carmini, si nomina clara poetae ad manum fuissent. Cum tamen omnia haec ad probabilitatem ei fingenda fuerint, querelae sane sunt saltem otiosae. *aerata tigri*, pro navi cum insigni tigridis in prora: ut V, 116 seqq., et inf. v. 205. 206, et v. 209. Sub Massico *manus* turma, *mille iuvenum* erat. 171. *aurato fulgebat Apolline puppis.* Ergo is tutela navis erat. Sed poeta in ceteris, ut et supra V, 116 seqq., insignia navium, seu parasema ponit, quae in prora sunt; etsi haec duo, insigne et tutelam, vulgo confundunt multi; itaque *puppim* potius pro navi omnino dictam velim: ut paullo ante versu 156. (Praeter Tritonem aliquem aut simile numen non facile cuiusquam dei imaginem parasemon fuisse existimo. *Wr.*) Tribuit autem *arma insignia* huic turmae, respectu ad ferri metalla, quibus olim Ilva clara erat, habito. 172. *Populonia mater* h. l. patria.

Digitized by Google

Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.
Tertius, ille hominum divomque interpres Asilas,
Cui pecudum fibrae, coeli cui sidera parent,
Et linguae volucrum, et praesagi fulminis ignes,
Mille rapit densos acie atque horrentibus hastis.

175. ASYLAS

174 *inexustis* Parrhas. *mox haustis* Goth. sec. 175 *Asillas* Reg. *Asilas* multi. (et ita edidi; vid. V. L. ad IX, 571. *Wr.*) 176 *coelum* alter Hamb., unde Burm. an *cui coelum et s.* Et quid quaeso inde? Addit quoque idem: sed alterum usitatius Maroni. *cui coeli* Goth. tert. 178 *horr. umbris* alter Hamb. a m. pr., et a m. sec. *armis*: hoc multi alii habent apud Burm. cum Goth. tert. (*aocias* Medic., sed expunctis *o* et *a*. *Wr.*)

Supra VII, 762 dubitari poterat, an *Aricia mater* eo sensu dicta esset. 174. *generosa metallis* pro fecunda, eleganter, sed cum adiecta notione praeclari metallorum generis, quorum venas inexhaustas habet.

175. 176. 177. Vatis luculenta descriptio. Eum *deorum* vel *Iovis interpretem* dici, sollenne est; at h. l. *hominum divumque* est *interpres:* accipio, ut sit inter deos hominesque, tamquam medius et arbiter. (Praestat, opinor, simplicior explicatio: qui hominibus monita deorum interpretatur. *Wr.*) *Parent* ei fibrae pecudum et cet., quatenus eas pro lubitu interpretatur, in bonam vel in sinistram partem. Sic apud poetas *regere et moderari* dicimur ea, quorum scientiam habemus, ut sidera is, qui eorum nomina et cursum tenet. Ita *futura parere* dicuntur iis, qui ea praedicunt, quasi vim in ea habeant: iidem *futura moderari, regere.* Eo enim omnino inclinat hominum opinio, ut, qui praedicunt futura, eos etiam constituere posse futura putent. Unde videmus obiurgari et odio haberi vates, qui sinistra praedicunt, tamquam ipsos malorum auctores. Tandem eas res, quibus utuntur vates ad divinandum, ut aves, exta, sidera, vim et ipsas occultam nescio quam habere, qua fata inflectantur ac mutentur, sibi persuasit superstitio. Ubi enim semel huic opinionum generi aliquid tribuendum esse statuas, non facile habes ubi consisti possit. Laudat Burm. Petron. 134 *Quicquid in orbe vides, paret mihi.* Sed ibi venefica loquitur; hanc autem sibi potestatem in omnem rerum naturam tribuere, nota res est. Sollenne illud, *parere* pro apparere, huc spectare non potest. (Videtur Torrentio ad Sueton. Octav. c. 95. hoc verbum ex interiore augurum et aruspicum disciplina petitum esse; ita enim Sueton. l. l.: „immolanti omnium victimarum iocinora replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt." At quum alibi ita utatur hoc verbo Suetonius,

Digitized by Google

Hos parere iubent Alpheae ab origine Pisae,
Urbs Etrusca solo. Sequitur pulcerrimus Astur,
Astur equo fidens et versicoloribus armis.
Tercentum adiiciunt, mens omnibus una sequendi,
Qui Caerete domo, qui sunt Minionis in arvis,

179 *Alphea ab origine* Heinsius e Medic. et aliis reposuerat. *Alpheae ab o. P.* tacite revocavit Burm., et recte, arbitror; quippe elegantius dicas *Pisas ab origine Alpheas*, quam *Pisas ab origine Alphea*. Wakefield refinxit: *Hos parere iubet, Alpheae ab origine, Pisae Urbs, Etrusca solo.* Excute singula, an placeant. (*Alpheae* Palat. *Alphea* 8. Elidendi ratio hic quoque erroris parens, vid. V. L. Aen. I, 193.; adde V. L. ad I, 642., ubi *antiquae ab origine* restituimus. Indubitata sunt diphthongi *ae* ante brevem vocalem elisae exempla I, 650. *Argivae Helenae.* XII, 548. *Totae adeo.* VII, 796. *Sacranae acies.* X, 360. *Troianae acies.* ib. 691. *Tyrrhenae acies.* XI, 618. *turbatae acies.* XII, 227. *sese acies.* 548. *conversae acies.* Semel longam *a* elidi a Virgilio memini, XI, 862. *Laevā aciem*; sed hoc qui cum superioribus exemplis comparaverit, facile sibi persuadebit, *acies* his locis non esse trisyllabi, sed disyllabi vocabuli mensura, et *i* in consonam abisse. At VII, 361. *primo aquilone* vulgari talia iungendi consuetudine excusatur. Aliam rationem sequuntur *Cedo equidem, Credo equidem, Vivo equidem, Ergo agite*, tum longae vocales *i* et *e* ante breves vocales elisae, quarum sonus exilior facilius obteri poterat. Denique acute Iahnius: Ut vocc. *ab origine* et *solo*, sic etiam *Alpheae Pisae* et *urbs Etrusca* sibi opponuntur." *Wr.*) 180 *Astyr* Medic. bis. (idem video Sabini scholio apud Fabric. praescriptum. *Wr.*) *Austur* Parrhas. *hasta* Zulich. 181 *equo sidens* Goth. sec. *versisque coloribus* Bigot. *versique c.* Goth. tert. 183 *Caerete* ex *Καίρητος*, adeoque a *Καίρης*. cf. ad VIII, 597. *Chaerete* Medic. (*Cherete* apud Foggin., *h* pro *a*, ut in eodem infra vs. 209. *cherula* pro *caerula*, vs. 561. *Antheum* pro *Antaeum. Wr.*) *Cerete* al. ap. Pier., sed est *Caere. Καῖρε, Καιρὴ, Καίρης.* Non intelligo Iulium Sabinum, qui adscripsit: „Ego puto per se legi: *Nunc Caere vetus.*" (*per se*, i. e. non adiective, ut iungatur *domo Caerete*, sed substantive; sed apud Fabricium exaratum invenio *per Ce.* Reliqua sic expleo: „*Nunc Caere, vetus nomen Agylla.*" *Wr.*) Mox

cfr. Calig. c. 8. Vespas. c. 4., ut non spectet ad rem sacram, nihil istoc loco conficitur. *Wr.*) 178. *rapit*, pro vulgari, ducit, ut sup. VII, 725 *Mille rapit populos.* (*densos acie*, puta milites gravis armaturae, qui densis pugnant ordinibus. *Wr.*)

179. Similiter Stat. Theb. IV, 178 *Huic parere dati quos* etc. *Pisae Alpheae*, ab iis conditae, qui Pisa Elidis profecti erant; unde *Alpheae ab origine*, pro, ab origine Alphea, seu Eliaca; at *solo*, sede ac situ, urbs Etrusca. v. Excurs. I, ut etiam de ceteris. 181. *equo fidens* ornate pro habens, ut Homer. *πεποιθώς. ἠνορέῃ πίσυνος καὶ κάρτεϊ χειρῶν*; alias *superbus equo. versicoloribus armis*, e diversis metallis. Sic Il. ε, 504 *ἐπεὶ κατέδυ κλυτὰ τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.* Hoc malim huc trahere quam *αἰόλα τεύχεα* Iliad. ε, 295. *αἰολοθώρηξ* apud eundem, quod de motu

Digitized by Google

Et Pyrgi veteres, intempestaeque Graviscae.
Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello, 185
Transierim, Cinyra, et paucis comitate Cupavo,
Cuius olorinae surgunt de vertice pennae,
(Crimen amor vestrum) formaeque insigne paternae.

186. CINYRA ET 187. PENNAE: 188. VESTRUM, F. PATERNAE.)

Isionis Parrhas., sed de *Minione* vel *Munione* nemo dubitet. *in armis* Dorvill. cum Goth. sec. 184 *Phyrgi*, *Phrigi*, *Pirgi*, scribitur, et *Pugi*. Sunt Πύργοι. *P. iuvenes* Bigot. *Gabiscae* Rom. *Grabiscae* Sprot. *Agruscae* Goth. tert. 186 *Cinyra*. Deficit nos Phanocles, ut in notis dixi, vel ductus ex eo rivulus, quo minus aliquid certi de hoc loco statuere possimus. Veterum edd. lectio erat *Cycne*, (ut est in Palat. *Wr.*) vel *Cygne* (*Cygnae* duo Goth., et tertius *tacite*); nec aliter Aldd., haud dubie ex interpolatione. Servius *Cunare* legerat, sed inepte adiiciens: *quidam duci nomen datum tradunt a Cunaro monte qui in Piceno*. Romanus legebat: *Cumare*: vetustissimus Pomponii cum aliis apud Pierium *Cinere*; sic et Gud. At Medic. *Cinyrae*, Mentel. pr. *Cinyre*, alter Voss. *Cinira*, Moret. tert. *Cynare*, Parrhas. *Cinate*, Hamb. sec. *Cyrina*, multi alii, inter quos Reg., *Cynire* (ut est in 2. 3. 7. *Wr.*) vel *Cinire*; et Macrobio quoque V Sat. 15 *Cinirus* est. Scripsit Heinsius notum nomen *Cinyra*. (recte, puto; *Cinyrae*, quod est in Mediceo, ultima litera e proxima particula adscita, videtur causa depravandae lectionis exstitisse. Qui *Cinyra* ablativum esse statuunt, vid. Exc. Heyn. ad h. l., non viderunt hanc opinionem refelli vs. 194., ubi vid. Not. Reduxi igitur sublatum ab Heynio comma post *Cinyra*. *Wr.*) Tum *Cupano* Sabin. et Parrhas. cum Ald. pr. *Cupabo* tres Burm. 187 *pinnae* Rom. Medic. Gud. et alter Mentel. *cristae* alii Pier. cumque iis Goth. tert. 188 *formae quae* Waddel. Animadverss. crit. p. 33.; quo fructu, non video. Mihi totus versus e margine irrepsisse videtur: Caussas apposui in Excursu I* ad h. l. una cum coniecturis aliorum virorum doctorum. (Amplectitur cum Ruhkopfio Iahnius explicationem a Sprengelio propositam in libro, cui inscriptum, *Neue Kritik der klassischen Roem. Dichter*, p. 139. sqq.: „Cupavo in vertice pennas habet, quae pennae vobis, — tibi et matri — Amor, crimini et insigne paternae formae sunt." At nota illa ratio, qua plures appellantur, unus tantum nominatur, alienissima est ab hoc loco. Mutavimus primum interpunctionem; iungenda sunt enim, ut ipsa res iubet, *olorinae pennae* et *formae insigne paternae*. Sed requiri hic videtur ea epexegesis forma, quae caret copula; itaque coniicias Virgilium scripsisse *fortunae ins. pat.*; *fortuna* autem et *forma* saepe permutata videas, cfr. Drakenb. ad Liv. XLI, 20. Oudendorp. ad Appul. Metam. pag. 7.; et quum semel *formae* scriptum esset, versus hians monere poterat, ut adiiceretur copula. Sed copula potius accipiendum vario ac celeri, ut κορυθαίολος et alia dicta sunt. 182—184. Asturem sequuntur trecenti ex Caere, et agro ad Minionem, Pyrgis et Graviscis. v. eund. Excurs. Sed cur tam pauci ex urbe tum opulenta Caere? Quia mille hinc abduxerat Mezentius sup. VII, 652. 653. *Adiiciunt* tercentum viros, *ii*,

Digitized by Google

Namque ferunt, luctu Cycnum Phaethontis amati,
Populeas inter frondis umbramque sororum
Dum canit, et maestum Musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam;
Linquentem terras, et sidera voce sequentem.
Filius, aequalis comitatus classe catervas,
Ingentem remis Centaurum promovet: ille
Instat aquae, saxumque undis inmane minatur

h. l. adiecta est ob interpositam parenthesin; vid. Q. V. XXXV, 9. Restat illud, ut declaretur, quid sit h. l. *crimen*. Hoc vocabulum interdum significat causam malae alicuius rei; *amor est crimen vestrum*, i. e. amor est causa vestra sive originis vestrae et transformati in avem Cycni. Ita XII, 600.: „Se causam clamat, crimenque caputque malorum." Ut igitur recte dices: ego sum vestrum, o mala, crimen; sic nihil est, quod in hoc reprehendas: Crimen amor vestrum. Similiter Asper apud Servium: „secundum Asprum *crimen* erit *causa*: — — i. e. vestrae mutationis." Expedita hunc in modum sententia nihil est, quod integerrimum versum rescindamus; quo sublato hiabit ipsa oratio; necessarius est enim hic versus, ut intelligatur id ipsum, cuius causa narrationem de Cycno in avem mutato intexuit carmini poeta: cur pennas olorinas in galea Cupavo gesserit. *Wr.*) 189 *Namque* pro δή, δηλαδή, scilicet, nimirum, sollenne, v. c. sup. 148. XII, 247. IX, 40 et al. *amici* sec. Rottend. *Pethontis* Rom. 190 *P.que inter* Franc. (*frondes* Medic. *Wr.*) *umbrasque* Parrhas. pr. Hamb. *umbraque* alter Mentel. 191 *cā.* pro *cantu* habet Parrhas. pro *Musa.* 192 *C. m. penna* Goth. tert. *senecta* Leid. et tert. Rottend. 194 *aequali c. classe* Medic. et sec. Moret. (sed *s* in Mediceo superscripta. *Wr.*) *aequalis* Dorvill. 195 *submovet* pr. Hamb. *centurumque admovet ipse* Ed. pr. Burm. 196 *aquis saxumque vides* alter Hamb.

qui sunt Caerete domo etc., h. qui domo sunt Caeretani, h. e. ei additi sunt, eum comitantur. Burm. secundum Servium supplet *adiiciunt se*, nec multum recedit Probus, qui, *adiacent et quasi iuxta sunt*, interpretatus erat. (*Qui Caerete domo*, cf. Not. ad IV, 36. *Wr.*) *intempestae Graviscae* aeris intemperie, cum in humili ac palustri loco essent sitae. vid. Excurs. cit. (De vss. 186 sqq. vid. V. L. ad vs. 186. et 188. *Wr.*)

Mox v. 192 *ferunt* Cycnum *duxisse*, induxisse sibi, nactum esse, *senectam canentem molli pluma*, candidas plumas, quae pro canis essent; exile esset, si acciperes: eum *duxisse*, egisse, *senectam canentem pluma*, sic ut haberet plumas pro canis, in cycnum mutatus; uti fere Claudian. VI Cons. Honor. 171 *Mutatumque senem plumis;* et Nemesian. Cyneg. 37 *Cycnum plumamque senilem.* Alia fabula apud Etruscos fuit de Tarcone, ut e Strab. V, pag. 336 A. colligas, quem propter prudentiam a pueris inde *canum* (πολιὸν) fuisse narrabant; addit Eustath. ad Iliad. p. 167 Cycnum Troianum. (— 193. *Linquentem*, et liquisse; vid. Q.

Digitized by Google

Arduus, et longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicae Mantus et Tusci filius amnis,
Qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen;
Mantua, dives avis; sed non genus omnibus unum;
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:
Ipsa caput populis: Tusco de sanguine vires.

197 *maria alta.* Wakefield *alba* in ipso poeta refinxit: quia spuma candens fluctus occurrit. 198 *Quin etiam p.* antiquum satis exemplar ap. Pier., quod non displicet. Nunc ut est, accipiendum: *Ocnus ille, qui.* Tum unus e Vaticanis: *Ocnus ciet agmen.* Etiam *Ognus* nonnulli Pier., tum Medic. Gud. et alii: ut *in cycnus, cygnus.* Corrupte *Ornus* sec. Hamb. et pro var. lect. prior. *Oenus* Hugen. cum pr. Goth. *Hocnus* Montalb. Servius dicit *Aucnum* eundem fuisse. 199 *Mantoys* pr. et alter Menag. Exc. Burm., ut *Panthoys* in nonnullis lib. II, 319. Alii *Mantos, Manthos, Mantis.* At est *Μαντώ, Μαντοῦς.* 201 *dives agris* pr. Hamburg. et Zulich. pro var. lect.; expeditior utique lectio: sed propter hoc ipsum minus vera. Videntur quoque sequentia, ut bene monet Burmann., priscam maiorum potentiam adstruere. Loca ab eo laudata, sed melius constituta, vid. in Nota. Sane, nisi de usu vocum *dives avis* satis constaret tot exemplis in Nota appositis, commode dici posset, *avis* esse casum tertium, avorum tempore dives Mantua. 202 *populi triplex* Rom. *cum gente* qu. Moret. 203 *Ipse caput* Montalb. *populi* duo Rottend. et pr. Hamb. a m. sec.

V. XXVIII, 5. *Wr.*) 194. *aequales catervas:* h. turmam aequalium; nisi potius est, aequali numero: alios trecentos ex v. 182. (Sed hoc quidem nimis remotum. Quum non adiecerit poeta, quanam re aequales fuerint, redeundum sane est, ut iubet etiam verbum *comitatus*, ad superiora. Nempe spectant haec ad vs. 185. atque hoc dicit poeta: Cupavo cum suis comitabatur catervas aequales, i. e. catervas Ligurum ipse Ligur. *Wr.*) 195 — 197. Cum navi vectum dicere vellet, quae Centaurum pro parasemo habebat, suaviter insigne navis ad ornatum orationis convertit: Centaurus ita erat sculptus, ut saxum evulsum terra proiiceret. (potius: ut saxum utraque manu alte sublatum proiecturus videretur. *Wr.*)

198 sqq. Tandem *Mantuani* accedunt Etruscis, quippe auctoribus civitatum XII transpadanarum, inque his Mantuae. cf. Exc. I. Ocnus dux, Mantus nymphae (nam de Manto Tiresiae filia cogitasse non videtur) et Tiberis fluvii filius, diversus ab eo Ocno, quem poetae in inferis collocarunt, condidit et a matre appellavit Mantuam. (*Ille — Ocnus,* v. Q. V. XXI, 7. *Wr.*) 201. 202. 203. Non expedire locum in promtu est secundum interpretationem Servii et Cerdae, aut Gronovii, aut Catroei. (Servium ea narrare, quae ipse aoceperit, sed

Digitized by Google

Namque ferunt, luctu Cycnum Phaethontis amati,
Populeas inter frondis umbramque sororum
Dum canit, et maestum Musa solatur amorem,
Canentem molli pluma duxisse senectam;
Linquentem terras, et sidera voce sequentem.
Filius, aequalis comitatus classe catervas,
Ingentem remis Centaurum promovet: ille
Instat aquae, saxumque undis inmane minatur

h. l. adiecta est ob interpositam parenthesin; vid. Q. V. XXXV, 9. Restat illud, ut declaretur, quid sit h. l. *crimen*. Hoc vocabulum interdum significat causam malae alicuius rei; *amor est crimen vestrum*, i. e. amor est causa vestra sive originis vestrae et transformati in avem Cycni. Ita XII, 600.: „Se causam clamat, crimenque caputque malorum." Ut igitur recte dices: ego sum vestrum, o mala, crimen; sic nihil est, quod in hoc reprehendas: Crimen amor vestrum. Similiter Asper apud Servium: „secundum Asprum *crimen* erit *causa*: — — i. e. vestrae mutationis." Expedita hunc in modum sententia nihil est, quod integerrimum versum rescindamus; quo sublato hiabit ipsa oratio; necessarius est enim hic versus, ut intelligatur id ipsum, cuius causa narrationem de Cycno in avem mutato intexuit carmini poeta: cur pennas olorinas in galea Cupavo gesserit. *Wr.*) 189 *Namque* pro δή, δηλαδή, scilicet, nimirum, sollenne, v. c. sup. 148. XII, 247. IX, 40 et al. *amici* sec. Rottend. *Pethontis* Rom. 190 *P.que inter* Franc. (*frondes* Medic. *Wr.*) *umbrasque* Parrhas. pr. Hamb. *umbraque* alter Mentel. 191 *cā.* pro *cantu* habet Parrhas. pro *Musa.* 192 *C. m. penna* Goth. tert. *senecta* Leid. et tert. Rottend. 194 *aequali c. classe* Medic. et sec. Moret. (sed *s* in Mediceo superscripta. *Wr.*) *aequalis* Dorvill. 195 *submovet* pr. Hamb. *centurumque admovet ipse* Ed. pr. Burm. 196 *aquis saxumque vides* alter Hamb.

qui sunt Caerete domo etc., h. qui domo sunt Caeretani, h. e. ei additi sunt, eum comitantur. Burm. secundum Servium supplet *adiiciunt se*, nec multum recedit Probus, qui, *adiacent et quasi iuxta sunt*, interpretatus erat. (*Qui Caerete domo*, cf. Not. ad IV, 36. *Wr.*) *intempestae Graviscae* aeris intemperie, cum in humili ac palustri loco essent sitae. vid. Excurs. cit. (De vss. 186 sqq. vid. V. L. ad vs. 186. et 188. *Wr.*)

Mox v. 192 *ferunt* Cycnum *duxisse*, induxisse sibi, nactum esse, *senectam canentem molli pluma*, candidas plumas, quae pro canis essent; exile esset, si acciperes: eum *duxisse*, egisse, *senectam canentem pluma*, sic ut haberet plumas pro canis, in cycnum mutatus; uti fere Claudian. VI Cons. Honor. 171 *Mutatumque senem plumis;* et Nemesian. Cyneg. 37 *Cycnum plumamque senilem.* Alia fabula apud Etruscos fuit de Tarcone, ut e Strab. V, pag. 336 A. colligas, quem propter prudentiam a pueris inde *canum* (πολιὸν) fuisse narrabant; addit Eustath. ad Iliad. p. 167 Cycnum Troianum. (— 193. *Linquentem*, et liquisse; vid. Q.

Digitized by Google

Arduus, et longa sulcat maria alta carina.
Ille etiam patriis agmen ciet Ocnus ab oris,
Fatidicae Mantus et Tusci filius amnis,
Qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen;
Mantua, dives avis; sed non genus omnibus unum;
Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:
Ipsa caput populis: Tusco de sanguine vires.

197 *maria alta.* Wakefield *alba* in ipso poeta refinxit: quia spuma candens fluctus occurrit. 198 *Quin etiam p.* antiquum satis exemplar ap. Pier., quod non displicet. Nunc ut est, accipiendum: *Ocnus ille, qui.* Tum unus e Vaticanis: *Ocnus ciet agmen.* Etiam *Ognus* nonnulli Pier., tum Medic. Gud. et alii: ut *in cycnus, cygnus.* Corrupte *Ornus* sec. Hamb. et pro var. lect. prior. *Oenus* Hugen. cum pr. Goth. *Hocnus* Montalb. Servius dicit *Aucnum* eundem fuisse. 199 *Mantoys* pr. et alter Menag. Exc. Burm., ut *Panthoys* in nonnullis lib. II, 319. Alii *Mantos, Manthos, Mantis.* At est *Μαντώ, Μαντοῦς.* 201 *dives agris* pr. Hamburg. et Zulich. pro var. lect.; expeditior utique lectio: sed propter hoc ipsum minus vera. Videntur quoque sequentia, ut bene monet Burmann., priscam maiorum potentiam adstruere. Loca ab eo laudata, sed melius constituta, vid. in Nota. Sane, nisi de usu vocum *dives avis* satis constaret tot exemplis in Nota appositis, commode dici posset, *avis* esse casum tertium, avorum tempore dives Mantua. 202 *populi triplex* Rom. *cum gente* qu. Moret. 203 *Ipse caput* Montalb. *populi* duo Rottend. et pr. Hamb. a m. sec.

V. XXVIIII, 5. *Wr.*) 194. *aequales catervas:* h. turmam aequalium; nisi potius est, aequali numero: alios trecentos ex v. 182. (Sed hoc quidem nimis remotum. Quum non adiecerit poeta, quanam re aequales fuerint, redeundum sane est, ut iubet etiam verbum *comitatus*, ad superiora. Nempe spectant haec ad vs. 185. atque hoc dicit poeta: Cupavo cum suis comitabatur catervas aequales, i. e. catervas Ligurum ipse Ligur. *Wr.*) 195 — 197. Cum navi vectum dicere vellet, quae Centaurum pro parasemo habebat, suaviter insigne navis ad ornatum orationis convertit: Centaurus ita erat sculptus, ut saxum evulsum terra proiiceret. (potius: ut saxum utraque manu alte sublatum proiecturus videretur. *Wr.*)

198 sqq. Tandem *Mantuani* accedunt Etruscis, quippe auctoribus civitatum XII transpadanarum, inque his Mantuae. cf. Exc. I. Ocnus dux, Mantus nymphae (nam de Manto Tiresiae filia cogitasse non videtur) et Tiberis fluvii filius, diversus ab eo Ocno, quem poetae in inferis collocarunt, condidit et a matre appellavit Mantuam. (*Ille — Ocnus,* v. Q. V. XXI, 7. *Wr.*) 201. 202. 203. Non expedire locum in promtu est secundum interpretationem Servii et Cerdae, aut Gronovii, aut Catroei. (Servium ea narrare, quae ipse acceperit, sed

Digitized by Google

Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat;
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in aequora pinu.

204 *Hic* Montalb. a m. pr. (*Mezzentius* Medic., vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) 205 *duce Benaco* Zulich. pro var. lect. *Venaco* Rom. *Bonacho* Goth. tert. 206 *Minchius*, *Minscius* bini Goth., iidem *in aequore.*

eadem nihil pertinere ad interpretanda poetae verba, recte iudicat Otfr. Mueller. in libro infra laud. Vol. I. p. 382. not. 97. *Wr.*) Equidem sic accipio: Mantua, potens olim copiis urbs, quae tamen non eiusdem erant generis, sed ex trinis gentibus ac populis XII constabant, quorum quaterni sub una gente erant comprehensi, quibus illa caput erat: copiae autem illae erant Etruscae. (Vide, quae extremae huic notae adiecimus. *Wr.*) Videamus singula: *dives avis*, non simpliciter est, quae multos avos habet, sed, quae avos claros habuit, ideoque aliquando potens fuit. Sollennior et planior est forma loquendi de singulis hominibus: Statius Theb. I, 392 Adrastus *Dives avis et utroque Iovem de sanguine ducens.* Supra lib. VII, 56 *Turnus avis atavisque potens* eadem vi qua *dives;* et Silius XVI, 593 *Burrus avis pollens.* VIII, 382 Scaevola, *avis pollens nec dextra indignus avorum.* Attamen et Silius de populo: Osci, *quos dives opum, quos dives avorum E toto dabat ad bellum Campania tractu* VIII, 523. Est ergo h. l. Mantua, ut bene Servius explicat: *maioribus praepotens;* h. e. habens maiores potentes; quid autem hoc aliud quam, potens olim, maiorum aetate; quod monendum erat inprimis, cum nunc illa tantopere a pristino splendore descivisset. Constabat tamen agmen e diversis populis: *sed non genus omnibus unum: omnibus* non ad *avos* erat referendum, quod vulgo faciunt, sed ad *agmen*, quod Ocnus adducit patriis ab oris. (*omnibus*, puta vel avis, vel, quod malim, Mantuanis atque iis, quorum caput erat Mantua; quum proximo versu ad Mantuam spectet pronomen *illi*, prorsus inconcinna exsistit oratio, si *omnibus* ad *agmen* referimus. Itaque hoc dicere videtur poeta: Mantuani olim opibus florebant; sed eas opes ex tribus gentibus, Graecis, ait Otfr. Mueller. in libro, cui inscriptum *Die Etrusker*, Vol. I, p. 137 sq., Etruscis, et, ut videatur, Umbris, collegerat; quarum gentium quum quatuor quaeque populos comprehenderet, quatuor populos Graecos, totidemque Etruscos et Umbricos fuisse censebimus. Per gentes significari tribus, per populos δήμους, statuit Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I. p. 328. not. 757. *Wr.*) Pergit: Namque Mantua trinas gentes et duodenos populos habebat: *Gens illi triplex* etc. *Gens* tamquam latius sub se continet populos: quod notum est, quodque Io. Fr. Gronov. ad Liv. V, 34

Digitized by Google

It gravis Aulestes, centenaque arbore fluctum
Verberat adsurgens: spumant vada marmore verso.

207. FLUCTUS

207 *Aulestes* Heins. e Medic. et al., ut XII, 290. Vulgo: *Auletes.* (ita Palat. *Wr.*) Sed Latinum nomen desiderabas. Apud Iul. Sab. *Aulesthes.* Tum *fluctus* Heins. cum Rom., et aliquot aliis ac binis Goth. (etiam 12. *Wr.*) Vulgg. *fluctum.* (Mediceus *fluctum*; idem, praeter Rom., praestantissimus quisque tueri videtur; itaque revocavi. Et quum multo magis frequentetur Pluralis huius vocabuli, quam Singularis, veri est similius, Singularem in Pluralem, quam hunc in illum a librariis conversum esse. *Fluctum* hic i. q. mare, non vehementer illud quidem agitatum, ut III, 270.: „medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos." *Wr.*) Leid. *fluctu.* Parrhas. *fructum.* 208 *insurgens* Goth. tert., ut lib. III, 560 et al.

docuit. Populi igitur erant XII in trinas gentes divisi. Mantua vero horum XII populorum, qui Etrusci erant, caput erat. *vires,* copiae. (Si triplex fuit gens, non poterant omnes Mantuani esse Etrusci, quibus, ut uni genti, triplicis gentis appellatio non convenit. Itaque *vires* sunt opes et robur; atque hoc dicit poeta: trium illarum gentium validissimam fuisse eam, quae Tuscam habebat originem; s. plurimum roboris ex Etruscis traxisse Mantuam. Iam Otfr. Mueller. l. l. duodecim civitatibus Mantuam tertiam decimam praefuisse existimat; at non video, quare Mantuam nolimus unam ex illis duodecim fuisse; nam verba *Ipsa caput populis* hoc tantum significant, Mantuam reliquis populis imperasse. Ipsos autem Mantuanos Etrusci generis fuisse, testatur Plinius H. N. III. c. 19. §. 130. ed. Sillig. Atque hinc intelligitur, quare Phocas Virgilium appellet vatem Etruscum; itaque non erat, quod erroris ille argueretur a Wernsd. ad Poet. Lat. Min. T. III. p. 412. *Wr.*)

204. *Hinc in se armat* eleganter de copiis adversus Mezentium ductis. 205. 206. Navis qua vehitur Ocnus, parasemum seu insigne habet in prora Mincium fluvium: Is supra quoque Ge. III, 15 *tenera praetexit arundine ripas*, ubi vid. Not. et ad Ecl. I, 52. *patre Benaco;* ducit enim ortum Mincius (*Menzo*) ex Benaco lacu (*Lago di Garda*), aut potius ex Alpibus ortus medium eum transit. cf. sup. ad Ge. II, 159. 160. Ceterum, quod iam sup. ad 156—158 extr. innuebam, in animum revocandum non est, Mantuanos, nimium a Tiberi et ora maris Etrusci remotos, non potuisse suis navibus Aeneam comitari, neque ergo navem insignia gentis et urbis habere. Verum in poeta, dum detinet nos grato rerum tanquam adspectu, avocandus est animus ad alia, quae extra narrata sunt, nec nisi subtiliter inquirenti occurrunt. Statuendum est, classem sub Aeneae adventum ad littus Caeretanum iam paratam stetisse, sociis undique accitis, et iam ex interiore Italia, instructam.

207. Sequitur Aulestes *gravis*,

Digitized by Google

Hunc vehit inmanis Triton et caerula concha
Exterrens freta: cui laterum tenus hispida nanti
Frons hominem praefert, in pristim desinit alvus;
Spumea semifero sub pectore murmurat unda.
Tot lecti proceres ter denis navibus ibant
Subsidio Troiae, et campos salis aere secabant.
Iamque dies coelo concesserat, almaque curru

211. PRISTIN

Sed et *adsurgere* (in ictu inf. 284. 797. V, 443) et *consurgere* infra v. 299. (*marmora e verso* Medic. — 209. *cherula* idem; vid. ad vs. 183. *Wr.*) 210 *exercens* alter Hamb. et Zulich. a m. sec. *hospita* Goth. tert. *hospida* Dorvill. 211 *profert* pr. Hamb. *pristim* Nonius Marc. et tres Heins. *pistrim* (ut 9. 12. *Wr.*) et *pistrin* plerique etiam h. l. conf. sup. ad V, 116; (*pristim* etiam Medic. ap. Fogg.; vid. V. L. ad III, 427. Reduxi autem terminationem Latinam; vid. Q. V. III, 3. *Pristin* 7. *Wr.*) pessime Goth. tert. *in serpentem d.* Rom. *alvos.* 212 *fumifero* Montalb. *caeruleo sub p.* citat Arusianus Messius. 213 *Tot. l. iuvenes* Leid. et sec. Moret. 214 *campos maris* Bigot. et Goth. tert. *ruebant* aliquot Pier., ut Aen. I, 35. *Tò secabant* Heinsio displicebat, quod sequitur idem verbum v. 222. 215 *discesserat* olim in edd. Mutatum in ed. 1514 Ald. in *concesserat*; quod codices ubique agnoscunt, praeter Francianum a m. sec., qui recentissimus est, ut et Goth. pr. *detexerat* Vratisl. *cursu* Dorvill.

puto propter navem mole sua gravem, in navi C. remorum: νηῦς ἑκατόνζυγος Iliad. *v*, 247; hoc extulit magnifice: *Aulestes adsurgens verberat fluctus centena arbore*, centenis remis. Silius XI, 492 *centeno verbere* dixit, conf. Cerda. *adsurgere, insurgere, consurgere,* notae elegantiae vocabula, de nisu eius, qui aut magna vi ictum infert, aut incumbit, protrudit, impellit. De *marmore* monitum ad Ge. II, 254. Navis huius parasemon in prora Triton est buccinam inflans. *frons laterum tenus*, exquisite, pro ipse a fronte usque ad latera, seu medium corpus. 212. suavissimae modulationis versus ex Apollonio ductus est lib. I, 542. 543 Ἀφρῷ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα κελαινὴ ἐκήκιεν ἅλμη, Δεινὸν μορμύρουσα ἐρισθενέων μένεϊ ἀνδρῶν. 214. *Troiae* novae. *et campos salis aere secabant*, ut iam lib. I, 35.

215. Salebrosum, si quis alius, in Marone locum evecti, libero iam nunc incedimus campo. *dies;* erat is tertius, ex quo castra reliquerat Aeneas: is ipse dies, quo Rutuli castra oppugnarant: supra inde a IX, 459. cf. Exc. I ad lib. XII. *almaque curru Noctivago Phoebe.* ἅρματι νυκτιπόλῳ. Ex Egnatii lib. I de rerum natura ducta esse Macrob. VI, 5 notavit: *Roscida noctivagis astris labentibus Phoebe Pulsa loco cessit concedens lucibus altis.* (Ennius p. 1. ed. Hessel.: „Musae, quae magnum pedibus pulsatis

Digitized by Google

Noctivago Phoebe medium pulsabat Olympum:
Aeneas (neque enim membris dat cura quietem)
Ipse sedens clavumque regit velisque ministrat.
Atque illi medio in spatio chorus, ecce, suarum
Occurrit comitum: Nymphae, quas alma Cybebe
Numen habere maris, Nymphasque e navibus esse,
Iusserat, innabant pariter, fluctusque secabant,
Quot prius aeratae steterant ad litora prorae.

219 *in medio* Mentel. et pr. Hamb. cum Goth. tert. 220 *Cybebe*, debetur Heinsii doctrinae, qui Colot. et Gud. sequutus est cum Leidensi. (*Cybebe* etiam Medic. teste Fogginio, quem verum vidisse eo probatur, quod Colotianus et Mediceus mire inter se consentiunt; accedunt 3. 10. *Wr.*) *Cibebe* Dorvill. Nec multum abludebat Rom. *Cybere*. Est enim ἡ *Κυβήβη*. ut et ὁ *Κύβηβος*, Gallus, in glossariis. v. Etymol. et Hesych. in ὁ *Κύβηβος*, ubi v. Notas, et Ruhnken. ad Timaeum. Vulgg. *Cybele*, (ut est in Palat. *Wr.*) quae *Κυβέλη* esset; nam *Κυβήλη* ne quidem scribi pronuntiat Brunck. ad h. l. nisi per nostrorum hominum imperitiam et temeritatem: a qua equidem eos non absolvam, secundum ea, quae Gudius ad Phaedrum et Burmann. ad Anthol. Lat. docuere; illud tamen monere aequum est: apud Schol. Lycophron. 1168 legi: ὁ *Ἱππώναξ Κύβηλιν τὴν Ῥέαν λέγει παρὰ τὸ ἐν Κυβέλλᾳ* (deb. *Κυβήλᾳ*) *πόλει Φρυγίας τιμᾶσθαι:* explicat autem ille eo loco voc. *Κύβηλιν*. Nec exemplo res caret, inprimis in voce barbarorum. Nec magis dubitari potest non modo τὰ *Κύβελα*, sed etiam τὰ *Κύβελλα* esse dicta; v. Steph. Byz. Manet tamen haud dubie hoc: usu receptum esse, ut aut *Cybebe* aut *Cybele* scribatur. vid. sup. ad lib. III, 111. Laudat Burm. notas ad Phaedr. III, 17 et 20. (*Cybelle* Servium legisse, ut est in cod. Dresd., probat ipsius scholion: „*Cybele* autem Bacchius est; nam *Cybele* Anapaestus est.“ *Wr.*) 223 Idem vs. sup. IX, 121 ubi vide. *Quo p.* Medic. (superscripta *d*, ut sit *quod*, i. e. quot. *Wr.*) et *puppis* a sec. m.; hoc et alii codd. apud Pierium habebant, et postulari videtur ab ipsa re; non enim

Olympum.“ vid. ibi Columna. De structura vss. 215—219. vid. Q. V. XXIIII, 7. adde XXXV, 22. *Wr.*) 218. Utrumque docte ut poetam decet: *clavum regit;* proprie navem regimus clavo: tum *velis ministrat*, pro, ministrat, ministerium praestat nauticum, ad vela. cf. sup. ad VI, 302. Sic *Luna ministrat equis* apud Propert. III, 14. 15, et Statius, quem alii laudarunt, de Apolline currui insidente lib. VII, 751 *Ipse sedens telis pariterque ministrat habenis*. Affectarunt mox idem scriptores in soluta oratione, ut Tacitus Germ. 44, ubi vid. Not.

219. *medio in spatio*. Nam sup. IX, 121 novae Nymphae: *pontoque feruntur;* qui totus locus huc animo revocandus. *suarum comitum:* quia cum eo venerant naves. Serv. conf. supra IX, 80 seq. 221. *numen habere maris* exquisite pro, numina esse; sup. IX, 101. 102 *magnique iubebo Aequoris esse deas*. (*Nymphas e navibus esse,*

Digitized by Google

Adgnoscunt longe regem, lustrantque choreis.
Quarum quae fandi doctistima Cymodocea,
Pone sequens dextra puppim tenet, ipsaque dorso
Eminet, ac laeva tacitis subremigat undis.
Tum sic ignarum adloquitur: Vigilasne, deum gens,

225. QUARUM, DOCTISSIMA, CYMODOCEA P.

proris, sed puppibus ad littus versis, stabant naves. (*puppis* est prior, *prorae* altera, sed et ipsa ab antiqua manu exarata, lectio Medicei. Obversatus est haud dubie multorum versuum exitus: *stant litore puppes*, *subductae litore puppes*, *versas ad litora puppes*, *praetexunt litora puppes*; vid. V. L. ad VII, 528. Produnt etiam alia librarii in hoc versu exarando negligentiam, ut *Quo*, pro *Quod*, de quo supra, porro *erate* pro *aeratae*, quod altera manus restituit, tum ipsum illud *puppis* pro *puppes*. Prorae quidem proprie convenit epitheton *aeratae*; quamquam etiam *puppim*, sed improprie, aeream dixit Virgilius V, 198. At non solum e puppi, sed etiam interdum e prora religatas fuisse naves, docet Gronov. Obss. IV, 26.; et vide infra vs. 659., ubi Turnus descensu per pontem facto in proram navis de litore religatae defertur. *Wr.*) Oblong. *naves*. 224 *choreas* sec. Hamb. cf. sup. ad VII, 391. 225 *Quarum una f.* Goth. sec. *quae nandi* Markl. ad Stat. II Silv. 2, 19 legebat, quem refellit Burm. hactenus, quod non magna laus Nymphae esse potest, si bene natare didicerit. Fatendum tamen, nec alterum satis esse accommodatum: etsi enim illa mox partes adfandi Aeneam sibi sumit, non tamen facundiae laus in Nympham cadit. Maximam natu nympharum Italidum edidit Cymodocen Silius lib. VII, 428. (Multo numerosiorem habebis versum, si sublatis in medio commatis post *Cymodocea*, ut iam feci, distinxeris, coll. I, 72.; et plane sic interpunctum in Mediceo. Ita etiam fit, ut illa *quae fandi doctissima* in simplicis epitheti notionem abeant: ὧν Κυμοδόκη πολυφραδεστάτη προσείπεν αὐτόν, quod neminem offendet. Per epitheton enim simpliciter adiungitur alicui aliquid tamquam eius proprium; adhibito pronomine relativo et verbo finito affirmamus pertinere aliquid ad aliquem. Eadem illa si commatis incluseris, alienam a poetae mente vim accipiunt: E quibus Cymodoce, eaque est fandi doctissima, *cet.* Ceterum non ita fandi doctissimam poeta appellavit, ut facundiam eius per subiectam orationem probatum ire voluerit; sed est hoc ipsum illud, quod supra posui, πολυφραδεστάτη, quod spectat ad animum, φρένα, prudentem et solertem, unde nascitur facundia. *Wr.*) 227 *at laeva* a m. pr. Medic. (*at* est prior, nata fortasse e praegressa syllaba, *ac* altera lectio Medicei; vid. Q. V. XXXV, 15, a. *Wr.*) *ac levi* Montalb. 228 *ignavum* Rom. *vigilansne* Goth. tert.

i. e. quae ante naves erant; Manil. IV, 46.: „ex exsule consul;“ vid. Oudend. ad Lucan. IV, 719. *Wr.*) 224. *lustrant choreis*, ornate, pro circumdant, circum natant. (— De vs. 225., ut etiam de vs. 223., vid. V. L. *Wr.*) 226. *puppim* tenet, nunc proprie; nam Aeneas clavum regebat vs. 218. (*ipsa* quam vim habeat, docet Q. V. XVIII, 2, n. *Wr.*)

228. *deum gens*. ut θεῶν γένος supra IX, 642 *Dis genite*,

Digitized by Google

Aenea? vigila, et velis inmitte rudentes.
Nos sumus, Idaeae sacro de vertice pinus,
Nunc pelagi Nymphae, classis tua. Perfidus ut nos
Praecipites ferro Rutulus flammaque premebat:
Rupimus invitae tua vincula, teque per aequor
Quaerimus. Hanc Genetrix faciem miserata refecit,
Et dedit esse deas, aevumque agitare sub undis.
At puer Ascanius muro fossisque tenetur
Tela inter media atque horrentis Marte Latinos.

230. SUMUS ID.

229 *ac ventis* ed. pr. Burm. (— 230. Post *sumus* interpungitur in Mediceo; recte utique! *Nos sumus*, i. e. bene illae tibi cognitae; Germanice: *Wir sind's, die Idaeischen Fichten*, non *Wir sind die Idaeischen Fichten*; vid. Q. V. XVII, 1. Ceterum Ilgenius ad Copam p. 50. sic struendam orationem contendit: *Nos sumus pinus de sacro vertice Idaeae*, i. e. Cybeles, matris Idaeae; eodemque modo infra vs. 252. *Idaea, alma parens deum*; nec repugnarem, nisi utrobique nomen esset, cui *Idaea* recte adiungas. *Wr.*) 231 *Nos pelagi* Exc. Burm. *Fervidus ut nos* emendabat Io. Schrader., ut IX, 72, et saepe alibi. Sane et hoc ferri potest, et illud. Contra VII, 24 *vada perfida* coniicit, ubi *fervida*. Sane utrumque bene. 232 *flammisque* Goth. tert. *petebat* alter Hamb. pro var. lect., alter a m. pr. 233 *Rupimus* Heins. scripsit cum vetustioribus, etiam Pier. codd. parte. Alii *Rumpimus*. 237 Io. Schrader. coni. *ardentes Marte L.* At vid. Not.

Διογενές. 229. *velis immitte rudentes*, ut vela laxentur ad ventum excipiendum. Sic sup. VIII, 708 *Ipsa videbatur ventis regina vocatis Vela dare et laxos iam iamque inmittere funes.* Sic *immittere habenas, frena,* alibi. cf. sup. V, 146. 147. Nec tamen *immittere* per se aut est aut esse potest laxare; quod olim ipse putabam, sed est concitare, incitare; et, ubi vela laxantur, rudentes non laxantur, sed intenduntur. (— De vs. 230. vid. V. L. *Wr.*) 231. *Perfidus*, quandoquidem foedere iam inter Latinos Troianosque facto bellum moverat. (— 232. *Praecipites*, an in litore stantes adclivi et ad praecipitandum facili? an ex natura navium epitheton sumtum, eo fere modo, quo canis appellatur latrans, equus sonipes, asinus auritulus, agnus laniger, aves quaedam praepetes? *Wr.*) 234. *Hanc Genetrix faciem refecit*, fecit, mutavit: nihil amplius. *dedit*, fecit ut, ἔδωκε Homer., ut iam alibi vidimus. 237. *horrentes Marte Latinos;* erunt igitur horrendi, qui horrorem faciunt, bello, pugna; cuius significatus me exemplum in Marone desiderare supra ad exordium Aeneidis fassus sum, cum *horrentia*

Digitized by Google

Iam loca iussa tenet forti permixtus Etrusco
Arcas eques. Medias illis opponere turmas,
Ne castris iungant, certa est sententia Turno.
Surge age, et Aurora socios veniente vocari
Primus in arma iube, et clipeum cape, quem dedit ipse

238. TENENT

238 *tenent — Arcas eques* e Medic. Heins. et late illustravit. Vulgo *tenet.* (quod revocavi; vid. Q. V. VIII, 2, a.; *tenent* etiam 2. 3. Ceterum illud non plane praetereundum, quod in Mediceo, distinctione post *tenent* facta, non iunguntur haec *eques tenent.* Si defendere velis pluralem, certe non eo, quo Heinsius, modo defendes; sed *tenent Arcas eques Etrusco permixtus* idem esse dices, quod *tenent Arcas eques cum Etrusco*, de qua ratione vid. inprimis Gronov. et Drakenb., quosque hic laudat, ad Liv. XXI, 60. Oudend. ad Appulei. Met. lib. III. pag. 224. Ruhnken. in Terent. Dictat. p. 160. et Ruddim. Inst. Gr. Lat. Vol. II. p. 29. et 34. edit. Lips.; quorum Gronovius, et hunc secuti alii, falso id loquendi genus etiam ex Virgilii, qui eo abstinuit, Aen. I, 292. illustrant. *Wr.*) *commistus* Ald. pr. (— 239. *illi* Medic., sed *s* superscripta. *Wr.*) 240 *Nec c.* Franc. *iungant castris* pr. Moret. *iusta est s.* Hugen. 242 *Pronus in arma* aliquot Pier. *quem dedit ingens* aliquot Pier. Mentel. et pro div. lect. Sprot.

Martis arma explicarem. Possit *umbras horrentes* aliquis sic accipere lib. I, 165 et 311. III, 230, verum umbrae sunt ibi ipsae arbores, et sic *dumi horrentes, rubi horrentes, horrentia lustra* dicta sunt, quatenus *horrent* omnia, quae superficiem habent inaequalem et asperam. Quibus opponuntur ea, quae nitent. Hinc omnino *horrere* pro asperum esse atque hinc squalere interdum: ut *apes horrent* Georg. IV, 96. *terra horret* III, 161. Atqui nec hic aliter dictum arbitror: sed *Latini horrent Marte* h. armis: exquisita dictio, pro habentes arma horrentia, hastas crebras erectas: dum stant in acie densis ordinibus et pugnant. Ut Ennianum se habet: *Horrescit telis exercitus asper utrinque.* (Graecorum φρίσσειν et *horrere* idem sonant et valent. cf. Toup. Emendatt. in Suid. p. 168. *Ruhkopf.* P. I. p. 140. edit. Lips. *Wr.*) Aliter Valer. Fl. VI, 424. 425 *arma horrentia* dixit de thorace aspero squamis seu ornamentis ex aere sculptis. Ex Lucano I, 445 *horrens feris altaribus Hesus* commode *horrendus* accipi posset, nisi communis poetarum mos suaderet ad squalorem et incultam ac rudem faciem dei referre, quae saevitiam arguit, saevum enim declarare deum voluit, ut *immitis Teutates* et *Taranis non mitior ara.*

238. *Iam loca iussa tenet.* Refert et hoc Servius ad ea, in quibus κατὰ τὸ σιωπώμενον aliquid intelligendum sit, „nam intelligimus, eum equites misisse per terras.“ Sane quidem supra VIII, 548 sqq. cum in Etruriam pergit Aeneas, parte sociorum in comitatum assumta, ceteros iubet

Digitized by Google

Invictum ignipotens, atque oras ambiit auro.
Crastina lux, mea si non inrita dicta putaris,
Ingentes Rutulae spectabit caedis acervos.
Dixerat: et dextra discedens inpulit altam,
Haud ignara modi, puppim. Fugit illa per undas

et duo Burm. cum Erf., sed *ingentes acervi*, monet Heinsius, mox subsequuntur. (Ortum *ingens* videri potest ex eo, quod a manu priore praescriptum legitur scholio Hateriani, de quo vid. ad vs. proximum, QUEM DEDIT IGNE; id ipsum IGNE natum videtur e male intellecto eodem scholio, et ab alia manu in IPSE mutatum refert Maius. *Wr.*) 243 Quotiescunque hunc versum recitavi, hemistichium sensi languere, *atque oras ambiit auro*, itaque ab alia manu ad explendum versum insertum arbitratus sum. Nunc video apud Burm., etiam Ortuinium, quisquis ille est, a manu indocti monachi adiecta illa credidisse. Nisi dixeris, ipsi poetae versum excidisse. (Visa haec mihi quoque otiosa fuerant in Not. ad I, 678.; sed vid. Q. V. XXXIIII, 4. Haterianus in scholiis a Maio editis legisse videri cuipiam poterit: *igne potens.* Sed legit et ipse haud dubie *ignipotens*, ut tamen ignipotentem Vulcanum ita dici existimaret, quod clipeus ille „etiam igni invictus" fuisset. *Wr.*) 244 *Crastina lux*; deficere hic verbum, sc. aderit, veniet, Burmannum putare potuisse, miror: nam Longo et aliis veteribus Grammaticis id condonandum est, qui vs. sq. *spectabis* legebant. *verba p.* pr. Hamb. 245 *spect. gentis* Gud. Ven. et Oudart. *spectabis* Medic. Bigot., et sic olim quidam legerunt, inter quos Longus apud Serv., male ipso Servio iudice; nam iung. *crastina lux spectabit.* Laudat Burm. Bentleium ad Terent. Hec. III, 1, 6. (*spectabis* vix dubites quin vitium traxerit e sono praegressi *ingentIS*, ut in Mediceo exaratum invenio, et proxime subiecti *caedIS.* Fuerunt etiam, teste Servio, qui *lux* antique pro *luce* positum arbitrarentur; nimirum nihil est tam absurdum, quod non alicui Grammatico in mentem venerit. *Wr.*) *spectabat* Hugen. *spectabunt* Exc. Burm. 246 *altam*; Montalb. pro div. lect. *actam.* 247 *modo* Dorvill. *undam* duo Burmann.

Tiberi vectos reverti ad castra et nuntiare Ascanio quae facta sint. Sed in his vix *equites* esse potuerunt (nam CCCC equites Euander et Pallas dederant VIII, 518. 519.), multo minus *Etrusci*, quos nondum adierat. Ad artificium itaque narrationis et suavitatem ex brevitatis studio hoc referamus, quod nunc illud innuit, quod facile intelligi potest: conscendisse Aeneam naves in portu Caeretano, equitatu in littore praemisso, qui ne castra intrare posset, Turnus obiecta copiarum parte cavebat. Nec tamen memoratur, cum his equitibus Tiberis traiiciendus esset, qua parte aut quo paratu id factum sit: ne Turnus ab escensione in alterum littus eos prohiberet. 240. *iungant* se: ut solet Maro. (—242. *Primus:* i. e. protinus, quum exorta erit Aurora; vid. Q. V. XXVIII, 4. De vs. 243. vid. V. L. *oras ambiit auro*, vid. Not. ad VI, 229. *Wr.*) 246. Locus, quem laudant, Apollonii est lib. II, 600. 601, ubi Minerva simili modo Argo in Symplegadas immissam protrudit. Alter locus nostro similior est lib. IV, 930 seq. Argo in Planctas adducta. 247. *Modus* non est ratio, mo-

Digitized by Google

Ocior et iaculo et ventos aequante sagitta.
Inde aliae celerant cursus. Stupet inscius ipse
Tros Anchisiades; animos tamen omine tollit.
Tum breviter supera adspectans convexa precatur:
Alma parens Idaea deum, cui Dindyma cordi,
Turrigeraeque urbes, biiugique ad frena leones;
Tu mihi nunc pugnae princeps, tu rite propinques
Augurium, Phrygibusque adsis pede, diva, secundo.
Tantum effatus. Et interea revoluta ruebat

256. EFFATUS; ET

248 *ventos sectante s.* Sprot. Est ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο. 251 *supera spectans* aliquot Pier. et Heins. (etiam Medic., sed inserta supra *a*; vid. Q. V. XII, 14. *Wr.*) *superaspectans* duo Moret. et Hugen. *supera breviter spectans* ed. pr. Burm. οὐρανὸν εἰσανιδὼν Homericum est Il. ω, 307. (— 252. *Alma parens, Idaea, deum*: sic interpungendum censet Ilgen.; vid. V. L. ad vs. 230. *Wr.*) 254 *Tu mihi nunc princeps pugnae*, suaviore sono Wakefield e cod. Coll. Iesu. 255 *asis* Dorvill. *superbo* sec. Hamb. 256 *affatus* duo Burm. *est fatus* Goth. tert. *at interea* alter Hamb., non male, cum Goth. sec. (Et hoc fortasse erit qui amplectatur, coll. Q. V. XXXVII, 2, a. Sed superiores editores non perspexerunt ve-

dus propellendi; hoc esset tenue et ieiunum in epico poeta. Sed est, quod bene Servius monuit, moderatio. „Impulit navem libramento peritiae (malim *libramenti peritia*) et moderationis, quippe quae fuerat navis." 249. *Inde aliae*, sc. naves, *celerant cursus*, cum Aeneae navem evolare vident. Sic, puto, bene accipitur. Servius tamen argutius explicat: inde aliae Nymphae aliarum navium cursus celeriores efficiunt, sicut fecerat Cymodocea. 250. *omine*, ostento, prodigio. Mox v. 255 simili metonymia *augurium* dixit.

252. Vid. sup. IX, 80. 83. 618, ubi *Dindyma* ὄρη. 253. *Turrigerae urbes*: Hinc ipsa Cybele turrita: est enim mater Terra sup. lib. VI, 786; cui curae sunt, quae amas, *ad frena leones*, frenari solitos; ut *ad lecticam servi, ad limina custos* supra IX, 648, (*famuli ad limina* Sil. Ital. I, 66. vid. Ruhnk. Dictata ad Terent. Andr. I, 1, 30. *Wr.*) — 254. *pugnae princeps*, πρόμαχος, h. l. opitulans. 255. *tu rite propinques augurium*: h. e. fac ostentum hoc rite eventum suum habere. Ita interpretandum arbitror. *Propinquare* poetae et alibi est admovere, adducere, fere ut πελάσαι Homericum. *Augurium* autem, ut omen, oraculum, sors, saepe, pro eventu. Est igitur: fac eventum ostenti haud longe abesse. Ut sensus sit, quem alii volunt: *tu praesens sis et propitia hoc augurio*: Cybele deberet propinquare ipsa cum augurio. Nec Barthius bene apud

Digitized by Google

Matura iam luce dies, noctemque fugarat:
Principio sociis edicit, signa sequantur,
Atque animos aptent armis, pugnaeque parent se.
Iamque in conspectu Teucros habet et sua castra,
Stans celsa in puppi: clipeum cum deinde sinistra
Extulit ardentem. Clamorem ad sidera tollunt

257. MATURA — — FUGARAT,
258. PRINCIPIO
259. ATQUE AN.

ram rationem structuramque huius et sequentium vss., quam emendata iam interpunctione et coll. Q. V. XXXV, 8. facile deprehendes. *Wr.*) 258 *edicit sociis ut* Oudart. *bella sequantur* Vratisl. Nec vero in *signa sequi* argutandum, an aevo Troiano signa militaria habuerint. 259 *aptant* aliquot Burm. *optant* sec. Hamb. pro var. lect. *armant* a m. pr. *pugnaeve* Oudart. *aptent* et *parent* idem sunt. (*aptent animos* pro vulgari *aptent se* dictum videtur, ita tamen, ut strenue id facere iubeantur. Erit tamen fortasse, qui *Atque manus aptent* scriptum malit. Sed tutum ab omni emendandi conatu praestat poetam Auctor Epitom. Iliad. vs. 155.: „arma parari Dux iubet, atque animos aptari et pectora pugnae." *Wr.*) 261 *cum* ex Pier. et suis reposuit Heins. pro vulgari *tum.* (quod est in Palat. et 7. Putaveram olim, punctum post *puppi*, colon post *ardentem* ponendum esse; et ita interpunxit Iahnius. Nunc video, ita fieri, ut excitata rerum, quae consecuturae sint, per vs. 258. sq. exspectatio rursus elanguescat nexusque sententiarum per verba *Principio* et *deinde* indicatus interrumpatur. Quae autem sequuntur, *Clamorem ad sidera tollunt, cet.*, per ipsum placent τὸ ἀσύνδετον in tanta orationis atque animorum alacritate. In soluta quidem oratione, eaque sedata, ita pergeres: quo viso clamorem tollunt. Sed in talibus omittendis ipsa saepe cernitur vis, nunc poetica, nunc rhetorica. *Wr.*)

Burmannum *praesentior et propior augurio adsis.* Cerda ait esse: propitium facias augurium; sed id in altero subiicitur: *adsis pede, diva, secundo.*

256. 257. ornate: *revoluta ruebat* pro revolvebatur, redibat; *ruebat* pro veniebat, ut supra II, 250 *ruit oceano nox. matura luce:* adulto die. (aliter ac Ge. I, 66 *adultis solibus*, aestate provecta, et iterum aliter, Tibull. IV, I, 205 *matura dies* de morte praematura.)

258. Parat nunc Aeneas escensionem facere. Occurrit Turnus. Fit pugna in littore, ad prohibendos Troianos, ne escensionem faciant: quod novum pugnae genus poeta ingeniose commentus est. Edicit, ut ad signa conveniant Troiani; (potius: ut exsequantur, quae per signa imperata fuerint. *Wr.*) ut *animos aptent armis*, pugnam exspectent, eique se accingant. (vid. V. L. *Wr.*) 261. *Clipei* a Vulcano fabrefacti usus nunc a poeta non male in medium adducitur.

Digitized by Google

Dardanidae e muris; spes addita suscitat iras;
Tela manu iaciunt. Quales sub nubibus atris
Strymoniae dant signa grues, atque aethera tranant
Cum sonitu, fugiuntque notos clamore secundo.
At Rutulo regi ducibusque ea mira videri
Ausoniis; donec versas ad litora puppis
Respiciunt, totumque adlabi classibus aequor.

263 *e* deerat Romano. *D. omnes* Ven. (— 264. *nub. altis* Virgilium scripsisse exploratum habet Wakef. ad Lucret. IV, 183. *Wr.*) 265 *dant colla* Sprot., quod ornare aliquis possit de porrectis volantum gruum collis. Sed *dare signum* h. l. simpl. dant clamorem, v. Not. *aequora tr.* alter Hamb., quod et Io. Schrader coniiciebat, quia in Homero est, ἐπ' ὠκεανοῖο ῥοάων. At ibi est pro versus Austrum. *transnant* Dorvill. cum Goth. tert. ut solent recentiores. (— 266. *clangore* pro *clamore* poetae reddendum esse, persuasissimum est Wakefieldio ad Lucret. IV, 183, et pro *fugiunt* eidem legendum videtur *cupiunt. Wr.*) 267 *fama mira* Medic. a m. pr. 268 *versare ad* Ven. *proras* Leid., male. (per se quidem haud ita male; VII, 35.: „terraeque advertere proras;" et alibi. *puppes* Medic. *Wr.*)

Apud Homerum splendidior locus est, cum Achilles sola oris maiestate Teucros terrefacit Il. σ, 203. 215. In vss. 264 sqq. ad clamorem spectare comparationem recte monet Servius. (rectius dices: ad alacritatem animorum per signa quaedam declaratam. *Wr.*) Nam Troianorum multitudinem per gruum turbam poeta designare non potest, ut sup. VI, 310 seq., cum singuli in muris stent, non agmine incedant (conf. Lucan. V, 711 sqq. Stat. Theb. XII, 515 sqq.); multo minus telorum copiam. Ducta comparatio de Homero Iliad. γ, 3 sqq.; ambiguum videri potest de abitune gruum ad australes plagas an de reditu cogitarit poeta. Ad reditum spectare videtur *fugiunt notos.* at *nubes atrae* magis conveniunt discessui sub hiemem. Videbatur igitur probabilius, quia *nubibus atris* apposuit, poetam de abitu gruum in calidiores plagas, ingruente hieme, cogitare. vid. ad Aen. VI, 310. Nec aliter Homerus l. c. Non vero ad imbrem instantem evolantes grues Ge. I, 374. 375 huc traho. Itaque vers. 267 *notos* pro ventis hibernis ac pluviis dictos esse necesse est. *dant signa*, edunt clamorem; quatenus is pro signo est, eos volatu adesse vel abire. *Clamor secundus*, laetus, ut alibi quoque. Reditum gruum ex australibus plagis, redeunte vere, fundum comparationis fecere alii, quorum loca apposuit Cerda: sunt Statius Theb. V, 11 — 16. Valer. Fl. III, 359 sqq. Claudianus de b. Gildon. 474 — 478. Oppian. Halieut. I, 620 — 625. Nonni vero locus lib. XIV, 331 — 337 totus ex Homero est concinnatus.

Digitized by Google

Ardet apex capiti, cristisque a vertice flamma
Funditur, et vastos umbo vomit aureus ignes:

270 Versus iam in Aldd. sic legitur. *capitis* Rom. Sprot. et Montalb. cum ed. Pontana Macrob. V, 10, quod deterius est. cf. ad VII, 689. Tertius casus docte pro, in capite. (*capitis*, quod praefert Iahnius, aut ex interpretatione, aut ex sono proximi voc. *cristis* ortum; contra, quare *capiti* pro *capitis* scribere maluerint librarii, non intelligitur. *Wr.*) *tristisque* Faernus emendabat apud Ursin. et Cuninghamus, sicque Erf. legit. *a vertice* damnabat Pier., sed revocavit Heins. e Medic. et aliis, et ex Nonio ac Macrobio. Alii cumque iis idem Erf. *cristisque* ac *vertice* duce huius familiae Romano, quod equidem praeferam. (*ac*, quod exstat etiam in 2. 3. 7. 8. 11., recepit Iahnius; mihi quidem, quum apicem et cristas ardere dixerit poeta, supervacaneum et parum elegans videtur, etiam tertium, qui illa complectitur, adiicere verticem. *Wr.*) *que* etiam nonnullis abest, nec male. 271 *ac vastos* Goth. sec. *umbo aereus* cum Macrob. V, 13 aliquot Pier. cum Medic. Leid. et pro div. lect. Rottend. tert., utrumque recte. conf. inf. 884, sed *aureus* poetica oratione dignius. (Licet quidem *aereus* eo defendere, quod infra vs. 887. Aeneae clipeus *aeratum*, quae est

269. *totumque allabi classibus aequor.* Docte de magna navium copia, ad Rutulorum phantasiam, et ad admirationem faciendam accommodate. Vulgari oratione classis allabitur late per totum mare. Nunc mare ipsum, quam longe prospectus patet, navibus tectum, videtur adfluere ad littus cum *classibus*. Nec aliter Servius. 270—275. De summo armorum Aeneae, quae a Vulcano erant facta, splendore cogitandum est, quem per ignem et flammam reddi sollenne est; Homerus vero ipsam flammam exire fecit armis. Plura sunt Homerica loca, quae Maro ante oculos habuit, quae ab otioso diligenter comparari possunt, adscribere ea non vacat: primum splendidissimum illum de Diomede Iliad. ε, 4—7, quem variávit in Achille Il. σ, 205—214. Ad hunc inprimis respexisse videtur Maro. Comparandus quoque sup. VII, 785—788. Mox v. 272 comparationem *cometae* de suo adiecit Maro: nam Iliad. δ, 75—77 de stellae traiectione agit, non de cometa. Maronem imitati sunt, quos Cerda laudat, diligenter Silius lib. I, 460—464, et Claudian. de R. Pros. I, 230—234, qui Homericum locum modo laudatum ad verbum expressit. Quomodo nostri poetae excellere et superare possint veteres, exemplum esto hoc Miltoni *Parad. Lost* lib. II, 708 sqq., ubi cometen exustum igni et consumtum ab Ophiucho flammare et coma quassa pestem et famem immittere dicit. Sed Sirii seu caniculae comparatio tota debetur Homero: Iliad. χ, 26—33 de Achille. Cum aestu, qui sub huius sideris ortum exoritur, in iis terris febres tentant homines malignae: conf. Apollon. II, 518—521 et Schöl. Cic. de Div. I, 57, et Davis.; hinc mox: *Ille sitim morbosque ferens.* 270. *apex;* cogitavit λόφον, conum, cui crista inserta; designat tamen totam omnino galeam aere coru-

Digitized by Google

Non secus, ac liquida si quando nocte cometae
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor:
Ille sitim morbosque ferens mortalibus aegris
Nascitur, et laevo contristat lumine coelum.
Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
Litora praecipere, et venientis pellere terra.

ibi omnium librorum lectio, *tegmen* vocatur. Sed in eiusmodi re non semper poetae sibi constant. Atque haud scio, an Grammatici versus 884. et 271. lectionem ad ipsum illum locum conformaverint. Ceterum *ignis* Medic. *Wr.*) *movet a.* Montalb. 273 *Sanguineae* multi apud Burm., (cum 7. 12. *Wr.*) et duo *ac Syrius.* Est autem *Sirius* adiectivae formae; Σείριος ἀστήρ, unde h. l. *Sirius ardor.* Vocem peregrinae esse originis, dubitare non debebant veteres grammatici. Wakefield ita interpunxit: *aut Sirius ardor Ille, sitim morbosque ferens mortalibus aegris, Nascitur, et* — Erit adeo comparatio haec: *umbo vomit ignes, non secus ac Sirius ardor ille nascitur*: quae nescio an bene procedant. (Tollendum esse post *ardor* interpunctionem censet etiam Vir Doct. in Diariis literar. Ienens. 1832. nr. 57. p. 453.; neque enim recte iungi *rubet ardor*, et *si quando* recte de cometis dici, qui interdum, non recte de Sirio, qui quotannis stato tempore oriatur. At *Sirius ardor* quum sit idem, quod *Sirius ardens*, nihil impedit, quominus verbum *rubent* etiam ad Sirium pertinere statuas; et *Lunae candor rubens* legitur apud Ovid. Met. IV, 332.; tum, utro haec modo iunxeris, repetendum erit non *si quando*, sed solum *si.* Id tamen, quod Heynium offendit, non sollicitabit eum, qui meminerit Aen. XI, 454. sqq.:

Hic undique clamor
Dissensu vario magnus se tollit ad auras:
Haud secus, atque alto in luco quum forte catervae
Consedere avium, piscosove amne Padusae
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.

quo loco ut id, in quo vis est comparationis, declarant, quae subiecta sunt, ita hic, quae praecesserunt; quamquam, quum ardor nasci dicatur, vix, ut ad superiora redeamus, opus est. Vides igitur posse haec utroque modo distingui; sed si necessaria esset mutatio, certe commata post *ardor* et *aegris* ponerem, ne iungatur *ardor ille*, sed *Ille ferens*, cf. Q. V. XXI, 8. Vulgatam interpunctionem tuetur Mediceus; itaque intacta haec reliqui. Ceterum facile vides versus 274 sq. respondere praegressis verbis *Sanguinei lugubre. Wr.*) 275 *laevo.* Schraderus: f. *saevo.* (ita scribendum putat etiam Wakef. ad Lucret. VI, 1. *Wr.*) *circumstat l. c.* Goth. tert. 276 *Haud tunc* Erf. 277 *praecipere* Heins. e Pier. et suis post

scantem. 272. *liquida nocte:* translate ab aere liquido, pro clara. 274. *Ille nascitur*, oritur *ferens*, h. e. ille ortu suo fert, *sitim morbosque*, nimium aestum et febres. Adiecta haec ad exornandam et amplificandam comparationem, ex more poetae ad exemplum Homeri. 275. *laevo lumine.* noxio, ut *infelix. contristat caelum*, magna cum vi pro, fulget. (contristare coelum dicitur, quod videntes eum in coelo fulgentem et infaustum aliquid minantem sollicitudine anguntur, s. contristantur. *Wr.*)

Digitized by Google

Quod votis optastis, adest, perfringere dextra. 279
In manibus Mars ipse, viri. Nunc coniugis esto 280
Quisque suae tectique memor; nunc magna referto

278. *ULTRO ANIMOS TOLLIT DICTIS; ATQUE INCREPAT ULTRO.*

Ge. Fabric.; vulgg., etiam Serv., (cum Palat. et 4. 7. 11. *Wr.*) *praeripere*, quod toties in eius locum successit. Ait Burmann., melius hoc convenire audaciae Turni. Sed poeta doctius vocabulum amplecti mavult, quod eandem vim habet, ante capere, occupare. („Cod. *praecipere*, et supra positum signum respicit marginalem notam, ubi aliud ponitur verbum; sed literae sunt fere omnes deperditae." Haec Foggin. p. 454. *Wr.*) 278 Abest hic versus Mediceo et aliis Heins., in aliis superiori praeponitur, ut satis constet esse huc retractum ex sup. IX, 127. Omissus nunc in ed. Parm. (Eieci et ipse hunc versum. Exstat is in Palat. „Necessarius ad orationis contextum mihi videtur versus Aen. X, 278. modo distinctionem emendes: *Ultro — ultro*: *Quod votis* cet. Absente enim hoc versu, desideraretur v. *dixit* vel *inquit*, et Turni oratio abrupte nimis inciperet." Haec Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 67. At omitti interdum talia verba, quae a narrando ad orandum transiri indicent, vidimus in V. L. ad III, 84. *Wr.*) 279 *Quos v.* Pet. Daniel. edit. *optatis* aliquot apud Burmann. *perstringere* pr. Hamb. pro var. lect. *perfingere* Dorvill. *perfringite* Parrhas. *perstringite* Ed. Ven. Burm. Sed dictum ut *aciem perfringere*, perrumpere. 280 *In manibus Mars ipse viris* olim editum, et sic Mediceus cum aliis, inter quos tres Goth. cum Erf. Habet hoc ipsum quod placeat. *viris* pro vobis: sed cum adiuncto, si viri estis. Pro altera lectione, *viri*, quam Naugerius intulit, stat Rom. cum aliis, etiam Ge. Fabricii codice, qui hoc praeferebat tamquam acrius adhortantis verbum. (*viri* etiam Palat. et 8. in manibus esse proprie dicitur id, quod tenemus, tum, quod modo tractamus, ut ap. Cic. de Republ. II, 37.: „milites bellum illud, quod erat in manibus, reliquerunt." vid. ibi Moser. Hinc transfertur ad possessionem rerumque potestatem, ut Aen. IX, 132.: „Terra autem in nostris manibus." Ge. II, 45.: „In manibus terrae;" ubi vid. Heyn. adde Sil. Ital. I, 303. XII, 196. XVI, 85. cfr. etiam XV, 573.: „Superi, stet Roma, cadatne, In pedibus posuere tuis;" vide etiam, si placet, quos laudat Arntzen. ad Panegyr. vet. p. 703. Itaque *In man. M. i. viris*, quae est omnium Heinsii codicum scriptura, ita accipio: totum bellum nunc confici potest a vobis, si viri estis; vid. Q. V. XVIII, 2, n. Sed oppositi ratio suadet, ut haec ita intelligamus: antea eminus pugnandum fuit; nunc, quod dudum optastis, potestas facta est conserendi manus. Caes. B. G. II, 19.: „incredibili celeritate ad flumen decurrerunt; ut paene uno tempore et ad silvas, et in flumine, et iam in manibus nostris hostes viderentur." Vid. etiam modo laud. Q. V. 2, r. Huic autem sententiae parum convenit lectio *viris*, quae crebro recurrenti in hoc versu literae *s* deberi videtur. *Wr.*) *Mars ecce* pro var. lect. pr. Hamb. 281 *testisque* Goth. tert., belle vero testis seu testiculus, post, *coniugis suae*: tum *non m. r.* idem. *referte* Gud. a m. pr.

276. Turni et animus et oratio digna heroe. *littora praecipere*, ante capere, occupare. 279. *perfringere*, grave verbum, pugnare cominus, cum adhuc castra oppugnassent: ductum ab eo, quod *perfringere aciem*, perrumpere, pugnantes dicuntur. 280. *In*

Digitized by Google

Facta, patrum laudes. Ultro occurramus ad undam,
Dum trepidi, egressique labant vestigia prima.
Audentis Fortuna iuvat.
Haec ait, et secum versat, quos ducere contra,
Vel quibus obsessos possit concredere muros.
Interea Aeneas socios de puppibus altis
Pontibus exponit. Multi servare recursus

282. FACTA PATRUM,

scil. *viri*, sicque malebat Heins., scilicet doctius hoc arbitratus. 282 *laudesque* Egnatius videtur correxisse, sicque edd. eius: etiam P. Dan. ed. idemque bini Goth. habent; improbat copulam Ge. Fabric., vix ego, qui eam desidero; etsi τὰ κλέα respicit poeta. Saltem *Facta*, *patrum laudes*; distinguo; ut olim nonnulli in Servianis. *et laudes*: *ultro* Iul. Sabin., hoc et Erf.; et forte praeferendum. (*Facta*, *patrum l.*, ita interpunxit Iahnius; recte; videtur etiam aliqua interpungendi nota in Mediceo post *facta* apparere. Et *magna facta* quidem idem est, quod *laudes*; quare nisi aliquid adiungitur, mirifice languet illud *laudes*. Copula in quibusdam libris vel interposita, vel subiuncta nihil, nisi iam olim hic offensum esse declarat. *Wr.*) *accurramus* Leid. *curramus* Exc. Burm. *ad undas* Ven. cum Goth. tert. *ad amnem* pr. Hamb. pro var. lect. 283 *egressiq.* Rom. et plerique alii Pier. et Heins. scripti fere omnes. Cur ergo non receptum? magis haud dubie figuratum: *egressi labant vestigia prima* h. vestigiis primis. vulg. *egressis*, et *egressusque* aliquot Pier. (*egressis* Palat. et Medic. a m. pr. *Wr.*) *primi* sec. Moret. *primo* pr. Hamb. pro var. lect. 284 *Audaces* pr. Hamb. a m. sec. (*audentis* Medic., sed *i* in *e* conversa. *Wr.*) *iuvat viresque ministrat* Leid., interpolate. Ennius dixerat: *Fortibus est fortuna viris data*, ap. Macrob. VI, 1 extr. 285 *quos d. mavult* Goth. tert. 286 *posset* Hugen. *committere* pr. Hamb. pro var. lect. *conducere* Sprot. a m. pr. 288 *recessus* codd. ap. Pier., quod pro interpretamento habeo; est enim h. l. de loco, quo fluctus recedunt, quousque unda procurrit seu recurrit.

manibus Mars ipse. Nunc res ad discrimen adducta. Pugnandi tempus, quod optastis, adest; *in manu pugna*, pugnandi opportunitas est. Adhuc enim oppugnatio castrorum facta erat, non acie pugnatum. (vid. V. L. *Wr.*) *referto* animo, memor esto, quod modo praecessit: itaque nolim accipere, exprimito, imitator. *laudes*, κλέα ἀνδρῶν, praeclara facta. conf. Iliad. π, 207—209 et ad sequentia Iliad. ο, 661 sqq.

288. Pontes: τὰς ἐπιβάθρας et ἀποβάθρας navium dixit. Illustrant vocem Cerda et Guell. *servare recursus Languentis pelagi.* De refluxu reciprocantis maris accipi nequit: nam eum profecto nunc non expectarunt: sed sunt *loca vadosa* littoris, non abrupta, sed declivia, in quibus deficiunt extremi fluctus. *recurrit*, currit, procurrit, adeo fluctus per magnum arenae spatium; is locus, qui fere in sinuosis littorum plagis esse solet, est *recursus pelagi languentis*: et eadem

Digitized by Google

Languentis pelagi, et brevibus se credere saltu;
Per remos alii. Speculatus litora Tarchon,
Qua vada non spirant, nec fracta remurmurat unda,

290. TARCHO

290 *Tarcho* de hoc v. ad VIII, 506. (ubi *Tarchon* hic aliisque locis scribendum vidimus. Ceterum *spiculatus* in Medic. prius scriptum fuerat. *Wr.*) 291 *spirant* secundum Rom., aliosque vetustiores Pierianos, tum Medic. duosque Voss., (et Serv. Dresd. *Wr.*) nec non ed. Iunt.; adde Colot. et binos Goth., item Iul. Sab., Heinsius recepit; *spirat* a m. pr. tert. Rottend. (et 7. 11. 12. *Wr.*) Vulgo: *sperat*, qua non sperat, locum esse vadosum: id quod alienum ab h. l. Erat olim quoque *sperant*, (ut est in 3. 8. *Wr.*) cui praeferebat *sperat* Servius; sicque plerique libri et, qui familiam ducit, Romanus. (Mira repugnantia! Nempe Pierius *spirant* in Romano, Bottarius *sperat* in eodem se invenisse testatur. *sperat* etiam Palat. *Wr.*) *superat* Franc. *spectat* edd. nonnullae ap. Pier. Sed *spirant* Heins. illustrat ad fastidium usque plurimis locis, in quibus sententia plurimum ab hoc loco diversa est. Nunc enim est aestuare, inflatum esse, fluctus movere, *κορύσσεσθαι*. Iam Ge. I, 327 vidimus: *fervetque fretis spirantibus aequor*, ubi alii *spumantibus*, quod pro interpretamento est: etiam h. l. nonnulli Pieriani: *spumant*. Alia exempla dabit Heins. hic et ad Georg. l. l. (Ita multis locis *spirare* in *sperare* mutatum a librariis deprehendimus; supra III, 600. *sperabile* a m. pr. in Mediceo pro *spirabile* scriptum vidimus. Probe intellexit Bonstetten, *Voyage sur la scène des six derniers livres de l' Enéide* p. 97 sq.,

sunt *brevia:* conf. sup. I, 111. V, 221. (Facillime totum hunc locum expediveris, si hanc escensionem sub initium accessus maris fieri statues; idque maxime suadet vs. 292.; quem minime necesse est, repudiato proprio verborum significatu, in aliam sententiam detorqueri. Is accessus, ut infra per crescentem aestum, sic hic per vocabulum recursus denotatur; sed modo incipere crescere mare, indicatur per adiectum *languens*, i. e. quod modo languebat ex reciprocatione aestus. Tum autem, ut ex vs. 292. intelligitur, optime observari poterant vada et brevia. Itaque hoc mihi quidem videtur dicere poeta: servare, s. observare, speculari, sub primum accessum maris loca, quae vado transire licet, s. vadum, brevia. *Wr.*) Non autem animo dimittendum, agi haec in ostiis Tiberis, ubi mare sese infert aliquantum flumini, turbatumque, et vento adverso spirante adactum, retundit flumen veniens, et intra ostia late ipsum immittitur. 290. *Per remos alii:* assumendum: terrae se credere saltu: remis, pro contis littore infixis quibus nixi in littus prosiliunt.

290. Tarchon morae impatiens, vel cum navium periculo, in molli, qua ad littus aditum mare satis profundum daret, anfractu littoris, terrae declivi impingit navem remis concitatam, ut in ea considat et ipsum solum pro firmamento ac retinaculo habeat;

Digitized by Google

Sed mare inoffensum crescenti adlabitur aestu,
Advertit subito proras, sociosque precatur:
Nunc, o lecta manus, validis incumbite remis;
Tollite, ferte rates; inimicam findite rostris
Hanc terram, sulcumque sibi premat ipsa carina.
Frangere nec tali puppim statione recuso,
Adrepta tellure semel. Quae talia postquam
Effatus Tarchon: socii consurgere tonsis,
Spumantisque rates arvis inferre Latinis,
Donec rostra tenent siccum, et sedere carinae

299. TARCHO

confirmari lectionem *spirant* per ea, quae subiiciuntur: *nec fracta remurmurat unda.* Minime autem probabile est, quod Iahnius ait *spirant* ex interpretatione alterius hemistichii natum videri. *Wr.*) Mox *fracta*: *strata* pro var. lect. pr. Hamb. 293 *proram* Medic. a m. sec. (est ea altera Medic. lectio, vera fortasse; vid. Q. V. VIIII, 3, XI. et cf. vs. 297. 307. *Wr.*) 294 *Nunc electa* tres Burm. 295 *Tollite forte* Waddel. Animadv. crit. p. 35, perperam. Si coniecturae indulgere vellem, dicerem me malle, *Pellite*, *ferte*, *rates*; h. impellite. Sed *ferre*, *tollere*, ad motum navis remorum impulsu iactatae et elevatae spectare potest. *fundite* Ven. (et Serv. Dresd. *Wr.*) *scindite* Zulich. Heinsius coni. *figite*. 296 *premet* pr. Hamb. *illa c.* sec. Hamb. et Montalb. 297 *puppes* Rom. Medic. et alii pervetusti Pieriani: item Gud. a m. pr. Sprot. Moret. bini et Regius, idque Catroeus sequutus. (*puppes* 3. 8. idque recepit Iahnius. Mediceum ab Heynio laudatum intellige eum, quo Pierius est usus; nam praestantissimus ille Mediceus, quem Heinsius contulit, tuetur *puppim*, ut exstat apud Foggin., cum plerisque Heinsianis. *puppes* s. *puppis* inde ortum, quod proximum voc. a litera *s* incipit. *Wr.*) 299 *Affatus* Zulich. *Est fatus* pr. Hamb. a m. sec. *Sic fatur* Bigot. *Sic fatus* Goth. tert. v. sup. 256. *Effatus T. sociis* Medic. (sed ultima litera transfossa et distinctione ante hoc voc. posita; idem Mediceus *Tarchon*, quod restitui; vid. V. L. ad VIII, 506. *Wr.*) 300 *armis* et hic aliquot. *referre* Ven. (*spumantes* Medic. *Wr.*) 301 *sidere* tert. Rottend., quod

ut nostro quoque tempore solent nautae salutis spe abiecta naufragium facere voluntarium in amico littore. Conf. Act. Ap. XXVII, 39 sqq. Feliciter res succedit ceteris, molle ac limosum solum nactis, excepta Tarchontis navi. *Qua vada non spirant*, aqua non aestuat, nullos fluctus movet, adeoque scopulis non alliditur aut latentes scopulos arguit. 292. *crescenti aestu.* Nec hoc de aestu maris reciproco accipere licet: ne de mari quidem tempestate moto: sed de provolutis latius maris fluctibus, qui si locum littoris molli clivo assurgentem acceperint, eo explicant se et late exundant adeoque *crescere* videri possunt: *aestum* autem pro fluctu, ut poeta, dixit. (Sed vide a me notata ad vs. 288. *Wr.*) 295. *Tollite*, attollite remos puta, *ferte*, impellite, agite navem;

Digitized by Google

Omnes innocuae. Sed non puppis tua, Tarchon.
Namque, inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo,
Anceps sustentata diu, fluctusque fatigat:
Solvitur, atque viros mediis exponit in undis; 305
Fragmina remorum quos et fluitantia transtra
Inpediunt, retrahitque pedem simul unda relabens.

302. TARCHO

verum videtur; saltem proprium hac in re. v. Heins. Adde Tacit. Ann. II, 6 *quaedam planae carinis, ut sine noxa siderent.* (Nempe *sedere* hic fit a *sido*, non a *sedeo*; vid. V. L. ad Ecl. VII, 1. et Aen. III, 565. *Wr.*) 302 *innocue* Medic. a m. pr. Cuninghamus emendat: *innocuum*, perperam. Quorsum enim mutes id, quod per se bene poeticum est. (Scripsi *Tarchon*, ut est in Medic.; vid. vs. 299. *Wr.*) 303 *Iamque* Hugen. *infricta* alter Hamburg. *pendit* tres Burm. *vadis dorso* per appositionem dicta iungebat olim Probus apud Servium, male. 304 *fatigant* pr. Hamb. et Zulich. cum Erf. At vid. Not. Malim vero interpungere: *Anceps sustentata, diu fluctusque fatigat.* (minime, vid. V. L. ad Ge. I, 142.; tum *diu* praegressis adiungendum, ut aliquid novae notionis accedat; aliter verba *anceps sustentata* parum differunt a verbo *pendet*. *Wr.*) 306 *remorumque et* Mentel. pr. *effluitantia* tert. Rottend. cum parte Pierianorum. *fluctuantia* Dorvill. (*Fragmine* videtur legisse Arusianus p. 241. edit. Lindem. *Wr.*) 307 *pedes* ante Heins., quod tuetur Romanus; sed meliores et ipsius et Pier. elegantius, *pedem*: nam alterum vulgus loquitur. (*pedes* recepit Iahnius; *pedem* est altera Medicei et paucorum praeterea codd. lectio; quam tamen retinendam duxi, quod *pedes*

mox v. 300 *inferre* littori. Hinc Claudian. de B. Gild. 491 *Quassatis cupio tellurem figere rostris.* 299. *consurgere remis*, conf. supra v. 294 et 208. alibi *insurgere remis*.

301. *siccum* de littore, ut Ge. I, 363 *In sicco ludunt fulicae*, et Homerus, ξερὸν, ξηρὸν, pro χέρσον, Odyss. ε, 402. *innocuae*, illaesae; passive, ex poetarum more. 302. 303. *dorso iniquo*. Bene Serv. „dorsum est durior arena (θὶν), quae remeantibus fluctibus plerumque densatur et in modum saxi indurescit, quod a nautis *pulvinus* vocatur.“ *dorsum* tale, ῥαχίαν, in medio mari sup. I, 110 vidimus. *iniquum*, noxium, exitiosum; uti quis *in locum iniquum adductus* dicitur. *pendet anceps sustentata*, suspensa, se librat, agitat, quoniam sulcum nullum impressit nec firmata carina stabilem habet sedem. conf. Lucan. IX, 337 et totum locum. *fatigat fluctus* navis, dum allabentes ac recedentes eos agit, versat (cf. ad lib. VIII, 94), adeoque librata ipsa fluctuum impulsu in diversas partes versatur; hoc magis poeticum, quam si *fluctus fatigat navem*. 307. *unda relabens*, fluctus littus alluens et ex allisu remeans; qui facit ut pedem in lubrico figere nequeant.

Digitized by Google

Nec Turnum segnis retinet mora: sed rapit acer
Totam aciem in Teucros, et contra in litore sistit.
Signa canunt. Primus turmas invasit agrestes
Aeneas, omen pugnae, stravitque Latinos,
Occiso Therone, virum qui maxumus ultro
Aenean petit: huic gladio perque aerea suta,
Per tunicam squalentem auro, latus haurit apertum.
Inde Lichan ferit, exsectum iam matre peremta,
Et tibi, Phoebe, sacrum, casus evadere ferri

311. STRAVITQUE,

facillime nasci potuit e proxime subiecta *e*; vid. vs. 293. et Q. V. VIIII, 2, c. *Wr.*) *simul ora r.* Goth. tert. 308 *capit* Goth. sec. 309 *in* abest hinis Burmann. *in littora* duo alii. 310 *invadit* quatuor Heins. (*agrestis* Medic. *Wr.*) 311 *statuitque L.* Goth. pr. (*pugna* Medic., sed *e* superscripta. Delevi comma, quod Heynius post *stravitque* posuerat. *Wr.*) 312 *Therone.* Est Θήρων. 313 *suta*, quod Rom. Medic. et alii vetust. agnoscunt, post Ursinum, Pierium et alios, asseruit Heinsius magna locorum copia, in quibus idem vocabulum restituit. *Scuta* vulgo lectum: (ita Palat. cum 10. 11.; vid. V. L. ad I, 63. *Wr.*) sed in *suta* Rom. et Medic. omnesque meliores consentiunt: thoracem sutilem ex aere h. ex aereis lamellis vel catenulis designat. 314 *suadentem* sec. Rottend. *hausit* alter Hamburg. 315 *Lichan* bene Heins. restituit e codd. ὁ Λίχας. Vulgo *Lycam*, corrupte: alii *Lychan*, *Lican*, *Lithan*, *Licham*, *Lycum*. Porro *et sectum* Oblongus Pierii, *exemptum* alius Pier. *exemplum* alter Menag. *exceptum* alter Hamburg. *excetum* Leid. 316 *satum* nonnulli vett. Pier.

308—310. Laudatur Attius in Hellenibus: *Signa extemplo canere et tela ob moenia offerre imperat.* Prudenter poeta primum Aeneam fortiter pugnantem inducit. *turmas agrestes, Latinos*, qui per agros habitabant: conf. sup. VII, 573. 582. VIII, 8 et IX, 607 sqq. 311. *omen pugnae* ad seqq. spectat: *stravit Latinos.* (vid. Q. V. XXXIII, 3, d. *Wr.*) 313. *aerea suta*, thoracem sutilem ex aere, hoc est, ex aereis lamellis vel catenulis. (*perque — per*, vid. V. L. ad Ecl. IV, 6. *Wr.*) Suberat thoraci 314 *tunica squalens auro*, aurea. *Squalere* perperam a squamis ducitur; sed, ut *horrere*, de asperitate superficiei, cuius oppositum sit, *laevor* ac *nitor*, dixere poetae, sic *squalere* videtur traductum primum ad superficiem sordido ac squalido colore vel nitore impuro, lutulento aut pulverulento, inductam, qualis in pisciun ac serpentum cute est, tum omnino de nitore quocunque, ut auri. Nam Accius in Pelopidis (apud Serv. h. l. et Macrob. VI, 7 f.) distinxit squalorem auri a squamis serpentis: *eius Serpentis squamae squalido auro et purpura Praetextae.* Est adeo *squalere* doctius dictum h. l. quam splendere. conf. ad Georg. IV,

Digitized by Google

Quod licuit parvo. Nec longe, Cissea durum,
Inmanemque Gyan, sternentes agmina clava,
Deiecit leto: nihil illos Herculis arma,
Nec validae iuvere manus, genitorque Melampus,
Alcidae comes, usque gravis dum terra labores
Praebuit. Ecce Pharo, voces dum iactat inertis,

321. CUM T.

317 *Cui licuit* vulgg., sed Romano praeeunte. *Quoi* ed. pr. Burmann. *Quod* Heins. e suis et Pier. emendavit. Utrumque Servius scriptum reperit. (*cui*, probatum Iahnio, etiam Palat., quo languidior fit oratio; ferrem, si opposita esset talis sententia: tum tamen non potuit telum Aeneae evadere. *Wr.*) *Quo* Gud. a m. pr., atque sic Markland. ad Stat. pag. 28 emendabat: *casus evadere ferri Quo licuit parvo?* Vix probabit tale acumen, quisquis Maronem noverit. Tum *Cesea, Cisea, Cissaea, Scissea, Scisea, Cyssea*, corrupte. Est Κισσεύς. 318 *Finalemque* Bigot. *Gyam* vulgg. ante Heins. Alius Gyas inter Troianos memoratus est lib. I, 222. 612 et al. (*Gian* Medic. a m. pr.; idem *sternentis*; idem *agmine*, sed *e* a manu recentiore in *a* mutata. Denique *Inmani* scripsisse poeta Wakefieldio videtur ad Lucret. V, 966. *Wr.*) 319 *Deiecit leto*: Io. Schrader. coni. *telo*, ut alibi: XI, 665. Ge. I, 339. At *sterni leto* v. c. Sil. Ital. X, 33. 320 *Nil v.* ante Heins. (quod probatur Cortio ad Lucan. VIII, 315.; cfr. notata ab eodem ad II, 106.; et ita Palat. *Wr.*) *Non* Goth. sec. 321 *comes ille* pr. Hamb. pro var. lect. *graves* ante Heins. *cum t.* idem e Medic. a m. pr. pro *dum*, quia mox *dum* redit. Sed: *A. comes usque, g. c.* aut *usque — dum* relinqui, et vs. seq. legi debet *cum*. (*dum* omnium librorum lectio, quam ego cum Iahnio revocavi; *cum*, ut pleraeque lectiones, quas prima in Mediceo manus exhibet, mendosum. Nec patitur ipsa ratio copulare *usque cum*. Nam *usque*, proprie loci adverbium, et locorum terminos indicans, spectat aut ad id, quod extremum est, sive initium sive finem, aut ad omnia ea, quae fiunt ab initio ad finem usque; cui notioni aptum est *dum*, alienum ab eadem *quum*; soloecum igitur *usque cum*. Neque est, quod trepides ob *dum* proximo versu recurrens; vid. V. L. ad V, 181. Denique in praestantioribus codd. post *comes*, ut in utroque Lips., interpungi refert Heinsius; in Mediceo tamen aliquam distinctionis notam post *usque* deprehendere mihi videor, nullam post *comes*. Usus utrumque permittit; videtur tamen *usque* h. l. superioribus adiunctum aliquantulum languere. *Wr.*) 322 *Pharo* sapienter tuitus est post Ge. Fabricium Heinsius, ut sit a Pharus: τῷ Φάρῳ.

91. De voce *haurit*, pro transfodit, hausto sanguine, sup. ad II, 600. *apertum*: si per thoracem adactum ferrum fuit, nudatum corpus esse non poterat: sed voc. ornat; dum vulnus infligitur, aperitur ea corporis pars. 315. 316. *Phoebo sacrum* quippe deo medico, cuius ope ex matris utero esset servatus. An verum sit, quod Servio tradente narrant alii, omnes secto matris ventre procreatos Phoebo fuisse sacros, dubito. 317. *Nec longe*: pro, nec multo post, adverbium loci pro temporis, antique. *Serv.*, ut alias, *nec mora*, hoc est statim, inde. Narratiunculas, qui-

Digitized by Google

Intorquens iaculum clamanti sistit in ore.
Tu quoque, flaventem prima lanugine malas
Dum sequeris Clytium infelix, nova gaudia, Cydon,
Dardania stratus dextra, securus amorum,
Qui iuvenum tibi semper erant, miserande iaceres:

327. MISERANDE,

Pharo clamanti; sic Rom. et Oblongus Pierii, etsi is *Pharo* accipit ut *Plato*: item Medic. Gud. et alii vetustiores. Alii *Pharon*; utrumque Servius agnoscit. (et *n* in Mediceo superscripta. *Wr.*) *dum tractat* pr. Hamb. et Ald. *inertes* dubitat Burm. an pro glossa irrepserit, quia Serv. ad I Aen. 102 *inanes* excitat. Enimvero satis inertis est, clamare et convicia ac contumelias iactare, ubi pugnando opus erat: *inertis* ex Nonio reposuit Heinsius. (Mediceus *inertes*. *Wr.*) 323 *clamanti* Heins. e nonnullis, tamquam elegantius. Vulgo *clamantis*, quod et ipsum bene se habet; (ut infra vs. 347.: „pariterque loquentis Vocem animamque rapit." *Wr.*) ambiguitas est in *clamanti*, cum sequatur, *ore*: revocavit itaque illud Wakefield. (Quum nesciamus, utrum *Pharus*, an *Pharo* dictus fuerit hic homo, difficile est dictu, quid scripserit h. l. Virgilius. Et *clamantis* ultimam literam fortasse e proximo Verbo adscivit, vid. V. L. ad Ge. III, 444.; contra etiam omitti eadem facile potuit ante alteram *s*, vid. V. L. ad Aen. VI, 354. Illam certe compositionem *Pharo clamantis*, *οἱ βοῶντος*, etsi in Graeco poeta non reprehenderim, in Latino tamen vix ferendam dixerim. Itaque satius visum, nihil mutare, praesertim quum Servium, antiquissimum testem, *clamanti* legisse, etsi Burmannus *clamantis* in illo scholio exhibuit, manifestum sit. *Wr.*) 324 *Tum* Franc. *faventem* Rom. *flaventes* apud Probum in Arte Grammat. 325 *Clicium*, *Licium*, *Clycium*, *Litium*, *Liciam*, *Ditium*, *Elicum*, *Eliquum*, aberratt., et *Clidon* Zulich. Est *Κλύτιος*. 327 *iuvenes* Parrhas. (Sustuli comma post *miserande* positum: est enim pro *miserandus*; vid. V. L. ad IX, 485. *Wr.*)

bus poeta nominum ac caedium factarum argumentum, per se molestum, Homeri exemplo variat, pro se quisque notabit. Nunc Cisseus et Gyas filii sunt Melampodis: isque fuit comes Herculis, quem in haec loca sequutus (supra VIII, 201 sqq.) restitit et consedit in Latio. Illa: *nihil illos Nec — iuvere*: Homerica sunt, v. c. Iliad. *ε*, 53. 54. *η*, 142. 143. *usque cum*, usque dum; tamdiu quam. (Sed vid. V. L. *Wr.*)

324 seqq. Phorcum igitur fingit poeta vel tradit septem habuisse pueros, qui pugnae interfuerunt. Memorantur quatuor: primus, si modo is ex hoc numero fuit, *Cydon*, amator Clytii; alter *Maeon* vs. 337, tum *Alcanor* et tandem *Numitor* v. 342. *nova gaudia* pro eo, qui amatur, *τὰ παιδικά*, *deliciae*; *nova* bene Serv. quem primum tunc amare coeperat. *securus*, oblitus, in morte, nec memor amoris puerorum, qui tibi semper erat. Occurrit hoc ipsum in sensum, nec adeo diverse id poeta posuerat sup. lib. I, 350 *securus amorum germanae*, non curans, non re-

Digitized by Google

Ni fratrum stipata cohors foret obvia, Phorci
Progenies, septem numero, septenaque tela
Coniiciunt: partim galea clipeoque resultant
Inrita; deflexit partim stringentia corpus
Alma Venus. Fidum Aeneas adfatur Achaten:
Suggere tela mihi, non ullum dextera frustra
Torserit in Rutulos, steterunt quae in corpore Graium
Iliacis campis. Tum magnam conripit hastam,
Et iacit. Illa volans clipei transverberat aera
Maeonis, et thoraca simul cum pectore rumpit.
Huic frater subit Alcanor, fratremque ruentem

329. PROGENIES;

328 *obvia cohorti* ed. pr. Burm. *Phorchi* Rom. et al. 329 *septem numeros* Medic. a m. pr. Poterat et hoc vitium in elegantiam deflecti; ut sit pro *numerus*. Melius autem sic distingui putem: *Progenies*: *septem n.*, quam continuari orationem, ut in Heins. et Burm. (Licet haec verba, *septem numero*, a superioribus seiungere; quod qui fieri possit, docebit Q. V. XXXIIII, 2. Sed simplicior ratio postulat, ut haec per appositionem adiecta putemus; hoc autem appositionis genus non patitur graviorem distinctionem. Sed video sensisse Heyninm, ita dicendum fuisse *Coniicientes*; est igitur Verbum finitum pro Participio positum; vid. modo laud. Q. V. §. 3. *Wr.*) 330 *Consiliunt* Rufin. de Schem. Lex. pag. 32. *Continuit* alter Hamb. *partem* Rom. (etiam Medic. a m. pr. *Wr.*) *clipeo galeaque* Dorvill. 331 *stridentia* Medic. a m. pr. 333 *Suffice tela mihi* et mox *Sparserit in R.* Barthius ex vet. Schol. profert ad Stat. VII Theb. 593. *nullum dextra mea fr.* Exc. Burmann. 334 *steterant* editum ante Pier. *steterint* Medic. a m. pr., tum *steteruntque* Goth. pr. et sec. cum Erf., sicque a nonnullis lectum Serviana docent. (vid. V. L. ad Ge. IV, 393. Est autem *steterint* prior lectio Medicei, superscripta *u* recentioris formae. Huic ipsi mendo tribuendum est, quod *a* in *quae* in eodem cod. transfixa, ut fiat *steterintque*. *Wr.*) *quae* abest a Franc. *in corpora* alter Hamb. 336 *oras* alter Hamb. et Parrhas. cum Goth. sec., ut inf. v. 477. *aerea* Mentel. pr. a m. pr. 337 *Μαίονος*. *Meonis* vett. edd. (*Maeoniis* Medic. a m. pr. *Wr.*) *rupit* Rom. cum aliquot Burmann. et Goth. binis.

spiciens. (Tamen Serv. Scalig. Burmann. omnes in diversa abeunt.) (—327. *miserande* vere, si periisset; nunc accipiendum pro *miserandus*; vid. V. L. *Wr.*) 331. ea, quae stringere poterant corpus, *deflexit*, ut Iuno lib. IX, 725. 726 in Turno: deorum apud Homerum exemplo Iliad. δ, 129 seqq. ε, 187 sq. 333. *Suggere tela mihi*; heroum Homericorum opes: hastarum copia in armario: vide omnino Iliad. ν, 260 sqq.; puta igitur hastas ex pugnis cum Achivis collectas et diligenter servatas Aeneam secum attulisse. *non ullum dextera frustra torserit* Homerica gloriatio Polyda-

Digitized by Google

Sustentat dextra: traiecto missa lacerto
Protinus hasta fugit, servatque cruenta tenorem;
Dexteraque ex humero nervis moribunda pependit.
Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto,
Aenean petiit; sed non et figere contra
Est licitum, magnique femur perstrinxit Achatae.
Hic Curibus, fidens primaevo corpore, Clausus

339 *Substentat* alter Hamb. *Sustentant* Franc. *lacertos* Medic. a m. pr. 340 *hasta subit* pr. Moret. et Sprot. a m. pr., praecesserat id v. 338. 341 *Dextraque per humeros* sec. Rottend. *pudibunda* Hugen. 343 *sed non effigere c.* multi codd. et edd., alii *affigere*, *afigere*, *efligere*, *efflingere* apud Heins. et Burm. (*petit* Medic. *Wr.*) 344 *perstringit* duo Burm. Heins. ad Ovid. Met. XII, 273 ait esse, *leniter* stringit. Atqui hoc non admittit *per*. Praestat dicere esse pro simplici, stringit, ferit. (*praestrinxit* scribi iubet Wakef. ad Lucret. III, 1057.; eidem *femen* hic scribendum videtur ad eund. IV, 826. *Wr.*) 345 *Viribus hic fidens* Ald. sec. et edd. aliquot ante Pierium. *Hic viribus* Ald. pr.,

mantis Il. ξ, 453 sq. 339—341. impetum et vim iactus, adeoque robur Aeneae, declarat poeta: Maeonem clipeo, thorace et pectore transfixo occiderat; nunc hasta alia ab Aenea emissa Alcanoris brachium transfigit, et *traiecto* eius *lacerto ea fugit protinus*, porro, ulterius, pergit, *servatque tenorem*, nec remittit quicquam de impetu, quem ex iactu fortis viri habebat. Uno verbo, brachium Maeoni suppositum transfigitur hasta et tantum non rescinditur. Reliqua ad ornatum adiecta. Ita sententiam constituo, ut duae sint hastae ab Aenea emissae. Nam vix probabile est, etsi verborum et sententiarum iuncturam aestimanti in animum id venire potest, poetam admirationem facere voluisse et unius hastae iactum tam validum et efficacem narrare, ut Maeonis thorace et pectore traiecto tergum egressa, Alcanoris fratris, qui in proximo stans corruentis humeros sustentabat, dextram perstringeret. Esset sane id prodigio propius; multo magis id quod sequitur, quod Numitor frater hastam tam alte infixam haud magna opera e corpore evellit. Verum ut dixi e corpore Maeonis iacentis hastam evellit eamque in Aeneam mittit Numitor. 341. *Dextera moribunda*: qualis esse solet moribundi hominis, languida: pendet *nervis*, per nervos, h. e. tendines, ligamenta et musculos. Ita enim poetae hac voce abutuntur: v. c. Horat. I Carm. 28, 13. Occurrit tamen et proprie dictum. Ita Macrob. VII, 9 agnoscit septem nervorum συζυγίας. (Proprie locutus est Virgilius; recentior est ille significatus, quem Macrobius l. l. huic vocabulo tribuit. *Wr.*) 342. Color ubique Homericus, ut et in

Digitized by Google

Advenit, et rigida Dryopem ferit eminus hasta
Sub mentum, graviter pressa, pariterque loquentis
Vocem animamque rapit, traiecto gutture; at ille
Fronte ferit terram, et crassum vomit ore cruorem.
Tris quoque Threicios Boreae de gente suprema,
Et tris, quos Idas pater et patria Ismara mittit,
Per varios sternit casus. Adcurrit Halaesus,

352. HALESUS

ut et Goth. pr. *Hic curribus* Rom. *Curribus hic* tert. *Curibus fidens* malebat Cerda iungere. (Utriusque rationis mentionem iam Servius facit; et post *fidens* interpungitur in Mediceo; sed vid. Not. ad IV, 36. *Wr.*) At *fidens iuventa, robore*, pro usus, habens; iam alibi monitum, ἀλλὰ κεκοιθώς. Tandem *Lausus* lectum ante Pierium. Sed *Clausus* emendavit Naugerius et Pier. v. VII, 106. Videtur autem in Claudiae gentis gratiam Clausum hunc ornare. *Laurus* Medic. a m. pr. *lapsus* duo Burm. 346 *Advolat* Oblongus Pierii, Hamb. pr. et sec. Rottend. cum Leid. *Dryopen* legebatur; rescripsi *Dryopem* ex Δρύοπ. (neque aliter Medic. et Rom. *Wr.*) *Driopem, Dyopen*, erratum ap. Burm. 347 *presso* sphalma est ed. Burm. 349 *Fronte premis* aliquot Burm. cum Goth. tert. 350 *Tris* vetustiores plerique. At in codd. antiquis apud Gell. XIII, 19 priore loco *Tres*, altero *tris* lectum esse narratur, idque a poeta auri datum. Sane hominum argutias plures passim vidimus; nolo tamen iudicio aurium, quod varium esse solet, refragari. Legat adeo, qui volet, *Tres quoque* tum *Et tris*. (*tris* utrobique Medic. *Wr.*) 351 *et patria, Ismara mittunt*: malebam scriptum. Sicque video etiam Heinsium in votis habuisse; uti fuit Georg. II, 37. Sed potuit a poeta *Ismarus* pro *Ismarius* dici; ut tot alia. *Ismarus* autem non modo urbs Ciconum, circa Maroneam, Odyss. ι, 40, sed et ipse mons ap. Virgil. Ecl. VI, 30. (Non est praetereundum, quod in Mediceo a m. pr. legitur *Izmara*; vid. Editt. ad Tibull. I, 1, 51. K. L. Schneider. Gramm. Lat. Vol. I. P. I. pag. 381. inprimis Weichert. *Poetar. Latinor. Vitae et Carm. Reliq.* pag. 169. sqq. et quos hi laudant. *Wr.*) *nutrit* Leid. et Goth. tert. 352 *Adcurrit* Heins. e Medic. et aliis reposuit, vulgo *Occurrit*. (quod Iahnius

hoc versu et in sequ. *figere contra* πῆξαι ἀντικρύ, in adverso Aeneae corpore. (— 344. *magnique*, sed magni; vid. Q. V. XXXV, 2. *Wr.*)

345. *Clausus*, qui Latinis Sabinos adduxerat. vid. VII, 106. *fidens primaevo corpore*, iuventa. cf. Var. Lect. 347. *hasta graviter pressa*, impressa, dum ille ἐπερείδει, ut Hom. Iliad. ρ, 47 et alibi. 350. *Tres Threicios Boreae de gente suprema*. Duplex suppetit interpretatio, utraque iam in Servianis proposita, nec definire licet, utra sit verior; ad sensum tamen meum praestat posterior: *Boreae gens suprema* potest esse extrema terra borealis, ut venerint illi ex Thraciae partibus versus septentrionem ultimis. Potest tamen *Boreas* etiam esse auctor stirpis, a qua ducti illi tres dici potuere: *Bo-*

Digitized by Google

Auruncaeque manus; subit et Neptunia proles,
Insignis Messapus equis. Expellere tendunt
Nunc hi, nunc illi; certatur limine in ipso
Ausoniae. Magno discordes aethere venti
Proelia ceu tollunt animis et viribus aequis:
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit;

358. CEDUNT

servavit. Quum antea singulos pugnantes in conspectum produxerit poeta, nunc communis pugnae imago paucis adumbratur; cui rei aptius videtur verbum *adcurrit*; verbum *occurrit*, quod opponendi se notionem sustinet, spectaret ad Clausum, ut modo memoratum; quod parum convenire videtur illis, quae paulo post subiiciuntur: „Expellere tendunt Nunc hi nunc illi." *Wr.*) Porro *Halaesus* h. l. exaratum in ed. Heins. et Burmann., cum tamen sup. VII, 724 *Halesus* inductum esset. Sed et ea, quae Heinsius h. l. super vocis origine disputat, scripturae *Halaesus* adversantur. Etiam in Troade erat τὸ Ἁλήσιον πεδίον: Strab. XIII, p. 902 A. etsi huc non advocandum; nam origo et usus in ipsa Italia erat quaerendus; v. Excurs. VIII, ad lib. VII, 722. (Scripsi *Halaesus*; vid. V. L. ad VII, 724. *Wr.*) 354 *Insanis M.* Parrhas. 355 *limite* Zulich. *limina in ipsa* Gud. a m. pr. 356 *Magno aequore* suspicatur Burmann., quia mox sequitur: *non mare.* Atqui sequitur quoque *non nubila.* Vix putes serio talia tractari. *Magnum mare* idem interpretatur tempestuosum et agitatum ventis. *Magnos fluctus* in eum sensum dici non dubito: *Magnum mare*, vix puto: sed sic dicitur pro vasto mari. 357 *animis et viribus aequis.* Mallet forte, inquit Burmannus, qui modo *aequore* protulerat, critica prurigine laborans aliquis hic legere *aequi.* Sed docte mox docet, utrumque quidem recte dici, sed Virgilio placuisse alterum *viribus aequis*, multis in locis, v. c. inf. 431. 358 *Nunc* in edd. ant., sicque Goth. tert. *cedit* omnes. *cedunt* Medic. a m. pr., idque Heins. arripuit, paullo cupidius. (In Mediceo scriptum *ceduint*, transfixis literis *u* et *n*. Librario videtur sonus praegressi verbi *tollunt* obversatus esse; iam quum scripsisset *cedu*, verso stilo, subiecit *i*; tamen deinde, ut solent, qui semel ita lapsi sunt, ad labendum esse proni, intulit *n*. Et *cedit* restituendum esse, vidimus Q. V. VIII, 3, a. Adversatur plurali etiam triplex *non. Wr.*)

reae de gente suprema h. ultima, antiquissima; ut *gens* pro genere sit. (non videtur *gens suprema* de remotissima aliqua terrae parte recte accipi. *Wr.*) *Ismara* pro Ismaria. Mons et urbs Thraciae Ismarus: cf. Var. Lect. Putandi autem sunt illi Troianis se adiunxisse, seu tum cum Troiani istis littoribus adhaerescebant lib. III, 13, seu in ipso bello Troiano societate armorum iuncti. 352. *Halesus*, *Auruncaeque manus*, inter Turni socios, vid. sup. VII, 723 seqq. *Messapus*, qui Etruscos Aeneae socios ab Pelasgis oriundos ducebat: ibid. 691 sq. 354. *Expellere;* loco depellere, movere. Laudant Il. μ, 417 sq.

356 sq. Comparatio praeliantium cum ventis Homero frequentata, v. c. Iliad. π, 765—771, et Ennio apud Macrob. VI, 2,

Digitized by Google

Anceps pugna diu; stant obnixa omnia contra.
Haud aliter Troianae acies aciesque Latinae 360
Concurrunt: haeret pede pes, densusque viro vir.

359. OBNIXI; OMNIA

359 *obnixi* et olim editum inde ab Aldd. (donec ed. Commelin. e Palat. *obnixa* intulit) et reductum ab Heinsio tamquam elegantius, per graecismum *stant contra* venti *obnixi* (κατὰ) *omnia*. At vide meliorem rationem interpretationis in notis. Est huius lectionis auctoritas apud Arusianum Messium. Omnes tamen ubique fere codd. cum Romano et Mediceo *obnixa*; ut *omnia* sint *obnixa*, obnitantur sibi invicem, mare ventis, venti mari et sic porro. Quod si sunt codd., in quibus *obnixi* legitur, scriptum illud in litura: praeter alterum Hamb. et Moret. tert. et Goth. pr., de quibus id monitum non video. (*obnixi* etiam 4. 11.; Servius quoque huius lectionis mentionem facit. *Wr.*) *obnoxia* sec. Rottend. Retraxit *obnixa* Cuningham. et Brunck. Habet sane utraque lectio, quo se commendet et quo se tueatur. (Heynius ita interpunxerat: *stant obnixi: omnia contra*; et durum hoc, nec necessarium. Exhibetur a poeta imago obstinati certaminis; id exprimitur hac lectione: *stant obnixa omnia contra*; i. e. omnia constanter obnituntur, nec quidquam cedit; *contra* ornat, ex quadam abundantia sermonis poetici adiectum; itaque *obnixa* revocavi et interpunctionem ab Heynio illatam sustuli. Altera lectio *stant obnixi omnia contra*, i. e. *st. obn. contra omnia*, audaciam quandam adversus omnia pugnantem indicat; quod alienum ab h. l. *Wr.*) 360 *Teucrorum acies* sec. Rottend. 361 *haerent* Dorvill. a m. pr.

nunc a Marone ita ornata, ut nihil supra cogitari possit. 359. Meliore interpunctione lectionem, prisca auctoritate pollentem, vindicatam esse puto: *Stant venti obnixi; omnia* stant obnixa *contra*. Praestat haec ratio non modo Heinsiana in V. L. verum etiam ea, quam antea attuleram; ut esset: *stant obnixi venti contra omnia:* ut nihil sit, quod eos in alterutram partem impellat et inclinet; scilicet, donec aliquando turbo erumpit. (At quaenam sunt ista omnia? nubila, mare? at illa resistere quidem possunt, impellere et inclinare non possunt. Sed vid. V. L. *Wr.*) 360. *haeret pede pes:* Notissimi versus Iliad. *v*, 130 seqq. a Tyrtaeo expressi. conf. Klotz. ad Tyrtaeum p. 33 et 59, post Cerdam. Ennius iam ante Maronem: *Pes pede premitur, armis teruntur arma*, et A. Furius Antias Annal. IV *Pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir* ap. Macrob. VI, 3. Alia laudant Guell. Cerda, alii, in primis Stat. Theb. VIII, 398. 399. *Iam clipeus clipeis, umbone repellitur umbo; Ense minax ensis, pede pes, et cuspide cuspis.* (adde Auctor. Epitom. Iliad. vs. 295 ibique Not. Kootenii. — *haeret pede pes:* antique locutum esse poetam et *pede* pro dativo habendum censet Voss. ad Ge. I, 430.; at cfr. Burm. ad Ovid. Met. IV, 27.; ac ne illud quidem satis valet ad probandam Vossii sententiam, quod invenio apud Auctor. Epitom. Iliad. v. 961.: „Collatusque haeret pede pes et dex-

Digitized by Google

At parte ex alia, qua saxa rotantia late
Inpulerat torrens arbustaque diruta ripis,
Arcadas, insuetos acies inferre pedestris,
Ut vidit Pallas Latio dare terga sequaci;
Aspera quis natura loci dimittere quando
Suasit equos; unum quod rebus restat egenis,
Nunc prece, nunc dictis virtutem adcendit amaris:
Quo fugitis, socii? per vos et fortia facta,
Per ducis Euandri nomen, devictaque bella,

363 *Impulerat* e Medic. Colot. Scheffer. et Moret. qu. Heinsius reposuit. (sic etiam in 2. 3. exstat. *Wr.*) Addit Burm. Aldinam, perperam puto; nam omnes Aldd. tuentur quod vulgo habent codd. cum Rom. *intulerat*; (hoc etiam in Palat. legitur, ortum ex litera *t* crebro repetita: rotantia, late, torrens. *Wr.*) tum *deruta* Sprot. (*diruptaque* in quibusdam codd. videtur Cortius invenisse, ad Lucan. VI, 35. *Wr.*) 364 *Arcades* ed. pr. et N. Heinsii, operarum haud dubie vitio. (*pedestres* Medic. *Wr.*) 365 *sequenti* Vratisl. 366 *quos* Gud. *demittere* aliquot Pier. et Burm., perperam; est enim *dimittere* voc. proprium. Burmannus laudat Suet. Caes. 60. „*Ancipiti praelio equos dimittebat.*" *quondam* Parrhas. (idque recepit Bothius. *qui — quando* defenditur Nemes. Ecl. III, 19.: „qui quando palmite tigres Ducis;" quem locum cum nostro contulit Handius ad Gronov. Diatrib. Vol. I. p. 286. laud. a Iahnio. *Wr.*) 367 *quod restat rebus e.* duo Hamb. (*rebus quod*, ita haec posita malit Santen. ad Terentian. M. pag. 261.; vid. V. L. ad XI, 298. *Wr.*) 368 *v. extendit* Parrhas. 369 *Quos f.* Gud. a m. pr. 370 Forte *Et ducis.* Nam est: *Vos precor et per f. f. et per d. E. nomen.* (Nihil

tera dextrae." Poterat, si vera esset illa ratio, addi XI, 56.: „nec sospite dirum Optabis nato funus pater;" sed v. ibi Not. Heyn. *Wr.*)

362. Arcades, equites ex Pallanteo ducti et a Pallante praemissi (v. sup. 238. 239.), alia ex parte Rutulos adorti erant (nec opus erat, ut poeta commemoraret, quomodo Tiberim traiecissent) et duce Pallante pugnabant ea parte littoris, qua torrens in mare exierat; (non in mare, sed in Tiberim, se effundentem torrentem intelligit ipse Heynius *Goett. gel. Anzeig.* 1804. fasc. 168. p. 1670 *Wr.*) itaque equi in lubrico et aspero solo consistere non poterant: quare iis relictis pedites pugnabant; verum, cum pedestri pugnae parum assueti essent, loco cedebant; cum ecce Pallas eos increpat. Cur Arcades equites tantum adducti fuerint, supra disputatum est ad lib. VIII, 518. 519. *rotantia se*, ut Georg. I, 163 *volventia* et tot alia in Marone. 365. *Latio*, Latinis et Rutulis. 366. *quis — quando* paullo durius structa oratio; quandoquidem natura loci aspera et impedita adduxerat eos, ut equis descenderent. (vid. V. L. *Wr.*) 367. *rebus egenis*, dubiis, egentibus consilii, ut inopia absolute pro inopia consilii. Sic quoque supra VI, 91, et Homeri ἀμηχανίῃ, alio-

Digitized by Google

Spemque meam, patriae quae nunc subit aemula laudi,
Fidite ne pedibus. Ferro rumpenda per hostis
Est via. Qua globus ille virum densissimus urguet:
Hac vos et Pallanta ducem patria alta reposcit.
Numina nulla premunt: mortali urguemur ab hoste
Mortales; totidem nobis animaeque manusque.
Ecce, maris magna claudit nos obiice pontus;

mutandum; ipsum repetitum *per* copulae vice fungitur; vid. V. L. ad Ecl. IV, 6. et ad XI, 171. Ceterum cf. Tibull. IV, 5, 7.: „per te dulcissima furta, Perque tuos oculos, per Geniumque rogo;" et quae congessit Ruhnken. in Dictat. ad Terent. Andr. III, 3, 6. tum Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. vs. 1659. Porson. ad Med. vs. 325. *Wr.*) 371 *laudis* edd. aliquot apud Pier. et Ald. pr. cum Goth. tert. (*laude* Medic. apud Foggin. *Wr.*) 372 *rapienda* pr. Hamb., sed *ferro rumpitur* via. cf. Burm. 373 *Quo gl.* Rom. 374 *p. arma* pr. Hamb., an *alma*, inquit Burm. *reposcat* Parrhas. 376 *nobisque* Montalb. *in nobis* duo Burm. *nobis totidem* Dorvill. 377 *magna obiice* seu *obice* (scribendum sic obIce, nam I est pro *ii*, ut Lavinl. imperl.) recepit secundum Pierium Heinsius vetustiorum omnium auctoritate: quem vide ad h. l. et ad Claudian. II in Eutrop. 34. Edd. et codd. recent., ut Goth. tres, *magno*, quomodo et Servii aetate nonnulli legebant, parum memores et *hic* et *haec obex* dici. (*magno* Palat. et 9. *Wr.*) Nonnulli adeo *magni* emendare ausi. vid. Serv.

rum autem ἀπορία. 368. Comparant Iliad. μ, 267. 268. δ, 282. 240.

369. Oratio Pallantis plena fiduciae et indignationis, sed qualis iuvenem, qui nondum propriam laudem habebat, decere poterat. (De structura orationis vs. 369 sq. vid. V. L. ad vs. 370. *Wr.*) *devicta bella* nove dixit: ut pugnata bella, depugnata. 371. *subit*, succedit, *aemula laudi*, qua virtutem paternam ego aemulor. 374. *hac vos patria alta reposcit;* aut pro, *poscit*, ut eo subeatis, invadatis hostem; aut *reposcit*, vel ut e fuga conversi eo subeatis, aut ut inde victores fugato hoste redeatis. Hoc postremum forte praestat. 375. Comparant Iliad. φ, 568. 569, et ad v. 376 Iliad. ν, 814. 377. Cf. egregia dicta Aiacis Il. ο, 504 sqq. et altera 734. ubi mecum mirabere vs. 740 πόντῳ κεκλιμένοι a poeta accipi, *ponto clausi*. Nam vertit: *maris claudit nos obiice pontus*. de quo nunc vide Obss. ad e. l. (Ne forte cui hoc ita dictum videatur, ut: mare nos mari claudit: non idem est mare, pontus, pelagus; quamquam non ubique certae quaedam discriminis notae apud poetas quaerendae. Ut igitur in universum de proprietate horum vocc. constet, haec erunt tenenda: Mare, θάλασσα, ἅλς, contrarium est, ut aeri, ita maxime terrae; hinc multa ei epitheta adiunguntur naturam eius terrae contrariam indicantia; la-

Digitized by Google

Deest iam terra fugae: pelagus Troiamne petemus?
Haec ait, et medius densos prorumpit in hostis.
Obvius huic primum, fatis adductus iniquis,
Fit Lagus: hunc, magno vellit dum pondere saxum,

378 *Pelagus Troiamne* hoc est, utrum Pelagus an Troiam? *Pelago Troiamne*, (quod esset: num mari Troiam novam, nam antiquam, iam excisam, Arcades petere haud poterant, petendam esse putatis?) edd. vulgg. ante Heins., cum tamen codd., quod et Pierius monuit de suis, constanter habeant: *Pelagus Troiamne*. Nisi quod Gud. et Leid. *Pelagus Troiane*. Montalb. *Troiam pelagusne*. Ed. pr. Burm. *Pelagus terramne*. Mediol. *Pelagos Troiamne*. Porro *petamus* Medic. a m. sec. Gud. et alter Mentel. cum aliis Burm. et cum aliquot Pierii, qui *petetis* ex edd. vett. habet, quod et in Goth. pr. occurrit, reliqui *petatis*. (*petamus* est altera lectio Medicei. *Wr.*) *Pelago Lernamne petemus* h. e. Arcadiam, vel, *Pallanteumne petemus*, ingeniose tentabat Io. Schrader. in schedis. (vid. Not. *Wr.*) 379 *prorupit* Parrhas. (Invenit in mss., nescio quibus, *densos medius irrumpit* Cortius ad Lucan. IV, 778. *Wr.*) 380 *fatis primum deductus* Ven. *deductus* etiam Goth. tert. *advectus* Parrhas. 381 *hic* quidam olim edd. apud Pier. *vellit magno* Rom. et aliquot Heins. ac Burm. cum binis Goth. et MS. Bersman., unde revoca-

tius idem patet, quam pontus et pelagus, quae maris notione comprehensa sunt. Pontus est profundum, et ipsum voc. *fundus* e Graeco πόντος factum videtur; hinc ipse profundus dicitur Aen. V, 615. Pelagus est altum; hinc V, 8.: „Ut pelagus tenuere rates, nec iam amplius ulla Occurrit tellus, maria undique et undique coelum.“ et IX, 81.: „pelagi petere alta.“ Iam pontus, i. e. profunditas illa, qua facile mergimur, cfr. I, 40. III, 605., ... Hom. Il. XXI, 58 sq.: „οὐδέ μιν ἔσχεν πόντος ἀλὸς πολιῆς.“... claudit nos maris, monstri illius, in quo sisti nequit, tamquam obiice. Itaque non haerebis in verbis Aeschyli Pers. 106 sqq. ed. Schütz.: „Ἔμαθον δ' εὐρυπόροιο θαλάσσας πολιαινομένας πνεύματι λάβρῳ ἐσορᾶν πόντιον ἄλσος.“ cf. etiam Passov. Lexic. Gr. s. v. πέλαγος. *Wr.*) 378. Num mare fuga petemus, an *novam Troiam*, castra Troianorum? atqui via ad hanc interclusa est, hoste obiecto; et obsidentur castra a parte copiarum a Turno relicta sup. v. 286. conf. IX, 130 sqq. Moneo, quia Burm. hic haeret, cum Cerda. Non est de Troia antiqua cogitandum. (Quomodo Arcades fuga ad mare compelli potuerint, quum venerint a parte contraria, haud facile exputes. Ceterum si id, quod putat Heynius, dicere poeta voluisset, ita instituenda erat oratio: num igitur pelagus, num Troiam petemus? Neutrum enim fieri vult Pallas. At haec disiunctiva sunt *pelagus Troiamne petemus* atque ita comparata, ut alterutrum eligendum; et aut pelagus, aut Troiam petendam esse significetur. Nempe hanc ipsam ut sibi aperirent viam, seque cum Troianis coniungerent, quos infra demum vs. 604 obsidione solvi videmus, iter illi in-

Digitized by Google

Intorto figit telo, discrimina costis
Per medium qua spina dabat: hastamque receptat
Ossibus haerentem. Quem non super occupat Hisbo,
Ille quidem hoc sperans; nam Pallas ante ruentem,
Dum furit, incautum crudeli morte sodalis,
Excipit, atque ensem tumido in pulmone recondit.
Hinc Sthenelum petit, et Rhoeti de gente vetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare novercae.

vit Cuningham. (*magno vellit*, probe sic posita, Medic. cum aliis et 3. 8. *Wr.*) *cum* Rom. 383 *qua spina dabat* Medic. Gud. a m. pr. Montalb. cum Colot. et Parrhas. ac Goth. sec., idque recte recipit Cuningham., idque ipse nunc sequor: postulat enim id consequutio temporum, quam poeta amat. Vulgo *dedit* editur. (*dedit* Palat., *dabat* 2. 3. 4. Non hic quaeritur de consecutione temporum, sed de discrimine Imperfecti et Perfecti. Utrumque recte dicitur, et *dedit* et *dabat*, sed aliud alio sensu. *Qua spina dedit discrimina*, i. e. ubi natura spinam hominibus dedit; at *sp. dabat discr.*, i. e. ubi sua illi, Lago, spina erat; illud tamquam semel factum, hoc tamquam durans ponitur. Iam quum id inprimis sit poetae, non generatim atque universe dicere, sed, ubicumque fieri potest, rem ad certos et singulos revocare, recte praefertur *dabat*; quod qui non intelligerent, mutarunt in *dedit*. Notabilis est eadem diversitas XII, 394. *Wr.*) *hostemque retemptat* Dorvill., ineptissimus codex, a m. pr. est *ἀνεσπάσατ' ἔγχος*. 384 *Quem desuper* Dorvill. et Goth. sec. *occubat* duo Moret. et var. lect. Pierii apud Burm. (idem in Mediceo invenio. *Wr.*) *Hisbo* e libb. refinxit Heins. pro vulgari *Hisbon*. (hoc tuetur Palat., *Hisbo* Medic., recte; vid. V. L. ad VIII, 506. *Wr.*) Corrupte alii: *Hysbon*, *Hispon*, *Isbon*, *Iston*, *Hismon*, *Usbon*. 386 Heins. construendum censet: *Dum furit incautum. Marte* Goth. tert. 387 *in* deest Ven. 388 *Hinc Helenum* vett. edd., etiam Ald. pr. At *Sthenelum* (ut est in Palat. *Wr.*) ex libris, in quibus fere *Stenelum* est scriptum, defendit Pier. et Heins., ediderunt hoc Egnatius et Nauger. Nisi verum est *Sthenium*, quod Medic. Gud. et bini Rottend. habebant. *Stenium* quoque ed. pr. Burm. *Stelenum*, *Steneum*, *Steium*, *Stimum* alii. Tum: *petit*, *hinc* Parrhas. *Rhaethi*, *Reheti*, *Reti*, *Rethi*, *Hroeti*, vitiose al. 389 *Ἀγχέμολον* esset: ut apud Homerum *Ἄγχεμαχος*. *Anthemolum*, *Achemodum*, *Anchelamum*, *Archemodum*, *Ancelomum*, *Arthemolum*, *Austetenderant*; sed iam aversi ab eo pelagus, non Troiam petituri videbantur. *Wr.*) 382. 383. verbo: qua parte spina per medium dorsi procedit; quae discrimina costarum facit, s. costas intervallis diremtas inter se. 384. *super* aut est, super hoc, dum in eo est occupatus, aut desuper, ut est 490 *Quem Turnus super adsistens*. cf. 540. 541. Pallanti inclinanti se ad recipiendam hastam vulnus desuper inferre volebat Hisbo: sed id antevertit Pallas. (Mihi prior explicatio praeferenda, fortasse etiam *superoccupat* iunctim scribendum videtur, ut et forma et significatione

Digitized by Google

Vos etiam gemini, Rutulis cecidistis in arvis,
Daucia, Laride Thymberque, simillima proles,
Indiscreta suis gratusque parentibus error;
At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas:
Nam tibi, Thymbre, caput Euandrius abstulit ensis;
Te decisa suum, Laride, dextera quaerit,
Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant.
Arcadas adcensos monitu, et praeclara tuentes

396. SEMANIMES

molum, aberratt. *Archemorum*, *Ἀρχέμορον*, quaedam edd., ut ap. Iuvenal. VII, 234 legitur, qui h. l. respexit. (eadem varietas apud Probum Instit. gr. II. s. 1. pag. 109. edit. Lindem. *Wr.*) *thalamumque* ed. pr. Burm. *temerare* sec. Moret. 390 *in agris* Gud. et tert. Rottend. cum tribus al. *armis* Leid., aberrationes perpetuae. 391 *Dautia* nonnulli Codd. cum Goth. pr. *Dancia* Iulius Sab. *Daunia* Menag. pro div. lect. et Scheffer. cum Zulich. a m. sec., quod probat Heins. Equidem non video, cur non *Daucus* aliquis esse aut fingi potuerit, cui duo filii essent, Larides et Thymber, *Daucia proles*. *Lauride* Goth. tert. et aliquot Burm. *Laridae* Mentel. pr., et vs. 395 *Lauridae* Dorvill. Tum Sprot. *Thymbraeque*, *Tyber*, *Thiber*, *Tymber*, *Tiber* al. Quod poeta sibi in tam brevi spatio *Thymber* et *Thymbre* permisit, exemplo non caret. 392 *Indiscreti suis*, interpungit Wakefield cum Servio; nec male; suis scil. propinquis. (eodem modo distinctum in Mediceo; parum refert. Solos tamen ut parentes significari putes, suadebit fortasse similium locorum comparatio, ut Claudian. de IIII. Cons. Honor. 209. sq.: „iuvat ipse Tonantem Error, et ambiguae placet ignorantia matri," de Castore et Polluce; sed subiiciuntur etiam haec: „Eurotas proprios discernere nescit alumnos." Val. Fl. I, 367. sq.: „pariter quos edidit Hypso, Nec potuit similes voluitve ediscere vultus;" ubi vid. Wagner., adde Hand. ad Stat. S. I, 2, 120. *Wr.*) 393 *Et nunc* Dorvill. *dira* Sprot. pro var. lect. et Zulich. a m. pr. *saeva* Schol. Stat. IX Theb. 295. 394 *enses* Medic. 395 *descissa* duo Burm. 396 *Semianimes* Rom. et 404, et sic scribi malim. (nec aliter Mediceus; et recepi; vid. V. L. ad III, 578. — 397. *tuentis* Medic. *Wr.*)

accedat ad aliorum Verborum similitudinem, quale *supervenire*. — 386. *incautum morte*, quem ira ex morte sodalis collecta incautum fecerat. *Wr.*) 388. 389. Sequitur poeta et h. l. fabulam antiquam, quam ex Avieno et Alexandro Polyhistore Servius narrat: Rhoetus, Marrubiorum (Marsorum: vid. sup. VII, 750) rex, Anchemolo filio Casperiam novercam superinduxerat, quam privignus stupravit, poenaeque et irae paternae metu ad Daunum confugerat, Turni patrem. 390. 392. Imitationes notavit Cerda Silii lib. II, 636 — 639 et ad 649. Lucan. III, 603 — 608. Add. Statii Theb. VI, 340 — 345. IX, 292—295. Claudiani de IV Cons. Honor. 206 — 211. 391. Fuit ergo Daucus aliquis, cuius filii Larides et Thymber. 392. ut ne a suis quidem parentibus discerni possent. (vid. V. L. — 394. *Euandrius ensis*, ut vs. 420.

Digitized by Google

Facta viri, mixtus dolor et pudor armat in hostes.
Tum Pallas biiugis fugientem Rhoetea praeter
Traiicit. Hoc spatium, tantumque morae fuit Ilo;
Ilo namque procul validam direxerat hastam:
Quam medius Rhoeteus intercipit, optime Teuthra,
Te fugiens, fratremque Tyren: curruque volutus
Caedit semianimis Rutulorum calcibus arva.

400. SPATIUM T. 404. SEMANIMIS

398 *d. et furor* Rom. cf. sup. ad IV, 91. (*hostis* Medic., sed *i* in *e* mutata. *Wr.*) 399 *propter* in fine tert. Rottend., ut sit prope. Eadem varietas alibi. Burm. laudat ad Ovid. Met. V, 159. 400 *Illo* Parrhas. Delevi nunc interpunctionem post *spatium*; nam ex animo poetae iunctura videtur esse: *hoc tantumque spatium fuit Ilo morae*, casu tertio; h. e. moratum est mortem. (Non video, quid ex hac ratione proficiamus; frigent ista *hoc tantumque spatium*; itaque simplicior structura non erat deserenda, etiam a Mediceo, in quo interpungitur post *spatium*, commendata: id spatium, ea mora fuit Ilo. *Trahicit* Medic., sed *h* puncto notata; idem *mora*, sed *e* superscripta. Ceterum quare Lachmann. ad Propert. V, [IV,] 2, 35. *traiicit* hic pro *se traiicit* dictum existimet, non assequor. *Wr.*) 401 *derexerat* Rom. et Medic., ut alibi. (sed *de-* in *di-* mutatum in Mediceo. *Wr.*) 402 *Teucra* Dorvill. *Teucrum* Goth. tert. Nec vero *Teuthra* cum Servio a *Teuthras, ae*, est repetendum, sed a *Teuthras, antis*, unde Teuthra, ut *Τεύθραν* et *Τεύθρα*. (*Roetheus* Medic. *Wr.*) 403 *Tyrin* Rom., ex *Τύρις*. (— 404. *semianimis* Medic.; vid. vs. 396. *Wr.*)

tela Euandri. *Wr.*) 396. Bona Servii et haec nota est: „Ennii „esse versum: *Oscitat in cam-* „*pis caput a cervice revulsum*, „ *Semanimesque micant oculi* „ *lucemque requirunt.* Quem „versum ad suum carmen trans- „tulit Varro Atacinus.“ Lusere hinc alii in hoc plus quam par erat. vid. apud Guell. Cerdam et Burmannum. Quanto simplicius Homerus Iliad. ε, 81. 82.

399 seq. Pallas Rhoeteum, *praeter fugientem* bigis, ne a Teuthrante et Tyre fratribus interimeretur, hasta traiicit. Ita Ilus mortem effugit, quem Pallas hoc telo petierat. (Sed etiam Ilum paulo post caesum esse a Pallante, prodit vs. 400. *Wr.*) 404. Sic et inf. v. 731 *calcibus atram Tundit humum exspirans.* σφαδάζει, λακτίζει. Quod *Rutulorum arva* pro solo, et quidem Latino, posuit, ornatus caussa fecit. (In eo certe, quod Rutulos pro Latinis nominavit, nullum video ornatum; at non uno loco in eiusmodi nominibus erratum est a Virgilio; ut vs. 512. Teucrorum nomen posuit pro Arcadum. *Wr.*) 405 seqq. Comparatio ad Homericum exemplum

Digitized by Google

Ac velut, optato ventis aestate coortis,
Dispersa inmittit silvis incendia pastor;
Conreptis subito mediis, extenditur una
Horrida per latos acies Volcania campos;
Ille sedens victor flammas despectat ovantis:
Non aliter socium virtus coit omnis in unum,
Teque iuvat, Palla. Sed bellis acer Halaesus

411. HALESUS

405 *optata* vett. edd. ante Pier. cum Ald. pr. et codd. nonnulli apud Heins. et Burmann. et duo Goth., perperam; non enim *aestas* optatur, sed in aestate *venti aura*. Itaque recte vetustiores, quod editum a Naugerio, *optato*, h. ex voto, ut bene Servius explicat; sed male interpungitur in Heins. et Burm. *optato, ventis*. Porro sec. Rottend. *optatu*. 406 *Dispersam* Parrhas. (Haud scio, an *stipulis* scripserit Virgilius; certe stipulas intelligendas esse ait Heynius in Not. Et verum est quidem, stipulas interdum silvam vocari; sed id haud facile aliter fit, nisi ita, ut reliqua oratio ad recte intelligendum id vocabulum ducat. *Wr.*) 409 *dispectat* Leid. (*ovantes* Medic. *Wr.*) 410 *virtus socium* Oblong. Pier. 411 *Pallas* omnes fere vetustiores Heinsii. (adde 2. 3. 7. 8. 11. 12. *Wr.*) conf. inf. 152 lib. XI. (Eo quidem loco omnes libri *Palla*; unde apparet

concinnata Il. λ, 155 — 157, forte quoque *v*, 490 sqq. Supra similem locum vidimus lib. II, 304, et Ge. II, 303 sq., in quibus vel incauto vel ignaro pastore incendium exoritur. Hoc autem loco pastor volens lubensque silvam incendit et flamma laetatur: quod aut stultum aut facinorosum hominem prodit; et quorsum omnino hoc pertinet, ut quis in media aestate incendat silvas? hoc quidem quomodo placere aut quomodo poetae excidere potuerit non video. Verum nec poetae culpa ea est, sed interpretum, qui silvam non meminere esse h. l. stipulas agri demessi, quas pastor seu omnino agrestis ad solum recreandum incendit. Sic *silvam* dixit Maro de leguminum calamis Georg. I, 76, et de herbis lib. I, 152, et hoc sensu expressit locum Lucan. IX, 182 sqq. 406. *dispersa* epitheton ab eo, quod sequitur, sumtum: quod se dispergit incendium: non quod diversis locis pastor fecit. (Sed ita ut haec intelligamus, tum ea suadent, quae subiiciuntur, *Correptis mediis*, tum maxime illud *in unum coira* vs. 410., quo declaratur, in eo ipso summam esse comparationis, quod omnia diversa antea et discreta contendant in unum. *Wr.*) 407. *correptis mediis:* eleganter ad interiora penetrare dixit. Reliqua v. 407. 408 ornatissima, comparatione incendii cum pugna facta; unde et mox *flammas ovantes*, quasi successu exultantes, dicere ausus est. 409. *victor;* bene Serv. voti compos, ἐπιτυχών; et 410 *in unum* locum *Burm.* Est autem vis et momentum comparationis in hoc, quod in stipula flamma uno loco exorta late ex-

Digitized by Google

Tendit in adversos, seque in sua conligit arma.
Hic mactat Ladona, Pheretaque, Demodocumque;
Strymonio dextram fulgenti deripit ense
Elatam in iugulum; saxo ferit ora Thoantis,
Ossaque dispersit cerebro permixta cruento.
Fata canens silvis genitor celarat Halaesum;
Ut senior leto canentia lumina solvit:
Iniecere manum Parcae, telisque sacrarunt

417. HALESUM

s hic e proxima voce adscitam esse: vid. V. L. ad Ge. III, 444. In Mediceo hic quoque exstat *Palla*. *Wr.*) *Alesus, Alaesus, Halaesus* etiam h. l. vid. sup. ad vs. 352. (Scripsi *Halaesus*; vid. V. L. ad VII, 724. *Alaesus* hic Medic., sed superscripta *h*; et quum praeterea ubique in eo codice adspirationem habeat hoc nomen, veri est simile, vocem praegressam *acer* hic in errorem induxisse librarium; qualia multa infinitis locis vidimus. *Wr.*) 413 *Λάδωνα, Φέρητά τε, Δημόδοκόν τε. Laudona* et mox *Fereta, Phareta, Pharetra, Pherea, freta, fretam, Pheretra*, librariorum aberratt., et *Dedomocum, Dedemocum, Demodum.* (*Phereta* Medic., sed superscripta *r*, ut fiat *Pheretra*; in eodem *Dedomocumque* prius scriptum fuerat. *Wr.*) 414 *diripit* deteriores. (etiam 2. 3. 8. 9.; et *ensem* a m. pr. Medic. *Wr.*) 416 *dispersit* e melioribus Pier. et suis Heinsius. Vulgg. cum pr. Goth. *dispergit.* (ita etiam Palat. *Wr.*) In qu. Moret. *disperdit*: pr. Voss. *dispersa et c. permixta.* 417 *Facta* sec. Moret. *cavens* aliquot Pier. et pro div. lect. pr. Hamb., sicque alii apud Serv. Potest et hoc defendi, etiam praeferri, *cavens celarat*; sed alterum et ipsum bonum est et a libris defenditur. Praestat monere, nos interpunctionem mutasse. Male interpungebatur: *Fata c. — Halesum*; *Ut s. — solvit. Iniecere m.* (*Halaesum* Medic., et ita scripsi; vid. vs. 411. *Wr.*) 418 *Ut genitor* sec. Rottend. ex glossa. *leto canenti* Rom.

tenditur, et nunc pugna semel a Pallante incepta, mox ab Arcadibus collectis late per hostiles turmas propagatur. (Sed vid. a me notata ad vs. 406. *Wr.*) 411. Halesus Auruncorum dux, in Turni agmine. vid. paullo ante v. 352. (Nimis diversis locis ab Halaeso res geri, coll. vs. 352. et 362., vidit Heinrich. *Wr.*) 412. *seque in sua colligit arma*, „post scutum se clausit; sic et XII, 491.“ *Serv.* Est *συσταλείς ἐν ἀσπίδι, ὑπ' ἀσπίδος.* (vid. van Kooten. ad Epitom. Iliad. vs. 297. *Wr.*) 415. *Elatam in iugulum*, puta, Halesi, quem Strymonius ense vel hasta petebat; „iugulo suo vulnus minantem.“ *Serv.* huic Strymonio igitur, quem ex Troianis fuisse puta, Halesus manum ense amputat. 417. Ergo Halesi parens erat vates, qui filium, cuius fata praevidebat, fore ut in bello caderet, eduxit, quoad viveret, in silvis. cf. sup. lib. VII, Excurs. ad v. 732. Similis locus Iliad. β, 830—834. 418. *lumina canentia* audacter pro senilibus, seu senis canentis; canent enim supercilia, tempora, ipsae genae. 419. In altero iu-

Digitized by Google

Euandri. Quem sic Pallas petit ante precatus:
Da nunc, Thybri pater, ferro, quod missile libro,
Fortunam atque viam duri per pectus Halaesi.
Haec arma exuviasque viri tua quercus habebit.
Audiit illa deus: dum texit Imaona Halaesus,
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.

422. HALESI 424. HALESUS

420 *paratus* alter Hamb. 421 *Tybre*, *Tibre*, *Timbre*, *Tymbri* inepti librarii. *ferri* Sprot. 422 *Fortuna atque via* Franc. *Fortunamque* Exc. Burmann. *diri* Mentel. pr. (*Halaesi* e Medic. restitui; vid. vs. 411. *Wr.*) 423 *habebat* Medic. a m. pr. 424 In *texit* haerere potuisse Grammaticos, quis credat? quis dubitet a *tego* esse? Halesus clipeum praetendebat amico Imaoni, sicque suum pectus aperiebat. At Serv. a *texo*, ut sit spoliat, detexit. Sententia esset similis Iliad. δ, 468. (Haeserunt illi, ni fallor, quod *dum* h. l. cum Perfecto iunctum est, vid. V. L. ad Ge. IV, 559. Servius: „tempus praesens est, non praeteritum." At *dum texit* idem est, quod *dum praestat tectum, tutum.* Servius laudat Plautina, nescio unde sumta: „Ego hunc hominem hodie texam pallio;" cod. Dresd. *Ego h. hom. detexam p.*, et *detexam* etiam codd. R. Voss. et edit. Steph. Et ita *detexere*, ut in hunc sensum detorqueri possit, legitur apud Plaut. Amphitr. I, 1, 138.; vere i. q. *spoliare* significat *extexere*, Plaut. Bacch. II, 3, 5. Simplex *texere* ita legi non memini. *Wr.*) Tum *Hymeona* Medic. et al., unde Heins. coni. *Hymaeona*, et aliae iterum aberratt. librariorum *Imaeona*, *Imeona*, *Himaona*, *Himagona*, *Imahora*. Rom. *Himaeonia*. Ἰμάονα. (ita certe *Himaona* scribendum esset; *Imaona* Palat. et Lips. obl. Erit fortasse, qui *Ithemona*, quo nomine utitur Silius V, 546., a poeta scriptum putet. Praeterea *Halaesus* et hic e Medic. revocavi; vid. vs. 411. *Wr.*) 425 *Aradico* Goth. (*Arcanio* Medic., sed *di* superscriptum. *Wr.*) *telum* Rom. *dat telo* sec.

ris, in altero sacrorum vocabulo usum poetam observat Servius: *Manus*, inquit, *iniectio, quotiens, nulla iudicis auctoritate exspectata, rem nobis debitam vindicamus.* Agnoscas facile verba iuris. (quae se agnoscere negat Wunderl. Obss. ad Tibull. I, 3, 4. Certe eodem modo Graeci iam locuti fuerant; Callimach. Ep. II, 5.: „αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες, ἦσιν ὁ πάντων ἁρπακτὴρ Ἀΐδης οὐκ ἐπὶ χεῖρα βαλεῖ." Ruhkopf. comparat Hom. Il. II, 834. Hesiod. Scut. Herc. vs. 253. *Wr.*) Alterum ductum ex eo, quod Diis vel Manibus sacrati dicuntur quibus moriendum est. cf. Macrob. III, 7.; unde etiam in evocandorum deorum formula devoventur hostium capita: vid. ibid. III, 9. *tela Euandri*, Pallantis hasta, quia a patre acceptam attulerat. (cfr. vs. 394. — 423. Quod si feceris, Halaesi arma tua quercus habebit; vid. V. L. ad Ge. III, 562. Intelliges autem tropaeum, sive truncum quercus armis Halaesi ornandum Thybrique sacrandum; vid. XI, 5 sqq. et cfr. X, 774 sq. *Haec* melius adiunges vocabulo *arma*, quam *quercus;* vid. Q. V. XX, 3. extr. *tua qu.*, tibi sacra.

Digitized by Google

At non caede viri tanta perterrita Lausus,
Pars ingens belli, sinit agmina: primus Abantem
Oppositum interimit, pugnae nodumque moramque.
Sternitur Arcadiae proles; sternuntur Etrusci;
Et vos, o Graiis inperdita corpora, Teucri.
Agmina concurrunt ducibusque et viribus aequis.
Extremi addensent acies: nec turba moveri
Tela manusque sinit. Hinc Pallas instat et urguet,
Hinc contra Lausus, nec multum discrepat aetas,
Egregii forma; sed quis fortuna negarat

435. FORMAE

Moret. *iuveni das* alter Hamb. *inerme* tres Burm. *apertum* Goth. tert., non indocte, ut alibi. 426 *tanta* exquisitius quam *tanti*. 427 *sunt agmina* Franc., sed *sinit* scil. esse p. *Abantum* Rom. *Abanta* Leid. 428 *interemit* Rom. Gud. Mentel. pr. (etiam Medic. ap. Foggin., ἀρχαϊκῶς, ut videtur. *Wr.*) *pugnae interimit* Dorvill. 429 *Arcadia* Parrhas. 430 *a Graiis* aliquot Burmann. *Teucrum* Schol. Statii Theb. III, 84. 431 *ducibus et v.* Ven. tert. Rottend. Oudart. et Dorvill. 432 *addensent* edidit Nauger. Ge. Fabric. et Heins. e codd. aliquot; (adde 11. et Lips. utrq. *Wr.*) sicque poeta solet. v. VII, 794 et al. Vulgg. cum Rom. et Medic. *addensant*. (idque recepit Iahnius; ego cur *addensent* retinuerim, dixi in V. L. ad Ge. I, 248. *Wr.*) Montalb. *Extremae addensant acies* pro addensant se, addensantur. vid. Heins. ad II, 207. Priscian. lib. VIII *Postremi addensent acies*, at lib. IX. *Extremi addensent acies*. 434 *His c.* Franc. 435 *quis*, *quis — formae* Heins. e Gudiano, tamquam elegantius. Vulgo *forma*. (hoc, etiam in iis codd., qui recens collati sunt, ut videtur, omnibus lectum revocavit Iahnius; cui ego lubens adstipulor; nec passus fuerim tantum ceterorum codicum consensum uni in tali quidem re posthaberi. Aliam nescio quam elegantiam idem Heinsius ex uno eodem Gud. infra vs. 456. in textum intulit. *Wr.*)

Wr.) 424. Halesus, clipeum praetendens amico Imaoni, suum ipsius pectus nudat, ut Pallantis hastae pateret.

426. *Lausus*, Mezentii f. (VII, 649), nunc prodit; amabilis et Pallanti haud prorsus dissimilis iuvenis; is *non sinit agmina esse perterrita* morte Halesi. (vid. Q. V. XXVIIII, 6. *Wr.*) *pars ingens belli*, pugnae, pugnantium. (*primus*, qui ceteris exemplo est; vid. Q. V. XXVIII, 3, h. *Wr.*) *Abas* est is, de quo sup. X, 170. 428. *nodum pugnae* non de densa acie ac militum globo; sed a nodo arboris sub cuneo petitum: de eo accipe, qui fortunam belli diutissime sustinet, longissime resistit, ἐτεροιλκέα νίκην sua virtute facit. *moram*. Sic in noto illo: *belli mora concidit Hector*. conf. supra ad IX, 155. 432. Qui extremis ordinibus collocati sunt, urgent priores ordines, adeoque conden-

Digitized by Google

In patriam reditus. Ipsos concurrere passus
Haud tamen inter se magni regnator Olympi;
Mox illos sua fata manent maiore sub hoste.
Interea soror alma monet succedere Lauso
Turnum; qui volucri curru medium secat agmen.
Ut vidit socios: Tempus desistere pugnae;
Solus ego in Pallanta feror; soli mihi Pallas
Debetur; cuperem ipse parens spectator adesset.
Haec ait; et socii cesserunt aequore iusso.

439. SUCCURRERE

438 *illi* Hugen. *maiora* Leid., sed *maiore* bene: Turno et Aenea. 439 *movet* Voss. pr. et Goth. sec. *succedere* Rom. et alii Pier. et Heins., quod et hic probat; eius interpretamentum esse *succurrere*. conf. v. 441. 444. Tuentur tamen hoc Medic. et alii; et videtur melius sententiae convenire. (*succurrere* Palat. Apud Fogginium quidem *succedere* Mediceus, in quo quum Heinsius *succurrere* legi referat, diligentius eius notam inspicienti apparebit, scribere eum voluisse *succedere*, neque hanc, sed alteram lectionem eidem probari. Et bene se habet *succedere*, quod revocavi. Succurritur enim laboranti; at non laborabat Lausus; sed cavere vult Iuturna idem, quod Iupiter fieri nolebat, ne Lausus cum Pallante concurrat; Turnum, non Lausum, fas erat congredi cum Pallante; succedit igitur Lauso Turnus, s. in eius locum subit, pro eo cum Pallante dimicaturus. Infra vs. 690.: „At Iovis interea monitis Mezentius ardens Succedit pugnae;" in Turni locum. vs. 847.: „Ut pro me hostili paterer succedere dextrae." XI, 826.: „Succedat pugnae," sc. Turnus in locum interfectae Camillae. Idem sentit Iahnius. *Wr.*) 441 *Ut vidit, Socii, t.* vel *Ut vidit, sociis*: Wuddel. coni. Animadverss. crit. p. 37. *desistere pugna* Rom. et alii, (in quibus 3. 8. 9. *Wr.*) quod vulgare esset: cum secundo casu doctius dictum, ut tot alia: *desinere irarum* etc. (sed tertium esse casum persuadebit Stat. Theb. V, 273.: „haud umquam iusto mea cura labori Destitit." *Wr.*) 442 *ferar* tentet aliquis: sicque Bigot. et Goth. tert., prave: alterum enim eruditius, ut infinitis aliis in locis quae in communi oratione futura erant, in praesentia deflectit Maro. (vid. V. L. ad IX, 21. *Wr.*) *fero* Goth. pr. 443 *pater sp.* Parrhas. 444 *iussi* olim edd. ante Pier., in his Ald. pr., ut vulgaris oratio ferebat: *cesserunt iussi*, ut inf. XII, 696 *Discessere omnes medii spatiumque dedere.* Sed hoc ipsum epitheton elegantius transfertur ad alterum: *aequore iusso*, quo ipsi cedere iussi fuerant: hoc a Naugerio editum, et ex eo in aliis, habet Pierii Medic., aliique Heins. cum Goth. pr.; et hanc lectionem Servius interpretatur.

sant aciem, ut arma vix moveri possent.

439. *soror alma.* Iuturna nympha: de qua tamen nondum mentio facta: sed v. inf. XII, 139 sq. 443. conf. II, 538. 539 et Serv. (Daunum, Turni parentem, intelligere malit Heinrich.; sed vid. vs. 450. *Wr.*) 444. *cesserunt aequore iusso:* doctius dictum, quam *iussi ipsi:* campo, quo ipsi iussi erant cedere.

Digitized by Google

At, Rutulum abscessu, iuvenis tum, iussa superba
Miratus, stupet in Turno, corpusque per ingens
Lumina volvit, obitque truci procul omnia visu;
Talibus et dictis it contra dicta tyranni:
Aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis,
Aut leto insigni. Sorti pater aequus utrique est.
Tolle minas. Fatus medium procedit in aequor.
Frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis.
Desiluit Turnus biiugis; pedes adparat ire

tatur ex Macrob. VI, 6, sed, quod mireris in Grammatico, tamquam insolentiorem eam improbat Probus. Laudat Burm. Silium X, 447, ubi *ordine iusso*. Ex Iulio Sabino patet fuisse olim qui legerent *iussu*. (*at s.* exspectes, coll. Q. V. XXXVII, 2, a.; sed vid. Q. V. XXXV, 6. *Wr.*) 445 *Et* Dorvill. *At iuvenis Rutulum accessa* Goth. tert. *tam iussa* idem cum qu. Moret. *dum* Exc. Burm. cum Goth. tert. *tamen ipsa* idem alter Menag. *ea iussa* Parrhas. Haeserunt omnes in *tum*, quod paullo asperius dictum hic videtur. *tum*, deinde Serv. interpretatur. Aut iunges: *At tum iuvenis stupet in Turno, miratus iussa superba, discessu Rutulorum.* Variavit scilicet orationem pro vulgari: partim Rutulorum discessum, partim caussam discessus, iubente Turno, miratus. (Bothius scripsit *abscessum*, in quo acumen laudes; sed vid. iam Q V. XXV, 7. *abscessu*, quum abscessissent, ut Sil. Ital. IX, 487.: „remeantis in aethera divae Abscessu, revocat mentes Gradivus." *Wr.*) *dicta superba* Oblongus Pierii et pr. Hamb. 446 *Miratur* Rom. et alii Pier. et Burm., ac bini Goth. 449 *luetabor* Bigot. 450 *est* in fine abest tribus Burm. 451 *Fatus*. Alias adiicit, *haec fatus*. Io. Schrader. coni. *Fatis. processit* Menag. pr. et Hamb. pr. cum Goth. sec. 453 *Dissiluit* aliquot Burmann. *Subsiluit* Exc. eiusdem.

v. Var. Lect. 445 sqq. Pallantis personam egregie tuitus est poeta: immota iuveni mens in tanto discrimine etc. 447. *omnia* dixit pro, totum Turnum. 449. 450. ornatius quam Homericum Iliad. χ. 253 ἕλοιμί κεν ἢ κεν ἁλοίην (h. ἁλῴην). Sententiam alibi aliter variavit Homerus: Loca Cerda collegit. Macrobius lib. VI, 1, p. 579 ed. Lips. ex Attii Armorum iudicio ductum esse versum dixit: *Nam tropaeum ferre me a forti viro pulcrum est: Si autem et vincar, vinci a tali nullum est probrum.* 450. *Sorti pater aequus utrique*, scil. ferendae par est: is est pater, qui utramque fortunam, et victoriae et mortis gloriosae, aequo animo ferat, ut fere Serv. Respicit enim ad verba Turni vs. 443 *cuperem ipse parens spectator adesset.* 453. *Desiluit*, ut par pari congrederetur: ita enim heroicae vitae lex fert. 454. Comparationes a leone sumtae multae similes sunt apud Homerum.

Digitized by Google

Comminus. Utque leo, specula cum vidit ab alta
Stare procul campis meditantem in praelia taurum,
Advolat: haud alia est Turni venientis imago.
Hunc ubi contiguum missae fore credidit hastae,
Ire prior Pallas, si qua fors adiuvet ausum
Viribus inparibus, magnumque ita ad aethera fatur:
Per patris hospitium, et mensas, quas advena adisti,
Te precor, Alcide, coeptis ingentibus adsis;
Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,

454 *Itque* Goth. sec. (*atque* Medic., sed *a* in litura, et superscripta *u*. *Wr.*) 455 *meditantem in praelia*: ita Heins. e Medic. et binis Pierii Vaticanis, quorum alter Romanus est: adde ed. Mediol., (et 3. 6. 8. *Wr.*) cum vulgo *in* abesset: *meditantem praelia taurum*. At alterum illud Heinsius illustrat partim Silii imitatione XII, 439 partim similibus, quae affert, nonnullis tamen aliquantum diversis. Conveniunt: *proludere in pugnam*, *audere in praelia* sup. lib. II, 347. *irasci in cornua* Ge. III, 232, et inf. XII, 104 *proludere ad pugnam* iisdem locis. Scilicet ad exquisitiorem formam sic processit poeta: *meditari*, exercere se, *aliqua in re*, et *aliquam ad rem*, hoc alterum elegantius extulit, *in rem*. 456 *Evolat* Zulich. *est* duo Rottend. omittnnt: at Gud. *et*, quod Heins. amplectitur; et facit utique orationem nitidiorem. Nescio, cur Burm. tacite iterum ciecerit. (et otiosum est hoc *et* post *haud alia*, nec Virgilianum. *Wr.*) *venientis* vid. ad Ecl. IX, 13. 457 *Nunc tibi* Goth. pr. 458 *si quae* et hic malebat Bentlei. ad Horat. Sat. II, 6, 10. *sors* aliquot Burm. *adiuvat* Medic. et alii tres. (est ea prior, *adiuvet* altera lectio Medicei. — 461. *Alcidae* Medic. *Wr.*) 462 *Cernant*, sc. *morientia lumina*, Oblongus, tert. Moret. Zulich. et Franc., quod multo suavius altero; recepit quoque e cod. Coll. Iesu Wakef. (Si *cernant* scripsit Virgilius, vacat *sibi*. Originem depravatae lectionis, ni fallor, hic quoque, ut alibi, vid. V. L. ad VI, 476., indicat Mediceus, in quo primum transpositis literis scriptum fuerat *cerant*; transfixa deinde *a* et interposita inter extremas duas consonas. Sic paulo post vs. 464. in eodem traiectis literis *mangum* legitur pro *magnum*. Potuit tamen, id quod Iahnius suspicatur, etiam verbum *ferant* hanc lectionem gignere. *Wr.*) *cruenta* Goth. tert.

cf. inf. ad v. 729, et Cerda ad h. l.; sed novum in Marone hoc, quod *a specula* h. montis vertice, ἐκ σκοπιᾶς, prospicit, et quod taurum videt *meditantem in praelia* (h. exercentem, parantem se ad pugnam, v. c. spargendo arenam pede, ictum cornu minando. v. Var. Lect.). Imitatorem Silium conf. lib. V, 309 — 315. Statium VII Theb. 670 seqq. 457. 458. Ubi intra teli iactum venisse Turnum videt, praevertere et occupare decrevit Pallas, si qua ratione fortuna adiuvet se: pro *se* dixit *ausum imparibus viribus*. (*si adiuvet*, experturus, si adi.; vid. V. L. ad I, 577. *Wr.*)

460. De hoc sup. VIII, 362.

Digitized by Google

Victoremque ferant morientia lumina Turni.
Audiit Alcides iuvenem, magnumque sub imo
Corde premit gemitum, lacrimasque effundit inanes.
Tum Genitor natum dictis adfatur amicis:
Stat sua cuique dies; breve et inreparabile tempus
Omnibus est vitae: sed famam extendere factis,

465. EFFUDIT

464 *Audit* Rom. 465 *effundit* plerique Pier. et Heins., et ipse Medic. ac Rom. (idque tuetur Weichert. *de Verss. iniur. susp.* p. 78.; recepit Iahnius; recte; vid. Q. V. VII, 8. In Mediceo quidem Heinsius exstare scribit *effudit*; sed apud Fogginium est *effundit*. *effudit* Palat et 4. Denique *ina'.'nis* Medic., et ubi puncta sunt, apparent vestigia alterius literae *n*. *Wr*.) Totum hemistichium ab aliena manu venisse arbitror: cum et otiosum sit et vero etiam molestum: qui deus corde premit gemitum, ut idem ille lacrimas fundat, absurdum est, si quid video. („Nollem talia excidissent optimo viro! Alcides corde premit gemitum, i. e. dolorem continet, quia per fata non licebat Pallanti succurrere, et effundit lacrimas eandem ob causam inanes, nihil profuturas ad mortem fatalem a iuvene avertendam." Haec Weichert. l. l. Non licere rescindere hoc hemistichion, intelligitur, ut vidit Heinrich., ex eo, quod, nisi lacrimae dolorem Herculis prodidissent, nescisset Iupiter, egere eum solatio. *Wr*.) 466 *Cum Gen*. Montalb. *ita fatur* Ed. pr. Burm. 467 *irremeabile* Oudart. cf. ad Georg. III, 284. In voc. *Stat*, constituta, praefinita, est, argutantur veteres Grammatici apud Macrob. I, 16 extr., quasi dictum sit ad modum τοῦ μηνὸς ἑσταμένου: *extremum diem stare dicens, quasi ad quem per omnes statur — intelligens illud stare dici, ad quod acceditur*. Nisi sanam iam mentem attuleris ad Grammaticos, raro ex illis sapies. 468 *fatis* Goth. tert. (*fatis* etiam Medic., sed superscripta *c*. *Wr*.) Ex-

363. 462. 463. Ornate. *Cernat Turnus* se spoliari et ferat, sustineat, videre me victorem. 465. sqq. Variavit et ornavit Maro ea, quae in Sarpedonis morte Homerus praeclare memoraverat Iliad. π, 431—462, et in Hectore Il. χ, 168 sqq. Alios imitatores passim Maro habuit. Unum laudat Burm. Flaccum lib. IV, 114 sqq. 467. *Stat*, est, *sua cuique dies*, τὸ μόρσιμον ἦμαρ apud Homerum. Sententia autem verss. 467. 468. 469 ex Homero inhaerere debuit poetae animo Odyss. τ, 328—334, sed multo suavius ea reddita verbis numerisque. Tum petita est sententia ex intimo animi humani sensu: in tanta vitae brevitate sui saltem memoriam post mortem aliquamdiu superesse mortalium quisque exoptat inter suos, inter amicos, inter populares; factis autem praeclaris ac virtutibus generosissimus quisque et latius amplius que et diutius et in perpetuum, idem consequi cupit. *irreparabile* h. l. quod renovari, iterari, nequit. (Plane his gemina sunt, quae apud Sallust. leguntur Catil. c. 1.: „Quo mihi rectius videtur, — — quoniam vita ipsa, qua fruimur, brevis est, memoriam

Digitized by Google

Hoc virtutis opus. Troiae sub moenibus altis
Tot gnati cecidere deum; quin occidit una
Sarpedon, mea progenies. Etiam sua Turnum
Fata vocant, metasque dati pervenit ad aevi.
Sic ait, atque oculos Rutulorum reiicit arvis.
At Pallas magnis emittit viribus hastam,
Vaginaque cava fulgentem deripit ensem.

475. *VAGINAQUE — ENSEM.*

spectes: *vitam extendere factis.* Sed est τὸ κλέος. De hoc cf. sup. ad lib. VI, 807. ubi erat: *virtutem extendere factis.* (vid. Not. *Wr.*) 470 *Hoc g.* Goth. sec. *periere d.* Oudart. pro var. lect. *gnati* Pier. e libb., al. *nati.* (vid. Q. V. XXXVIII, 1. *Wr.*) 471 *Et iam* Heins. invexit e Mentel. et ceteris melioribus. Sed in his et similibus codicum vix ulla esse potest auctoritas: et multo magis consentaneum argumentationi: *Etiam Turnum.* Intercessit quoque spatium aliquod inter Turni necem et praesens tempus. Servius: multi, ait, *Etiam* legunt, ut sit *ecce.* Scripserat Servius: *En iam.* (Mihi vis particulae *iam* ipsis verbis *vocant* et *pervenit* videtur comprehensa; *etiam* spectat ad comparationem, idque huic orationi inprimis conveniens: Ut Pallanti nunc moriendum est, ita propediem etiam Turno, qui illum percussurus est. *Wr.*) 472 *Fata manent* aliquot Pier., etiam hoc recte, sed codd. consensus tuetur alterum. (*provenit* Serv. Dresd. *Wr.*) 473 *torsit in arvis* Ed. Ven. Burmann. Noluit poeta: *reicit ab arvis.* 474 *immittit* Oudart. 475 *diripit* (ut est in Medic. 7. 8. 9. 12. *Wr.*) perperam plerique codd. et edd. ante Heins., qui illustrat *deripere.* (hoc exstat in Rom. et Palat. *Wr.*) De hoc versu valde ambigo; inutile enim et otiosum hoc intulit poeta; ensis nondum poterat esse usus, expectandum enim, ut alter hastam emitteret, donec propius accedere et cominus pugnare possent. (Liberavi hunc versum asteriscis. „Etiam hunc versum maxime genuinum esse puto et elegantem. Nonne enim fortis viri erat, emissa hasta gladium stringere et ita se accingere ad pugnam cominus ineundam, si et sua et adversarii hasta incassum esset emissa? Et haec pictura animosi iuvenis valet, si quid sentio, ad movendam miserationem, utpote qui,

nostri quam maxume longam efficere. Nam divitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis: virtus clara aeternaque habetur.“ Similia ibi laudat Cortius. Imitatur Virgilium Silius IX, 375. Ceterum vide vim et gravitatem etiam in singulis, ut in *Hoc* vs. 469., coll. Q. V. XX, 2. extr., in *gnati,* coll. Q. V. in V. L. laud. *Wr.*) 469 sqq. Color ex Hom. in sententiis paullo diversis Od. γ, 108 sqq. Alii comparant ex Iliad. σ, 117. 118. 119, Achillis verba. 473. *reiicit* quasi retro iacit; πάλιν τρέπεν ὅσσε φαεινώ, pro vulgari: retorquet, avertit; tamquam a spectaculo ingrato, quod impedire nec vult nec potest. Grammaticorum argutiae super caussa, cur dii vultum avertant, alienae sunt. Inf. XII, 151 Iuno morte Turni instante: *Non pugnam adspicere hanc oculis, non foedera, possum.* cf. Var. Lect. ad XII, 841. (— 474. *At*

Digitized by Google

Illa volans, humeri surgunt qua tegmina summa,
Incidit, atque, viam clipei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.

476. HUMERIS

antequam ipsi ensis usus esset, Turni hasta confossus cecidit." Haec Weichert. *de Verss. iniur. susp.* p. 104. *Wr.*) 476 Variant codd. et edd. inter *humeri* et *humeris*: hoc editum inde ab Aldd., donec Commelin. alterum intulit; prius tamen Rom. cum aliis Pierianis, Ursin. et Medic., aliique Heins. tuentur. Forte parum refert, utro modo legamus; modo interpretationem recte instituamus. Vulgo de thorace accipiunt; quod ut recte fiat, vereor; ita enim *hasta, quae in humerum incíderat*, mox per clipei oram, ἄντυγα, adacta tandem corpus strinxit, quod quomodo fieri potuerit, nemo facile dicat. *Tegmina* nulla alia esse possunt, quam *clipeus*; ut eandem rem amplificet: *tegmina summa* et *oras clipei*. In hac interpretatione *tegmina humeri* et *humerorum* esse possunt, nullo discrimine; ad perspicuitatem tamen, et ad orationis poeticae genium, cum tertius casus poni soleat ubi vulgo secundus, praestat *humeris* legere: Hasta incidit ea parte, *qua tegmina summa surgunt humeris*, qua extrema clipei ora humeris praetenditur, in summa clipei parte: Ἄντυγ' ὑπὸ πρώτην, ᾗ λεπτότατος θέε χαλκὸς, ut Iliad. *v*, 275; atque eo traiecto (*viam clipei molita per oras*), etiam Turni humerum stringit: ἀκρότατον — ἐπέγραψε χρόα φωτὸς Iliad. δ, 139; quem locum a v. 134 nunc Maro ante oculos habuit. Similiter inf. 589 ab inferiore parte *hasta subit per oras imas clipei* Lucagi stantis in curru, *tum* (h. ora clipei traiecta) hasta *perforat inguen laevum*, imam ventris partem in sinistro latere. add. inf. XII, 924. 925. Etiam Hector saxo ab Aiace percussus narratur haud absimilem in modum Iliad. ξ, 412, nam Aiax arrepto saxo Στῆθος βεβλήκει ὑπὲρ ἄντυγος ἀγχόθι δειρῆς. (*humeris* pauci codd. cum 3. 7. 8. 9., *s* e proximo verbo adscita; vid. V. L. ad Ge. III, 444. Restitui e plerisque atque optimis *humeri*, probatum etiam, sed non receptum, a Iahnio; et verbis ipsis *humeri qua tegmina summa surgunt* unus significatur humerus, laevus. *Wr.*) Porro *qua surgunt* Erf. In fine vs. *tegmina prima* Rom., solita varietate. 477 *clipei est* Medic. (ita apud Foggin.; quod verum fortasse; certe haud ingratam iniicit moram in re exspectationis summae plena. Burmannus *viam est* ut ab Heinsio e Mediceo enotatum profert. *Wr.*) 478 *Partem etiam* Goth. sec., memorabilis lectio, nisi in codice tam recenti et nitide sed inscite scripto casui potius deberi videretur, aut interpretamento. (recepit hoc Bothius. *Wr.*) *magni* Sprot. *destrinxit* Bigot. sec. Moret., et *detrinxit* Goth. tert. Heinsius nec ipse habebat quomodo expediret τὸ *strinxit de*, et coni. *striṇxit se*,

interruptam narrationem continuat; vid. Q. V. XXXVII, 2, a. *Wr.*)

476. 477. *tegmina humeri* seu *humerorum* non esse possunt thorax, ut vulgo accipiunt, nam hasta mox per clipei oram venire narratur: itaque *tegmina humerorum* ad ipsum illum clipeum referemus: hasta volans desuper per summam clipei oram incidit et penetrat, donec corpus Turni stringat. Bis igitur idem dixit: *tegmen summum humerorum* et *oras clipei;* et qua superior clipei pars attollitur, eminet ante humerum, dicta illa est *surgere*. Tenendum autem animo, ἄντυγα

Digitized by Google

Hic Turnus ferro praefixum robur acuto
In Pallanta diu librans iacit, atque ita fatur:
Adspice, num mage sit nostrum penetrabile telum.
Dixerat; at clipeum, tot ferri terga, tot aeris,
Cum pellis totiens obeat circumdata tauri,
Vibranti medium cuspis transverberat ictu,
Loricaeque moras et pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de volnere telum;
Una eademque via sanguis animusque sequuntur.

at mox *stringit* absolute pro se stringit, stringitur, dictum accipit; non video quo sensu. Non veniebat in mentem viris doctis esse hoc graecum: τοῦ σώματος ἐπέξεσεν, ἐπέγραψε, sc. μέρος τι; sic *strinxit de corpore* sc. partem. *stringit* pr. Hamb. *de pectore* Ven. Simili sensu etiam *destringere* dicitur, ut aliquid detrahatur et *perstringere*, si per superficiem strictura fit. cf. Herm. Arnzen. Ep. crit. p. 56 ubi idem pag. 72 mox in v. 480 *vibrans* legere mavult. 479 *robus* Goth. tert. Est Homericum ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ. 481 *nunc mage* duo vel tres Burm. *non m.* Reg. *nunc magis est* alii apud Servium. At Medic. cum Moret. tert. *si mage sit*, eleganter. (non *si* in Mediceo legitur, sed *sut*; transfixa autem prima et extrema litera, superscriptaque *n* et *m*, ut fiat *num*. *Wr*.) *magi* Rom. *penetrabile* active, ut Ge. I, 93 *p. frigus*. Tandem *p. ferrum* sec. Moret. et Franc. 482 *ac cl.* vulgo ante Heins. *quom ferri* aliquot Pier. 483 *Quom* codd. Pier. *Quem* Medic. et Montalb. cum Gud. et Ven., uti et Marklandus malebat ad Stat. p. 8, et recepit Cuningham. et Wakefield. (ac dubitabam ipse, an reciperem. *Cum* Palat. *Wr*.) *oberat totiens* Parrhas. 484 *cuspis medium* alii; et sic vulgo editum ante Heins. (*medium cuspis* Rom. cum aliis quibusdam Pierianis, tum Gud. Voss. pr. et Parrhas.; ceteri cum Mediceo *cuspis med*. Nolui ordinem Heinsio probatum mutare, quippe ipsorum numerorum elegantia commendabilem. *Wr*.) 485 *pectus ingens* Pallantis tamquam fortis et magnanimi iuvenis. Male argutatur Servius et alii, ut *cuspis ingens* iungatur. *transforat* Goth. tert. 486 *de pectore* Rom. et Goth. sec. *de corpore* Gud. Sprot. Parrhas., nec displicebat Heinsio, quoniam *volnus* statim occurret. cf. infra v. 744 (Utrumque, et *pectore* et *corpore*, interpretamenti speciem prae se fert. *Wr*.) *ferrum* Bigot. et Goth. tert. 487 *sanguisque* edd. vulgg. ante Heins. (et ita exstat in Palat. *Wr*.) Sed iam Fabric. Pier. monuerant, praestantiores codd. copulam non agnoscere; quae indoctorum hominum metro male caventium emblema est.

clipei tenuiorem esse umbone, faciliusque perforari posse. vid. Var. Lect. 478. 479. *Hic Turnus*. Pallas, exiguarum virium conscius, corporis partem nudatam petierat; contra Turnus, viribus confisus, medium Pallantis clipeum traiicit. *strinxit de corpore*: graecum ἐπέγραψε τοῦ σώματος sc. μέρος τι. vid. Var. Lect. 481. Color orationis ex Iliad. λ, 384. 391. 392. 483. Variavit structuram, ne eodem tenore sequeretur: tot laminas ferri et aeris; πτύχας Homerus dixit, *tot tauri terga*, h. e. tot coria, quibus clipeus erat indutus, et ipsam loricam ac pectus perforat telum.

Digitized by Google

Conruit in volnus; sonitum super arma dedere;
Et terram hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus super adsistens:
Arcades, haec, inquit, memores mea dicta referte
Euandro: Qualem meruit, Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,
Largior. Haud illi stabunt Aeneia parvo

488 *Concidit* Oblong. *insuper* Dorvill. (Tentat hunc vs. Wakef. ad Lucret. IV, 1042. *Wr.*) 489 *Terramque* Goth. pr. *moriens ferit* coni. Burmannus Sec. ad Antholog. Lat. p. 88. Caussam mutationis non satis perspicio; nam ipse laudat exempla Silii V, 526, et IX, 383, ubi *appetere ore*, *morsu*, *terram* in simili re occurrit: *mordere* et *mandere humum* inf. XI, 418. 669. Homericum ὀδὰξ ἑλεῖν οὐδας, quid hoc aliud quam capere, petere. Sed aliud est, quod ambigo: an poeta hunc ipsum morientium angorem ex doloris impatientia, ira ac rabie, exhibere h. l. voluerit. Quantum video, simpliciter narrat eum pronum terram ore petiisse, h. e. procidisse: ore *cruento*: nam vulnere tali accepto, ore et naribus sanguis erumpit. 490 *sic ore profatur*: hemistichium in Rom. et aliis expletur: in aliis aliter. *cum voce superba* Leid. 491 *memores inquit* pr. Hamb. 492 Aut sic ut nunc fit, aut: *Euandro qualem m.* distingui posse, Servius putabat. (post *Euandro* interpungitur in Mediceo. *Wr.*) 493 *Si quid* vel *Si quis* in Gud. a m. pr. *honor* duo Burmann. *honos rutuli* Goth. pr., nec tanti est, ut coniicias *honos*, *Rutuli*. *est* itidem duo omittunt. 494 *constant Aeneia* Sprot.

487. *animus* pro anima, θυμὸς pro ψυχή. 488. *in vulnus*, hastae gravi pondere. Sed et omnino cum Lucretio IV, 1042 *Namque omnes plerumque cadunt in vulnus*; reliqua sunt Homericum notissimum: ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ vel ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ. Monenda haec sunt, ne praeteriisse videar. Expresserant Homerum iam ante Maronem Ennius, et Furius Antias apud Macrob. VI, 1, p. 574 ed. Lips., et Ursin. 489. *terram petit*, puto simpliciter esse, pro labitur ore humi afflicto. cf. Var. Lect. 490. Ferocitas veteris aevi ex Homero adumbrata, ut insultet caeso victor: hoc loco tamen hactenus temperata et mitigata, quod Turnus corpus humandum concedit Arcadibus; at *super adsistens* est simpl. adstans, ipse stans, alteri iacenti; nec nisi infra vs. 495 *laevo pressit pede*, λὰξ προσβάς, λὰξ ἐν στήθεσι βαίνων, qui est spoliantium corpus mos, ut arma exuant; etsi h. l. unum tantum memoratur hoc, ut balteum exueret. 492. *Qualem meruit*, s. qualem Euander meruit ut sibi remitterem filium, s. qualem Pallas virtute et audacia sua meruit ut se remitterem, caesum, sed nulla contumelia corporis affectum; h. ut dignus erat audax adolescens. Hoc, sequentibus consentaneum, pro vulgari dictum est: remitto Pallantem, quomodo

Digitized by Google

Hospitia. Et laevo pressit pede, talia fatus,
Exanimem, rapiens inmania pondera baltei,
Inpressumque nefas: una sub nocte iugali
Caesa manus iuvenum foede, thalamique cruenti;
Quae Clonus Eurytides multo caelaverat auro:
Quo nunc Turnus ovat spolio gaudetque potitus.
Nescia mens hominum fati sortisque futurae,
Et servare modum, rebus sublata secundis!

496 *Exanimem*, praeter unum Gud., qui habet *exanimom*,' omnes Heins. et Pier., at *Exanimum* olim editum. Contrarium sup. IX, 451 vidimus. *Exanimum* tamen praeferam in poeta, et retraxit illud Cuningham. Heinsius: „Forte *Exanimo rapiens.*“ (*exanimum* Palat.; vid. V. L. ad IV, 8. *Wr.*) 499 *Quae bonus Eurytion* vett. edd., etiam codd. pars. (*Clonius* Rom. et 4. *Wr.*) Sed, quod Heins. et ante eum Commelin e Palat. reposuit, praestantiores eius et Pier. codd. habent. Monstra corruptelae ex aliis libris v. apud Burm.; adde *domus Eurycion* ex Goth. 501 *fortis* edd. vulgg. aliquot, sed cum *fato* omnino *sors* melius iungitur. 502 *Nec servare m.* Diu haesi in hoc *Nec*, quod prorsus incommodum esse videbam. Mox vidi nil esse aliud quam vitium edd. Burm. Nam omnes, quos evolvi, scripti et editi *Et s.* habent: itaque mutavi non cunmeruit remitti; *qualis* pro *quomodo*. οἷος pro ὡς: scilicet, sic, ut corpus humi mandandum concedatur. Cum irrisione dictum alii putant: Sic par erat te ex pugna dimitti. Quod mihi quidem minus probandum videtur: quandoquidem corpus patri remittit funeris honore humandum. (— 495. Communis ratio hunc posceret ordinem: *talia fatus est et pressit;* vid. Q. V. XXXV, 6. *Wr.*)

497. 498. Anaglyphum opus in balteo Pallantis erat caedes sponsorum suorum una nocte a Danaidibus perpetrata. Cur in hoc argumentum inciderit poeta, quaerendum non est; casus obtulisse illud putandus. Brevitatis et varietatis, eoque et suavitatis, studio, structuram orationis, quam orsus erat, poeta deserit, et a quarto ad primum casum transit. (vid. Not. ad VII, 741. *Wr.*) Erat enim *impressa manus iuvenum*, exsculptum balteo *nefas Danaidum*, nocte nuptiali suos sponsos interimentium. Nec alio modo sup. V, 536 *Cratera impressum signis*, cui signa impressa erant, etsi exsculpta, dixit. Burmannus comparat versus extr. lib. VIII. ubi Aeneas clipeum sumit *Attollens humero famamque et fata nepotum.* Idem Danaidum argumentum in clipeo copiosius exsculpsit Statius Theb. IV, 132—135. 499. Quod artificis nomen adiicit, ut poeta, facit Homeri quoque exemplo; artis enim praestantiae fidem hoc facit. (— 500. *gaudet potitus*, e noto Graecismo; vid. Q. V. XXVIIII, 6. *Wr.*) 501. Quae hic, etiam vs. 507—509, de suo

Digitized by Google

Turno tempus erit, magno cum optaverit emtum
Intactum Pallanta, et cum spolia ista diemque
Oderit. At socii multo gemitu lacrimisque
Inpositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor atque decus magnum rediture parenti!
Haec te prima dies bello dedit, haec eadem aufert,
Cum tamen ingentis Rutulorum linquis acervos!
Nec iam fama mali tanti, sed certior auctor
Advolat Aeneae, tenui discrimine leti
Esse suos: tempus, versis succurrere Teucris.
Proxima quaeque metit gladio, latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro; te, Turne, superbum

ctanter. *rebus lassata s.* apud Lutat. ad Stat. II Theb. 689. *sublata* poetae est, quod *elata* vulgo. (Exclamandi signum in fine pro puncto posui, ut ipse Heynius supra IV, 65.: „Heu vatum ignarae mentes!" *Wr.*) 504 *spolia ipsa* Medic. a m. pr. et Leid. (vid. Q. V. XVIIII, 2. *Wr.*) 505 *Ac* Dorvill. 506 *Imp. clipeo* apud Serv. inf. 841. *Pallanta sequentes* Zulich. 507 *parentis* Rom., sed vulgatum elegantius. 508 *atque eadem* pr. Hamb. *aufer* Rom. 509 *Cui t.* Leid. *linquit* Leid. alius. 510 *sed c. alter* sec. Hamb. 511 *discrimine vitae* Bigot. et Goth. tert., quod et ipsum bonum et alias frequentatum. 512 *versis tempus* Gud. *succedere Teucris* Rom. et alter Hamb. cum Goth. alt., ut supra 439. 514 *limen* Vratisl. *te caede s. Turne nova* Bigot. et Goth. tert.

adiicit poeta, et egregiam sententiam habent, et, dum futura anticipat, animum expectatione futurorum agitant. vid. inf. XII, 940 sqq. Hinc poetae certatim hoc artificio usi sunt. 503. ut lib. II, 104 *magno mercentur Achivi.* Comparandus ad rem similis de Hectore Patrocli spoliis ovante locus Iliad. ϱ, 193—201 seq. 507. *dolor atque decus.* Sumserunt hinc alii passim. Exempla habent Cerda et Burm., inprimis Martialis XI, 14 *Romani decus et dolor theatri.* Supra V, 49. 50 *quem semper* acerbum, *semper* honoratum *etc.* 509. Haec, dum, optimo quoque rebus humanis erepto, vulgus inutile servatum videmus, dicta sunt ad vulgarem hominum sensum: quem temperant illa, quae supra praemiserat: 465 *Stat sua cuique dies* etc. Ita poetae assuefaciunt animos nostros, quae in utramque partem disputari possint, videre et reputare; et hactenus sunt sapientiae magistri, praeceptores humani generis.

510. Pugnabat Aeneas in altero agmine 310 — 361. *tenui discrimine leti*, modico mortis interstitio Serv. *letum* pro exitio, strage copiarum. (— 512. *Teucris*, immo Arcadibus; vid. Not. ad vs. 404. Ut *Teucris* scribe-

Digitized by Google

Caede nova quaerens. Pallas, Euander, in ipsis
Omnia sunt oculis; mensae, quas advena primas
Tunc adiit, dextraeque datae. Sulmone creatos
Quatuor hic iuvenes; totidem, quos educat Ufens,
Viventis rapit, inferias quos inmolet umbris,
Captivoque rogi perfundat sanguine flammas.

516 *Omina* Exc. Burm. *primas* e Medic. Gud. et aliis ac parte Pierianorum Heinsius recepit. Vulgg. partim cum Ald. pr. *primus*, partim cum Ald. tert. et Rom. *primum*. 517 *Tunc* in capite versus: vox haec videtur merum versus fulcrum esse, nec quicquam aliud. Apud Servium est: Quidam *tunc* pro *quondam* accipiunt. Observavi tamen Virgilium et aliis locis durius hac voce *tunc* et *tum* uti: sic sup. v. 445 *At Rutulum abscessu iuvenis tum*: inf. 533 *iam tum Pallante peremto*, pro, iam tum cum Pallantem peremit; et eodem modo Homerus τότε interserit. Respicit autem poeta sup. lib. VIII, 102. 175 sqq. (Bene *Tunc*, quod, ut illa *in ipsis oculis*, de quo vid. Q. V. XVIII, 2, r., rei praeteritae memoriam acrius refricat; et tempus, per hanc particulam designatum, definitur praegresso *advena*: cum venisset ad Euandrum. *Wr.*) 518 *hinc iuv.* Ven. 519 *inferias quas* sec. Rottend. 520 *perfundant* Medic.

ret, poetam induxisse videtur, quod modo posuerat *suos*. *Wr.*) 513. *latum limitem agit*. Elegans translatio a vacuo spatio ad viam et actum inter duo agros relicto petita: conf. sup. IX, 323. A Marone mutuatus est Silius lib. IV, 463. 464. (et IX, 379. *Wr.*) *Agere limitem* autem proprie dicitur pro facere. vid. Gronov. ad Taciti German. 29. 516. *mensae, quas*. Respicit sup. lib. VIII, 102. 175 sq.

518. *Ufens;* is scilicet, de quo sup. VII, 745. VIII, 6. Alias de hominibus e Volscorum gente Ufentis fluvii accolis accipi poterat: ut *Sulmo* de Pelignorum oppido; sed et supra Sulmonem hominem vidimus lib. IX, 412. (*quos educat Uf.*, vid. V. L. ad IX, 266. *Wr.*) 520. *captivoque* h. e. captivorum, eleganter pro, et quorum sanguine etc. (vid. Q. V. XXXIIII, 4. *Wr.*) In ulciscendo Pallante et mox in eo sepeliendo Achillem, qui Patrocli caedem ulciscitur eique inferias facit, Maroni ante oculos fuisse, nemo non animadvertit, qui Homeri lectione imbutum habet animum. Ad idem exemplum Achillis nunc octonos iuvenes inferias Pallanti destinat et inf. lib. XI, 81. 82 immolat Aeneas. Nondum igitur ea aetate metuendum fuit Maroni, ne displiceret immane facinus lectoribus: nec, cum Aeneas ira ad furorem actus summa cum crudelitate supplicem ac pretium offerentem Magum v. 523 seqq. obtruncat, et Tarquiti cadaveri insultat v. 555 sqq., videri ille ea aetate debuit inhumaniter et impie egisse; etsi hoc ad nostrum sensum aliter se habet. Mihi quidem displicet manifesta nimium imitatio Homeri Il. φ, 26 sqq. ψ, 175 sqq.

Digitized by Google

Inde Mago procul infensam contenderat hastam:
Ille astu subit; at tremebunda supervolat hasta;
Et genua amplectens effatur talia supplex:
Per patrios Manis et spes surgentis Iuli

524. MANIS, PER SP.

521 *procul Mago* Parrhas. *Lago* Scheffer. *Magno* Goth. pr. *infestam* Macrob. V Sat. 2 et Rom. Gud. Moret. sec. Parrhas. (*infesta hasta* infra vs. 877., et tela proprie infesta vocantur, non infensa; *infensus* enim ad animum laedendique cupiditatem refertur; *infestus, infesta* autem, quod ab inferendo factum videtur, vel qui facit hostilia, vel per quae, vel ubi fiunt hostilia; hinc crebro legimus *arma infesta*, vid. Bentl. ad Horat. Od. III, 8, 19. Sed defenditur *infensam* consimili loco IX, 793.: „cum telis premit infensis.“ „infensum ignem“ etiam V, 641. ex optimis libris editur. Sic saepe rebus adiunguntur epitheta proprie ad animum spectantia; et infensa hasta erit, per quam mortem minitamur adversario. *Wr.*) *immensam* pr. Hamb. pro var. lect. Porro *contenderat* Heins. recte tuitus est (cf. sup. ad lib. V, 520) et sententiae et praestantiorum auctoritate, inter quos Oblong. et alii Pier. Medic. a m. sec., nam a prima erat *contenderet*: unde vulgaris lectio orta: *cum tenderet*. (ita Palat.; et apparet, Medicei scriptura monstrari huius lectionis originem. *Wr.*) Mentel. a m. pr. *cum tenderat*. At in Rom. *contorserat*. 522 *hastu* Goth. pr. *hastam* alter Hamb. *ictu* Zulich. *actu* Goth. sec. *astu evadit* sec. Rottend., quod pro interpretatione esse potest. *ac tr.* vulgg. edd. et codd. pars. *en tr.* a pr. m. Medic., at ab altera manu *at*: sic et Gud. aliique, unde Heins. recepit. (In Mediceo triplex exstat lectio: prima *en*, transfossa utraque litera; altera *at* superscripta; tertia *ac*, nam inter literas *a t* superius illata est *c*; vid. Q. V. XXXVII, 1, c. Defendere *at* videtur ipsa orationis compositio: *Ille subit — Et effatur*; tum *at* tuentur libri praestantissimi, Mentel. uterq. et Gudian. cum aliis Heinsii compluribus; quamobrem nescio, quare Iahnius *ac*, quod est in Palat., propter codd. se scripsisse dicat. Pieriani quid praebeant, ignoramus. *Wr.*) *tremibunda* vett. codd., ut Medic. Rom. 523 *En g. a.* Medic. (a m. pr. *Wr.*) *affatur* alter Hamb. et Zulich. 524 *et spes* vulgg. *per spes* Heins. emendavit, tamquam efficacius (et ex more: cf. sup. ad III, 599. 600) dictum, ex Leid. Moret. sec. Macrob. V. 10. et Donato ad Terent. Adelph. II, 1, 28., ut supra quoque VI, 364 vidimus. (Non quid efficacius videatur, sed quid verius et aptius, quaerendum. Ut taceam, codicum auctoritatem in tali re potiorem habendam aliorum locorum comparatione et similitudine: iungenda haec fuisse *per patrios Manes et spes Iuli*, non disiungenda, clare ostendit vs. 525. *hanc animam serves gnatoque patrique*. Iam intelliges, quid intersit inter hunc et eos, quos laudat Heynius. Revocavi igitur *et*. Ceterum *Manes* Medic. *Wr.*) *per spem* Goth. tert. *et spes haeredis Iuli* Gud. ex lib. IV, 274.

521 sqq. Iterum aperta, sed ornata, imitatio loci Homerici Il. φ, 67 sqq. *Mago*, in Magum, ut toties. *subit*, ὑπέδραμε. *supervolat*, ὑπέρπτατο. *Et genua amplectens*: apud Homerum plus miserationis, altera ἕλεν ἰλλίσσετο γούνων, altera hastam Achillis retinet. (— 525. *gnatoque*, i. e. mihi, inquit Heinrich.; at

Digitized by Google

Te precor, hanc animam serves gnatoque patrique.
Est domus alta; iacent penitus defossa talenta
Caelati argenti; sunt auri pondera facti
Infectique mihi. Non hic victoria Teucrum
Vertitur; aut anima una dabit discrimina tanta.
Dixerat. Aeneas contra cui talia reddit:
Argenti atque auri memoras quae multa talenta,
Gnatis parce tuis. Belli conmercia Turnus
Sustulit ista prior iam tum Pallante peremto.
Hoc patris Anchisae Manes, hoc sentit Iulus.

525. NATOQ.

525 *gnatoque* fere omnes Heins. (cum Rom.; et recepi; vid. Q. V. XXXVIII, 1. *Wr.*) *paterque* Franc. 526 *iacens* Rom. 527 *caelata* Goth. sec. (*Celati* Medic., sed superscripta *a*; sic etiam vs. 499. *celaverat* pro *caelaverat* in eodem exaratum reperio. *Wr.*) 528 *mali* pro *mihi* Franc. *Teucrum. Graium* pr. Hamb. pro var. lect. 529 *aut a.* probe e Medic. et aliis restituit Heins. Vulgo: *haud. tantum* sec. Rottend. 530 *cui contra* Dorvill. Goth. pr. 531 *Auri atque argenti* Goth. sec. *magna talenta* Leid. et Goth. tert. cum Cod. Thuaneo apud Macrob. V, 10. cf. sup. ad IX, 265. 532 *Gratis* alter Menag. Recordari possis Ennianum: *non cauponantes bellum sed belligerantes.* At illud paullo aliter dictum esse, satis constat: subdole pugnare, ut *καπηλεύειν* ap. Aeschyl. Sept. c. Theb. vs. 541. ed. Blomf. 533 *illa p.* Medic. 534 *Hoc patris manes hoc ipsum a. Iul.* pro var. lect. Cod. Koeler. In *sentit* nulla va-

repugnat vs. praecedens; et cf. vs. 532. ibique Not. *Wr.*) 526. Duxit haec ex alio loco simili Il. ζ, 46 sqq. adde Il. κ, 378 sqq. *dabit* pro faciet, ut et alibi, *δοῦναι*. Male vero poetam ad grammaticam subtilitatem revocant Intpp. post Servium, ut tria genera auri, argenti aerisque: *signatum* (in numis), *factum* (in vasis et signis), *infectumque* (rude, grave, in massis) exprimere debuerit. *Argentum caelatum* est in vasis, opere ectypo ornatis, ut *aurum factum* quoque; et *talenta* simpliciter pro ponderibus dixit. 531. Sententiam versus ornavit Claudian. de B. Getic. 604 — 615.

532. 533. Ornavit Homerica l. c. Iliad. φ, 99 sqq., et in v. 534. 535 ibid. 115 sqq. quae conferant, quorum studia in his posita sunt. 532. *parce gnatis tuis* pro serva, ut apud Lucilium et Ennium invenitur: Serv. (*Gnatis*, at unum fuisse declarat vs. 525.; sic etiam Cicero aliique *liberi, nati*, de uno filio dicunt; vid. Duker ad Flor. IV, 3, 2. *Wr.*) *belli commercia* redemtionem captivorum. (— 533. *iam tum Pallante peremto*, iam tum, quum Pallantem interemit; cfr.

Digitized by Google

Sic fatus galeam laeva tenet, atque reflexa
Cervice orantis capulo tenus adplicat ensem.
Nec procul Haemonides, Phoebi Triviaeque sacerdos,
Infula cui sacra redimibat tempora vitta,
Totus conlucens veste atque insignibus armis:
Quem congressus agit campo, labsumque superstans
Inmolat, ingentique umbra tegit; arma Serestus

rietas. (Nec est, quod in hoc verbo haereas: *hoc sentit*, i. e. haec est sententia Anchisae, Iuli; et spectant haec ad vs. 524. *Wr.*) 536 *applicat* Rom. et Medic., omnesque vetustiores. Vulgg. *abdidit*, (ut Palat. cum 3. 8. 11. 12. *Wr.*) quod sup. legebatur in simili versu 553 lib. II. Variare autem poeta solet vel verbo: v. sup. ad IX, 814. 537 *Aemonides* ante Heins., uti libb. pars: (et Servius; sed recte addit adspirationem cod. Dresd. *Wr.*) item *Emonides*, *Emenides*. 538 *cui sacro* Rom. *redimibunt*, *redimebat*, (ut est in Medic. *Wr.*) *redundabat* erratum ap. Burm. *redimeibant* alii ap. Pier. (*vittam* a m. pr. Medic. *Wr.*) 539 *insignibus albis*. Sic apud Serv. Probus legendum dicebat: „ut albas vestes accipiamus, quae sacerdotibus congruae sunt.“ Nec tamen video, quomodo *insignia* de veste possint accipi. Nisi forte voluit, certe debuit, *insignia alba*, de infula et vittis intelligi, et *veste alba* inde expleri. Ita blanditur lectio: etiam quia paullo post v. 550 in *fulgentibus armis* itidem exit. Tuentur tamen codd. τὸ *insignibus armis* et vetus Grammaticus Asper apud Servium: et *arma lecta* v. 541, nec extat *albis* nisi pro var. lect. in pr. Hamb. Ald. pr. et inde profectis. Nam Nauger. *armis* reposuit. (vid. Q. V. XVI, 6. *Wr.*) 540 *congressu* ed. Mediol. *ait* ed. pr. Burm. *campum* eiusd. Exc. *lassum* pr. Hamb. *lapsu* Lutat. ad Stat. VII Theb. 710. (*superstant* Medic., sed superscripta *s. Wr.*) 541 *Cerestus* aliquot edd., etiam Heins. *Segestus* Mentel. pr. conf. Serv.

vs. 517.: „mensae, quas advena primas Tunc adiit.“ *Wr.*) 534. Eandem Anchisae Manium et Iuli sententiam esse aio. Respicit ad preces v. 524. 525.

537—542. *Nec procul Haemonides — Quem congressus agit;* more haud insolito, structuram mutavit; cum esse deberet: Nec procul Haemonidem *agit*. (*Nec procul H.*, puta, est vel versatur; III, 479.: „Ausoniae pars illa procul.“ Nec recte iungas: *Nec procul agit. Wr.*) 541. *ingentique umbra tegit* sc. super adstans et inclinans se, ut spolia legat. Ordo verborum simplicior erat: *lapsum immolat, superstansque ingenti umbra tegit*. Ita accipio, nec aliter accipi posse puto. Sane de morte tum alii tum Ursin. Scalig. Cerda accipiunt, ut sit σκότος ὅσσ' ἐκάλυψεν, et quae similia alia apud Homerum occurrunt. At enim *noctem, umbram, tegere oculos* recte dixeris: quis vero ferat: *tegere aliquem umbra?* et tum *umbra ingenti?* (Miror non sensisse Heynium ingens illud frigus, quo poetae sententiam illa explicatione afficit.

Digitized by Google

Lecta refert humeris, tibi, rex Gradive, tropaeum.
Instaurant acies Volcani stirpe creatus
Caeculus et veniens Marsorum montibus Umbro.
Dardanides contra furit. Anxuris ense sinistram 545
Et totum clipei ferro deiecerat orbem; —
Dixerat ille aliquid magnum, vimque adfore verbo

546. ORBEM; D.

542 *Tecta* Rom. *Laeta* qu. Moret. Spolia legere, propria vox. *refert lateri* pr. Hamb. a pr. m. *triumphum* Bigot. et Goth. tert. (— 543. *Instaurat* Medic., sed *n* superscripta. *Wr.*) 544 *et iuvenis Marsorum* Bigot. *a montibus* Zulich. et Goth. pr. *e montibus* Sprot. et Montalb. 545 *contra ruit* Hamb. sec. *Anauris* Rom., corrupte. *Anxiris* codd. recentiores: tres *Ansiris*: duo *Anxyris*, hoc melius: verum enim est *Anxuris*, sive, ut veteres scribebant, *Axuris*. conf. sup. VII, 799. Hic et in seqq. interpunctionem mutavi. conf. Not. (Interpunctum fuerat *furit*: *A.*, et proximo vs. *orbem*. *D.* Sed ne nunc quidem omni ex parte emendata est interpunctio. In soluta oratione haec ita conformares: „Anxurem postquam, decisa ante dextra, interfecerat Aeneas, Tarquitus, huius quippe viri caede exasperatus, se obvium illi tulit.“ Hinc iam apparet, quo referatur plusquamperfectum *deiecerat*. Itaque ne in fine vs. 549. quidem plene interpungendum erat; interiectos autem vss. 547 — 549. lineolis seclusi. *Wr.*) 546 *ferri* vitiose aliquot edd. e trivio: pro *orbem*, *umbo* Goth. tert. 547 *illi* Rom. *aliquid magicum* Guellius emendabat, quem Cerda et Catroeus sequuntur: prava enim interpunctione eo devenerant, ut ad Umbronem referrent; eum autem incantationis peritum prodiderat poeta sup. VII, 750 sqq. Sed agit nunc de Anxure, homine superbo, qui insolentius increpuerat Aeneam, ut solent veteres heroes in

Lapsum superstans, ut supra vs. 490.: „Quem Turnus super adsistens;“ ubi vid. Heyn. Not.; *umbrā* autem *tegit*, i. e. facit, ut umbra eum tegat; ex noto illo loquendi more, quo, quod per aliquem fit, id ipse facere dicitur; vide ipsius Heynii Not. ad vs. 553.; denique ingens est ea umbra, quia nulla alia umbra vel tenebricosior est, vel magis perpetua. *Wr.*) Arma detracta dat Seresto absportanda: ex more, v. c. Il. π, 663 — 665.

543. *Instaurant acies* puto simpl. succedunt in pugnam cum Aenea. (Quidni proprie dictum accipimus? redintegrant, restituunt proelium, quum accepta tanta clade perculsi iam essent Latinorum animi. *Wr.*) *Caeculus* supra VII, 678. 681. *Umbro* ibid. 750. 752. Cudunt vero h. l. sibi difficultates et molestias Intpp. alius aliter, dum non ad Anxurem sed ad Umbronem seqq. referunt. Perperam. Brevitati studens poeta, ne rem eandem vicies repetat, non addit Caeculum et Umbronem fuisse caesum: pergit ad Anxurem, sed variata oratione, ut eum iam ante caesum dicat, (minime! vid. V. L. ad vs. 545. *Wr.*) et narrationem de eo subiungat, nam *deiecerat* so. *Dardanides*, Aeneas.

Digitized by Google

Crediderat, coeloque animum fortasse ferebat,
Canitiemque sibi et longos promiserat annos; —
Tarquitus exsultans contra fulgentibus armis,
Silvicolae Fauno Dryope quem nympha crearat,

549. ANNOS. T.

primo congressu pugnae. *aliquid magnum ἔπος μέγα.* Nihil notius. cf. Hemsterh. ad Lucian. T. I, p. 59. *aliquod magnum* malebat Heins. (quod Latinum non est; recte dices *magna loqui*, non *magnum*; neque enim *magnum* substantivi vim tuetur, ne apud Horat. quidem Sat. I, 10, 20.: „At magnum fecit, quod verbis Graeca Latinis Miscuit;" i. e. *μέγα ἐστὶν, ὃ ἐποίει, τὸ Ἑλληνικὰ ῥήματα ἀναμῖξαι τοῖς Ῥωμαϊκοῖς. Wr.*) *Dictum erat illi aliquid* emendaverat Waddel. p. 36 Animadv. crit., infelicis ingenii criticus. Totus versus aberat Goth. tert. Porro, pro *verbo, bello* Rom. 548 *animam* tres apud Burm. *coelumque animo* Ven. a m. pr., quod ornari posset verbis; ad vocem *fortasse*, quoties ad eam redeo, semper offendo. (*fortasse* h. l. non est ἴσως, sed ποὺ, non *vielleicht*, sed *wohl*, locumque habet in gloriatione, ut ποὺ. Iliad. V, 472 sqq.: „Ἕκτορ, πῆ δή τοι μένος οἴχεται, ὃ πρὶν ἔχεσκες; φῆς που ἄτερ λαῶν πόλιν ἐξέμεν ἠδ' ἐπικούρων, οἷος, σὺν γαμβροῖσι καὶ υἱάσι τε σοῖσιν." Cfr. etiam Soph. Oed. R. 355.: „καί που τοῦτο φεύξεσθαι δοκεῖς;" *Wr.*) 549 *et multos* Goth. sec. (cui simile est illud interpretamentum, quod vulgo pro vera lectione venditant, *multa iugera* apud Tibull. I, 1, 2.; at *magna iugera* ibi non aliter dicta, quam h. l. longi anni; infra XI, 907.: „nec longis inter se passibus absunt." *Wr.*) *permiserat* Ven. 550 *Tarquitus*, *Tarquinus*, apud Burmannum. 551 *Faulo* Ven. et Gud. a m. pr.; (ortum ex ultima syllaba praegressi vocabuli; vid. V. L. ad I, 156. *Wr.*) alius, quam deus, *Silvicola Faunus* vix esse potest. Vocem e Naevio de b. Pun. I et Accio adoptatam esse apud Macrob. VI, 5 traditum. Ita vero humani quid

Absciderat is Anxuris manum una cum clipeo, quam tenebat; etsi sic parum placet *Et totum clipei orbem:* cum sit *sinistram et* totum *clipeum deiecerat.* (*totum*, puto, adiicit, quo significetur, ipsum iam hominem totum ad vulnera accipienda apertum fuisse. *Wr.*) Iam porro, *Dixerat ille* sc. Anxur. 548. *caeloque animum fortasse ferebat.* Singulare dictum hoc. *Ferre caelo*, pro ad caelum efferre, alias iam vidimus poetae frequentatum de superbia et arrogantia: Et fortasse ille arrogantiorem se gesserat; dum de Aenea victoriam et longam vitam sibi promiserat. (Non recte interpretatus est Heynius vim particulae *fortasse;* vid. V. L. *Wr.*) Adumbravit h. l. Silius lib. V, 403 sqq. et ibid. 411, ut mox noster 550. Ex sollenni poetarum sermone, quae *alta* sunt, *caelum attingere* dicuntur; sup. I, 162 *gemini minantur in caelum scopuli.* III, 678 Cyclopes *caelo capita alta ferentes*, et sic centena. Nec aliter Graeci, inprimis tragici. Res vulgo nota. Illustrat τὸ στηρίζειν οὐρανῷ Valck. ad Eurip. Hippol. 1106. Inde tropice modo ad gloriam (ut Horat. *sublimi feriam sidera vertice*) modo ad gloriae opinionem ac persuasio-

Digitized by Google

Obvius ardenti sese obtulit. Ille reducta
Loricam clipeique ingens onus inpedit hasta.
Tum caput orantis nequidquam, et multa parantis
Dicere, deturbat terrae; truncumque tepentem
Provolvens, super haec inimico pectore fatur:
Istic nunc, metuende, iace. Non te optima mater

passus est poeta, dum subiicit v. 558 *patrio sepulcro*. Videtur hoc sensisse Iul. Sab., qui legit *Dauno*, sed sic *Silvicolae* parum accommodatum. (sensit iam Servius ad vs. 558.; vid. Q. V. XXXX, 2. *Wr.*) 552 *sese tulit* Heins. coni. (Lucret. III, 1054.: „Sponte sua leto caput obvius obtulit ipse." infra XI, 498.: „Obvia cui — Camilla Occurrit." Parum placet h. l. *reducta*; malim *retusa*, vel, quod propius ad formam vocabuli accedit, *redunca*, nisi Ovidius hoc primus novavit; interim, vid. Heyn. Not. *Wr.*) 553 *Lorica* Ven., tum *impedit* Burm.; an *impetit*? Laboravit igitur et ipse in h. l. vid. Not. 554 *Tunc* Goth. tert. *Cum* pr. *et plura parantis Hiscere* Parrhas. 555 *deturpat* a m. sec. Medic. *truncumque repente* vulgg. At *tepentem* iam antea lectum in Commelin. Heins. e Medic. et aliis, etiam Pierii ac Ge. Fabricii. *petentem* Rom. *iacentem* tert. Moret.; Heins. coni. *truncumque repentem*, nimis erudite! 556 *Pervolvens* aliquot Burm. 557 *nunc*: *non* pro var. lect. pr. Hamb. *Nunc te* vett. edd. ap. Pier. *Nam te* Sprot. *te* multis abest.

nem idem traductum est, h. e. ad superbiam, iactantiam, ostentationem: ut h. l. modo ad laudes, quibus quis aliquem supra vulgus effert. Notiones explicamus, non verba.

550—556. Tarquitus caeditur ab Aenea. *exsultans* simpl. prosiliens, prodiens. 552. 553. *Ille*, Aeneas (non Tarquitus) *hasta reducta*, quam reduxerat (conf. sup. ad IX, 423) magna autem cum vi immiserat, *impedit loricam clipeique onus*, transfigit Tarquiti clipeum et loricam, sic ut infixa hasta haereret nec retrahi facile posset, hinc Aeneas arrepto statim ense caput deiicit. Servius *impedit*: non permisit, usui esse ad protegendum Tarquitum. Nec aliter Cerda. Verum caput parum tuetur lorica clipeusque, sed galea. Est autem exquisite dictum: nam primo tribuitur ipsi Aeneae, quod hasta impeditur, dum illa per loricam et clipeum vult penetrare; nam *hasta* est casus sextus; altera poetica ratio, magis obvia, est, si *hastae* sensus is tribuitur, ut impediat; ita poterat dici: *loricam et clipeum impedit hasta*, pro vulgari: *hasta impeditur lorica*, seu *hastam impedit lorica*: nam hasta impedita et fixa in lorica et clipeo tenetur: sicque et ipse clipeus impeditus est, nec libere regi ac moveri potest; eoque nec ille, qui hasta utitur. conf. inf. 794. 795. Sed in his, quae reciproca sunt, poetae illud sequuntur, quod minus vulgare est. 554 sqq. Iterum Homerica adumbrat in sqq., quod quidem hic factum nolimus: cf. sup. ad v. 520. 527. Primum quidem

Digitized by Google

Condet humo, patrioque onerabit membra sepulcro:
Alitibus linquere feris; aut gurgite mersum
Unda feret, piscesque inpasti volnera lambent. 560
Protenus Antaeum et Lucam, prima agmina Turni,
Persequitur, fortemque Numam, fulvumque Camertem,
Magnanimo Volscente satum, ditissimus agri
Qui fuit Ausonidum, et tacitis regnavit Amyclis.

558. HUMI PATRIOVE

558 *humo* Medic. a m. sec. et Dorvill. (*humo* est altera lectio Medicei. Probat hoc Wakefield. Silv. Crit. T. II. p. 61., et recipiendum esse ipse significavi in V. L. ad I, 193.; quod quare temere fecisse Wakefieldium Iahnius contendat, non video. *Wr.*) *patrioque* nonnulli. (in quibus Medic. et Mentel. pr.; idque revocavi; vid. Q. V. XXXVI, 7. *patriove* Palat. *Wr.*) *onerabat* duo Burm. *oneravit* Gud. *ornabit* Hugen. a m. sec. (quod praefert Wakef. l. l., recte improbante Iahnio. *Wr.*) *honorabit* Dorvill., et *honerabit* emendaverat Acidalius ap. Heins. Scilicet recordandum est, *sepulcrum* h. l. esse tumulum, quo alias mortuus dicitur *premi*, cum sub eo conditus iacet; pro *membra*, *umbra* Goth. tert. 559 *liquere* Dorvill. a m. sec. (*feriseque* Heinrichio videtur Virgilius scripsisse. *Wr.*) 561 *Antheum* Medic. (*Antheus* a m. pr. *Wr.*) Esset adeo Ἄνθειον; sed nunc Ἀνταῖος est. (vid. V. L. ad vs. 183. *Wr.*) *Lucam* bene Heins. secundum Pierium e libris: melius *Lucan* Gud. (immo vid. Q. V. III, 2. *Wr.*) Vulgo *Lycam*: sic primam corripi probabile fieret. *Lyncam* Oblong. Alii aberrant: *Licam*, *Lican*, *Lincam*. *pr. agm. Turnum* aliquot edd. ante Pier. 562 *Prosequitur* aliquot Burm. *Numan* Medic. (quamquam in eodem *Lucam* vs. superiore exstat. *Wr.*) Diversus is ab eo, qui sup. IX, 454 memoratus. *flavumque* uterque Hamb. *Camentem*, *Carestem*, aberratt. 563 *Vulscente*, *Vulcente*, (ita Medic. et 10. *Wr.*) *Volsente*, *Volcente*. (hoc in Palat. et 8. 9. 12. *Wr.*) cf. sup. ad IX, 370. *dit. agris* Bigot. cf. sup. ad vs. 201. *aquis* Goth. tert. 564 *regnabat* Dorvill.

φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦγε κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη aliquoties occurrit, inprimis de Dolone Iliad. κ, 457: ubi vide ante 454 sq. Reliqua autem ex Iliad. φ, 120—127 petita sunt. conf. Iliad. λ, 452 sqq. (— 556. *super* hic quoque i. q. *insuper*. *Wr.*) 558. *onerabit:* Scilicet sepulcrum h. l. est tumulus, τύμβος, impositus corpori, quod alias inde tumulo *premi* dicitur. conf. Var. Lect. 560. *pisces lambent*, ut Homerus l. c. ἀπολιχμήσονται, sanguinem haurient.

561—564. Post alios Camertem sternit Aeneas. *prima agmina Turni*, vel προμάχους, qui pugnant, ante ordines, vel qui in prima acie, ἀριστεῖς. (Utramque notionem complecti poeta hic videtur. — 562. „*fulvum: ξανθόν.*" Serv. Potius ὑπόπυῤῥον, medium inter flavum, i. e. ξανθόν, et rufum, πυῤῥόν. Et sane de comae colore hoc epithe-

Digitized by Google

Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt
Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribusque arsisse, Iovis cum fulmina contra
Tot paribus streperet clipeis, tot stringeret ensis:
Sic toto Aeneas desaevit in aequore victor,
Ut semel intepuit mucro. Quin ecce Niphaei

565 *Aegaeon* est, *Αἰγαίων*. (*Aegeon* Medic. *Wr.*) 566 *orbibus* Franc. *auribus* alter Hamb. pro var. lect. (— 567. Scholiastes Maii putat etiam sic distingui posse: *Quinquaginta o. i. P. arsisse Iovis, c.* „ut ποιητικῶς ignem Iovis dixerit fulmen, ut Aen. I, 42." *Wr.*) 568 *et stringeret* Sprot. (*enses* Medic. *Wr.*) 569 *descedit* Goth. tert. *in agmine* aliquot Pier. et Leid. 570 *Nyphaei*, *Nipei*, *Riphei* in aliis. (*Niphei* Medic. *Wr.*) *Quin et Ufei* Ed. pr. Burm.

ton traxit Camers; infra XI, 642. *fulva caesaries;* ab hac Fulvii, ab illa Flavii sunt dicti. *Wr.*) 564. *Ausonidum.* Ausonidarum, ut bene Serv. exponit; *Ausonidas* autem pro Ausonibus dixit, quibus, cum olim omnem Italiam inferiorem tenerent, sedes a Circeiis ad Lirin usque etiam serioribus aetatibus mansere. Iam in his locis inter Tarracinam et Caietam iuxta mare *Amyclae* fuerunt, a serpentibus deletae, seu viperae seu hydri illi fuere, incolentibus urbe excedere coactis. v. Serv. ad h. l. Plin. VIII, 29 et ceteros, qui oppidi meminere, apud Cluver. Ital. ant. pag. 1093. Nomen oppidi servavit sinus, *mare Amyclaeum* vel *Amuclanum*, quod Tacitus etiam memorat IV Ann. 59. Has Amyclas *tacitas* dixit, epitheto huc retracto ab alteris Amyclis Laconicae, quae ab Achaeis habitatae ac diu fortiter propugnatae tandem a Doriensibus expugnatae sunt: hostium enim adventu saepe temere nuntiato, cum vere hostis venisset, nemine nuntiante, et *tacentibus omnibus*, urbs capta est. (Nolim tamen inscitiae aut erroris arguere Virgilium; sed Amyclas Italicas propterea ab eo tacitas vocari puto, quod olim desertae a suis incolis feruntur. *Wr.*) Cetera vid. in Excurs. II ad h. Lib.

565 seqq. Splendida comparatio. Qui primus nunc deductus erat in praelium Aeneas, quanta virtute, quo furore fit conspicuus! Aliter de Aegaeone seu Briareo tradit, quam Homerus Iliad. *α*, 404. 403, cum inter Gigantes eum referre videatur, qui Olympum oppugnant. (Scholiastes Maii: „Homerus amicum Aegaeona dicit Iovis. Sed Antimachus in III. Thebaidos d· ... *dicit* ... adversum eum armacm ... *armatum* ..." — Struo haec ita: *Qualis cum Aegaeon;* vid. V. L. ad Ge. I, 303. *Wr.*) *Pectoribus* addit 567, quia efflat ignem, ut Caeus supra, ut Typhoeus, et tot alia monstra. *tot paribus*, pari numero, scilicet quinquaginta clipeos. *Sic*, „ut non unam manum putares, *toto*

Digitized by Google

Quadriiuges in equos adversaque pectora tendit.
Atque illi, longe gradientem et dira frementem
Ut videre, metu versi retroque ruentes
Effunduntque ducem, rapiuntque ad litora currus.
Interea biiugis infert se Lucagus albis
In medios, fraterque Liger; sed frater habenis
Flectit equos: strictum rotat acer Lucagus ensem.
Haud tulit Aeneas tanto fervore furentes:
Inruit, adversaque ingens adparuit hasta.
Cui Liger:
Non Diomedis equos, nec currum cernis Achilli,

581. CURRUS

571 *Quadriiugos* aliquot Pier. Goth. tert. et Ed. pr. Burm. *Quadriiugis* Medic. et bini Burmann. iidem, sed Medic. et Menag. pr. a m. pr., *equos*. 572 *illum* Menag. pr. *et dura* Dorvill. (*ac d.* Medic. a m. pr.; vid. Q. V. XXXV, 21. *Wr.*) 573 *retroque fluentes* alter Hamb. 574 *in littore* edd. Ald. pr. et aliae ante Pier. cum Gud. Bigot. et pr. Hamb. (adde 4. 9. *Wr.*) *in littora* Goth. tert.; et potest alterum illud pro interpretatione esse alterius; tum *currum* optimi quique, inquit Burm., sicque Rom. et alius Vatic. cum Goth. sec., sed *currus* magis poeticum. (*currum* recepit Iahnius. Vellem indicasset Burmannus, qui sint illi optimi quique; certe in Mediceo apud Foggin. *currus* exstat; quod deserendum non putavi; vid. Q. V. VIIII, 3, IX. *Wr.*) *r. ad l. cursus* aliquot Pier. 575 *Lugagus* Exc. Burm. (et sic hic quidem Medic., sed in sqq. *Lucagus. Wr.*) *Licagus* Goth. sec. et mox. 576 *In mediosque Liger frater* Goth. tert. 578 *fruentes* alter Hamb. *ruentes* Parrhas. et Erf. (*furentis* Medic. *Wr.*) 579 *Diruit* Ed. pr. Burm. 580 *Cui L. ait* duo Burm. *Cui tum Liger ait* Ed. Ven. At in Ald. tert. et hinc ductis excidit totum hoc. In eadem et cett. 581 *non currum cernis Achillis* legitur. *nec c.* Heins. cum parte codd. et edd. Alii *non c.*; tum *currum* omnes Heins. cum Medic. et aliquot Pier., item binis Goth. v. IX, 12. (Non satis accurate Heynius. „Codices nostri omnes cum Mediceo *nec currum*, vel *nec currus*." Haec Heins. Et recepi *currum*, quod est in

etc. Serv. Locum bene transtulit ad Tydeum Statius II Theb. 595 sq.

572. *longe gradientem*; longis gradibus incedentem; non e longinquo: μακρὰ βιβῶντα. Magnificum vero et hoc de Aenea et mox v. 579 *ingens apparuit*. 575 sqq. Comparare solent Iliad. λ, 101 seqq. aut 122 seqq., ubi duo fratres eidem currui insistunt. 579. simpl. accipe: venit, adstitit intenta cum hasta: sed ornatius. 581. Congressus quidem est Aeneas cum Diomede Iliad. ε, 217. 275 seqq., et cum Achille Iliad. υ, 79 seqq. Sed neutrius pugnae exitus is fuit, ut poeta eum hic respexisse videri possit. Itaque Cerda est audiendus, qui sententiam eo retulit, ut omnino Latinos praeferat Achivis Liger, Latium Troadi; esse ipsi rem nunc cum fortioribus viris, quos

Digitized by Google

Aut Phrygiae campos: nunc belli finis et aevi
His dabitur terris. Vesano talia late
Dicta volant Ligeri; sed non et Troius heros
Dicta parat *contra; iaculum nam torquet in hostem.*
Lucagus ut pronus pendens in verba telo
Admonuit biiugos: proiecto dum pede laevo

585. NULLAE SUNT APUD HEYNIUM STELLULAE.

Medic. 4. 7. 9. 11.; vid. Q. V. VIIII, 3, IX. Ac solent duo substantiva ita iungi a Virgilio, ut alterum eorum singularis sit numeri, alterum pluralis: *equos — currum*; vid. eand. Q. V. 2, b. *non currum* Palat. *Wr.*) *Achilli* Heins. e Menag. pr. et Moret. pr.; adde Leid. et Goth. tert. (et 4. *Wr.*) utpote doctius. (quare servandum *Achilli* videatur, dixi in V. L. ad II, 476. *Wr.*) 582 *Phrygios campos* Goth. alter. 583 *His d. telis* Dorvill., atqui opp. *Phrygiae campos. Vesani* Goth. tert. 585 *pario* Leid. pro var. lect. Quod Servius habet: „potest legi: *Edicta parat contra*" huc spectare puto, quod alii interpungebant post *parat*: nam *edicta* vitiosum est. (Legendum ap. Serv.: „potest legi et: *Dicta p. c.*" Praebent *et* cod. Dresd. aliique. Sed fuisse, qui ultimam vocem cum seqq. iungerent, haud crediderim, quum, quid istis adiecta sibi velit, vix intelligatur. Quapropter aliud dicere voluisse mihi Servius videtur. Ac nisi me omnia fallunt, Servius et ii, quos exscripsit ille, in plerisque, quibus usi fuerant, exemplaribus haec tantum invenerunt: *Dicta parat*, reliquis *contra — hostem* omissis; in paucis tamen *Dicta parat contra*; hinc ait, etiam hoc legi posse. Quam suspicionem, qui Virgilii lectione imbutum habet animum, mirifice confirmari eo sentiet, quod nihil ieiunius languidiusque inveniri potest addito isto pauno: *iaculum nam torquet in hostem.* Et ipsum illud *nam*, ut saepe, prodit glossatoris fraudem. Itaque verba suspecta stellulis notavi. Virgilius si haec scripsisset, vix dubito, quin hunc in modum orationem instituisset: *sed non et Troius heros Dicta parans contra, iaculum contorquet in hostem.* Iam vero vide, quanto fortior exsistat et vividior oratio, statim eventu ante oculos posito; et quoties in iis, quae ante narrantur, ea, quae sponte intelligi possunt, silentio a poeta transmissa vidimus! *Wr.*) *iam torquet* alter Hamb. et Dorvill. a m. sec. *contorquet* Oudart. *in hostes* plerique Pier. et potiores Heins., sicque Heins. expressum dederat: quod tacite a Burm. mutatum: nec male. (Vellem sciremus, quinam essent illi potiores Heinsii codices; certe Medic. apud Foggin. *hostem*; et quum duo commemorati sint, facile librariis videri poterat pluralis requiri. *Wr.*) 586 *prono p. in v. telo* Arusianus Messius: quod merito placet Heinsio: modo codd. addicerent. *in verbere solo* Montalb. *Lucagus at pronus pendent in verbere tela* corrupte Erf. 587 *Ammomuit biiugis* idem Arusianus. (quod frustra quaesivi in *Exemplis elocutionum* a Maio editis; sed cod. Gud. apud Lin-

non tam facile effugiturus sit; ut supra Turnus lib. IX, 154. 155 *Haud sibi cum Danais rem faxo et pube Pelasga Esse putent.* 586. *pendens in verbera.* conf. sup. lib. V, 146. 147. Ge. III, 106. 107. Hic Lucagus gladio pro flagro usus est, dum, morae impatiens, equos ipse incitat, fratre Ligeri eos regente. Notabile

Digitized by Google

Aptat se pugnae: subit oras hasta per imas
Fulgentis clipei, tum laevum perforat inguen;
Excussus curru moribundus volvitur arvis.
Quem pius Aeneas dictis adfatur amaris:
Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit, aut vanae vertere ex hostibus umbrae;
Ipse rotis saliens iuga deseris. Haec ita fatus
Adripuit biiugos. Frater tendebat inertis

595. INERMES

demann. p. 238. *Ammovit biiugis. Wr.*) *biiuges* Goth. sec., tum *traiecto* Medic., sed *proiecto pede* recte in statu pugnandi. Ad fastidium illustravit Heinsius. cf. Macrob. VI, 4, p. 596 ed. Lips. (Illud tamen velim doceri, cur laevum ille, non, quod exspectes, dextrum pedem proiecerit. Existimandus, opinor, Aeneas a dextra Lucago stetisse. *Wr.*) 588 *Aptet* duo Heins. *sub imas* sec. Moret. 590 *volvitur agmen* Mediol. Ed. 591 *Quem prius* emendat Io. Schrader., quod per se non malum. *affatus* Dorvill. 592 *Huc age* Rufinian. de Schem. Dianoeas. pag. 37. Ed. vet. 593 *Perdidit* Ven. *advertere* Leid. (— 594. *rotis alienis* a m. pr. Medic. *Wr.*) 595 *Abripuit* Leid. Menag. pr. et Exc. Burm. *biiuges* etiam hic Goth. sec. *inertes* vel *inertis* aliquot Pier., inter quos Rom., et Heins. fere omnes, etiam Medic., haud dubie elegantius altero, etsi sensu eodem. Hic tamen Heinsio *inermes* magis arridebat: caussam non adiecit: nisi forte alterum servavit alteri loco inf. XI, 414, et potest hoc urgeri: quod Liger auriga equos regebat adeoque sine armis erat. (Non erat deserenda optima praestantissimorum librorum lectio *inertis*; nullam habet vim *inermes* in auriga eoque curru excusso; at pulchre conveniunt manus inertes vaniloquo; vid. vs. 581. sqq. coll. 599. *inermes* Palat. *Wr.*)

autem hoc, quod Lucagus in curru stans, non hasta, ex perpetuo heroum more, sed ense utitur. conf. 577. (— 587. vid. V. L. *Wr.*) Tum 588. 589 traiecta ima clipei ora hasta ipsum bubonem transfigit; ut contra superiore clipei ora vulnus inferebatur supra vs. 476, ubi v. Var. Lect. 591. *pius* epitheton nullam vim habet. („nisi forte h. l. ob ultionem, qua de Pallantis memoria promeruit, hoc epitheton acceperit;" ait Ruhkopf. Est epitheton, quod vocant, perpetuum, quod adversus Schraderum et Marklandum recte tuetur Iahnius. *Wr.*) Super Aeneae inhumanitate conf. sup. dicta ad v. 520. 592. Non proditus es hosti aut fuga, aut consternatione equorum. *nulla fuga segnis equorum* sc. quoniam hos incitaverat v. 586 *pronus in verbera. aut vanae umbrae* exemplo Niphaei v. 572. 573. 574, sed sponte desiluisti de curru. Similis sarcasmus Iliad. π, 745 — 750. (Non satis recte Heynius. Intelligenda haec sunt de curru Lucagi everso; hinc ipse excussus vs. 590., et Liger delapsus vs. 596. Currus autem proditus dicitur, quia everso facile potiri potest Aeneas vs. 595.; cuius rei causa non est tarditas aliqua equorum, *nulla segnis fuga*,

Digitized by Google

Infelix palmas, curru delabsus eodem:
Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Troiane, sine hanc animam, et miserere precantis.
Pluribus oranti Aeneas: haud talia dudum
Dicta dabas. Morere, et fratrem ne desere frater.
Tum, latebras animae, pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera ductor

601. TUM L. PECTUS, M.

596 *delatus* Sprot. pro var. lect. In nonnullis insertum testatur post hunc Burmannus versum pessime cusum *Tendebatque tales illi de pectore voces.* 597 *Per qui te tanti talem g. p.* Donat. in Terent. *qui tanti talem g.* Schol. Horat. Cruq. Od. I, 1., et idem Od. I, 10.: *Aeneam tanti talem g.* Fuisse hic iam antiquitus aliquid turbatum suspicabatur Heins. Melius Burm. vidit homines istos confudisse cum h. l. versum Aen. I, 606. *parentem* Goth. pr. 598 *et* abest Goth. tert. *sine hanc animam*, novo exemplo, fere, ut ἐᾷν occurrit; v. c. Ἕκτορ δ' ἄλλους μὲν Δαναοὺς ἔα οὐ δ' ἐνάριζεν. Sic h. l. vitam mihi relinque, nec eripe. 600 *et* abest ed. Mediol. et binis Goth. *non desere* duo Burm. 601 *recludit* vel *resolvit* pr. Hamb. (Offendit Viros doctos voc. *pectus* ut otiosum et languidum. Hinc Wakefield. ad Lucret. I, 416. scribendum putat: *Tum latebras animae, sectas mucrone, recl.* Multis arridebit, quod Fr. Iacob ad Lucil. Aetn. vs. 139. coniecit *penitus* coll. XII, 359.: „telique latebras Rescindant penitus." Nec Servius *pectus* ei videtur legisse; hunc enim dicere, esse definitionem pectoris; quod cur doceat, non intelligi, si ipsam vocem legerit in versu. At hoc, opinor, declarare Servius voluit, *latebras animae* esse definitionem subiectae vocis *pectus*; certe in utroque Lips. superscriptum *seu*, i. e. *latebras animae* seu *pectus*. Sed nulla, puto, difficultas residebit, si rationem a C. G. Iacob in *Disquisitionum Virgilian.* Part. I. p. 13. propositam secuti non *pectus*, sed *latebras animae* per appositionem adiecta esse statuimus; eodem prorsus modo XI, 508.: „O decus Italiae virgo." Mutavi igitur nihil, nisi interpunctionem. Ceterum idem iam sensisse Iahnius videtur, qui ita interpunxit: *Tum latebras animae, pectus m. r.* Post *pectus* in Mediceo distinguitur. *Wr.*) 602 *ductor* probatiores Pier. et Heins. Alii edd. et scripti *victor*, ut Goth. pr. et tert. cum Erf. (adde 9. 10. 11. 12. *Wr.*)

quippe concitatissime currentium, nec vanus aliquis terror ex hostibus veniens; sed hastae dominum percutientis iactu consternati sunt illi; quae res per sarcasmum ipsi Lucago probro vertitur. Significavimus iam, iungenda esse *vanae ex hostibus umbrae*, non *vertere*, quod est evertere, non avertere, *ex hostibus*. — 597. De omisso in hac obtestandi formula *oro*, vel simili verbo, vid. Oudend. ad Lucan. X, 370. — 600. *fratrem frater*, vid. Not. ad IV, 83. *Wr.*) Iterum 603 Homerica vides: conf.

Digitized by Google

Dardanius, torrentis aquae vel turbinis atri
More furens. Tandem erumpunt, et castra relinquunt
Ascanius puer et nequidquam obsessa iuventus.
Iunonem interea conpellat Iuppiter ultro:
O germana mihi atque eadem gratissima coniunx,
Ut rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes; non vivida bello
Dextra viris, animusque ferox, patiensque pericli.
Cui Iuno submissa: Quid, o pulcerrime coniunx,
Sollicitas aegram, et tua tristia dicta timentem?
Si mihi, quae quondam fuerat, quamque esse decebat,

603 *Dardanus et* aliquot Pier. 604 *fremens* Mentel. sec., sicque Rom. *erumpit* pr. Moret. *claustra* pr. Hamb. et Parrhas. 609 *Troianis* Sprot. *substentat* Ven. *nec*, *nunc*, *nam*, erratum apud Burm. *nec* etiam Goth. tert. *non invida* Parrhas. 610 *animosq.* Gud. a m. pr. 611 *Cum I.* pr. Hamb. *Et I.* Rom. 612 *me aegram* Exc. Burm. *tr. iussa t.* Medic. (quod haud scio an ab ipsius Virgilii manu profectum sit, cf. vs. 6. sqq. *trist. dicta* ex II, 115. transferri huc potuit; vid. V. L. ad VII, 528. *Wr.*) 613 *quemque* Montalb.

Iliad. ε, 87. 88. 604. 605. Artificium narrationis velim observari in iudicio et dilectu rerum, quas narrat, tot aliis omissis. Pugnari debuit interea non minus acriter circa muros; sed his nunc recte caremus; itaque satis erat binis versibus moneri nos de exitu oppugnationis.

606 sqq. Eo iam res erat adducta, ut Turnum Aeneas assequeretur adeoque pugna inter eos fieret. Haec ex rerum in Aeneide ordine destinato adhuc erat differenda. Deorum interventu ad hoc usus est, ut epicus poeta Homeri exemplo semel instituerat facere.

606—688. Iuno, salute Turni in tempus tantum a Iove impetrata, Turnum elusum per εἴδωλον Aeneae pugna educit. 607. 608. Amare haec ad Iunonem; et respiciunt supra in consilio deorum a Iove pronuntiata, in posterum omnia *sola fati lege* eventura esse; neque ullo se numine interventurum esse, ut fata saltem differantur; v. ad vs. 112. 113. Comparant locum Iliad. σ, 356 sqq., adde δ, 5 sqq. 609. 610. *non vivida virtus:* immo vero Aeneae virtus pugnam restituerat. *dextra viris*, virorum: ut solet poeta.

611. *pulcerrime* h. l. notabile, inter blanditias. 612. *tristia di-*

Digitized by Google

Infelix palmas, curru delabsus eodem:
Per te, per qui te talem genuere parentes,
Vir Troiane, sine hanc animam, et miserere precantis.
Pluribus oranti Aeneas: haud talia dudum
Dicta dabas. Morere, et fratrem ne desere frater.
Tum, latebras animae, pectus mucrone recludit.
Talia per campos edebat funera ductor

601. TUM L. PECTUS, M.

596 *delatus* Sprot. pro var. lect. In nonnullis insertum testatur post hunc Burmannus versum pessime cusum *Tendebatque tales illi de pectore voces.* 597 *Per qui te tanti talem g. p.* Donat. in Terent. *qui tanti talem g.* Schol. Horat. Cruq. Od. I, 1., et idem Od. I, 10.: *Aeneam tanti talem g.* Fuisse hic iam antiquitus aliquid turbatum suspicabatur Heins. Melius Burm. vidit homines istos confudisse cum h. l. versum Aen. I, 606. *parentem* Goth. pr. 598 *et* abest Goth. tert. *sine hanc animam*, novo exemplo, fere, ut ἐᾷν occurrit; v. c. Ἔκτωρ δ' ἄλλους μὲν Δαναοὺς ἔα οὐδ' ἐνάριζεν. Sic h. l. vitam mihi relinque, nec eripe. 600 *et* abest ed. Mediol. et binis Goth. *non desere* duo Burm. 601 *recludit* vel *resolvit* pr. Hamb. (Offendit Viros doctos voc. *pectus* ut otiosum et languidum. Hinc Wakefield. ad Lucret. I, 416. scribendum putat: *Tum latebras animae, sectas mucrone, recl.* Multis arridebit, quod Fr. Iacob ad Lucil. Aetn. vs. 139. coniecit *penitus* coll. XII, 359.: „telique latebras Rescindant penitus." Nec Servius *pectus* ei videtur legisse; hunc enim dicere, esse definitionem pectoris; quod cur doceat, non intelligi, si ipsam vocem legerit in versu. At hoc, opinor, declarare Servius voluit, *latebras animae* esse definitionem subiectae vocis *pectus*; certe in utroque Lips. superscriptum *seu*, i. e. *latebras animae* seu *pectus*. Sed nulla, puto, difficultas residebit, si rationem a C. G. Iacob in *Disquisitionum Virgilian.* Part. I. p. 13. propositam secuti non *pectus*, sed *latebras animae* per appositionem adiecta esse statuimus; eodem prorsus modo XI, 508.: „O decus Italiae virgo." Mutavi igitur nihil, nisi interpunctionem. Ceterum idem iam sensisse Iahnius videtur, qui ita interpunxit: *Tum latebras animae, pectus m. r.* Post *pectus* in Mediceo distinguitur. *Wr.*) 602 *ductor* probatiores Pier. et Heins. Alii edd. et scripti *victor*, ut Goth. pr. et tert. cum Erf. (adde 9. 10. 11. 12. *Wr.*)

quippe concitatissime currentium, nec vanus aliquis terror ex hostibus veniens; sed hastae dominum percutientis iactu consternati sunt illi; quae res per sarcasmum ipsi Lucago probro vertitur. Significavimus iam, iungenda esse *vanae ex hostibus umbrae*, non *vertere*, quod est evertere, non avertere, *ex hostibus*. — 597. De omisso in hac obtestandi formula *oro*, vel simili verbo, vid. Oudend. ad Lucan. X, 370. — 600. *fratrem frater*, vid. Not. ad IV, 83. *Wr.*) Iterum 603 Homerica vides: conf.

Digitized by Google

Dardanius, torrentis aquae vel turbinis atri
More furens. Tandem erumpunt, et castra relinquunt
Ascanius puer et nequidquam obsessa iuventus.
Iunonem interea conpellat Iuppiter ultro:
O germana mihi atque eadem gratissima coniunx,
Ut rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Troianas sustentat opes; non vivida bello
Dextra viris, animusque ferox, patiensque pericli.
Cui Iuno submissa: Quid, o pulcerrime coniunx,
Sollicitas aegram, et tua tristia dicta timentem?
Si mihi, quae quondam fuerat, quamque esse decebat,

603 *Dardanus et* aliquot Pier. 604 *fremens* Mentel. sec., sicque Rom. *erumpit* pr. Moret. *claustra* pr. Hamb. et Parrhas. 609 *Troianis* Sprot. *substentat* Ven. *nec*, *nunc*, *nam*, erratum apud Burm. *nec* etiam Goth. tert. *non invida* Parrhas. 610 *animosq.* Gud. a m. pr. 611 *Cum I.* pr. Hamb. *Et I.* Rom. 612 *me aegram* Exc. Burm. *tr. iussa t.* Medic. (quod haud scio an ab ipsius Virgilii manu profectum sit, cf. vs. 6. sqq. *trist. dicta* ex II, 115. transferri huc potuit; vid. V. L. ad VII, 528. *Wr.*) 613 *quemque* Montalb.

Iliad. ε, 87. 88. 604. 605. Artificium narrationis velim observari in iudicio et dilectu rerum, quas narrat, tot aliis omissis. Pugnari debuit interea non minus acriter circa muros; sed his nunc recte caremus; itaque satis erat binis versibus moneri nos de exitu oppugnationis.

606 sqq. Eo iam res erat adducta, ut Turnum Aeneas assequeretur adeoque pugna inter eos fieret. Haec ex rerum in Aeneide ordine destinato adhuc erat differenda. Deorum interventu ad hoc usus est, ut epicus poeta Homeri exemplo semel instituerat facere.

606—688. Iuno, salute Turni in tempus tantum a Iove impetrata, Turnum elusum per εἴδωλον Aeneae pugna educit. 607. 608. Amare haec ad Iunonem; et respiciunt supra in consilio deorum a Iove pronuntiata, in posterum omnia *sola fati lege* eventura esse; neque ullo se numine interventurum esse, ut fata saltem differantur; v. ad vs. 112. 113. Comparant locum Iliad. σ, 356 sqq., adde δ, 5 sqq. 609. 610. *non vivida virtus:* immo vero Aeneae virtus pugnam restituerat. *dextra viris*, virorum: ut solet poeta.

611. *pulcerrime* h. l. notabile, inter blanditias. 612. *tristia di-*

Digitized by Google

Vis in amore foret: non hoc mihi namque negares,
Omnipotens, quin et pugnae subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem servare parenti.
Nunc pereat, Teucrisque pio det sanguine poenas.
Ille tamen nostra deducit origine nomen,
Pilumnusque illi quartus pater; et tua larga
Saepe manu multisque oneravit limina donis.

614 *non haec* duo Moret. et Iunt. ed. cum Goth. sec. *mihi nempe* Bigot. et Zulich., (quod recepit Bothius. *Wr.*) sed vid. Not. 615 *Turnum s. pugnae* aliquot Pier. 616 *Vel Dauno* Oudart. *possim* uterque Rottend. et Leid. 617 *suo det s.* Dorvill. *modo det* Erf., sed *pio*, quatenus mortem non meruit. 618 *deducet* duo Rottend. et Gud. 620 *quae* abest binis Burm. *oneravit* ubique legitur. Io. Schrader. Emendatt. p. 151, memor perpetuae varietatis in duabus voc. *onerare* et *ornare*, emendabat

cta h. l. exprobrantis, acerba. 613. *Vis in amore mihi*, pro si tuo in me amori esset vis. Alias *potentia* dicitur de amantibus. Vulgaris oratio esset: *si tantum valeret amor meus apud te, tantam haberet vim et auctoritatem*, ut olim inter amoris nostri primordia. 614. *namque* non vacat, sed asseverat: scilicet, utique, γάρ τοι, γὰρ δή. (Quod mihi olim visum fuerat, *Si*, quod superiore versu legitur, optandi vim habere, *utinam mihi — vis in amore foret!* id video praeter alios etiam Iahnio in mentem venisse. Is quidem etiam alia ratione expediri hanc orationem posse putat, ut omissa sit apodosis: *Si — foret, non hic rerum status esset.* Nunc mihi illud *namque* cum VIII, 84. comparatum: „Quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxima Iuno, Mactat," vim habere quandam restringendi, et iungendum esse cum praegresso nomine, ut *mihi namque* sit i. q. ἔμοιγε, ἔμοιγε δή, nostrum *mir eben, mir gerade*. Eamque significationem inde ortam existimo, quod *enim, namque*, natura sua sunt βεβαιωτικά, unde etiam haud infrequens ista apud Comicos compositio *quia enim;* cfr. etiam V. L. ad Ge. II, 509. Emphasin in pronomine h. l. deprehendit etiam Donatus, apud quem haec leguntur: „Non haec mihi namque negares: *Mihi* quum dixit, — an: *m. namque d.?* — quam dilexisti antea, mihi, uxori tuae." *Wr.*) 617. *Nunc pereat* stomachabunda pronuntiat: pro, nunc vero ei pereundum est in Troianorum gratiam; etsi ille etc. 618. *deducit nomen* h. stirpem, genus. A Iunone Turni genus si ductum fuit, ignotam fabulam attingere videri debet poeta, ut fortasse Pilumnus Iunonis filius habitus fuerit: quod nunc ignoratur. Potest tamen illud: *nostra origine*, ita sumi, ut sive Iovis sive omnino divina stirps et origo respiciatur. Nam si a Da-

Digitized by Google

Cui rex aetherii breviter sic fatus Olympi:
Si mora praesentis leti tempusque caduco
Oratur iuveni, meque hoc ita ponere sentis:
Tolle fuga Turnum, atque instantibus eripe fatis.
Hactenus indulsisse vacat. Sin altior istis
Sub precibus venia ulla latet, totumque moveri
Mutarive putas bellum: spes pascis inanis.

621. FATUR

ornavit: quod sane et ipsum praeclarum est, ut *decorare*. Et qui donaria in templis suspendit, ille ornat templum: quod nunc per *limina* declarat poeta. Lucan. VI, 260 *Non tu bellorum spoliis ornare Tonantis Templa potes.* Accommodatum itaque Io. Schraderi inventum dicam et ingeniosum. Sollenne tamen non minus est copiam magnam per *implere*, *onerare*, declarare. Sup. III, 485 *Nec cedit honori*, *Textilibusque onerat donis.* Lectionem igitur non ausim contra omnes codices mutare, quae nec ipsa aut minus poetica aut absurda aut alia de caussa damnanda sit. Mutavit tamen nunc Wakefield. (et ante Wakefieldium Brunckius. *Wr.*) 621 *fatus* a m. sec. Medic. et Gud. cum aliis Heins., sic et Rom. cum Goth. sec. et Erf. (*fatur* prior lectio Medicei, altera *fatus*, quod etiam Mentel. uterq., item 7. 8. 9. 10. 11. tuentur; idque recepi; apparet Verbum finitum pro Participio a librariis esse substitutum. Tum *fatus* aptum est et brevitati Iovis, et ipsius personae dignitati; vid. Q. V. VII, 5. *Wr.*) 623 *haec ita* Leid. qu. Moret. Ed. Ven. *ponere si vis* Dorvill. a m. sec. (*tendis* corr. Bothius; vid. Not. Heyn. *Wr.*) 627 *Multarive* Medic. a m. pr. *putes* Oudart. *poscis* idem.

nae ductum Turni genus: debuit illud ad Iovem et Io referri; aut Pilumnus Iovis filius haberi potuit vel Saturni. Nunc cum veriora ignoremus, praestat simpliciter de divina origine inde a Pilumno accipere: unde etiam adiectum: *Pilumnusque illi quartus pater.* conf. Excurs. VII ad VII, p. 164. (*Pilumnusque*, nam Pilumnus; vid. Q. V. XXXV, 5. *Wr.*) 619. 620. *et tua larga saepe manu.* Frequens ad exorandos deos et ad rudiora hominum, qui sacris factis tamquam donis et muneribus numen placari posse putant, ingenia accommodatum argumentum, cuius prima exempla in Homero Iliad. Θ, 238 sq. et 203 sq.

621. Iuno hoc spectabat, ut Turnum omnino morti eriperet. Huic occurrit Iupiter sic, ut in praesens modo tempus fata Turni differri patiatur. conf. sup. VII, 313 sqq. Est vero totus locus Homericus Iliad. π, 439 seqq., ubi Iovi Sarpedonem morti subducturo simili modo intercedit Iuno, ac nunc Iunoni Iupiter. 622. *caduco*, exquisite, mox casuro, vel cui mox cadendum, moriendum est: ut VI, 481 *bello caduci*, cadentes. — 623. *meque hoc ita ponere sentis:* sique ita hoc factum interpretaris, in hunc sensum accipis, ut in eum modum a me constituatur nunc hoc: scil. ut Turni fata differantur, non ut mutentur. *ponere*

Digitized by Google

Et Iuno adlacrumans: Quid, si, quae voce gravaris,
Mente dares, atque haec Turno rata vita maneret?
Nunc manet insontem gravis exitus: aut ego veri

628. QUID SI, QUOD 629. MANERET!

628 *Et I. adlacrimans* e Medic. et aliis Heinsius. (vid. Q. V. XXXV, 11. et V. L. ad IX, 52. *Wr.*) Edd. Mediol. et Ald. pr. *Quoi I. allacrimans.* Vulgo inde a Naugerio: *Cui I. illacrimans.* At praecessit *Cui* v. 621. Rom. *Cui I. lacrimans.* Duo Moret. et pr. Hamb. *Cui I. adlacrimans.* (eadem videtur Palat. esse lectio. *Wr.*) *Quod si* Gud. et Sprot. ita *atque* esset dictum pro utique, sic sane, ἢ δή. *quae voce gr.* Rom. et pars codd. Pier., Heins. et Burm. cum Goth. pr. (Comma posui post *Quid*, interrogandi signum in extremo versu proximo. Ratio multum frequentatae huius breviloquentiae haec est: Quid facies, si petam a te, ut mente des id, quod dare voce gravaris? vid. Wunderl. Obss. in Tibull. I, 2, 62. Tum edidi *quae*, ut etiam in Mediceo et 8. exstat, quodque Servium legisse liquido apparet. Nec probabile est, ex singulari *quod* ortum hic esse pluralem, quum unum respici videatur, vita Turni. At bene *quae* h. l.; nam *quod* quum ad certum aliquid spectet, vitam Turni utique, *quae* ostendit tantum rem, non declarat; idque vel maxime convenit meticulosorum orationi, ut, primum obscurius significata re, tum demum aperte, quod sentiunt, pronuntiare audeant. *quod* Palat. *Wr.*) 629 *data vita* Rom., non Servius, quem Heins. nominat. (*manaret* Medic. ap. Foggin. *Wr.*) 630 *haud ego* Oudart. et Exc. Burm., quod et ipsum defendi posset.

docte, τιθέναι pro διατιθέναι, ordinare, constituere. 625. *vacat* exquisitius quam *licet*: nihil ultra. 626. *venia*, concessio: quod concedam, indulgeam.

628. Belli exitum fatalem immutatum non iri Iupiter pronuntiaverat: de Turno nil meminerat. Iuno itaque Iovem, quem sibi placatiorem videt, seu alia de caussa seu Veneris iurgia veritum, cetera de Turni vita et incolumitate eloqui non audere arbitrata, utinam id, inquit, quod disertis verbis promittere mihi gravaris, animo saltem et voluntate annueres, scilicet, ut Turno vita esset incolumis! *Quid si* valet idem, quod, cur non? quid ni? τί οὖν; εἰ καί, quid mali inde futurum esset, si; vel, quantum, quam magnum id foret, si — reditque adeo sententia ad optativam: o si! (*quid, si — dares*: sunt haec blande ac sollicite precantis et inter spem metumque voto vel potiundi vel excidendi versantis; vid. V. L. *Wr.*) *gravaris* sc. dare. *rata* eleganter, adeoque perpetua et integra, incolumis. (*haec vita*, qua nunc fruitur; ita interpretatus fueram Q. V. XX, 6, a. Nunc *haec* ex communi optantium more dictum arbitror; est enim *hoc, haec*, sollemne in votis, ut in notissimo illo: *da mihi hoc.* Itaque id dicere Iunonem puto: maneat haec illi vita, pro qua intercedo, quaque orbari eum invita videam. Definitur enim certum aliquid, quod petimus, per *hoc*; cf. Q.

Digitized by Google

Vana feror. Quod ut o potius formidine falsa
Ludar, et in melius tua, qui potes, orsa reflectas!
Haec ubi dicta dedit, coelo se protenus alto
Misit, agens hiemem nimbo succincta per auras;
Iliacamque aciem et Laurentia castra petivit.
Tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram
In faciem Aeneae (visu mirabile monstrum)

631 *ferar* Dorvill. *Quod uti p.* Gud. *Quid ut o* Ed. pr. Burm. *Quin o*, et, *Quin ut o*, vett. edd. cf. Pier. *Quin ut* Goth. pr. *ultro p.* tert. *Quod ut opto tuis* Erf. (— 632. *medius* Medic., sed cum litura. *Wr.*) 634 Post hunc in Moret. sec. retractus erat versus ex lib. XI, 144 *Ordine flammarum et late discriminat agros.* 635 *et L. tecta* aliquot Pier. Alii *I. a. petit et Laurentia castra.* 637 *miserabile* Ven., sicque edd. nonnullae diobolares.

V. laud. §. 1. *Wr.*) Mox se ipsam retractat: Enimvero, *nunc*, *manet* etc. (*manere*t? *Nunc manet:* vid. V. L. ad V, 181., adde Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 97. Not. *Wr.*) 630. 631. *aut ego veri vana feror*, nisi admodum fallor, a vero aberro. *vanus*, qui sibi vana et inania persuadet, *vanus veri* graece dictum, ut fallax veri, deceptus, falsus veri h. vero. (*veri effeta* VII, 440. *Wr.*) *Quod*, κατ' ὅ, qua in re tamen utinam frustra metuam et utinam tu consilium de Turno mutes. (De usu pronom. *Quod* in optandi formulis vid. Sillig. ad Cir. vs. 149. 272. et quos ille laudat. Sed h. l. *Quod ludar* nescio an ea ratione dictum sit, de qua expositum III, 56. Not. *Wr.*)

633 sqq. In simulacro Aeneae conflando habuit Apollinem Homericum, quem sequeretur, qui Aeneae εἴδωλον obiicit Diomedi Iliad. ε, 449 sq. φάσμα. Inventum autem hoc Iunonis eo pertinet, quod, si ei aperte fugam suasisset, more viri fortis Turnus fugae mortem praetulisset. cf. Serv. ad 644. vid. inf. 666 sqq. Imitatus, sed sobrie, Silius X, 83 sq., et paullo pinguius, in fraude Annibali a Iunone facta lib. XVII, 528 seqq. — 572 seq.; in quo loco multa ex nostro expressa. Antiquissimum huius generis εἴδωλον, Euripidi φάσμα, est nubes in Iunonis speciem mutata et Ixioni obiecta. Dicas forte Iunonem et h. l. sagaciter esse adhibitam ad meteorum creandum, quippe quae aeris erat symbolum antiquae Graeciae: unde Iris erat eius ministra. Sed a Marone haec aliena sunt, quippe cui Iuno persona poetica est, qua caussam efficientem rei, vulgari modo non tractandae, subiicit, accommodate tamen ad mythorum fidem. *nimbo succincta*, nube. *hiemem agens*, turbinem, procellam. Novum hoc ad deae praesentiam designandam, sed in ἐπιφανείαις deorum in templis non insolens: vide Callimach. in Apoll. pr. et Intpp. Cerda laudat ex Valer. Fl. II, 115 *Cum dea* (Venus) *se piceo* per sudum *tur-*

Digitized by Google

Dardaniis ornat telis; clipeumque iubasque
Divini adsimulat capitis; dat inania verba;
Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis:
Morte obita quales fama est volitare figuras,
Aut quae sopitos deludunt somnia sensus.
At primas laeta ante acies exsultat imago,
Inritatque virum telis, et voce lacessit.
Instat cui Turnus, stridentemque eminus hastam
Coniicit; illa dato vertit vestigia tergo.
Tum vero Aenean aversum ut cedere Turnus
Credidit, atque animo spem turbidus hausit inanem:
Quo fugis, Aenea? thalamos ne desere pactos:
Hac dabitur dextra tellus quaesita per undas.
Talia vociferans sequitur, strictumque coruscat
Mucronem; nec ferre videt sua gaudia ventos.

638 *armat* pro div. lect. Dorvill. et *iubamque*. 639 *verba* vel *membra* Gud. 640 *gressumque* Medic., idque praefert Cuningham.; etiam Wakef., quia ambigua est structura in vulgata. (*gressum* ex sono praegressi *sonum* natum; et solet ita a Virgilio Singularis et Pluralis iungi, *sonum — gressus*; vid. Q. V. VIIII, 2, b. *Wr.*) *affigit* Ven. *inertes* Goth. sec., felix librarii lapsus, si intelligas esse gressus non veros, sed per ludibrium assimulatos: ut modo *inania verba*. 641 *qualis* binis locis Priscianus. (etiam Medic. *Wr.*) 642 *ludunt insomnia* pars codd. Heins. et Burm., sicque Goth. tert. Omiserat, puto, aliquis praepositum verbi: *deludunt*. In Hugen. *deducunt s.* In tert. Moret. *alludunt s.* 643 *Aut p.* Zulich. et Ed. Iunt. *laeti* Dorvill. 644 *ac voce* Menag. pr. et Goth. tert. *aut* aliquot Burm. 645 versus deerat Goth. tert. 647 *versum Aenean* Sprot. et Montalb., nec male. *Aenean versum incedere* alter Menag. *Aeneam adversum* Zulich. et Ed. P. Daniel. et Iunt. cum Goth. tert. *ubi cedere* Parrhas. 652 *ut ferre* Franc.

bida nimbo Praecipitat. 638. *telis* h. l. pro armis, paullo durius; nisi de valida Aeneae hasta accipere praestat. Mox *iubas* pro galea cum crista. 639. *inania verba* ipse mox interpretatur: „*dat* sine mente *sonum*.“ 641. *figuras*, εἴδωλα. Ante oculos fuisse Lucret. I, 133—136 observat Macrob. VI, 1, p. 577 Lips. (— 642. *Aut quae:* aut qualia sunt, quae *cet. Wr.*) 648. *turbidus*, tumens, elatus arrogantia, inquit Serv. Perturbatur scilicet mens superbientis tumore, ira, spe, metu. 652. nec sentit et intelligit, suam exultationem esse inanem. Loquendi ratio poetis non infrequens. Nisi mavis *gaudia* esse dicta pro ipso simulacro, quod nunc a se ferro

Digitized by Google

Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, et ponte parato;
Qua rex Clusinis advectus Osinius oris.
Huc sese trepida Aeneae fugientis imago
Coniicit in latebras: nec Turnus segnior instat;
Exsuperatque moras, et pontis transilit altos.
Vix proram adtigerat: rumpit Saturnia funem,
Avolsamque rapit revoluta per aequora navem.

653 *saxi — celsi* Goth. tert. 654 *Inpositis* Hugen. *ponte peracto* Goth. tert. (Vix dignum memoratu, quod hoc versu *paratos*, superiore *saxa*, utrumque a m. pr., in Medic. legitur. *Wr.*) 655 *Clusiniis* Medic. a m. sec. *Claustrinis* Ed. pr. Burm. *adventus* Ven. *Osimius* Oudart. *Osirius* Goth. sec., sicque aliquot Pier. cum Rom. *Osinus* Franc. et Ald. *Onisius* Bigot. pro var. lect. Ineptit Servius, qui Massicum Osimium hinc exsculpit, et Grammaticus apud Macrob. V, 15, p. 532, qui haec repre hendit. 656 *Huic* Medic. *Aeneae trepida* Ald. pr. et Goth. pr. (idem verborum ordo in Medic. apud Foggin. *Wr.*) *trepidam Aeneae* alter Hamb. 657 *in tenebras* Hugen. *in latebris* pr. Menag. *Latebras* pro refugio dixit. *segnius* alter Hamburg. (— 658. *pontes* Medic. *Wr.*) 659 *rupit* aliquot Heins. cum Goth. pr. sicque edd. apud Pier. et Rom. (adde 12. *Wr.*) 660 *Avolsam* et *Advulsam* in Pier. libb. *Evulsam* Leid. *resoluta* Goth. tert. *navim* Pier. malebat ex vett. scriptis. *clas-*

attingi posse gaudebat. (Prior ratio, ut simplicior, longe praeferenda alteri. *Wr.*)

653. Stabat forte navis ita admota littori saxoso, ut pons applicitus esset. *crepido saxi*, ornate de littore, quatenus eminet. *rex*, ex more veteris aevi pro viro ex principibus: aut fac fuisse Lartem Clusinorum, sub Massico, duce totius agminis. cf. v. 166, et Exc. I. (Osinium et Massicum unius hominis nomina esse vult Servius, ut Numanum Remulum supra. *Wr.*) 660. *aequora revoluta*, de fluctuum recessu, refluxu, a littore accipio. („Παλλαγὴ est, pro *revolutam navem*.“ Haec Serv. *Revolvere iter* quum supra legamus IX, 391., equidem aequora revoluta accepe-rim de itinere per aequora revoluto: avolsam Iuno rursus agit per aequor. *Wr.*)

666. *ingratus salutis* exquisite ad Graecum morem ἀχάριστος σωτηρίας sc. ἕνεκα: quod ad salutem, vitam servatam, attinet. Sic paullo ante, *veri vana*. (— 667. *cum voce*, additis his verbis, simul clamans. Tibull. III, 4, 64.: „Tu modo cum multa brachia tende prece;“ ubi vid. Huschk., adde Drakenb. ad Sil. Ital. X, 432. a Burm. laud. Aliter tamen Valer. Fl. VII, 269. supra in V. L. ad II, 406. laud. *Wr.*) 668. Vir fortis fugae flagitium appellat *crimen* et *poenam*. Tota oratio gravissima, et affectus plena. Nec habeo quicum comparem praeter-

Digitized by Google

Tum levis haud ultra latebras iam quaerit imago,
Sed sublime volans nubi se inmiscuit atrae.
Illum autem Aeneas absentem in proelia poscit.
Obvia multa virum demittit corpora morti:

661. ILLUM AUTEM ... POSCIT;
662. OBVIA MULTA ... MORTI.
663. TUM LEVIS ...
664. SED SUBLIME ... ATRAE:

sem Ven. (Omissus hic vs. in cod. 6. edit. Vinar. 1826. — vs. 661. 62. 63. 64. Legebantur hi versus hoc ordine: 661. *Illum autem* ... 662. *Obvia multa* ... 663. *Tum levis* ... 664. *Sed sublime* ... Qui nunc est vs. 663., is apud Heynium erat 661.; hoc tenens iam intelliges ab Heynio ad vs. 663. disputata. Ita, quemadmodum nunc exhibitum vides hunc locum, versibus, qui antea erant 661. 662., transpositis, mutata etiam post *morti* vs. 664. interpunctione, repraesentandum curavit Brunckius. Qui quod ingenii solertia assecutus erat, id iam confirmatur per antiquissimos duo codd. Paris. 2. et 3., eum ipsum, quem restitui, ordinem reddentes. Apparet non esse disiungendos vss. *Tum levis ... Sed sublime* ... a superioribus, quibus a poeta adnexos fuisse clamat ipsa sententia et ordo rei narratae. Pristinum ordinem si velis servare, necesse erit Urbani correctionem, probatam Iahnio, amplexus legas: *Ille autem Aenean.* Quod non procedere vidit iam Servius; absens enim parum recte hic dicetur Aeneas, quem praesentem adhuc existimat Turnus; nam paulo post demum in nubes abire illam imaginem videmus; tum illa *Obvia multa virum corpora* non possunt designare nautas et remiges, quum heroicis temporibus ipsi pugnatores, qui tum in acie constituti, non in navibus relicti erant, remigum officio fungerentur. Denique, ni fallor, ipse poeta inferendum sibi aliquid putare debebat, quod responderet verbis supra positis vs. 514. sq.: „Ardens limitem agit ferro, — *Aeneas* — te, Turne, superbum Caede nova quaerens.“ Unum restat, in quo, sive *Illum ... Aeneas*, sive *Ille ... Aenean* legeris, iure haereas, asyndeton illud parum elegans *poscit ... demittit.* Hoc quoque facile emendes scribendo *demittens.* Sed nihil mutandum praeter interpunctionem. Plene distinxi post *poscit*; sic fit, ut commode haec sibi opponantur: is multos interficit, dum interea Turnus cessans a proelio per altum fertur. Ita integritate sua huic loco restituta illud tamen haud dissimulaverim fuisse haec fortasse a poeta inter ea relicta, quae, si licuisset, perpoliturus erat. *Wr.*) *Tunc* ante Pier. 662 *se miscuit* Goth. alt. *arte* Franc. 663 *Ille autem* Gud., quod se non capere profitetur Heins. Ex Servio tamen facile est ad intelligendum. Legerunt olim nonnulli, quod Romanus quoque exhibebat: *Ille autem Aenean absentem in pr. poscit.* Ita vero sequens versus non facilis erat ad expediendum. Urbanus *virum corpora* de nautis in navi inventis accipiebat. Praestat utique lectio vulgata. Verum si ex animo dicendum est, quod sentio, utrumque versum 661. 662 aut alienum esse arbitror, aut a Marone ad marginem appictum, necdum reliquo carmini accommodatum. (vid. V. L. ad vs. 661. *Wr.*) *absentem Aeneas* Rottend. alter, et Exc. Burm. (Omissus est hic vs. in cod. 6. edit. Vinar. 1826. *Wr.*) 664 *viro* Parrhas. ex *virom.* *dimittit* multi.

quam Horatianae Europae querelas tantum miserationis facientes: *Unde? quo veni? levis una mors est* Carm. III, 27, 36. 673.

Digitized by Google

Cum Turnum medio interea fert aequore turbo.
Respicit ignarus rerum, ingratusque salutis,
Et duplicis cum voce manus ad sidera tendit:
Omnipotens genitor, tanton me crimine dignum
Duxisti, et talis voluisti expendere poenas?
Quo feror? unde abii? quae me fuga, quemve reducit?
Laurentisne iterum muros aut castra videbo?
Quid manus illa virum, qui me meaque arma secuti?
Quosne (nefas) omnis infanda in morte reliqui?

668. TANTON' 670. REDUCET

665 *Tum* duo Burm. *Tunc* Goth. tert. *T. interea magnus fert* Ven. *interea medio* Rom. et Goth. alter. *in medio* Montalb. 666 *saluti* pr. Hamb. pro var. lect. *ignarusque salictis* Goth. sec. 667 *ad sidera tollit* plerique Pier. pars Heins. et Burm. cum Goth. tert. et Erf. (adde 4. 8. 9. 10. *Wr.*) 668 *tantum me* Zulich. Sprot. Ed. pr. *tanto* in Rom. et plerisque Pier., (etiam 8. 9. 11. *Wr.*) in aliis *n'* erasum. Tuetur tamen *tanton'*, quae Medicei et aliorum lectio est, Priscianus. cf. sup. III, 319. Equidem nondum credo *ne* ita elisum fuisse a poeta: sed si *n* ab eo profectum, esse debet ex *an* eliso: *tanto'n*, *Pyrrhi'n*. (vid. V. L. ad III, 319. Scripsi autem *tanton* abiecta apostropho; vid. V. L. ad VI, 780. *Wr.*) 669 *Dixisti* Goth. tert. *impendere* Ven. *expandere* pr. Moret. 670 *quem me fuga quaeve reducit?* Zulich. *quo me fuga quove reducet* alius apud Burm. *quaeve reducet* aliquot Pier. *quove reducit* Medic., sed in marg. *quemve*. (In Mediceo prius fuerat *quo reducit*, deinde superscripta syllaba *ve*; *quemve reducit* etiam Serv. Dresd. *Wr.*) Praeclare Servius: *quem*, qualem: IX, 481 *Hunc ego te, Euryale, adspicio*; quomodo et qua cum existimatione redibo? Tandem *reducit* Rom. Gud. et magna ceterorum Pier. et Heins. pars, etiam edd. vett. cum Goth. tert., nunc receptum video a Cuninghamo et Brunck. (receperunt hoc etiam Wakefield., Iahnius, ego. Plenum est, quod superiores Editores non viderant: *quem reducit ex acie. Wr.*) *quaeve reducat* Dorvill. 671 *Laurentesne* ante Heins. vulgg. Alii *Laurentesque*. 673 *Quosne* (pro *eosne*) Aspri est lectio apud Servium ab Heinsio recepta, accedente uno Leid., nec abhorret Medic. a m. sec. *Quosve*, et sic ceteri Heins. cum Goth. pr. Vulgo: *Quosque*; nec aliter Rom. (cum Medic. a m. pr. et Palat., quod recepit Iahnius. „QUOSVE: Asper *quosne* legit, et adnotavit *ne* pro *ve*, quasi expletiva particula." Haec Servius. *quosve* etiam 2. 7. 8. 10. 11. cum Lips. utroque, quod, ut alienum est ab h. l., ita satis aperte receptae lectioni favet. Catull. LXIV, 180. sqq.: „An patris auxilium sperem, quemne ipsa reliqui? — Coniugis an fido consoler memet amore, Quine fugit lentos incurvans gurgite remos?" ubi vid. Sillig. et quos is laudat. Horat. Sat. I, 10, 21.: „O seri studiorum! quine pute-

Quosne docte pro eosne? (minime! habet hoc *quosne* exprobrandi vim; alibi mirantis est vel admirantis, ut apud Terent.

Digitized by Google

Et nunc palantis video, gemitumque cadentum
Adcipio. Quid ago? aut quae iam satis ima dehiscat
Terra mihi? vos o potius miserescite, venti,
In rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro)
Ferte ratem, saevisque vadis inmittite Syrtis,
Quo neque me Rutuli, nec conscia fama sequatur.
Haec memorans, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc;

tis Difficile et mirum, Rhodio quod Pitholeonti Contigit?" vid. ibi et ad II, 2, 107. Bentl. Heindorf., et Cort. ad Lucan. VII, 301. *Wr.*) Goth. tert. *Quodque.* Tum *in* in plurimis Pier. et Heins. desideratum. (etiam in 4. 12. *Wr.*) *relinquo* Franc. 674 *pallentes*, quod miror Cuninghamum probare, Medic. a m. pr. Bigot. et Goth. tert., alii *pullantes. gemitusque* Vratisl. et Ed. pr. Burmann. 675 *Adspicio* Goth. tert. et Dorvill. *Quid ago*? ex Mediceo et ceteris suis restituit Heins. pro *Quid agam*? (ita Palat., quod arridet Iahnio; sed vid. Q. V. XXXI, 14. *Wr.*) *Quid ego*? Erf. Porro *et quae* Medic. a m. pr., pro *ecquae*, putabat Heins. cf. ad III, 341. (*et* est prior lectio Medicei; ferri hoc in tali interrogationis genere nequit; vid. Q. V. XXXVI, 5. *Wr.*) *satis una* Bigot. *dehiscet* Rom., probante Pierio, sex Heins. duoque Burmann. (item 2. 4. 8. 10. 11., male. Id ipsum miserrimum esse ait, quod, si vel maxime optet, ne possit quidem terra devorari, quippe qui per mare vehatur; hinc illud, quod proximo versu legitur, *potius.* Quo magis ineptum esset, quaerere, qui terrae hiatus satis profundus sit ad se penitus abdendum. Quasi, si terra eum devorarit, non id, quod vult, adipiscatur, ne fama se eo sequatur. Ceterum haud negaverim esse haec paullo ὑητοριχώτερα. Nunc video eodem modo haec accipi a Servio: „Dolet sibi etiam infelicium vota sublata, siquidem in mari constitutus optare sibi hiatum non potest terrae." *Wr.*) *dehiscit* pr. Voss. Zulich. a m. pr. Goth. tert. 676 *o* aberat Rom. *o vos o potius* Medic. Pierii. 677 *In Syrtis, in saxa* Priscian. lib. VII; et sic Menag. alt., cum tamen *Syrtes* statim sequantur. *volans* sec. Hamb. 678 *Ferre* pr. Hamb. *saevisque malis* Goth. tert. *Syrtes*, quae vulgo leguntur, tuetur Heins. e pr. Moret. Gud. et utroque Rottend. Utinam simul interpretationem suppeditasset: quam talem esse arbitror: *immittite Syrtes* h. in Syrtes, ut et alibi amat: *saevis vadis*, absolute, ubi vada exitiosa sunt. Nam si malis accipere: *et, o Syrtes, vadis immittite!* alienum hoc esset ab hoc loco, cum a Syrtibus Africae longe absit nunc Turnus. Vulgata lectio, Medicei quoque, multo suavior et lenior: *Syrtis.* Est enim et una Syrtis: ut IV, 41; et sic *vada Syrtis*, ut *Syrtium.* Nec Servius aliter legerat; itaque revocavi, comite Brunckio. Sup. I, 111 *In brevia et Syrtes, urget — Illiditque vadis et aggere cingit arenae.* 679 *Rutulus* Ed. pr. Burm. et Mediol. *neque* vulgo ante Heins. (et ita Palat. *Wr.*) *fata* Exc. Burmann. a m. pr. *sequantur* in iisdem, Leid. et pr. Hamb. 680 *animum* magna pars codd.,

Adelph. II, 3, 9.; vid. omnino V. L. *Wr.*) 675. 676. In pudore sollenne hoc iam Homero τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών, nec argutandum in eo quod nunc mari fertur. conf. sup. ad IV, 24. (vid. V. L. *Wr.*) 677. Comparant Helenae illa Iliad. ζ, 343 sqq.

Digitized by Google

An sese mucrone ob tantum dedecus amens
Induat, et crudum per costas exigat ensem:
Fluctibus an iaciat mediis, et litora nando
Curva petat, Teucrumque iterum se reddat in arma.
Ter conatus utramque viam: ter maxuma Iuno 685
Continuit; iuvenemque animo miserata repressit.

686. ANIMI

(cum 2. 4. 7. *Wr.*) ut sibi Heinsius non constet, qui graecismum hic non, ut alibi, saepe non hac codd. auctoritate, recepit. (Solam si rationem sequeris, non reprehendes h. l. graecismum, si usum, qui hac in re, quippe suis finibus inclusus, probe observandus est, non feres. Et *animo* Mediceus cum praestantioribus; idem Mediceus etiam causam depravationis indicat; in quo quum ita scriptum sit *animo nunc hunc, nunc fluctuat illum*, superscripta quidem ultimae voci litera *c*, vides primum, *hunc* ortum esse e sono praegressi *nunc*; ex *hunc* rursus natum *illum*; ad haec denique accommodatum ab aliis librariis esse accusativum *animum*. cfr. V. L. ad VI, 476. *Wr.*) 681 *ob tantum mucrone* Parrhas. *mucronem* Zulich. et Goth. pr. Sicque Priscianus legit et interpretatur apud Pier. et Heins., non indocte, *induere se* (in) *mucronem*. (quae lectio praestantior videtur Santenio ad Terent. M. p. 272. *Wr.*) Romanus: *mucroni*. Sed et *mucrone se induere* elegans satis: de mucrone infixo, qui adeo a corpore et visceribus tegitur et absconditur. φασγάνῳ ἀμφικυλίειν Pindar. dixit Nem. 8, 40. (Soph. Ai. 828.: „πεπτῶτα τῷδε περὶ νεοῤῥάντῳ ξίφει." ubi nescio an rectius scribas πέρι. Hom. Il. Θ, 86.: „κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ." quos Dissen. excitat ad Pindar. l. l.; tum idem Soph. Ai. 899.: „Αἴας — κεῖται κρυφαίῳ φασγάνῳ περιπτυχῆς" et Villoison. Anecd. Gr. I. p. 28.: „ἀποθανόντα εἶδον καὶ περὶ τῷ ξίφει κείμενον." laudd. a Wakef. ad Lucret. IV, 815., ubi ille plura. Caesar. B. G. VII, 73.: „quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis inducbant." vid. ibi Davis. et Oudend. ad Lucan. II, 265. Sed *induere* quamquam etiam de avibus vel feris in casses incidentibus legitur, ea tamen translatio a nostro loco, etiis, quos modo attulimus, alienissima est; quod secus videtur Wakef. l. l., Heynium hic et Servium in crassa nimium caligine versari autumanti. *Ad sese* a m. pr. Medic. *Wr.*) 682 *Imbuat* Ed. pr. Burm. *et durum* Rom., male. cf. inf. lib. XII, 507. 508. *per c. dirigat* aliquot Pier. 683 *iaceat* pr. Moret. et Ed. Iunt. *iactet* Rom. *in littora* Goth. tert. 684 *Cornua* Medic. a m. pr. *que* deest Zulich. 686 *Conticuit* Goth. tert. *animo* vulgo editum inde ab Aldd., idque tuetur pars codd. Pierii

(Ceterum vid. Q. V. XXXII, 7. extr. *Wr.*) 678. immittite navem in vada Syrtis, in Syrtin vadosam. vid. Var. Lect. 681. Sollenne est poetis: *induere se telo* et *in telum*, quae passim occurrunt, mucrone infixo et visceribus recepto, ut corpore quasi condatur et tegatur: conf. V. L. (Vix probes, quod apud Valer. Fl. legitur VI, 244.: „mediam moriens descendit in hastam," de eo, qui interficitur ab alio. *Wr.*) 683. *fluctibus*, in medios fl. an in medium, h. altum mare se iaciat. (*iaciat*, ut supra VIII, 257.: „seque ipse per ignem Praecipiti iecit saltu," pro *in-*

Digitized by Google

Labitur alta secans fluctuque aestuque secundo:
Et patris antiquam Dauni defertur ad urbem.
At Iovis interea monitis Mezentius ardens
Succedit pugnae, Teucrosque invadit ovantis.
Concurrunt Tyrrhenae acies, atque omnibus uni,

et Heinsii cum Goth. tert. (at sec. *animis.*) *animo miserata* unusquisque facile intelligit: sicque sup. VI, 332, ubi etiam Medic. *animi*: quod et hic Medic. et Rom. habent aliique; receptum in edd. a Commelin. ex Palat., et agnoscit Servius et Arusianus Messius. At *animi miserata* non eodem sensu dictum esse potest. Casus secundus verbo *miserari* et similibus additus rem miserationi obiectam denotare solet, ut in eo ipso Silii loco, ad quem Burm. provocat, lib. XI, 381 *ni poenae iuvenem indignae miseratus ab alto Iupiter*; et sic in omnibus exemplis, quae vidi. Hic ergo esse debet miserata Turnum *animi*, ut Graecis θυμοῦ sc. ἔνεκα, quod Turnum ira, dolore, pudore, tantopere commotum videt ex eo, quod e pugna subductus erat. (*animo* 9. 11. 12., quod recepi; vid. V. L. ad VIII, 338. et Q. V. XVI, 8. *animi miserata* si ita, ut Heynius putat, intelligendum statuis, desidero exempla; sin dictum vis, ut Servius vult, eo modo, quo *praestans animi*, longe alia haec est ratio; nam *praestans, egregius animi*, et his similia, ita sunt explicanda: qui praestantis, egregii est animi; unde etiam *animi perdere*, i. e. animi perdentis s. suspensi esse. Ceterum apud Arusianum p. 246. edit. Lindemann. est: *Continuit iuvenem atque animi. Wr.*) 687 *aestu fluctuque* Goth. pr., eodem ordine et geminata copula Ed. Mediol. et P. Dan. (*flatuque* coni. Heinrich. *Wr.*) 688 *antiqui* Menag. et Hamb. sec., ut sit stirpis auctor; sed sup. 616 *Dauno — parenti. ad undam* pr. Hamb. 689 *monitu* Parrhas. (*Mezzentius* a m. pr. Medic.; vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) 690 *Successit* Goth. sec. *invasit* Menag. et Hamb. priores. (*ovantes* Medic. *Wr.*) 691 *Tyride* Goth. sec. Ne cogites de Tyrrhidis VII, 484; est enim merus librarii stupor. *unus* Parrhas. et a m. sec. Dorvill.

iiciat. *Wr.*) 686. *animi miserata* Serv. pro: animo m., sicut XII, 19 *O praestans animi iuvenis*. Immo vero est: miserata animum, dolorem animi; nam ordo est: *iuvenem repressit, miserata* (eum) *animi*. (At vid. V. L. *Wr.*) 687. *aestu;* an h. l. vento? usu tamen grammatico *fluctus* est ex vento; *aestus*, motus maris ex natura sua. Erit ergo *aestus secundus* h. l. qui non in altum abripiebat, sed littori admovebat navem. 688. *urbem*, Ardeam.

689 — 754. Turno ex acie educto relinquitur Mezentius, cuius facta strenua enarrantur. *Iovis monitis*, impulsu; conf. sup. IX, 184. 185. Adde Servium, qui multa argutatur super viro impio (VII, 647) a Iove monito. Atqui poetae, si deorum ministeriis utuntur ad expediendas res, non semper morum et animorum probitatem spectant. Multo minus id antiquiores poetae curarunt, qui multa impia et scelesta, intercedente deorum opera, facta narrant: cum id solum reputarent, „ut rei mirae et insolitae caussa et auctor inventus esset.“ 691. Tyrrheni in Aeneae acie, qui sub Tarchonte tenebantur

Digitized by Google

Uni odiisque viro telisque frequentibus instant.
Ille, velut rupes, vastum quae prodit in aequor,
Obvia ventorum furiis, expostaque ponto,
Vim cunctam atque minas perfert coelique marisque,
Ipsa inmota manens; prolem Dolichaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumque fugacem:
Sed Latagum saxo atque ingenti fragmine montis
Occupat os faciemque adversam: poplite Palmum
Succiso volvi segnem sinit; armaque Lauso
Donat habere humeris, et vertice figere cristas.
Nec non Euanthen Phrygium, Paridisque Mimanta

693. ILLE;

694 *expastaque* Ald. 695 *praefert* Leid. 696 *manet* suavius quidem meo sensu, Oblongus Pierii et Medic. a m. sec. (sed a pr. *manent*), (adde 8. *Wr.*) receptum quoque nunc a Brunckio; ita vero deficit complementum sententiae: *ille* enim non habet verbum, ad quod se referat, nisi scribas: *ille, velut rupes — minas perfert caelique marisque, ipsa immota, manet*; ut sit *ipse manet*. Sed hoc parum placet. Praestat prava interpunctione mutata rescribere, ut feci: *ille — prolem — Sternit humi*. (Semicolon Heynius post *Ille* posuerat; verum comparatio haec quum non ad subiectam orationem spectet, sed ad praegressam, non licet iungere *Ille sternit Hebrum*. Usus est h. l. Virgilius singulari comparationis forma, et ex vs. 696. repetendum est: *Ille immotus manet*. *Wr.*) *manes* Franc. *manens* tamen Rom. et reliqui omnes. *proles* alter Hamb. Tum *Dolychaonis*, *Dolicoonis*, *Dolichaonis*, *Delicaonis*, *Donichaonis* librarii: *prolemque Licaonis* Montalb., et *prolemque Lycaonis* Ed. Ven. Est utique vera lectio, quam et Mediceus habet, *Dolichaonis*: ex δόλιχος, vel *Δολίχη* aut *Δολιχή*, quae insula ad Lyciam erat, unde *Δολιχαῖος*, *Δολιχάων*. 697 *Lathagum, Lotagum, Litagum*, fidem stipites librarii; et *Pelmum*. 698 *Latago* maluisse Heinsium narrat Burm. Non sequar: *Latagum* (κατὰ τὸ) *os o.* est doctius. (Primum hoc tantum dicturus fuerat poeta: *Occupat Latagum*; deinde adiicit per eundem, ut fieri solet, casum etiam partem: *os faciemque*. Facessat igitur illa dudum reiecta ellipsis praepositionis κατά. *Wr.*) *ingentis fr. montis* tres apud Burm. 699 *adversum* Gud. a m. pr. *aversam* Franc. *adverso* Parrhas. *adversa* Goth. sec. (Numeros huius versus, per se minus elegantes, emendabit scita pronuntiatio. *Wr.*) 700 *involvi* Franc. *armaque lapso* Zulich. (*Lausu* Medic., unde facias *Lausum*, quod, si codd. addicerent, minime spernendum esset. *Wr.*) 702 *Euanthen* ex Mediceo bene restituit Heins. Est et apud Homerum *Εὐανθής*. Eodem

(cf. VIII, 494. 495, et 603 sq.), ag-mine in Mezentium incurrunt. Ex iisdem sunt, qui v. 696—699 occiduntur. 693. *velut rupes* Iliad. o, 618 sqq., sed maiore cum ornatu, cf. sup. VII, 586 sqq.

702—706. Mimas Amyci et

Aequalem comitemque: una quem nocte Theano
In lucem genitori Amyco dedit, et face praegnans
Cisseis regina Parim: Paris urbe paterna 705

705. PARIN

alludunt librariorum aberrationes: *Euathen*, *Euanthen*, vulgg. *Euantem*: quod Rom. habet. *Enantem* Vratisl. *Ovantem* Parrhas. *Mimantem* *Μίμαντα* iam Pier. emendavit ex Rom. Vulg. *Minanta*, alii *Minantha*, *Minanti*, *Minata*, *Myantha*, *Minantem*, *Numata*. 703 *Θεανώ*. At ed. Ald. pr. et hinc profectae *Theana*, sicque codd. multi: item *Teana*, *Theama*. (*unam* Medic. a m. pr. *Wr.*) 704 *Amico* al. *genitore Amyco* Bentleii emendatio. v. ad vs. seq. *ut face* malebat Heins., sed *et* inversionem poeticae orationi consentaneam facit. (vid. Q. V. XXXIIII, 4. *Wr.*) *praegnas* ed. Iunt., ut alibi scribendi mos habetur. (704. sqq. *ac face — Parin creat: u. p. Hic cubat*; sic haec scribenda putat Wakef. ad Lucret. III, 905. *Wr.*) 705 *Parim* aliquot Heins. cum binis Goth., et agnoscit Carisius lib. I. (idque restitui; vid. Q. V. III, 3. *Wr.*) Quod sequebatur in edd. *Parin creat* (Medic. a m. pr. *crepat*) luce clarius erat vitium: ut illud non dudum sublatum merito mirareris. Quid enim: *Cisseis regina Parin creat*: *urbe paterna Occubat*: quis quaeso? Mendum subolfecerunt iam alii viri ingeniosi apud Pierium, sed ii situm alio loco quaerebant et emendabant: *Occubat hic Carum Laurens.* Et Cuninghamus dedit: *Urbe paterna Hic cubat*: Obvium est, *Paridis* nomen repetitum excidisse: eiusque locum, monente metro, aliena voce *creat* esse expletum: idque vidit dudum acutissimus Bentleius ad Horat. Epod. V, 28, et legere iussit: *Cisseis regina Parim. Paris urbe p.* Et sic est haud dubie legendum, iudice quoque subtilissimi ingenii viro, Marklando, ad Statii Silv. p. 43. Quae Iohnsonus in Aristarcho P. II, p. 50 contra disputavit, hominis cavillantis sunt argutiae, non ingenue disputantis. Aliud est, quod Uptonus ad Spencer. (*Fairy Queen*) T. II, p. 362 pro vulgata affert: solere poetas propositionem, quae per relativum erat efferenda, demonstrative efferre. Sed non vidit vir doctissimus, h. l. duo opposita iungi: alter, alter ille. (Retinui praeclaram facillimamque emendationem Bentleii; et factum hoc interdum, ut librarii geminatum idem vocabulum semel tantum scriberent; sic infra XII, 342. alterum *eminus* omissum fuerat in Mediceo; et vid. Heinrich. ad *Cic. Oratt. Partt. inedit.* p. 46. sq. et 105. Illud tamen miror, quod *Parim Paris u. p.* quum nec superiores editores, nec Dorphius, nec qui editionem Vinar. 1826. curavit, in ullo codice invenerint, nec ego in Lipss., Potterius in sex Parisinis, 2. 3. 4. 7. 8. 9., exstare scribit. Quod nisi haec librorum Parisiensium auctoritas summique critici nomen ob-

Theanus filius eadem nocte natus, qua Paris ab Hecuba: Commentum poetae ad variandam narrationem; quale ap. Homerum de Hectore et Polydamante Iliad. σ, 251. Memoratur Theano Homero quoque, sed tamquam Antenoris uxor et Cissei filia, Il. ζ, 298. 299. λ, 223. 224; contra Hecuba Dymantis filia Iliad. π, 718. Sed poeta potuit alios, forte tragicos sequi, qui haec variaverant. Certe, quod Hecuba Cissei filia nunc traditur, ab Euripide accepit in Hecuba vers. 3, monente quoque Servio. Potest etiam Theano haberi diversa ab illa Homeri. 704. *face prae-*

Digitized by Google

Occubat; ignarum Laurens habet ora Mimanta.
Ac velut ille canum morsu de montibus altis
Actus aper, multos Vesulus quem pinifer annos
Defendit, multosque palus Laurentia, silva
Pastus arundinea, postquam inter retia ventum
est,

709. MULTOSVE

staret, dicerem fortasse, quum *ignarum* praeterea nusquam passivam significationem apud Virgilium habeat, vid. V. L. ad Ecl. VI, 40, activa autem aliena sit ab h. l., ita legendum esse: *Cisseis r. Parim creat: urbe p. Occubat hic, Clarium Laurens h. o. M. Wr.*) 706 *Occupat* aliquot Burmann. et Goth. *ignotum* fuisse qui legerent ex Servio suspicio fit: et Pier. in codd. lituram viderat. cf. ad v. 705. 707 *morsus* Serv. ad XII, 4. 708 *Vesuius* Rom. *Venulus* Zulich. In Veneto ordo hic erat: *m. altis, Defendit multos V. — annos, Actus aper.* 709 *multoque* Medic. Equidem pro *que* malim codices suppeditare *ve*; *multosve pal. L.* Nunc video iam Serviana inter legi: „*multosque* pro *multosve*." Et hoc nemo arripuit. (*multoque* Medic.; revocavi *que*, quod etiam Iahnius restituit, nec Wunderl., ab Iahnio laud., Obss. ad Tibull. I, 9, 50. damnandum censet; vid. Q. V. XXXIIII, 1.; *multosque* i. e. et ille, quem. *Wr.*) *silvam P. arundineam* Erf. 710 *Pastus* Antiptosin esse dixerat Servius pro, *Pastum*. Idcirco id sollicitat idem Bentleius l. l.: non enim casus mutationem ferri posse. Itaque legit *Pascit* vel *Pavit*. Suaviter utique hoc legeretur, fateor. Ferri quoque posset quod Cuninghamus dedit: *Pastum in arundinea*. Sed *Pastus*, quod horridiorem iuncturam facit, severitatem orationi affert epico carmine dignam;

gnans Cisseis, Hecuba, iam sup. VII, 319. 320. *nec face tantum Cisseis praegnans ignes enixa iugales*. De *Cisseo* v. ad lib. V, 536. 537. 706. *ignarum* h. l. pro ignotum; passive, ut et alibi in poetis, v. c. Ovid. Met. VII, 404 *Iamque aderat Theseus proles ignara parenti*. Eadem nocte, sed dispari fato nati sunt. Alter in patria occubuit, alter in terra longinqua ignotus iacet. conf. Gell. IX, 12 f. Quod si vetus haec auctoritas non esset, mallem dicere: *ignarum* esse fati sui, uti quoque Serv. (vid. V. L. *Wr.*) 707—718. Exquisite ornatus locus: quem iam Homerus tractaverat Iliad. λ, 414 —419 tam praeclare, ut vix contendere cum eo quemquam audere debuisse dicas. Maro tamen ornamenta cum alia tum haec attulit, quod, cum ibi simpliciter esset memoratum: prodire aprum ex alto fruticeto: εἶσι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο, accurate loca descripsit, aprorum frequentia et praestantia notabilia, in Vesulo, qui in Ligurum finibus mons erat, etiamnum *il Viso*, in Piedmontii extremis versus Delphinatum, ex quo Padus fontes habet; tum in *palude Laurentia*, est enim totus ille tractus Laurentinus paludosus et silvosus, de quo v. Cluver. Ital. ant. p. 886. 887 et Vulp. in Latio Tom. VI, p. 37.; hinc *silva Pastus arundinea*. Horat. II Serm. 4, 42 *aper Lau-*

Digitized by Google

Substitit, infremuitque ferox, et inhorruit armos;
Nec cuiquam irasci propiusve accedere virtus;
Sed iaculis tutisque procul clamoribus instant:

dum modo verba rite iungas: *velut aper — Pastus — Substitit.* Schol. Cruqu. Horat. Serm. II, 4, 42 laudat: *Pastus siliquis et arundine longa.* Tum in fine *est* deest Sprot. et Goth. (idem Fogginio videtur ab aliena manu in Mediceum illatum. *Wr.*) 711 *feros* pr. Hamb. a m. sec. *armis* Hugen. et Oudart. a m. sec., minus scite. (*et horruit* Medic. *Wr.*) 712 *propiusque* Gud. et Leid. cum Goth. sec. (recte fortassis; vid. Q. V. XXXVI, 7. *Wr.*) Deficit copula aliis. 713 *totisque* aliquot Burm. Qui sequuntur versus, in editis alio ordine se excipiebant: *Haud aliter. Non ulli. Missilibus. Ille autem. Dentibus.* Non multo acumine opus est, ut perspicias, quod puerili quoque diligentia deprehendere me memini, versus sic constitutos sede sua esse motos, et nunc sequi debere: *Ille autem. Dentibus infr.*, et post hos demum: *Haud aliter. Non ulli. Missilibus.* Nihil liquidius esse potest, quam ad comparationem et ad aprum versus *Ille autem. Dentibus infr.* esse retrahendos. Monuerunt hoc idem viri docti, Scaliger in Prolegom. in Manilium, H. Stephanus et alius vir doctus ap. Guell. Quibus Heins. et Burm., qui poetam recensebant, et a quibus tot alia mutata sunt, quae bene ferri poterant, obtemperare debebant: obtemperavit Cuninghamus. Discessi quoque a vulgata ratione in edit. altera minore; nec aliter Brunckius edidit. Etiam luxationis caussam deprehendere mihi videor in hoc, quod transitus ad comparatum ab eo fit, quod vss. 712. 713 exponitur. Haud aliter nulli eorum, quibus etc., ut apro nemo audebat propius accedere. (Probant hanc transpositionem etiam Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 110. et Iahnius. Neque ego mutare ausus sum ordinem tot hominum multo me acutiorum sententiis comprobatum. Dicam tamen, quod sentio. Transpositio, nisi necessaria fuerit, non est admittenda contra codicum auctoritatem; quando autem necessaria sit, ipsa sententiarum perturbatio indicabit. Sed quam caute hac in re versandum sit, exemplo aliquo declarabimus. Quis, quum infra vss. 783. sqq. legerit, non malit vs. 794. sq. post vs. 788. retractos? Tamen, qui vs. 793. cum vs. 796. contulerit, facile intelliget, temere facturum, qui versus illos hunc in ordinem redigat. Quare si vss. 714. sq. aeque recte de Mezentio ac de apro accipere licebit, non erit necessaria ducenda ista transpositio. Et illud quidem *dentibus infrendens* defendi poterit III, 664. et VIII, 230., quorum altero loco Polyphemus, altero Hercules dentibus infrendit. Unum est, de quo ambigas, quod tergum pro scuto dici negant, nisi adiunctum sit aliquid, quo scutum significari appareat. Ea ipsa res cohibuit me, quominus revocarem pristinam horum versuum seriem; quamquam, quum haec vox semel a propria significatione deflexa esset, ut *ferri terga*, *linea terga*, cfr.

rens, ulvis et arundine pinguis; add. loca apud Bentlei. ad Horat. Epod. V, 28. Porro nonnulla a Marone egregie adornata sunt: v. 710 *inter retia ventum est;* et *Substitit infremuitque ferox* et *inhorruit armos;* quod Hesiodus in simili loco non neglexit: Ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας, ἀμφί τε δειρήν; in Scuto Herc. 386. 391; nec ipse Homerus alio in loco, qui comparandus est studiosis Iliad. ν, 471—476. Ornatiora quoque sunt, quam apud Homerum, vs. 712. 713. *irasci* de virtute et audacia pu-

Digitized by Google

Ille autem inpavidus partes cunctatur in omnis,
Dentibus infrendens, et tergo decutit hastas.
Haud aliter, iustae quibus est Mezentius irae,
Non ulli est animus stricto concurrere ferro;
Missilibus longe et vasto clamore lacessunt.
Venerat antiquis Corythi de finibus Acron,
Graius homo; infectos linquens profugus hymenaeos:
Hunc ubi miscentem longe media agmina vidit,

vs. 482. et 784., dicere non dubitaret poeta, quid multum mirabere, si tergum etiam nullo adiecto epitheto pro scuto dixerit? Donatus eundem, qui est in codicibus, versuum ordinem ob oculos habuit; sed post illa *Haud aliter — ferro* remeare ad claudendam comparationem poetam dicit et pronomine *Ille* aprum rursus denotari putat. Codicum unus Dorph. V. aliter, sed satis perverse, collocatos hos versus exhibet, ut hoc ordine se excipiant: 713. 717. 718. 714. 715. 716. 719. Quo ordine in libro Alb. scriptos repererit Dorphius, non indicavit. In Lips. altero versus *Ille autem* postpositus est huic: *Dentibus infrendens. Wr.*) 714 *cunctatus* Gud. *rectatur* Goth. tert. *cunctari* h. l. est deliberare, incertum esse, quo impetum faciat. (*partis* Medic., sed *i* in *e* mutatur. *Wr.*) 715 *discutit* duo et Ed. pr. Burm. cum Goth. tert. Nec aliter legitur ap. Lucanum in loco ex nostro expresso VI, 210 *Sic Libycus densis elephas oppressus ab armis Omne repercussum squalenti missile tergo Frangit et* haerentes mota cute discutit hastas. *Tergo* de scuto dictum accipiunt, ut nonnulli sup. IX, 412 *tergum Sulmonis.* Male, vid. modo ad v. 713. (—716. *Mezzentius* Medic., vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) 717 *Non ulli fas est* apud Iul. Sabin. 718 *magno* Leid. et Pierii oblongus. 719 *antiqui* Menag. pr.; tum *Arcon* duo Burm. (*Coriti* Medic. et haud dubie etiam alii; vid. V. L. ad III, 170. VII, 209. IX, 10. *Wr.*) 720 *infestos* Zulich. *profugus linquens* quatuor Heins. et Burm. cum Goth. tert. Scilicet erat, qui metro metueret. 721 *socia agmina* Goth. tert., memorabilis utique diversitas, si in alio codice occurreret, cuius aliqua esset auctoritas. Nunc casui tribuenda videtur; etsi elegans lectio sit.

gnantium, quae facit, ut cominus congrediantur vel cum vitae periculo, tum illa vss. 714. 715 *partes cunctatur in omnes* et *tergo decutit hastas.* Eundem locum tractarunt multi alii et veteres et recentiores; illorum partem apud Cerdam videre licet: primo tamen loco nominandus erat Silius lib. I, 421 seqq. (cum vs. 712 sq. conf. Sil. Ital. V, 442 sqq. IX, 610 sq.; uterque locus ex his Virgilii versibus plurimum profecit. *Wr.*) In 716 *est irae* poeta primus novavit, pro vulgari, esse odio. conf. Macrob. VI, 6.

719. *Corythi fines.* Cortona. conf. Excurs. VI ad lib. III. *Graius homo.* In hoc aut eandem fabulosam a Corytho Cortonae originem respexit poeta, aut id, quod a Dionysio nobis servatum est, Cortonam, Umbrorum urbem, captam et habitatam a Pelasgis, qui in societatem belli cum Aboriginibus venerant, atque anti-

Digitized by Google

Purpureum pennis et pactae coniugis ostro:
Inpastus stabula alta leo ceu saepe peragrans;
Suadet enim vesana fames; si forte fugacem
Conspexit capream, aut surgentem in cornua cervum,
Gaudet, hians inmane, comasque adrexit, et haeret

725. CERVUM;

722 *pinnis* Medic. Gud. et Ed. Iunt., sic et alibi. *pannis* Bigot. et pro var. lect. Zulich. pr. Hamb. et Goth. tert., qui idem *et pictum* exhibet: quod nec ipsum contemnendum. 723 *Inpactus* Zulich. *specula alta* tres Burm. *cui saepe* Bigot. *pererrans* pr. Hamb. pro var. lect. 725 *capram* Franc. et Goth. tert., male. *et surg.* sec. Moret. *taurum* Mentel. alt. et Paris. (Ordo est: *ceu leo, si forte capream aut cervum conspexit, gaudet*; hinc comma in fine huius versus pro semicolo posui. *Wr.*) 726 *hians inhiansque comas arrexit* Ed. pr. Burm. *arrectus* apud Macrob. V, 10 in nonnullis. *erexit* Ed. Mediol. *herrexit* Goth. pr.

quam formam usque ad paucos ante eam aetatem annos servasse. vid. Dionys. lib. I, c. 20 et 26. *infectos linquens Hymenaeos;* ornavit Homerica Il. λ, 241 seqq. 721. *miscentem*, perturbantem: non aliter; κλονέοντα redditum puta. Comparat Ursinus Il. ε, 166, ubi ἁλαπάζοντα στίχας ἀνδρῶν simili sensu. 722. quaesito artificio omnia dicta sunt, pro: gestantem purpuream cristam et vestem a sponsa textam; sup. IX, 163 *Purpurei cristis iuvenes.*

723 — 729. Egregie variata comparatio, cui similem iam sup. IX, 339 sqq. vidimus, et quacum comparanda inprimis sunt loca Iliad. μ, 299 — 306, et γ, 23 seq. Imitati sunt multi, ut Statius VI Theb. 675 sq.; alia Cerda dabit. *peragrans stabula impastus*, circumiens ieiunus, qui frustra stabula lustravit. *stabula alta:* epitheton parietes nimis altos declarat, quam ut saltu leo superare possit. (At ita vix satis commode peragrare stabula, aut, id dum faciat, in capream vel cervum incidere leo dicitur; itaque ego *stabula alta* silvas et lustra ferarum significari existimo; VI, 179.: „Itur in antiquam silvam, stabula alta ferarum.“ Tum iunge *ceu saepe leo*, non *saepe peragrans;* vid. V. L. ad Ge. II, 279. Neque eam traiectionem huius particulae in comparationibus solum observare licet: Aen. VIII, 352 sqq.: „Arcades ipsum Credunt se vidisse Iovem, quum saepe nigrantem Aegida concuteret;“ i. e. credunt se saepe vidisse Iovem concutientem aegida. *Wr.*) *surgentem in cornua cervum.* Notio per se obvia est; ferentem cornua ardua, ut fere lib. I, 189. 190. Dictum arbitror pro: surgere, eminere, erigere se, cornibus; sed plus ἐναργείας habet, erigere se in cornua: ut ar-

Digitized by Google

Visceribus super incumbens; lavit inproba teter
Ora cruor:
Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
Sternitur infelix Acron, et calcibus atram
Tundit humum exspirans, infractaque tela cruentat.
Atque idem fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere, nec iacta caecum dare cuspide volnus:
Obvius adversoque occurrit, seque viro vir
Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
Tum super abiectum posito pede nixus et hasta:

727 *super incumbens* Heins. e Medic. et aliis et parte Pierianorum ac Goth. tert. Vulgg. secundum Rom. *accumbens*. (ita etiam Palat. 2. 4. 7. 8. *Wr.*) *lavat* Rom. *improbat aether* Medic. a m. pr. (et a m. sec. *improbus ater*. — 729. *Mezzentius* hic quoque Medic.; vid. vs. 716. *hostis* Medic. *Wr.*) 730 *cum* pro *et* Goth. tert. (in Medic. a m. pr. scriptum *Atron ec. Wr.*) 731 *infractaque*. Multa moliuntur in hac voce Dorvill. et Burmann.; et ille quidem e cod. suo probat, quod a m. pr. fuisse suspicatur, *infectaque*. Verum satis constat *infracta* nihil aliud esse quam *fracta*: ut frangere, infringere, tendere, intendere, frendere, infrendere, etsi ex origine discrimen utriusque vocis deduci potest. In fine *cruentant* alter Menag. 732 *Orodem* aliquot Burm. *Hodorem* Goth. pr., quia *Horoden* scribi solet, ut in Rom. Est Ὀρώδης. 734 *obverso* Sprot. et Vratisl. *averso* Oudart., hoc quidem absurde. 735 *sed fortior a.* aliquot codd. cum Erf. et Ed. pr. Burm. 736 *adiectum* duo Burm. *obiectum* Goth. tert. *arrectum* Ed. pr. Burm. Non autem ne-

bor surgit in ramos, mons in cacumen. Comparare licet alterum: *irasci in cornua*: Ge. III, 232 et inf. XII, 104. 726. *haeret incumbens*, ἐμφύς. 727. 728. *lavit improba;* hoc latius persequutus est alio loco Homerus Odyss. χ, 402. 405. *improba*, immodicae voracitatis. vid. ad Ge. I, 119.

731. *infracta tela* sunt fracta. Saepe vero hasta in vulnus adacta in ipso ferro, qua ligno vinctum est, infringitur ipso hastilis pondere. 732. *fugientem:* aversum: ut tergum petere posset hasta. Bene Serv. monet, non h. l. ignavi hominis fugam esse, sed necessitate factam. Firmat hoc quod sequitur: *seque viro vir contulit*, et v. 732. Accipio igitur fugere simpl. pro, ante alterum incedere. *caecum vulnus*, recte Serv. quod averso infligitur adeoque non praevisum. 734. 735. Mezentius indignum viro forti arbitratus a tergo hostem caedere, eum cursu antevertit, tunc conversus adverso ore in eum processit. (*Obvius adversoque*, vid. Q. V. XXXIIII, 2. *Wr.*) *furto;* non dolo ac fraude praestantior vir. (Adverte non fortuitam, sed dedita opera quaesitam soni similitudinem in illustrandis oppositis *furto—for-*

Digitized by Google

Pars belli haud temnenda, viri, iacet altus Orodes.
Conclamant socii laetum paeana secuti.
Ille autem exspirans: Non me, quicumque es, inulto,
Victor, nec longum laetabere; te quoque fata
Prospectant paria, atque eadem mox arva tenebis.
Ad quem subridens mixta Mezentius ira:
Nunc morere. Ast de me divom pater atque hominum rex

cesse cum Trappio interpungere: *Tum super abiectum* posito pede (ut sit pede *posito super abiectum*), *nixus et hasta*: nam et pede niti poterat et hasta: nec cum Cuninghamo scribere: *in hastam*. 737 *haud metuenda* uterque Menag. *haud temptanda* Sprot. *viris* vulgg. inde ab Ald. tert. ex Naugerii emendatione; (*viris* Asper legit apud Serv., idem exstat in 2. 7. 8. 11. *Wr.*) *viri* iam in Ald. pr. erat, sed ut iungeretur: *Pars — viri*, quod putidum erat. *viri* per se vocandi casu acceptum iam Commelinus dederat; iterum adstruxit elegantia Heinsii e codd. Mediceo aliisque, etiam Mediceo Pierii: sicque iam Ge. Fabricius emendaverat. *actus O.* Medic., Heinsio interprete, ut sit pro, ad terram actus. *ultus* alter Hamb. a m. sec. *Orontes* pr. Hamb. pro div. lect. et Serv. ad Aen. VI, 9, ubi mss. *odores*. cf. modo ad v. 732. 738 *paeane* invitis omnibus libris malebat Heins., ut *laetum* sit, laete. (In Mediceo post *socii* interpungitur; vid. Not. Heyn. *Wr.*) 739 *inulte* Parrhas. 740 *longe* pr. Moret., quod vulgare. *facta* Lutat. ad Stat. VII Theb. 701. (*teli quoque* Medic. a m. pr. *Wr.*) 741 *Exspectant* Parrhas. et Goth. tert. *mors arma* Dorvill. a m. pr. (*arma* etiam Medic. apud Foggin.; in *paria* litura est in eodem, ex cuius vestigiis apparet *patria* ante scriptum fuisse. *Wr.*) 742 *Atque* a m. pr. Medic. *Atque et* Voss. pr. *Ad quae* Gud. et alii; sicque Heins. volebat. (cui adstipulatur Oudend. ad Appul. Met. l. II. p. 142. extr.; sic XII, 631.: „*Turnus ad haec.*“ Et defendi posset *Ad quae*, si aliquam haberet rationem Mezentius eorum, quae dixerat Orodes. At Mezentii oratio non est tam respondentis, quam poenam ab eo exigentis, qui tam acerbe locutus fuerat; hinc praestat id, quod editur. *Ad quem* etiam supra I, 64.: „Ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est;“ i. e. quem allocuta est; nec necesse ibi *ad* pro *apud* dictum accipi, ut Servius statuit. — *Mezzentius* hic quoque Medic.; vid. ve. 716. *Wr.*) 743 Trappius malebat: *Tu morere.* Miror *ast* h. l.

tibus armis; vid. V. L. ad Ge. I, 157. *Wr.*) 736. *abiectum*, h. l. prostratum. 737. Sic apud Homerum passim exultabundi exclamant victores, v. c. Iliad. ε, 102 sq. χ, 391 sqq., ubi et ἀείδοντες παιήονα. 738. *Conclamant secuti* iung., non, ut faciunt, *sequuti paeana*. (Versus παρένθετος; vid. V. L. ad XII, 612. *Wr.*) 739. affectus plena haec morientis verba! et quanta ferocia Mezentii! sed viro forti digna. In utroque Homerus praeivit in Hectore et Achille Il. χ, 358 — 366, et in Sarpedone et Hectore Iliad. π, 851 — 861. 741. hoc eodem solo prosternere. 743. *Ast de me divom pater viderit:* ex vulgari loquendi ra-

Digitized by Google

Viderit. Hoc dicens eduxit corpore telum.
Olli dura quies oculos et ferreus urguet
Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem.
Caedicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen;
Partheniumque Rapo et praedurum viribus Orsen;
Messapus Cloniumque Lycaoniumque Ericeten;
Illum infrenis equi labsu tellure iacentem,
Hunc peditem pedes. Et Lycius processerat Agis:
Quem tamen haud expers Valerus virtutis avitae
Deiicit; at Thronium Salius, Saliumque Nealces,

vicem τοῦ *at* ante consonam obtinere. (Nempe antiquum est *ast*, vid. Hand. Turscll. p. 417., et huius orationis gravitati optime conveniens. *Ast quando* in antiqua lege apud Cic. de Legg. III, 3, 9. Neque vero mirum, *ast* plerumque ante vocales legi, quum fere pronomina subiecta habeat. *Wr.*) 744 *Haec* tres apud Burm. 745 *dira* et *oculis* pro var. lect. pr. Hamb. *q. oculos Horodi et f.* Ed. pr. Burm. 746 *in aeternum* Oudart. et Goth. sec., sic saltem *nocte*. *mortem* Bigot. et pro vari lect. Zulich. et Ed. pr. 747 *Gelicus* Goth. sec. *Alcathonum* alii, et *Alchatoum*, *Alchatonum*. Est Ἀλκάθοος. Tum *Hydaspen* e tribus Heins. pro *Hydaspem*. (*Hydaspe* Medic. apud Fogg.; cfr. Q. V. III, 1. *Wr.*) 748 *Capo* Dorvill. *Sapo* Goth. tert. (*Rapon* dici, sed propter metrum extremam literam, *n*, detrahi ait h. l. Servius; sed vid. V. L. ad VIII, 506. *Wr.*) *Orsam*, *Orsen*, *Orsem*, *Orson* al. 749 *Donium*, *Cronium*, *Drionum* — *Ericeten* Heins. ex Medic. *Erycheten* Gud. *Erychaeten* Rom. (*Ericaten* Palat. *Wr.*) Alias depravatt. apud Burm. vide, qui *Erichaten* retraxit. Verum arbitror *Ericeten*. Ἐριχήτης. Accipio *Lycaonium*, Lycaonis filium. (vid. Not. ad vs. 123. — 750 *lapsum* Medic. a m. pr. *Wr.*) 751 *praecesserat* Ven. *Argis* Medic. cum aliis, etiam Goth. *Hargis*, *Ages*, *Hagis*, *Agys*, *Argus* al. 752 *Valarus* duo. *Valesus* Iul. Sabinus invenerat, forte verius: Num Valerii primum Valesii fuere. 753 *Authronium* e Gud. dedit Heins. pro vulgato: *Atronium*. Medic. *Atthronium*, et is audiendus erat. Scribendum est: *at Thronium*, a Θρόνιος, quod codd. Heins. pars expresse exhibebat, quo

tione eorum, qui aliquid curare se nolle dicunt, de eo dii viderint, diis haec permissa sunto. Volunt tamen Intpp. per ironiam in Iovem dictum: scil. ut constet sibi Mezentius, *deorum contemtor* (sup. VII, 648) et *cui dextra deus est* paullo post 773. Sed idem v. 845 *Ad caelum tendit palmas*. Videntur Intpp. in *athei* notione argutari. 745. ornavit id, quod apud Homerum erat: Ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον Iliad. λ, 241.

747 sq. Latina nomina Latinos, Graeca Troianos, designare videntur. (— 751. *Et L. processerat A.*, προύμάχετο, καὶ οὗτος ἦν ἐν προμάχοις. *Wr.*) 754. *longe fallente sagitta*, feriente e longinquo incautum. v. sup. IX, 572.

Digitized by Google

Insignis iaculo et longe fallente sagitta.
Iam gravis aequabat luctus et mutua Mavors
Funera; caedebant pariter pariterque ruebant
Victores victique; neque his fuga nota, neque illis.
Di Iovis in tectis iram miserantur inanem
Amborum, et tantos mortalibus esse labores;
Hinc Venus, hinc contra spectat Saturnia Iuno; 760
Pallida Tisiphone media inter millia saevit.
At vero ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo. Quam magnus Orion,

etiam reliquae aberrationes ducunt: *at Cronium*, *ac Thronium*, *Acthronium*, *Antronium*, *Aucronium*. 754 *Insidiis i.* Rom. et a m. pr. Medic. *Insidiit* Gud., sed emendatum *insidiis*, perperam utique. (Mendi originem rursus mihi videor ex Mediceo cognovisse. Is enim a m. pr., ut ap. Fogg. videre licet, *insicnis* exhibet. Hinc factum arbitror, ut corrector aliquis transfossis *c* et *n* literis syllabam *di* superscriberet, non videns, solam *c* mendosam esse. *Wr.*) 755 *Et gravis* Goth. tert. *Martis* alter Hamb. 756 *cedebant* alii apud Servium: et sic Mentel. uterque et Ed. Iunt. 757 *neque* e suis et Pier. et Heins. Vulgo *nec*. 758 *casum m. i.* Macrob. V, 16. *miserentur* Ed. P. Dan. 760 *spectant* Medic., (sed a m. pr.) quod placebat Heinsio. vid. eius not. ad Ecl. VI, 30. Tacite iterum expulit Burmannus. (Nominibus duobus ita inter se discretis et oppositis rectius iungitur Singularis. *Wr.*) *aspectat* pr. Moret. 761 *inter limina* Montalb. Versus hic ad cetera, quae de deorum ex Olympo prospectu agunt, non bene est accommodatus. (Multi eiusmodi versus veterum poetarum lucem accipiunt declarato, qui iis cum reliqua oratione intercedit, nexu; nec erit h. l., quod reprehendas, sententia ita constituta: Spectant Venus et Iuno de coelo, videntque pallidam Tisiphonen media inter millia saevientem. At dum ita caedes inter media millia grassatur, congrediuntur ad pugnam Mezentius et Aeneas. — 762. *Mezzentius* Medic., sed prior *z*, ut videtur, puncto notata, tamquam delenda; vid. vs. 716. *Wr.*) 763 *campum* Medic., nec ineleganter: vid. IV, 177. (At aliud est *ingredi campum*, aliud *ingr. campo*; hoc de eo dicitur, qui iam

755—832. Locus de pugna Aeneae cum Mezentio, interventu Lausi intercepta, et Lausi morte. Comparant Iliad. λ, 70 seq. 758. *iram inanem*, qua neutra acies proficiebat quicquam; neutra enim alteram impellere poterat. Tum inflexit orationem, pro vulgari: miserantur iram et labores tantos eorum. 760. Nominat inter ceteros deos duas deas, quibus potissimum pugnae exitus cordi esset. Quod vero sequitur de Furia, ad ipsam aciem spectat. Est enim veterum poetarum phantasma hoc: Ἔρις, Ἐννώ, Κήρ, inter acies pugnantium volitans. Ut unum exemplum memorem, cf. Hesiod. Scut. 248 sq. (Ceterum vid. V. L. ad h. vs. *Wr.*)

763. *Turbidus:* quod alias saeviens, furens: ingreditur tam magnus, *quam magnus Orion humero supereminet undas, cum pedes incedit.* Nota est prodi-

Digitized by Google

Cum pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna viam scindens, humero supereminet undas;
Aut, summis referens annosam montibus ornum,
Ingrediturque solo et caput inter nubila condit:
Talis se vastis infert Mezentius armis.
Huic contra Aeneas, speculatus in agmine longo,
Obvius ire parat. Manet inperterritus ille,
Hostem magnanimum opperiens, et mole sua stat;
Atque oculis spatium emensus, quantum satis hastae:
Dextra, mihi deus, et telum, quod missile libro,

versatur in campo, ut Mezentius, illud de eo, qui primum venit in campum. Quum autem sermo quotidianus et pedestrium scriptorum usus alteram tantum ex his dictionibus norit *campum ingredi*, facile fieri potuit, ut sextus casus in quartum mutaretur; hinc eadem varietas infra vs. 767. et IV, 177. Supra autem vs. 148. „castris ingressus Etruscis," *castris* est Dativus. *Wr.*) *Quem m.* Parrhas. *Ceu* Leid. pr. Hamb. pro div. lect. et Goth. tert., lenius utique altero; nec tamen verius. Opposita sunt: *quam magnus supereminet*, *aut ingreditur*, *talis* (pro tam magnus) *se infert.* 764 *Dum p.* Leid. Est hoc alio modo a Gratio dictum v. 63 Gigantes *illi aggeribus tentare superbis ire freta.* 765 *numero* Gud. *unda* Goth. sec. 766 *At simul infrendens annosum* Ed. pr. 767 *solum* pro var. lect. pr. Hamb. et Goth. tert. Vide modo v. 763. *intra* sec. Hamb. (—768. *Mezzentius* Medic., sed priore z transfixa atque etiam puncto notata; vid. vs. 716. *Wr.*) 769 *Hunc contra* Medic. et Leid. et Dorvill. a m. sec. *Hinc* Ven. *Tunc* Sprot. *agmine magno* pr. Hamb. (—771. *molle* Medic. *Wr.*) 773 Interpungo: *Dextra, mihi deus, et telum — adsint!* ne accipiatur: *dextra mihi deus* est, *et telum.*

giosa Orionis proceritas et per mare incessus. vid. Apollodor. I, 4, 3, ubi conf. Not. Nata fabula a sidere huius nominis eiusque ortu. Orion oriens ἐπ' Ὠκεανῷ πόδας ἴσχει, ut rem Theocritus effert VII Idyll. 54. Ad Polyphemi staturam corporis idem transtulerat Maro sup. III, 664. 665. *Nerei stagna* supra ad lib. I, 126. 766. 767. *Aut* (cum) *ingreditur.* — Etiam Homerus Orionem venatorem exhibet in Necyia Odyss. λ, 571. (— 770. Improbat Quintil. Inst. I, 5, 65. vocem *inperterritus;* vid. ibi Spalding. *Wr.*) 771. *mole sua stat* sumtum a rupe, quae suo pondere librata firmum situm habet. (Lucan. I. 136 sqq.: „Qualis frugifero quercus sublimis in agro Exuvias populi veteris sacrataque gestans Dona ducum, nec iam validis radicibus haerens, Pondere fixa suo." *Wr.*) De magnae molis homine stante nescio quam bene dicatur; aliter res se haberet, si in conflictu, in certamine urgeretur, impelleretur. Servius explicat: in sua

Digitized by Google

Nunc adsint; voveo praedonis corpore raptis
Indutum spoliis ipsum te, Lause, tropaeum
Aeneae. Dixit; stridentemque eminus hastam
Iecit; at illa volans clipeo est excussa, proculque
Egregium Antoren latus inter et ilia figit:

777. INIICIT; ILLA

Tum *in telum* Ven. *vibro* Oblongus Pierii. 774 *Huc* Hugen., ut Ecl. II, 45 et al. (At *huc ades*, *huc adsint*, de absentibus tantum dicere licet. *Wr.*) *assis* Erf. 775 *Inductum* Leid. *triumphum* Bigot. et pro var. lect. pr. Hamb., natum ex scriptura vitiosa *trophaeum*. Sed volebat Mezentius Lausum induere armis Aeneae, ut in tropaeo truncus armis indui solet. 777 *Iniicit* Heins. e Gudiano refinxit: pro vulgato: *Iecit*, *at*. Turbatur fere in libris: in aliis *Iecit*: *illa*, sicque in Medic. et a sec. m. *at* insertum. *Iacit* Voss. pr. *Coniicit* Parrhas. et Montalb. *Eiecit* Mentel. pr. *Iniecit* pr. Hamb. (*Iniicit* etiam Dorph. I. *Iecit ad* Rom. Revocavi, etiam ab Iahnio restitutam, lectionem *Iecit at*. Vix dubium est, quin varietates istae inde ortae sint, quod *at* in nonnullis codd. vel casu omissum, vel praegressa syllaba absorptum fuerat. Iam damnum unius syllabae varie resarcire studuerunt librarii, ita ut etiam monstra lectionum procuderent *iniecit*, *eiecit*, quae tamen ipsa vitia tuentur veram lectionem *iecit*. Tuleris fortasse *Iniicit* non indicato diserte, adversus quem hasta intenditur; sed ipsum Verbi Tempus ipsique versus numeri adversantur huic lectioni; haec enim quum ita sint comparata, ut magnam excitent exspectationem, cfr. vs. 783. et inprimis V, 643., frigeat iacentque ea, quae sequuntur. *Wr.*) Tum *clypeoque* quatuor Burm. *expulsa* Zulich. et alter Menag. 778 *Antorem* Servius, Valerius Probus in Cathol. et Agroecius de Orthogr., qui praebet *Anthorem*, iam satis monuerunt esse ab Antores. Ἀντώρης, ut Διώρης: unde tamen melius fieret

mole, ut dicitur, in vestigio; quod parum placet. 773. Sic inf. XII, 95. 96 *Nunc, nunquam frustrata vocatus Hasta meos, nunc tempus adest* —. Similis locus est Apollon. I, 446 seq. (Mezentio, deum contemtori et suis viribus confiso, sua arma deorum instar erant; et quum alii ad dimicandum procedentes invocare deos soleant, hic dextram suam hastamque, quasi suum numen, adesse sibi vult. Hastam quidem etiam ab aliis numinis instar cultam esse, docet Cerda ad XII, 95.; cfr. Sil. Ital. VI, 137 sqq.: „Verum superavit honores Omnes hasta meos; cui me libare Lyaei Quod cernis laticis, dignum est cognoscere causam.“ et, quem ibi laudat Cellarius, Iustin. XLIII, 3., „Ab origine rerum pro diis immortalibus veteres hastas coluere, ob cuius religionis memoriam adhuc deorum simulacris hastae adduntur.“ *Wr.*) 775. Cum alii tropaea in deorum honorem consecrent: Mezentius vovet, se armis indutorum esse Lausum filium, ut adeo ille tamquam tropaeum adstet, quod erat truncus armis indutus.

777. 778. Intelligo hastam, magna vi actam, superficiem convexam clipei (quem divina arte factum, Ἡφαιστότευκτον,

Digitized by Google

Herculis Antoren comitem, qui missus ab Argis
Haeserat Euandro, atque Itala consederat urbe.
Sternitur infelix alieno volnere, coelumque
Adspicit, et dulcis moriens reminiscitur Argos.
Tum pius Aeneas hastam iacit: illa per orbem
Aere cavum triplici, per linea terga, tribusque
Transiit intextum tauris opus, imaque sedit
Inguine; sed vires haud pertulit. Ocius ensem
Aeneas, viso Tyrrheni sanguine laetus,
Eripit a femine, et trepidanti fervidus instat.

Antoren. Corruptelas vid. ap. Pier. et Burm. *Antoren* dedit ex ed. pr. Cuningham, sic etiam duo Rottend., idque sequutus sum. (vid. V. L. ad I, 113. *Wr.*) Apud Cerdam Alciatus Parerg. VII, 16 *Antonem* legebat, quia Plutarchus Antonios originem et nomen ab Antone Herculis filia trahere dixit (in Vita Anton. pag. 917 C.) *fixit* Goth. sec., sicque Agroecius de Orthographia laudat. 779 *iussus ab* Franc. 780 *considerat* Gud. a m. pr. et tert. Mentel. (et ipse Medic. apud Foggin.; vid. V. L. ad Ecl. VII, 1. *Wr.*) 782 *moriens dulces* aliquot Heins. 783 *At p.* pr. Hamb. a m. sec. et Bigot. cum Goth. tert. *et per* Leid. 784 *Aere cavo* Rom. *ter linea* idem. *lignea* nonnulli apud Pier., tum Sprot. pr. Hamb. et pr. Moret., ac pro var. lect. Zulich. cum Ed. pr., idque Catroeus perperam sequutus. 785 *imoque* Colot., indocte ex interpretamento. (etiam in Medic. *o* superscripta est literae *a*. *Wr.*) *sidit* in marg. ed. Sylburg. apud Burm. (— 786. *viris* Medic., sed altera *i* in *e* mutata. *Wr.*) 788 *femine* Carisius et plerique codd. Pier. et Heins., itaque ab Heinsio receptum, quem vide. Alii cum Goth. sec. et tert. *femore*, (etiam 7. 8. 11. *Wr.*) quod Priscianus agnoscit. Conf. ad Tibull. I, 9, 26. *in femine* Goth. pr. (*trepidante* Medic., sed ultima *e* in *i* mutata. *Wr.*)

memineris) tantum strinxisse, hinc resiliisse, transversim actam, et in Antoren adstantem aberrasse; ὀλισθεῖν. 779. *missus*, profectus, ut bene Serv. conf. VI, 812. 813. 781. 782. versus dulcissimi. *alieno vulnere*, quod Silius VIII, 630 *telo non in sua vulnera misso.* (Servius, IV, 691. et X, 899. comparans: „Naturaliter enim, inquit, morientes cupiunt satiari extremo lucis adspectu.“ Ego nescio an ob ea, quae subiiciuntur a poeta, illud *coelumque Adspicit* rectius ita accipias, ut Antores coeli fatorumque crudelitatem tacite incusasse significetur; Ecl. V, 23.: „Atque deos atque astra vocat crudelia mater;“ ubi vid. Not. *Wr.*)

783 seq. Homeri vestigia iam veteres hic agnoverunt Iliad. γ, 355 seqq. 361 seq. Clipeus Mezentii septemplex fuit; ex triplici aere, ex tegumento lineo, triplicique corio taurino compactus; *tribus tauris*; coriis taurinis, ut Homericum βοῦς. (*Aere cavum triplici*, vid. Not. ad I, 655. *Wr.*)

Digitized by Google

Ingemuit cari graviter genitoris amore,
Ut vidit, Lausus, lacrimaeque per ora volutae. 790
Hic mortis durae casum, tuaque optuma facta,
Si qua fidem tanto est operi latura vetustas,

789 *graviter cari* Dorvill. 790 *volutans* tres Heins. et duo Burm. cum Erf. *solutae* Bigot. et Goth. tert. 791 *optima facta* erunt fortia: sicque libri constanter. At apud Servium alii: *tuaque, optime, facta*; quod placere potest, Ge. Fabricio quoque et Cuninghamo iudicibus: sicque Goth. sec., etsi e recentissimis, et, quod mireris, Heinsio non observatum, a m. sec. Mediceus. Unde Iul. Sabinus Apronianum ita legere tradidit. Obstat tamen, quod bene vidit Brunck., quod additum iam est, *iuvenis memorande*. (*optimae* Medic. transfixa *a*, quum *e* expungenda esset; et *optima* includit et fortitudinem et pietatem. *Wr.*) *fata* pr. Voss. cum eodem Goth., nec hoc male; ut alias fata et casum iungit poeta. (At hoc si tueare, necesse sit *optime* scribas. *Wr.*) 792 Videtur ex Servianis laciniis colligi posse, lectum olim fuisse *Si qua fides*. An versum male expletum arbitrabimur, ut nunc est? (Scholio Servii in cod. Dresd. praescriptum *fides*. Apparet tamen ex ipso scholio extremam quoque huius versus partem lectam fuisse a Servio; nec carere ea possumus, quia inelegans est, versum in medio enuntiatorum complexu interponere abruptum. Itaque quum plus quinquaginta imperfecta hemistichia Virgilius in Aeneide reliquerit, sedulo cavit, ne sententia ultra

789 seqq. In loco seq. de Lausi in Mezentium patrem pietate Antilochum, Nestoris f., ante oculos habuisse videri potest poeta, quippe cuius similis pietas ap. Graecos poetas inde a cyclicis et tragicis fuit celebratissima. Vel Pindari Oden VI Pythic. vide. Hoc certe probabilius dixeris, quam quod narrata de Scipione Africano eum respexisse aiunt. In hoc vero poetae acumen observari velim, quod tantam pietatem tribuit filio hominis saevi et iniusti, quodque hunc ipsum patrem, hominem impium et odiosum, naturae affectu et amore in filium mollissimum exhibuit: ut enim in tragicis, ita nunc in epica hac persona, tanto magis movemur pietatis hoc affectu in homine, qui nullam talis humanitatis sensus spem de se fecerat. 791. Observandus locus etiam propterea, quod poeta epicus suam ipse personam prodit et interponit; nec indecore aut absurde; advertit enim animum lectoris, dum ipse poeta miseratione contactum se significat. („Duram mortem ad aetatem retulit adolescentis.“ Haec Donatus. Neque iners est, quod additur, *casum;* nihil enim miserabilius, quam adolescens eiusmodi casu oppressus. Hic vero in animum revocate, optimi adolescentes, verba Ciceronis senis Cat. mai. c. 19.: „Quis est tam stultus, quamvis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum? quin etiam aetas illa multo plures, quam nostra, mortis casus habet.“ Praeclare usus est hoc et nostro Virgilii loco Huschkius ad emendandum Tibull. III, 2, 27. *Wr.*) 792. *Si qua vetustas:* pro po-

Digitized by Google

Non equidem, nec te, iuvenis memorande, silebo.
Ille pedem referens, et inutilis, inque ligatus
Cedebat, clipeoque inimicum hastile trahebat. 795
Proripuit iuvenis, seseque inmiscuit armis;

796. PRORUPIT

eiusmodi versiculum produceretur; nec impedio, quominus I, 534. punctum ponas pro colo, coll. V. L. III, 10. et 301. Semel, V, 294., absolutam per se quidem sententiam appositio excipit. *Wr.*) *est* deest pr. Hamb. et parti Pier. codd. 793 *Non equidem*, sic interpunxi: nam partes sententiae hae: *Non equidem silebo hic mortis durae casum — nec te, m. i.* (post *equidem* interpungitur etiam in Medic. *Wr.*) 794 *atque ligatus* tres Burm. cum Goth. tert. (*legatus* Medic. Ceterum vid. de vsa. 794. sq. V. L. ad vs. 713. *Wr.*) 796 *Prorumpit* Heins. e Romano adoptaverat: is vero *Prorupit* habet, et hoc recte, nam sequitur *immiscuit*; hoc igitur nunc emendavimus. Vulgo *Proripuit*, quod fugien-

steritate dicta esse debet; aliter *si qua* non expediri potest: Si qua serior aetas fidem habebit tantae Lausi pietati et virtuti. Simile illud Ciceronis pro Milone 35 *de me nulla unquam obmutescet vetustas. opus* ut ἔργον pro facinore. (Non videtur verum horum verborum sensum assecutus esse Heynius. Subvertit, nisi fallor, eius explicationem vel istud, quod *tantum opus* vix commode accipitur de conatu Lausi, maxime illo quidem laudabili, irrito tamen et frustra suscepto. Tum vide, quantum ista ipsa, si ita interpreteris, officiant Lausi gloriae, poeta subverente, ne diffidat posteritas huic narrationi. Sed dices: Virgilium maiorem inde Lauso admirationem conciliare voluisse, tamquam incredibile quiddam auso. At fuit istud praeclarum quidem, sed non unum de incredibilibus. Quae quum ita sint, opus dici puta ipsum carmen Virgilii, idque vocari tantum, quippe hominum summorum ac fortissimorum rerumque maximarum maximeque illustrium memoriae consulturum. Inter has tantas laudes etiam Lauso locum esse poeta volebat; qua quidem re nihil est quod praeclarius illi contingere potuerit. Iam sententia existit haec: Si qua huic, tali tantoque, operi fides habebitur, quam sane auguror fore maximam, non ego te silebo; tu quoque harum rerum, quas cano, pars eris, nec infima. Neque vero sic fiet, quemadmodum arbitratur Servius, ut in arrogantiae crimen incurrat poeta; compara locum simillimum IX, 446 sqq. et quae notavi ad Eleg. in Messalam p. 59 sq. Mecum sentit Donatus: „confido enim, te futurum in laude maxima, si libri mei habuerint fidem.“ Et *opus* de carmine aetatem laturo Ovid. Metam. XV, 871.: „Iamque opus exegi, quod nec Iovis ira, nec ignes, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.“ *Wr.*) 794. *inutilis*, vulnere debilitatus; ut Serv. (Anchises fulmine se-

Digitized by Google

Iamque adsurgentis dextra plagamque ferentis
Aeneae subiit mucronem, ipsumque morando
Sustinuit; socii magno clamore sequuntur,
Dum genitor nati parma protectus abiret; 800
Telaque coniiciunt, proturbantque eminus hostem

799. SEQUUNTUR:

tis est, non in pugnam prodeuntis. (*Prorupit* etiam Paris. 8., qui fere consp*i*rat cum Rom., et liber Brunckii. Mediceus cum ceteris, ut videtur, omnibus, etiam Lips. utroq. et iis, quos usurpavit editor Vinarien., *Propripuit*; quod revocavi. *Proripere* sive *se proripere* dicitur omnino is, qui cum subito magnoque impetu fertur; hinc saepe, sed non semper, qui repente se in fugam coniicit, ut Ecl. III, 19. Aen. V, 741. At Hor. Od. I, 8, 13. sqq.: „Quid latet, ut marinae Filium dicant Thetidis sub lacrimosa Troiae Funera, ne virilis Cultus in caedem et Lycias proriperet catervas?" Nullum autem Verbum nostro loco aptius: celeritate enim magis opus erat ad imminens periculum a patris capite depellendum, quam vi, cuius significatio inest in verbo *Prorupit*. *Wr.*) 797 *dextrae* vulgg. cum Servio (et Palat. *Wr.*) ante Heins., qui e Medic. Gud. et pro div. lect. Hamb. pr., adde Goth. tert. (et 8. *Wr.*) reposuit *dextra*, ut sit *assurgere dextra*, ad ictum insurgere manu elevata. In Rom. erat *dextram*, minus concinne. 798 *subigit* Medic. *morantem* Serv. ad VII, 161. 799 *magno socii* Goth. tert. (Nexus sententiarum flagitat, ut commate, non colo, in fine huius versus distinguatur; vid. Not. ad vs. 800. — 800. *parma nati* Serv. Dresd., male. *Wr.*) 801 *perturbant* Medic. Parrhas. Ed. Mediol. et Ed. pr., perpetua variatione. (Sed quomodo proturbant, i. e. de gradu deiiciunt, Aenean? non cedere illum, sed sustinere hunc impetum, declarant vss. 802. 809. sq. Itaque perturbare eum, puta telorum multitudine, potius videntur, adeo ut sese tegere et Mezentium omittere cogatur. Et quum in Mediceo scriptum fuerit *pertumbant*, idque vitium a manu emendatrice tollatur, miretur fortasse aliquis, qui factum sit, ut eadem alterum mendum intactum reliquerit; quamque *proturbare aliquem telis* locutio sit minime infrequens, facile *perturbant* in alteram lectionem abire potuit. Fatendum tamen, infinitis locis praepositionem *pro* in compositis in *per* mutatam esse a librariis; supra quoque IX, 441. in multis legitur *perturbant* pro *proturbant*. Itaque paucorum librorum lectionem dubitem in tali causa praeferre reliquorum consensui. Dicendum igitur, *proturbant* hic esse i. q. *proturbare student, conantur*; sic enim interdum Verba finita consilium et voluntatem rei gerendae indicant; exempla suppeditabit Ramshorn. Gr. Lat. §. 163, 3, b. pag. 386. edit. pr.; vid. etiam Not. ad XII, 394. Sic Graeci quoque; Eurip. Med. 718. sq.: „τούτοις δ', ὀρχίοισι μὲν ζυγεὶς, ἃ γ' ουσιν οὐ μεθεῖ' ἂν ἐκ γαίας ἐμέ." plura congessit Elmsl. ad Eurip. Heraclid. 1003.; adde Hermann. ad Viger. p. 746. §. 161. *Wr.*) In Ed. pr. etiam *que* deest.

nioque confectus II, 647.; „inutilis annos Demoror." *Wr.*) *illigatus* sc. hastae, quae clipeo transfixo in inguen penetrarat. Similis locus de Sarpedone Iliad. ε, 664. 665. At Aeneas vs. 797 *assurgit dextra*, insurgit, ad ictum ense inferendum, manu elevata ac reducta. (— 800. *dum abiret*, vid. Not. ad I, 5. — 801. *proturbant*, proturbare student; vid. V. L. *Wr.*)

Digitized by Google

Missilibus. Furit Aeneas, tectusque tenet se.
Ac velut, effusa si quando grandine nimbi
Praecipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis et agricola, et tuta latet arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
Dum pluit in terris; ut possint, sole reducto,

802 *clypeoque tenet se* alter Hamb. 803 *effusi* Zulich. cum Goth. tert. *effuso* Oudart. *effusam* Franc. 805 *et* ante *tuta* abest vett. edd. codd. Ge. Fabricii, qui sublatum volebat; et sustulit Cuningham., sed numeris versus debilitatis; tum *tuta — arte* Medic. cum plerisque Heins. ac Parrhas., quod illi placebat. Sic quoque Rom. Sane tamen quemque sensus docebit facile *arce* praestare, nec debuisse poetam aliter dicere, cum, genere posito, mox duas formas ac species subiiciat: cavum ripae vel antrum; solent autem poetae generi posito subiicere formam: v. c. inf. lib. XII, 522 *Arentem in silvam et virgulta sonantia lauro*. Et sic sexcenties. (*arte*, licet *arce* praescriptum sit, etiam Servium legisse, probat eius scholion: „Quod scilicet se perite a tempestate defendunt." *arce* Palat. cum 11. 12. *Wr.*) possunt et illa: *omnis et agricola* tenuiora videri, dicta post *omnis arator*. Est tamen *agricola* latius dictum, de quovis in alio opere rustico occupato. Videtur hoc sensisse vir doctus Withof, etsi parum propitio Mercurio uti solitus in emendando: *omnis et aut collis tuta latet arce putator*. (vid. Not. *Wr.*) *tute* Dorvill. (— 806. *amnes* prius in Mediceo fuerat. *Wr.*) 807 *Dum pluit*; sic etiam Servius distinguere iussit, ne archaismus existeret: *Dum pluit in terris*: pro

802. *tectus tenet se*: sub clipeo, quo missilia excipit: Sic sup. X, 412 *seque in sua colligit arma*. conf. Iliad. *ν*, 405. 803 seqq. praeclara comparatio: nec Homero quicquam in ea debet Virgilius: etsi laudari solet Iliad. *μ*, 156 sqq.; nam in illo loco diversa res geritur. Sed simillimus locus est in Quinto Calabro VIII, 379—385, qui poeta omnino ditissimus est his ornamentorum copiis. (Mihi quidem haec in emendandis videntur a poeta relicta; parum grata est copia in verbis *arator ... agricola*; displicet etiam geminatum *omnis*; tum maxime insuave est hoc ὁμοιοτέλευτον *arator ... viator*, quod non defenditur exemplis a Iahnio ad VIII, 397. allatis. Imitatus est hunc locum Sil. Ital. VI, 321. sqq. *Wr.*) *diffugit*, aoristo modo, ut toties. („Non adsentior. Nam diffugientem aratorem exhibere noluit Virgilius, sed eum, qui, postquam diffugit, tutus est a nimbis, quod et sequentia *tuta latet arce viator* demonstrant. Atque ab hac perfecti ratione aoristi vis prorsus discrepat." Haec Wunderl. Epist. ad Heeren. p. X. *Wr.*) 805. 806. *tuta arce*, latebris, refugio, cavo ripae vel antro. 807. 808. *exercere diem* opere faciendo: exquisite, pro, exercendo opere transigere diem: ut noctem producere coena, extendere sermone; diem fatigare remigio supra VIII, 94, ubi vid.

Digitized by Google

Exercere diem: sic obrutus undique telis
Aeneas nubem belli, dum detonet omnis,

809. DETONET, OMNEM S.

in terras. Vix tamen magna sensus subtilitate opus est, ut aliquis percipiat hanc interpunctionem esse unice probandam: primum quod Virgilius doctrinae caussa antiquiorem formam praetulisse videri debet, praeeunte Lucretio lib. VI, 630 *Cum pluit in terris et venti nubila portant*: etsi illa forma non tam antiquior quam exquisitior dicenda erat; tum vero, quod ex altera interpunctione friget totus locus: quam enim vim habet *in terris* in hac sententia: *in terris ut possint, sole reducto, Exercere diem*? Edd. variant. (Interpungitur post *pluvit*, sic enim a m. pr. scriptum, etiam in Medic.; *pluvit* Romanus quoque. *Wr.*) Porro *in terras* Ed. pr. Burm. *ut possit* Medic. a m. pr. cum aliquot aliis; sic quoque, quod mireris, itidem a m. pr. Romanus. Etiam Goth. pr. („*possint* fortasse a correctore ortum est," ait Iahnius. Et videri potest scholion Servii, fortasse a vetustiore aliquo Grammatico sumtum, ad lectionem constituendam magis, quam ad explicandam sententiam spectare: „UT POSSINT: et viator, et rusticus, quibus opera sunt in terris." Tuetur *possit* etiam Santen. ad Terentian. p. 261. Qui tamen si scire potuisset, in aliquo codice, quem contulit editor Vinariensis, mutato ordine legi *possint ut*, non passus esset eripi sibi hephthemimerin, qua mirifice delectatur Vir Eximius; vid. V. L. ad XI, 298. Mihi satius videtur, in loco non satis elaborato, vid. Not. ad vs. 804. sq., nihil mutare; nec satis commode ad alterutrum tantum, viatorem, qui extremus commemoratur, aut agricolam, quem proprie opus, diem exercere dicimus, Verbum accommodes. *Wr.*) 809 Vett. edd. quas vidimus omnes: *nubem belli dum detinet, omnes* vel *omneis sustinet*. Primum in Ald. tert. emendatum a Naugerio *nubem belli, dum detonet, omnis Sustinet*, et ex eo aliae; at aliae adhaeserunt priori. *detonet, unus* in marg. ed. 1544 occurrere video. Pierius tamquam inauditam lectionem e cod. Romano protulit *belli, dum detonet, omnem Sustinet*, quae deinde in edd. saltem Steph. recepta est: quandoquidem etiam Ge. Fabricius sic ex suo Pseudo-Donato et libris vetustis, quos nec denominat, scribere iussit. *detonet* etiam Servius legerat: eamque lectionem Heinsius firmavit, et ante eum, monente Burmanno, Schottus Obss. II, 2. Sed Rom. cod. lectionem Pierius parum diligenter exhibuit: nam legitur in eo, ut in Aldina expressum, *nubem belli dum detonet omnis Sustinet*. Iterum eandem hanc lectionem e Palatino excusam video in ed. Commelin. et hinc in Pulman., nec abludit Voss. pr. *dum detonat omnis*. (*detonet* praeter Rom. et Palat. etiam 3. 8. *Wr.*) Scilicet distinctione mutata tenere nos veram lectionem nullus dubito: *nubem belli, dum detonet omnis, Sustinet*. Codd. omnes inde a Mediceo vitiosam edd. priorum vulgatarum lectionem retinent; nisi quod Zulich. pro var. lect. *dum detinet atque*, et Exc. Burm. *dum retinet omnis*. (*omnem* ex iis, qui olim collati sunt, libris unus, quod sciam, Palat. tuetur; Heinsii libri, ut videtur, omnes, quemadmodum etiam Lips. utq. et quos Dorphius et editor Vinariensis volverunt codices, vel *omnis*, ut in ipso exstat Mediceo, vel *omnes* exhibent; hoc quidem *omnes* inde ortum, quod *omnis* pro accusativo pluralis accipiebatur, errore minime raro. Itaque *omnis*, mutata ex Heynii

Not. 809. *nubem belli*, ut πολέμοιο νέφος, de pugnae mole, tamquam procella, tempestate, et h. l. de telorum multitudine

Digitized by Google

Sustinet, et Lausum increpitat, Lausoque minatur:
Quo moriture ruis, maioraque viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua. Nec minus ille
Exsultat demens; saevae iamque altius irae
Dardanio surgunt ductori, extremaque Lauso
Parcae fila legunt: validum namque exigit ensem
Per medium Aeneas iuvenem, totumque recondit;
Transiit et parmam mucro, levia arma minacis,

sententia interpunctione, revocandum putavi; et hoc solum convenit coniunctivo consilium indicanti *detonet*; *omnem*, quod nunc etiam e Paris. 2. 3. enotatur, si scripsisset Virgilius, *detonat* indicativus requirebatur; nam *nubem omnem sustinet* significat: sustinet hoc incommodum usque ad finem, dum detonat. *Wr.*) 812 *Fallet* Gud. a m. pr. *Fallit et in tantum p. t. nec unius illa Exultat* inepte Franc. 813 *Exsultans* Medic. a m. sec. (est ea altera lectio Medic. *Wr.*) Mox *que* abest Franc. 815 *iamque* Goth. sec. 817 *Transilit* edd. vett. apud Pier. et codd. pars; (in quibus 2. 7. 9. 10. *Wr.*) sed Rom. Oblong., tum Medic. et alii Heins. *Transiit*, quod lectum inde a Naugerio. Heinsio tamen alterum se probabat, quia iam v. 785 praecesserat de hasta: *Transiit intextum tauris opus.* Non assentiar. *Transiit* proprie dictum; et sic διῆλθε, ut passim apud Homerum. *media arma* Rom., minus bene. *minantis* quidam Pier. et Ven., sed Rom. *minaci*, hoc elegantius; ut solet poeta tertium pro secundo casu ponere: et recepisse id video Cuninghamum. Ceterum in ed. Burm. erat distinctum: *Transiit et parmam mucro, levia arma, minacis.* Scilicet Servium sequutus est, qui perperam h. l. monet: minacis *autem non Lausi, sed Aeneae.* Immo vero Lausi, cuius, cum tam minaciter in Aeneam insurrexisset, nimis levia haud dubie arma

accipe. Bene Serv. „Bellantium impetum sustinet, donec deferbeat." conf. Cerda.

810 sqq. Ut ingenium, sic oratio Aeneae diversa ab ea, qua simili in congressu cum Pallante utebatur Turnus paullo ille ferocior, supra 442 sq. 490 sq. (*moriture* pro *moriturus*, cfr. V. L. ad IX, 485. cum II, 511. IX, 554. Et de tota compositione huius orationis vid. Q. V. XXXIIII, 4. *Wr.*) 814. 815. *Parcae fila legunt.* „Proprium, inquit Servius, fuerat, *rumpunt:* tamen *legunt* aut colligunt, aut rumpunt, aut etiam transeunt." Prima bene dixit, cetera minus. Leguntur, puto, inter nendum fila, dum in fusum colliguntur, h. dum lana e colo in filum ducta in fuso glomeratur. Quod si itaque Parcae *fila extrema* ducunt, nent, etiam ea *legere* recte dicuntur, colligere, ut penso absoluto ea rumpant. (Itaque *extrema legunt* ita iunctum, non *legunt* solum per se, significat i. q. *rumpunt. Wr.*) 817. *transiit et parmam* — describit nunc tanti vulneris modum disertius. *minacis*, pro, eius sc. Lausi.

Digitized by Google

Et tunicam, molli mater quam neverat auro;
Inplevitque sinum sanguis: tum vita per auras
Concessit maesta ad Manis, corpusque reliquit.
At vero ut voltum vidit morientis et ora,
Ora modis Anchisiades pallentia miris:
Ingemuit miserans graviter, dextramque tetendit;

erant parma. Hoc quoque Cerdam sequutum video. Ornavit autem Maro Homerica Iliad. *v*, 470. Ceterum quatuor hos versus 817—820 damnat vir doctus tamquam a re et consilio poetae alienos, et infringentes vim et impetum reliquorum; exacto enim iam per medium corpus ense nunc subiici: etiam parmam et tunicam esse ense perforatam: quod sane ridiculum et puerile. Vide tamen, an male se sententiae habeant, si ita eas constitueris: *exigit Aeneas ensem per medium Lausum: etenim transierat ensis parmam et tunicam, et in pectus penetraverat.* Scilicet *Transiit et* non est *etiam*, sed *recondit, et transiit*, vel iungenda *et parmam et tunicam*; tum deficit particula *Nam*; est enim quod vulgo dicere: *nam transiit.* Consentaneum autem erat, ut poeta vulneri et morti describendae immoraretur, cuius tanta vis erat ad animum Aeneae miseratione movendum. 818 *niverat* Rom. 819 *sinus* a m. pr. Medic. et Gud. cum aliis Heins., adde Goth. tert. et Erf., (item 7. 8. 11. *Wr.*) sicque Macrob. et Schol. Iuvenal. apud Heins., atque hoc ipsum Heinsius dederat; quod, nil monens, mutavit Burmannus. (vid. Q. V. VIIII, 2, c. *Wr.*) 820 *Cum cessit* et *relinquit* Franc. et Dorvill. *Discessit* Goth. sec. 821 Lenius foret: *Ut vero voltum.* 823 *graviter miserans* pars Pier., tum Medic. alter Mentel. et Ven. cum Goth. tert. Burm. notat ex v. 789 patere, *graviter* ad *ingemuit* referendum. (Ita si haec collocas, *Ingemuit graviter miserans*, non verbo *Ingemuit*, sed participio *miserans* adiungitur hoc adverbium, quod, ubi fieri potest, praeponitur ei ipsi vel Verbo vel Participio, cuius significatio per illud intenditur, ut Ge. III, 374. IV, 31. Aen. I, 126. II, 288. VII, 753. XII, 295., etiam ubi per metrum variare sedem licet, ut Ge. III, 88. IV, 452. Aen. X, 347. Hinc Ge. III, 133.: „Quum graviter tunsis gemit area frugibus," non *graviter gemit*, sed *graviter tunsis* iunges. Nostro quidem loco quum optimi iuvenis miseratione affectum Aeneam graviter ingemuisse consentaneum sit, hoc ipsum adverbium cum *Ingemuit*, graviore etiam verbo, quam cum *miserans*, quod minus est grave, iunctum propterea post *miserans* positum malim; et videmus eadem in sede, qua saepe recipi vocabula fortiora diximus in V. L. ad Ecl. V, 9., paulo ante, vs. 789., collo-

818. Decens in Etrusco iuvene vestis auro texta; quod vestimenti genus frequentatum Etruscis fuisse constat. (*molli auro*, vid. Not. ad vs. 138. *Wr.*) Ornavit Maro Homerica Il. *v*, 470. 819. 820. *per auras, ad Manes*, sunt Homerica: Iliad. *π*, 856. 857.; nihil amplius, nec in his oppositis argutandum. *Vita* pro anima, *ψυχή*. (XII, 952.: „Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras." *Wr.*)

821 seq. Ad miserationem egregie facit ipsa Aeneae miseratio, dum tendit puero manus et terra eum sublevat 831, et respectus Ascanii, et in alterius for-

Digitized by Google

Et mentem patriae subiit pietatis imago.
Quid tibi nunc, miserande puer, pro laudibus istis,
Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
Arma, quibus laetatus, habe tua: teque parentum
Manibus et cineri, si qua est ea cura, remitto.

824. P. STRINXIT P.

catum: „Ingemuit cari graviter genitoris amore." *Wr.*) 824 *subiit* ante Heins., qui ex Colot. Medic. et utroque Rottend. reposuit *strinxit*, etsi supra IX, 294 idem hemistichium cum ipsa voce *strinxit* praecesserat; in quo sibi parum constare videtur, cum variare talia poetam alibi contenderit; cf. eius not. ad IX, 814. per se utrumque bonum est. *stringit* tert. Moret. *subit* Rom. familiae ductor, in qua etiam Goth. sec. et tert. sunt. (*subiit* recte revocatum a Wakefieldio et Iahnio. Quam saepe hoc in genere, etiam in longe praestantissimis exemplaribus peccatum fuerit, dictum est ad Ge. IV, 4. Aen. II, 776. IV, 471. VII, 528. et alibi. Ant si *subiit* ex interpretatione ortum velis, mirum profecto, quod idem supra IX, 294. in nullo libro iuvenitur. *Wr.*) 827 *perentum* scribunt bini Goth. et plures puto codd. *teque peremtum* Ven., quod alicui, qui novas lectiones aucupatur, probare se potest: *te peremtum remitto* (sc. ad sepulturam), *si qua ea cura est Manibus et cineri*, h. si modo Manes et cinis tale quid curant: sc. quod te remitto: quod ieiunum est: nec remitti corpus satis erat, verum *sepeliendum* mitti; *cineris* vero notio a recenti caede erat aliena. Hoc idem adversatur coniecturae Io. Schraderi: *teque parenti* (*Manibus et cineri si qua est ea cura*) *remitto*. Aliter res se habebat IV, 34 *Id cinerem aut Manes credis curare sepultos*? de Sichaeo dudum sepulto. Praestat vulgaris lectio: *te remitto parentum Manibus et cineri*, h. ad sepulcrum patrium, ut inf. XI, 688 *nomen tamen haud leve patrum Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.* Tenent tamen interpretem verba adiecta: *si qua est ea cura*: cuinam? num *tibi*? an *Manibus et cineri* parentum? an universe, modo est qui id curet, qui te inferendum curet: ut additum forte sit propterea, quod patria cum patre exulabat Lausus. Sed illa forma: *si qua, si modo* poetis, graecorum more, εἴποτε, non semper est conditionalis, sed interdum causalis, pro, *ut*: potest adeo omnino accipi, ad curandum, ut funus tuum curetur. (vid. Not. — 828. *cineris* Medic. a m. pr. *Wr.*)

tuna cogitatio de casu, qui sibi accidere posset. 824. *patriae pietatis imago*, amoris sui in Ascanium recordatio: et quem ipse dolorem suscepturus sit in simili casu. Sic interpretandum arbitror. Ea, quae *recordamur*, poetae per *imaginem* efferre licet animo obiectam. v. sup. ad IX, 294. (adde II, 560.: „subiit cari genitoris imago." *Wr.*) 825. *pro laudibus istis*, ista virtute, ut iam aliquoties vidimus, τὰ κλέα et τὸ κλέος, h. l. virtus, qua, ut patrem servaret, ipse vitae discrimen adiit. (vid. Heyn. Not. ad IX, 197. et meam in Elegia ed Messal. p. 61. *Wr.*) 827. *Arma habe tua.* Magnus scilicet honos in illo aevo habitus, si victum victor non spoliaret. cf. Iliad. ζ, 417. 827. 828. *te remitto pa-*

Digitized by Google

Hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
Aeneae magni dextra cadis. Increpat ultro
Cunctantis socios, et terra sublevat ipsum,
Sanguine turpantem comtos de more capillos.
Interea genitor Tiberini ad fluminis undam
Volnera siccabat lymphis, corpusque levabat
Arboris adclinis trunco. Procul aerea ramis

(— 830. *Aen. dextra magni c.* cod. Bosii apud Cort. ad Lucan. I, 137. *Wr.*) 831 *Cunctatos* Hamb. sec. 832 *turbantem* Zulich. *turpantem pulvere crines* laudat Schol. Cruqu. Horatii IV Od. 13, confundens monente Burmanno alterum locum lib. XII, 99. coll. infra vs. 844. 833 *undas* etiam hic sec. Rottend. Bigot. 834 *lavabat* Medic. Rom. et alii Pier. et Heins., ac Goth. tert., etiam vett. edd. multae: idque praeferebat Cerda. Est tamen otiosum hoc *corpus lavabat*; accommodatius alterum: *levabat acclinis*: est ornate dictum pro acclinabat. Si altera lectio defendenda est, sequi necesse est Cod. Paris., qui distinguebat: *Vulnera siccabat: lymphis corpusque levabat*, et a m. sec. *lavabat*. Recte tamen monet Burm. *siccabat lymphis* non esse divellendum, Statii I Theb. 527 imitationem docere: *siccati vulnera lymphis*. Saltem inde discimus, Statium non aliter in Marone interpunxisse ac nos. (vid. V. L. ad Ge. I, 142. *lavabat* e Paris. unus 8., idem in paucis, nec iis optimis, videtur invenisse Heinsius, qui unum Voss. pr. nominatim citat testem; *lavabat* tamen etiam Medic. apud Foggin.; idque recepit Iahnius; sed appareret, ortum hoc esse e praegressis *Volnera siccabat lymphis*. Servius: „Inclinatione recreabat;" unde hunc quoque *levabat*, quod etiam in Palat. exstat, legisse intelligitur. *Wr.*) 835 *acclivis* et *acclivus* plerique codd. et vett. edd., et fuerunt adeo viri docti, Valesius et Cerda, qui vitiosam lectionem defenderent. *acclinis* vel *adclinis* meliores, Rom. Me-

rentum Manibus et cineri, h. e. ad sepulcrum patrium, ut te inferant; *si qua est ea cura*, simplicissimum est, sive ad ipsum Lausum caesum haec inter cetera referre: si modo tu hoc curas, si sensum huius rei habes; sive ad eos, quorum ea cura esse debebat; ut sit: remitto te iis, quibus ea cura est; h. e. quibus id curae est, ut te recipiant. vid. Var. Lect. (*Si qua est ea cura, Si quid id est*, cet. locutiones sunt multum frequentatae in iis rebus, quibus homines pretium aliquod, vel maius, vel minus, statuere solent. Iam ad Lausum haec pertinere, quod vel ex vs. 826. colligas, manifestum est. Nam plurimum id curabant animae mortuorum, ut corpus terrae mandaretur. Itaque non erat, quod tum quidem maius dare Aeneas Lauso posset; quamquam eius ipsius muneris pretium extenuat h. l. per illa verba Aeneas, ut ea exsistat sententia: quidquid s. quantumcumque id est. *Wr.*) 832. *comtos de more* Etruscorum: quod ex vasis aliisque monumentis intelligitur.

833. Sequentia de Mezentio tamquam in tabula exhibita sunt. Declaratur locus, positus, actio ipsa. Similis locus Iliad. ε, 692 seqq. de Sarpedone. *vulnera sic-*

Digitized by Google

Dependet galea, et prato gravia arma quiescunt.
Stant lecti circum iuvenes; ipse aeger, anhelans,
Colla fovet, fusus propexam in pectore barbam;
Multa super Lauso rogitat, multumque remittit,
Qui revocent, maestique ferant mandata parentis.
At Lausum socii exanimem super arma ferebant
Flentes, ingentem, atque ingenti volnere victum.
Adgnovit longe gemitum praesaga mali mens.
Canitiem multo deformat pulvere, et ambas

dic. et alii, cum Servio; nisi quod Mentel. alter ac Scheffer. cum Regio ac Paris. *adclinus*, quomodo *adclivis* et *adclivus*, quod arridebat Heinsio et receptum a Cuninghamo. Depravate *adnixus* Ven. *obnixus* Dorvill. Porro *aenea* Hugen. In fine *ramo* Rom. et Serv. ad Ecl. VI, 16. 836 *Dum pendet* Dorvill. *et* abest Zulich. 837 *Stant circum lecti proceres* aliquot Pier. *Stant leti* Dorvill. a m. pr. *atque ipse aeger* idém. *anhelus* Zulich. 838 *prospexam* Rom. *perpexam, perpessam* vitia codd. et edd. *in corpore* Gud. (*in pectora* coni. Heinrich. *Wr.*) 839 *rogitans* Gud. Leid. *multumque remittit*, haud dubie doctius, Rom. et Medic. cum Gud. pr. Mentel. et ceteris praestantioribus: itaque recte receperat Heinsius. Excidit tamen et hoc Burmanni recensioni et iterum illatum vulgare *multosque*. (quod praebent Palat. 7. 9. 11. *Wr.*) 840 *ferent* Exc. Burm. et Franc. *responsa* Leid. 841 *exanimem* Heins. e scriptis revocavit; vulgo *exanimum*. v. ad IV Aen. 8. *exanimum socii* Parrhas. et Dorvill. (— 842. Mirum, quod, teste Fogginio, *ingenti* in Mediceo in *ingente* mutatum est. *Wr.*) 843 *Agnoscit* alter Hamburg. 844 *multo* Heins. secundum Pierium reduxit, ob codd. consensum, et Macrob. IV, 3, tum quoque variasse dicendus est poeta id, quod lib. XII, 611 retractavit: Canitiem *immundo perfusam pulvere turpans*; unde in re-

cabat lymphis, sanguinem sistebat frigida aqua. Ignoramus, an primus hoc ausus sit Maro; imitatus est Statius I Theb. 527. Nam τέρσειν et τερσαίνειν, sed *aquae* notione non adiecta, iam Homerus de vulnere dixerat. 835. „*Procul*, modo iuxta, ut Ecl. VI, 16," Servius, non male. Eidem videtur novasse h. l. poeta *adclinis* et *propexam barbam*; equidem novatum dicerem primo loco *quiescunt*, iacent, de armis, seu clipeo. 838. *Colla fovet*: sustinet caput arboris trunco. *fusus barbam*, habens barbam, eamque propexam, fusam in pectus, non otiosum est, sed ad ἐνάργειαν narrationis requirebatur, dum ad truncum acclinatus capite demisso, recubat. *in pectore*, pro in pectus, ut bene Serv., antique.

841. Hic magnum poetam in his agnosce, quod arte sua effecit, ut Mezentii, tam invisi hominis, miseratione animos nostros tangeret. Rationem et modum, et quae illa sint, per quae haec effecit, videant harum rerum studiosi. *super arma*, super clipeo, ut facile assequeris. cf.

Digitized by Google

Ad coelum tendit palmas, et corpore inhaeret. 845
Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,
Ut pro me hostili paterer succedere dextrae,
Quem genui? Tuane haec genitor per volnera servor,
Morte tua vivens? Heu, nunc misero mihi demum
Exitium infelix! nunc alte volnus adactum! 850

850. EXILIUM

centiores (etiam Goth. sec.) et in edd. h. l. venit: *immundo deformat pulvere.* (sic etiam 11. 12., eadem est altera Medic. lectio. *multo* firmari videtur etiam Val. Flacci imitatione III, 716.: „lnlacrimat, multaque comas deformat arena." *Wr.*) Montalb. *deturpat.* 845 *corpori* alter Menag. Moret. sec. et a m. pr. Zulich., quod vulgarius esset; (immo pessimum; nusquam enim longa vocalis, nisi alia longa syllaba praegressa fuerit, proxima brevi eliditur, excepta voce *Pollio*, Ecl. III, 84. sqq. IV, 12., quae non elisa creticam efficeret; vid. V. L. ad IX, 296. *Wr.*) nunc *haeret in corpore.* 846 *voluntas* etiam hic aliquot Burm. cum pr. et tert. Goth. 847 *succumbere* vett. codd. Prisciani lib. XVI cum Erf. (— 848. *genuit* a m. pr. Medic. *Wr.*) 849 *M. t. iuvenis* Zulich. et pro var. lect. pr. Hamb. 850 *Exitium* cum Ald. pr. plerique Pier. etiam Rom., tum Medic. et ceteri fere omnes. Etiam hoc est exemplum consensus codicum, emendationis veritate inferioris. Etsi enim adiuvari potest ea lectio interpunctione: *nunc misero mihi demum Exitium! infelix! nunc alte volnus adactum*, at tamen *exilium*, quod pleraeque vett. edd. habent, et Naugerius intulit, verum est; hoc enim primum erat, quod in Mezentii fortuna poetae animo occurrere poterat. Sunt autem codd., qui tueantur, Gud. a m. pr. pro div. lect. Rottend. Leid. et sec. Menag. cum Goth. pr. (*Exilium* Palat. et 8. Servius: „Solatio enim viventis filii utrumque fuerat ante tolerabile;" quibus addit cod. Dresd.: „et exilium et vulnus scilicet." Sed magna est suspicio, *exilium* ex interpretatione ortum esse. Haeretur in hac compositione *exitium infelix.* Nempe Mezentio exitium, quod ante aequiore animo tulerat, nunc demum videtur infelix et intolerabile, nunc demum ve-

sup. 506. (De numeris vs. 842. vid. Q. V. XIII, 2, d. coll. Ecl. V, 21. *Wr.*) *ingentem — ingenti:* etiam haec ad commendationem caesi iuvenis pertinent. Κεῖνο μέγας μεγαλωστί Iliad. π, 776. 844. *deformat:* sic ornat Homericum κατερεύατο Odyss. ω, 315. — 847. *hostili succedere dextrae.* Sup. vss. 797. 798 Aeneae manum ad ictum patri inferendum sublatam subierat Lausus et vulnus moratus fuerat, dum pater asportaretur: nunc *succedere dextrae*, est dextram h. e. vulnus excipere alterius loco. 848. *tua per vulnera*, pro vulnere; ut iam millies vidimus: tamen nunc argutantur cum Servio Intpp., et volunt ad invidiam esse dictum. *Exilium* praeclare memorat; hoc enim primum erat, quod in Mezentii fortuna occurrere poetae animo debuit, eum regno pulsum exulare. (sed vid. Var. Lect. *Wr.*) 850. *nunc*

Digitized by Google

Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen,
Pulsus ob invidiam solio sceptrisque paternis.
Debueram patriae poenas odiisque meorum:
Omnis per mortes animam sontem ipse dedissem!
Nunc vivo! neque adhuc homines lucemque relinquo!
Sed linquam. Simul hoc dicens adtollit in aegrum
Se femur; et, quamquam vis alto volnere tardat,

rum exitium; idque exitium quale sit, suo more verbis subiectis *nunc alte volnus adactum* poeta declarat. Similes huic compositiones alibi leguntur, ut apud Plaut. Amphitr. II, 1, 43.: „Miserrima istaec miseria est.“ Denique ipsa exilii mentio paulo post a Mezentio iniecta repudiat lectionem *Exilium*. Revocavi igitur *Exitium*. *Wr.*) *nunc autem volnus* Dorvill. (*est* in fine adiicit Serv. Dresd. *Wr.*) 851 *violavi* Lutat. ad Stat. III Theb. 697. 852 *Pulsus ob invidiam regno* idem Lutat. ibid. ex lib. XI, 539, quem huic versui subiicit, nisi et hic, inquit Burmann., *regno* legit pro *solio*. Versus huius cum sqq. sententia distinctione mutata aliter procedit; potest enim et sic interpungi:

Idem ego, nate, tuum maculavi crimine nomen.
Pulsus ob invidiam solio sceptrisque paternis,
Debueram patriae poenas odiisque meorum.
Omnes per mortes animam sontem ipse dedissem!
Nunc vivo.

h. Utinam, ut fas erat, omnibus suppliciis animam efflassem ego, te superstite! Nunc vivo. Sentio tamen desiderari sic in primo versu *criminis* rationem et caussam: quae in vulgari interpunctione bene subiecta est. 853 *odiisque malorum* Montalb. 854 *dedisse* aliquot Pier., perperam. (*mortis* Medic.; idem *sontes* a m. pr. *Wr.*) 855 *homines vitamque* Sprot. 856 *hoc* e scriptorum consensu Heins. pro vulgari *haec*. (quod exstat in Palat. *Wr.*) *his dictis* Parrhas. 857 Primum, pro *vis*, passim in codd. *sese alto* vel *alto sese*, vel *quamvis alto se*: ex interpolatione indoctorum hominum. Tum vero *vis tardet* Medic. a m. sec. et a pr. Gud., cumque iis *tardet* plerique codd. et edd. vett. Forma tamen verbi: *tardeo*, *ere*, alibi vix occurrit. *vis* —

alte volnus adactum: loquitur de proprio vulnere v. 785. 786. 851. *crimine*, criminatione et odio; te infamem et odiosum feci meis sceleribus. 853. 854. *Debueram*, si debebam poenam civibus meis; si merebar mortem: utinam ipse vitam, vel omnibus suppliciis expulsam, reddidissem superstite te! (cfr. Not. ad IV, 678. *Wr.*) At nunc vivo, te erepto! (— 856. Iunge *simul dicens* non *simul adtollit*; vid. Q. V. XXVIII, 5. adde Liv. XXII, 3.: „Haec simul increpans, quum ocius signa convelli iuberet;“ ubi oratione ad nostram consuetudinem conformata dicere: Haec increpitans, quum simul *est*. Appulei. Met. l. VI.: „Et simul dicens libellum ei porrigit;“ ubi vid. Oudendorp. pag. 394. *Wr.*)

857. *vis alto vulnere tardat*: h. vis ademta, virium defectus, per altum vulnus, tardat. vid.

Digitized by Google

Haud deiectus, equum duci iubet. Hoc decus illi,
Hoc solamen erat; bellis hoc victor abibat
Omnibus. Adloquitur maerentem, et talibus infit:
Rhoebe, diu (res si qua diu mortalibus ulla est)
Viximus. Aut hodie victor spolia illa cruenta
Et caput Aeneae referes, Lausique dolorum

tardat Rom. et al., item Goth. pr., recte: quod Heins. interpretatur: tardat se, tardatur; cf. sup. ad Aen. II, 208. Potest tamen commode *vis tardat* accipi, solito poetarum more, pro virium defectus tardat. Servius aliter reddidit: *alti volneris violentia*; ut adeo doloris notio adiuncta sit. Cerda legisse videtur: *vis alto volnere tarda.* (*tardat* etiam Palat. cum 3. 8. Et cave probes *tardet*; nam sive pro coniunctivo accipies, *quamquam* cum indicativo iungit Virgilius in rerum narrationibus, nec recte h. l. tueberis hunc modum ex VI, 394.: „Dis quamquam geniti atque invicti viribus essent;" sive *tardet* secundae Coniugationis esse statueris, nec aliorum exemplorum, nec Grammaticorum veterum auctoritate haec opinio defenditur. At, nisi fallor, hic quoque, cfr. V. L. ad VI, 476., Mediceus originem mendi ostendit. In hoc enim primum scriptum fuerat *ardat*, omissa casu prima litera; itaque aliquis, fortasse ipse, qui hunc codicem exaravit, librarius, transfossa altera *a* superscripsit *e*, ut exsisteret *ardet*, putans ille fortasse, ardere hominem vulnere simili modo dici, quo uri. Hinc postremo, addita in principio litera *t*, nata est illa non lectio, sed mera depravatio, *tardet*. Et *tardare* etiam intransitivum esse, e Lexx. discere licet; Cic. Epist. ad Brut. 18.: „an tardare et commorari te melius esset." *Wr.*) 859 *erit* Gud., sollenni errore. Heinsius tamen suspicatur fuisse: *Hoc solamen heri*; eleganter, sed nulla cum fide. *hoc victor obibat* a m. pr. idem Gud. *habebat* Montalb. cf. ad XII, 17. 860 *ac talia fatur* aliquot Pier., inter quos Rom. (item 8. *Wr.*) 861 *Rhoebe* Heins. e codd. pro vulgari: *Phoebe.* Apud Macrob. IV, 6 *Rhebe.* An dicendum: *ῥοῖβον* pro *ῥοιβδὸν* (*ῥοῖβδον Wr.*) dictum fuisse? *Rhaebus*, *ῥαιβὸς*, quod in Rom. est, (etiam in Medic. apud Fogg. *Wr.*) *συνεστραμμένον τοὺς πόδας* significaret. *mortalibus aegris* pr. Moret., quod Maroni, et hinc librario, familiare. *ultra est* Rom. *usquam est* Erf. 862 *cruenti* Hugen. (*Haut odie*, *h* superscripta literae *o*, Medic. apud Fogg. *Wr.*) 863 *Ut c. A.* Gud. *Lausique laborum* tert. Moret. vid. VII, 481. At Regius: *dolorem. Ultor.*

Var. Lect. *Haud deiectus,* animo haud deiecto. 860 sqq. Displicuit haec ad equum suum Mezentii oratio venustioribus nostra aetate. Non defendam Homeri exemplo, in Hectoris et in Achillis equis Iliad. Θ, 184 sqq. τ, 399 sq., aut Statii imitatione vel Silii; quae ad alias aetates pertinere videri potest. Sed in naturae humanae indole hoc ipsum videtur alte insitum esse, ut cum iis ipsis animantibus, quibus diu adsuevimus, tamquam cum familiaribus et sodalibus agamus et confabulemur. Atque hoc ipsum optimorum hominum confessione firmatum vidimus. Non vero pro epici carminis dignitate nimis humile hoc videri debet in equo

Digitized by Google

Ultor eris mecum: aut, aperit si nulla viam vis,
Occumbes pariter. Neque enim, fortissime, credo,
Iussa aliena pati et dominos dignabere Teucros.
Dixit, et exceptus tergo consueta locavit
Membra, manusque ambas iaculis oneravit acutis;
Aere caput fulgens, cristaque hirsutus equina.
Sic cursum in medios rapidus dedit. Aestuat ingens
Uno in corde pudor mixtoque insania luctu.

865. CREDO I.

865 *Occumbens* a m. pr. Gud., tum Ven. et sec. Rottend. cum Goth. sec. (Durum hoc: *credo iussa pati* pro *credo te iussa passurum esse*. Itaque distinxi post *credo*, quod verbum haud raro negationi intendendae servit: I, 387.: „haud, credo, invisus caelestibus auras Vitales carpis." VI, 368.: „neque enim, credo, sine numine divum Flumina tanta paras innare." Verba *iussa pati* pendent ex *dignabere*; et saepe similem in modum, ut a Graecis, ita a Latinis variatur eiusdem verbi structura, ut supra va. 55. sqq.: „Quid pestem evadere belli Iuvit — — Totque maris vastaeque exhausta pericula terrae." Ex multis, quae possunt afferri, adde Ge. III, 23. sq. 179. sqq. Aen. I, 742. sqq. III, 458. sqq. et vid. Iahn. ad Ecl. VI, 71. *Wr.*) 867 *acceptus* Exc. Burm. *in tergo exceptus* Goth. sec. *assueta* pr. (—869. *Vere* pro *Aere* Medic. am. pr., item *hersutis*. *Wr.*) 870 *Sic cursu in m. r. redit* Rom., quod et ipsum bonum. 871 *Uno in corde* nec ineleganter multi ap. Pier. et vetustiores Heinsii cum Goth. pr., qua de caussa hic recepit pro vulgari: *Imo in corde*, quod Pierius praeferebat. Deseruit Heins. et hic placitum suum, dum variare poetam similia bis in carmen illata contendebat. Iam autem infra XII, 667 est *Uno in corde*. Habuit tamen hoc Servius quoque in suo; et facilis lapsus inter duo: *imus* et *unus* multis exemplis constat. *Una in corde* Moret. sec. et Gud. cum Goth. sec. Revocavit *imo* Wakef. (*imo* Palat., idemque in suo cod. lectum probat Brunckius. In tali re iudicanda plerumque audiendi sunt praestantissimi codices. Quamquam enim verum est, ubi idem versus recurrat, fere unum alterumve vocabulum mutari a poeta, videmus tamen interdum eosdem versus sine ulla mutatione repetitos, ut Aen. I, 434. sqq. ex Ge. IV, 167. sqq., III, 48. ex II, 774., IV, 445. sq. ex Ge. II, 291. sq.,

bellatore. In Mezentio accommodatum erat commentum, quia mox equi vulnere ipsi sessori caedes paratur. 861. *res si qua diu mortalibus ulla est*: scil. in fluxa hac rerum conditione. Gravis sententia et h. l. affectus plena. (— 862. *spolia illa*, vid. Q. V. XXI, 1, b. *Wr.*) 863. *Lausi dolorum*, ex Lausi caede: ut tot alia: II, 784 *lacrimae Creusae*. (vid. Not. ad I, 462. Sed rectius Heinrich.: vulneris ac mortis Lausi. *Wr.*) 867 sqq. ad ἐνάργειαν a poeta subiecta sunt, ut Mezentii imago sensibus nostris alte insideat.

871. Pudor, furor, luctus, una

Digitized by Google

Atque hic Aenean magna ter voce vocavit.
Aeneas (adgnovit enim) laetusque precatur:
Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo!
Incipias conferre manum.
Tantum effatus, et infesta subit obvius hasta.
Ille autem: Quid me, erepto, saevissime, nato,
Terres? haec via sola fuit, qua perdere posses.

871. 872. LUCTU, *ET FURIIS AGITATUS AMOR, ET CONSCIA VIRTUS:* 874. AENEAS ADGNOVIT ENIM, L. 875. APOLLO,

VI, 798. ex IV, 482., VIII, 20. sq. ex IV, 285. sq., VIII, 450. sqq. ex Ge. IV, 172. sqq., XI, 433. ex VII, 804., XII, 952. ex XI, 831., et alios, vid. Iahn. ad Ge. II, 129.; quosdam consulto omisi. Non satis recte autem insaniam in imo corde aestuare dicas. *Wr.*) Tum *dolor* vetustiores Heinsii cum Mediceo Pierii. Romanus tamen cum Mediceo Foggnii in *pudor* consentiunt, cumque his ceteri: erit *pudor* ex eo, quod filium pro se cadere passus est. In aliis Pier. *puer*, et in Sprot. *puer* vel *pavor*. v. vs. 398. Ad meum sensum praeferam: *Aestuat ingens Imo in corde dolor.* (*pudor* etiam Servius; recte, quum luctus vocabulum doloris notionem includat. *Wr.*) 872 Versus haud dubie eiiciendus; nam adversatur loci rationibus; tum inf. XII, 668 iterum occurrit; tandem deest in antiquissimis Rom. Medic. et a m. pr. Gud. (etiam 8. *Wr.*) At in Menag. legebatur post v. 875. Eiectus est quoque a Cuninghamo; et nunc in ed. Parmensi, et a Wakefield. (quod recte factum censent Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 60. sq. et Iahnius; eieci et ipse. *Wr.*) 873 *ter magna* Dorvill. *magna sic* ed. Ven. Burm. (*Aeneas* prior lectio Medicei. *Wr.*) 874 *agnovit enim* ex vetustioribus Pierianis et suis (adde Ed. pr. Burm. cum Goth. sec. et tert.) praeclare dedit Heins. pro vulgari: *a. eum.* (quod legitur in Palat. et Iahnius retentum malit. *Wr.*) Idem ad illustrandum laudat sup. lib. VI, 317. IX, 340. Ge. II, 509, adde Heins. ad Ovid. Am. III, 2, 73. sed in illis locis ratio diversa; nam h. l. *enim* est pro γάρ τοι. *enimvero.* (Mutavi distinctionem; vid. Q. V. XXXV, 9. *Wr.*) 875 Ut nunc interpungitur, iungenda sunt: *Sic — faciat — (ut) incipias.* (ita Servius. *Wr.*) Potest tamen oratio iuvari: *Sic — Apollo!* (sc. ut tu conferas manum, congrediaris mecum) *Incipias conferre manum.* (eamque rationem, ut longe praestantiorem, secutus sum. Heinrichius poetam scripsisse putat *faveat.* *Wr.*) 876 *Incipies* Hugen. *manus* sec. Rottend. vid. XI, 283. *manum mecum* Dorvill., et expleto toto versu: *manum et mihi iungere pugnam* Exc. Burm. Franc. et Goth. alter. Sup. IX, 741 *Incipe si qua animo virtus et consere dextram.* 877 *subiit cominus* Franc. 878 *o saevissime* Zulich. 879 *Terreas* aliquot Pier. Nunc, cum natus mihi ereptus sit, nihil

et coniunctim (hoc enim est *uno in corde*, si poetice hoc extuleris) eum inflammant. (Ge. IV, 184.: „Omnibus una quies operum, labor omnibus unus;" i. q. simul. Ceterum vid. Heyn. Not. ad Ecl. X, 55. *Wr.*) 874. *agnovit enim*, utique: σὴ γάρ τοι; enimvero. (sed vid. Q. V. in V. L. laud. *Wr.*) 875. Faxint

Digitized by Google

Nec mortem horremus, nec divom parcimus ulli. 880
Desine: iam venio moriturus, et haec tibi porto
Dona prius. Dixit, telumque intorsit in hostem;
Inde aliud super atque aliud figitque, volatque

881. DESINE. IAM

est, quod me terreat. 880 *ulli* Goth. tert. Possis aliquid exsculpere; sed nihili illud est. (*divum nec* ita haec posita malit Sauten. ad Terentian. p. 261.; vid. V. L. ad XI, 298. *Wr.*) 881 *Nam venio* omnes antiquiores Pier. et Heins. cum Medic. et Rom., etiam aliquot vett. edd. et Schol. Statii Theb. III, 71. Tuetur tamen alterum Heinsius tamquam elegantius. Stant pro eo pr. Hamb. Moret. qu. Ven. et Goth. alter cum edd. vett. (*nam* reduxit Iahnius; et cederem ipsi codicum illorum auctoritati, nisi hanc lectionem ultimae syllabae praegressi verbi originem debere veri sit simillimum; vid. Q. V. XXIIII, 2. Extat *iam* in Palat. *Wr.*) Tum Heins. emendandum esse censet: *at haec*; quod et ipsum elegantius. Sic et Waddelius Anim. crit. p. 37. maluerat. (sed vid. Q. V. XXXV, 7, f. *Wr.*) 883 *figitque volutatque*: ita Heins. e Gud. a m. pr., in quo virum ingeniosum exquisitioris lectionis studio auram pro Iunone amplexum esse nullus dubito. Nam primum Gudiani librarii lapsus ille est, non lectio: tum post *figit* importunum est *volutat ingenti gyro*, quod de hasta librata accipere necesse est, ut *volutat* sit pro, volvit, rotat. Tandem nemo dicat, quid in vulgata displicere possit, quam omnes codd. vetustiores exhibent: *volatque ingenti gyro*, quod, suo more, poeta mox disertius et ornatius exponit: *ter circum a.* etc. In Mediceo, quod non esse animadversum miror, scriptum est: *fugitque* (etsi a m. sec. mutatum) *volatque*. Sic et Voss. et vett. edd., uti Ven. 1484. atque hoc mirifice placere potest, ut sit: *telumque intorsit in hostem*: *Inde aliud super atque aliud*: *fugitque volatque Ingenti gyro*. In Ven. erat: *aliudque*; *fugitque volatque*, quod interpolatoris est, qui non viderat praeteritum esse tempus poetae in his sollenne. In Leid. erat *fixitque*, ex simili stupore: quia praecesserat: *intorsit*. *figitque* tamen librorum consensus tuetur, a quo in his et similibus standum est, quando utraque lectio habet quod probari possit. (Sed *fugit* deberi notioni cognatae verbi *volat*, in promtu est. Tum *fugitque volatque* orationem interrumperet, quum sequatur: *sed sustinet aureus umbo*. *Figitque volatque* autem dictum pro *figit volans*; vid. Q. V. XXXIIII, 3.

vero dii, ut tecum congredi liceat! vid. Var. Lect. (*pater ille deum*, vid. Q. V. XXI, 7. *Wr.*) *altus* Apollo est magnus, ut iam aliquoties novavit Maro. 877. *subit* h. l. simpl. it, occurrit: aliter ac modo v. 798. Tum *haec via sola fuit*, *qua perdere posses*, sc. nato erepto, filii morte. 880. *nec divum parcimus ulli*; ut ab eo auxilium expectemus. Alio loco: *nihil se iam diis debere*, eodem fere sensu. *parcere*, pro vereri, metuere, adeoque omnino *curare*. Sic Gr. φείδεσθαι, et φειδώ pro cura. (Sed vellem ad confirmandam hanc explicationem exempla attulisset Heynius. Sunt haec ad invocatos ab Aenea vs. 875. deos

Digitized by Google

Ingenti gyro: sed sustinet aureus umbo.
Ter circum adstantem laevos equitavit in orbis,
Tela manu iaciens; ter secum Troius heros
Inmanem aerato circumfert tegmine silvam.
Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula taedet
Vellere, et urguetur pugna congressus iniqua:
Multa movens animo, iam tandem erumpit, et inter
Bellatoris equi cava tempora coniicit hastam.
Tollit se adrectum quadrupes, et calcibus auras
Verberat, effusumque equitem super ipse secutus

Quod in Epist. crit. pag. 73. Weichertus coniecerat *rotat* pro *volat*, id ipse Vir praestantissimus reiicit in Commentat. I. *de versu Poetar. epic. hypermetro* p. 18. *Wr.*) 884 *aureus umbo* Medic. et Gud. a m. pr. vid. sup. ad 271. vid. tamen vs. 887. 885 *Tum* Franc. *circum acastem* Goth. tert., ex librarii inscitia. (*orbes* Medic. *Wr.*) 887 *tegmine* et pro var. lect. *agmine* Gud. (Malit fortasse aliquis *aurato*; sed vid. V. L. ad vs. 271. *Wr.*) 888 *transisse* Franc. et Goth. tert., indocte. *risisse* Bigot. (*taedit* Medic., sed *i* mutatur in *e*. *Wr.*) 890 *erupit* tres Burm. *intra* Ven. 892 *arrectus* alter Hamb. et Montalb. Mox si scriptum esset, *tum calcibus auras*, expeditior esset interpretatio. Sed poeta alterum maluit, forte ut celeritatem assequeretur. (*ac rectus quadrupes ita c.*, sic refingit hunc versum Wakefield. ad Lucret. VI, 689. *Wr.*)

referenda et ita accipienda: Nec ego, si moriendum est, mortem horreo, nec tibi dei, quos invocas, quidquam profuerint mecum pugnanti. Proprie enim non ipsis diis, sed ei, qui deos adiutores habet, parcitur. *Wr.*) 881. *Desine* terrere. 885. Laevam in partem non modo ob naturalem equi flexum in laevum, sed ideo maxime equitabat, ut, ipse laeva clipeo tectus, et dextra expedita, Aeneae, qui ei semper a laeva in interiore gyri orbe stabat, dextrum latus peteret, quod a clipeo tectum non erat. Sed Aeneas clipeum circumfert, et hunc quidem 887 oneratum infixis hastis: is exceperat et sustinuerat tela.

889. *pugna iniqua*, contra equitem ipse pedes. 891. *inter tempora coniicit hastam*; tempora traiicit. (vid. Not. ad Ecl. I, 52. *Wr.*) Comparant similem locum Iliad. Θ, 81, ubi Nestoris equus παρήορος (tertius adiectus bigis, συνωρίδι, idem qui et σειραῖος, σειραφόρος, nobis funalis, *an der Leine*) percutitur ἄκρην κακκεφαλήν etc.; ibi equus primum exultat (ἀνέπαλτο), tum caput in terra volutat, ut telo se liberet (κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ, ut h. l. *cernuus*). 892 — 894. Quod natura in tali vulnere fert, poetam scripsisse probabile fit. Igitur equus primum prioribus cruribus elevatus se erigit: simul (tum

Digitized by Google

Inplicat, eiectoque incumbit cernuus armo.
Clamore incendunt coelum Troesque Latinique.
Advolat Aeneas, vaginaque eripit ensem,
Et super haec: Ubi nunc Mezentius acer, et illa
Effera vis animi? Contra Tyrrhenus, ut auras

894 *eiectumque* Zulich. (et ita scripsisse Virgilium contendit Wakef. ad Lucret. VI, 1141. *Wr.*) *deiectoque* Gud. a m. sec. et sec. Mentel. (*electo* Medic. apud Fogg., idem *ambo* a m. pr.; *cernulus* Rom. *Wr.*) 895 *intendunt* Goth. sec., (et Serv. Dresd. *Wr.*) quod defendi potest; vera lectio non est. 897 *super hoc* Ed. pr. Burm. Est: et insuper haec addit. *et illi* Hugen. (*Mezzentius* Medic., sed priore z transfossa et puncto etiam notata; vid. V. L. ad Aen. II, 763. *Wr.*) 898 *et auras* Medic. a m. sec. et alii Pier. et Heins., minus bene, et perpetuo lapsu.

Wr.) prae dolore calcibus calcitrat; sic eques effunditur, et h. l. quidem *in latus* (non in caput, nec resupinus; neutrum reliqua admittunt); mox ipse equus in caput procumbit, et, armo suo, incumbit prostrato Mezentio. Sic mihi videntur singula esse tenenda, ut locus expediatur. *tollit se arrectum*, prioribus pedibus erectis haud dubie. conf. inf. XI, 637. 638. 639, et bene inter multa inania Cerda laudavit Livii locum VIII, 7 *Spiculum inter aures equi fixit* etc. Adde Silium lib. IX, 594 seqq., ubi res ad elephantum traducta. *calcibus* de posterioribus pedibus accipio: quis enim neget equi naturam sic ferre, ut prae dolore calcitret. *Implicat:* hoc ipse poeta dilucidat: *cernuus incumbit armo*, suo scilicet, equus (quis enim aliter accipiat?) domino *eiecto:* quippe qui ad latus equi exciderat. *cernuus* proprie de praecipitato, qui κυβιστᾷ. cf. Serv. 895. *Clamore incendunt caelum;* uti et mox XI, 147 *incendunt clamoribus urbem.* Esse pro *implent*, facile quilibet et videat et dicat. Sed rationem reddere non tam facile est. Cerda duas rationes proponit: quarum neutra satis facit. Mihi sic videtur expedienda forma haec: *Incendere* poetis est augere, magnum facere quid. Inde dicitur aliquis *incendere clamorem in aere, caelo*, h. e. magnum clamorem movere. Sic *incendere luctum* supra IX, 500, ubi cf. notam; *vires* V, 455, et quot non alia. Ductum autem ex Tragicorum φλέγειν, ἐπιφλέγειν, pro ἐγείρειν, ἀνεγείρειν. v. c. Sophocl. Ai. 196. Nunc cf. Brunck. ad Aeschyl. Pers. 393. Iam poeta hoc ipsum doctius transfert ad *caelum, ut caelum clamore incendatur*, pro *clamore incenso in caelo*, aere; quatenus usus loquendi ita fert, ut res magno motu accepto omnino *incalescere, fervere* dicantur. Hinc *fora fervent clamoribus, theatra strepitu*, cum proprie *strepitus ferveat in theatris* h. ingens sit. (Est hoc translatum ab eo, quod, quae splendent, fulgent, ea longe videntur; hinc *incendere clamore coelum* valet coelum longe

Digitized by Google

Suspiciens hausit coelum, mentemque recepit:
Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?
Nullum in caede nefas; nec sic ad proelia veni;
Nec tecum meus haec pepigit mihi foedera Lausus.
Unum hoc, per, si qua est victis venia hostibus, oro:
Corpus humo patiare tegi. Scio acerba meorum
Circumstare odia: hunc, oro, defende furorem;
Et me consortem nati concede sepulcro.

899 *Suscipiens* sec. Rottend. (— 900. *increpitans* Medic. a m. pr. *Wr.*) 901 *in praelia* Zulich. et Dorvill. *venit* Medic. a m. pr., ut de Lauso agat, inquit Heins. Probabilius, librarii lapsu. 902 *foedere* Franc. 903 *veniam* pars codd. Heins. (— 904. *arma* pro *acerba* Medic. a m. pr. *Wr.*) 905 *Circum adstare* Exc. Burm.

lateque implere clamore. Saepe autem verba lucem vel defectum lucis indicantia ad sonum ac vocem referuntur; hinc vocem claram vel fuscam, φωνὴν λαμπρὰν, λευκὴν, vel ἀφανῆ, φαιὰν, μέλαιναν, dicimus; item λάμπειν, ut Soph. Oed. R. vs. 475. Herm.: „ἔλαμψε γὰρ τοῦ νιφόεντος ἀρτίως φανεῖσα φάμα Παρνασσοῦ.“ ibid. v. 187.: „παιὰν δὲ λάμπει“ ubi vid. Musgrav. et Erf. Aliena est, qua Heynius utitur, comparatio verbi *fervere*. Non valde placebit, quod est apud Silium XIV, 209.: „hinnitibus aëra flammat.“ *Wr.*) 899. *hausit caelum* s. hausit oculis, quod malim; seu caelum pro aura, anima, quam recepit. Sic expeditius esset forte, iungere: *auras hausit, suspiciens caelum:* nisi oratio sic nimis tenuis efficitur pro epico carmine. (Ipse verborum ordo suadet, ut iungamus *auras suspiciens* et *hausit caelum;* hoc tuetur etiam Wakef. ad Lucret. II, 1038, coll. Iuven. III, 84. Ge. II, 340. Aen. III, 600. *Wr.*) 901. 902. Interfice me: mortem non deprecor. Hoc sic extulit poeta: Non erit crimini, me interfecisse, *nullum in caede nefas* (Serv. et Cerda: „Mori viro forti nefas non est:“ quod est remotius); *nec sic — Lausus* sc. ut ne me interficeres, aut ut ego mortem deprecarer. Imo vero, dum superstes Lauso esse non sustinet, mori decreverat. *nec tecum* h. nec Lauso a te caeso pugnae haec conditio nobis proposita est.

903. *Per, si qua est venia:* ex more in precum formulis; pro: *per veniam, si qua est. venia,* gratia, beneficium, ut iam alibi vidimus. Similes morientium preces dederat Homerus Il. χ, 338 sq. et alibi. 905. *defende furorem,* propulsa (ut iam toties sic ex ἀρκεῖν) odia et iras, quominus corpus meum insepul-

Digitized by Google

Haec loquitur, iuguloque haud inscius adcipit ensem,
Undantique animam diffundit in arma cruore.

907 *Hoc* Franc. 908 *defundit* Gud. a m. pr. et Rom. *diffudit* Goth. alter et tert. *in arva* ed. pr. Burm. et Menag. pr., male. Iungenda sunt: *cruore undanti in arma*, thoracem seu clipeum. (Nihil impedit, quominus, ut ipse verborum positus praecipit, iungamus, *animam diffundit in arma*, quando anima ipsa sanguinem, quo vita continetur, denotat, ut IX, 349.: „Purpuream vomit ille animam.“ Iam illa *undanti cruore* ita adiuncta sunt, ut usitatam quandam poetici sermonis ubertatem facile agnoscamus; satis enim fuerat dixisse „undantem animam diffundit in arma.“ — Ceterum *cruorem* Medic. *Wr.*)

tum abiiciant et male mulcent; αἰκίζεσθαι. (*defende*, vide, si huius usus exempla quaeris, Groebelii *Observation. in Scriptores Rom. class.* Spec. XII. p. 13. et quos laudat Vir Doctiss. *Wr.*) 906. *Et me consortem nati:* pro vulgari oratione *consortem sepulcri nato* posuit exquisitius. Esse pro hoc dictum illud, etiam Macrob. VI, 6 monuit. (— De vs. 908. vid. Var. Lect. *Wr.*) In toto hoc de Lausi et Mezentii morte loco se ipsum superasse poetam tragico affectu et carminis dignitate epica fatendum est.

Digitized by Google

EXCURSUS I

Auxilia Aeneae ex Etruria.

Lib. X, 166 sqq. Non omnes veteris Etruriae civitates memorari a poeta, cum copias inde adductas recenset, manifestum est. Ex iis quoque, duodecim numero, civitatibus, quae rempublicam Etruscorum constituebant, *Clusium* et *Caere* tantum nomine posuit, reliquas praeteriit. Habuit igitur dilectum? an temere apposuit, quae in mentem veniebant? Si nostrum Virgilium bene novi, habuit ille haud dubie, quod cum iudicio et veteris memoriae respectu in hoc loco sequeretur: in aliis quidem, quod eae maritimae urbes erant et navium copiam suppeditare poterant; in aliis amicitiam cum Romanis, in aliis fabulas priscas, ut in Mantua. *Caere* quidem summo cum dilectu primo loco posuit, quoniam Mezentium regem pulsum bello persequi decreverat ea civitas, castris in propinquo urbis positis, quibus Aeneas exceptus cuncta statim ad profectionem parata reperit (sup. VIII, 478 — 494. 603 sq.): quod nisi opportune accidisset, ad parandas copias mora facta esset, quae poetae totam narrationem perturbasset. Mature autem cum Romanis Caeretani in amicitiam et societatem venere, sacris Romanorum et sacerdotibus, cum Galli advenissent, receptis. vid. Liv. V, 40. 50. In civitatem quoque adscripti sunt, etsi sine suffragio. Caeretanis societate adiunxit poeta civitates loco vicinas, plerasque littoralem Etruriae regionem incolentes, nam longinquis locis copias arcessere non potuit; potuit alias quoque rationes spectare, quas in tantis historiae Etruscorum tenebris nunc ignoramus. Illud tamen vel maxime miror, quod nulla *Cortonae*, seu *Corythi* veteris, mentio facta est, cum inde originem trahere dictus esset Dardanus, etsi Acron inde oriundus inf. X, 719 memoratur. Sed si recte coniicio, cum Agylla seu Caere vetus Pelasgorum urbs esset, in societatem adscripsit poeta alias civitates, quas Pelasgi inhabitasse dicti sunt. Dionys. I, 20, qui classicus locus est, multas eos urbes partim Siculis ereptas, partim a se extructas, habitasse ait communiter cum Aborigiuibus, eo in numero esse *Caere*, *Pisam*, *Saturniam* et

Digitized by Google

alias quasdam urbes, quas ipsis, temporis progressu, Etrusci eripuerunt. Potuere ergo inter eas urbes, quas Pelasgi tenuere, et illae esse, quas poeta recensuit. Nam Veios, Falerios, Tarquinios non bene potuit adiungere, quippe aliquando Romanis infestos futuros. Neque potuit ad urbes remotas, maxime ex interioribus terris, progredi: quomodo enim in tam brevi tempore copiae inde duci potuissent! At navibus e maritimis civitatibus arcessi poterant.

Clusium, Camers vel Camars olim dictum, inter Aeneae auxilia bene referri potuit, quandoquidem in societatem et amicitiam a Romanis receptum Gallorum arma in Romanos avertit: Liv. V, 36 sq. Erat urbs antiquissima, qua Etrusci Umbros eiecerant; de qua et aliis, quae sequuntur, egit nunc doctiss. Lanzi (*Saggio di Lingua Etrusca* Tom. II). *Cosae*, vel Cosa, ad mare supra Herculis portum sitae, *Cosa Volcientium* Plinio dictae lib. III, 5, 8, a *Volcis* videntur esse deductae; antiquum id Etruriae oppidum, forte ad ipsum Clusium originem retulit, aut sub Clusinorum potestatem olim fuit: Certe ex his unum agmen conflatum videmus in Virgilio. Ducit illud Massicus: sub quo Clusinorum Lar esse debuit *Osinius*, qui infra v. 655 memoratur. Alterum agmen est ex *Populonia* seu Populonio et ex insula *Ilva* seu Aethalia, nunc *Elba*, ei obiecta, coactum. Populonii origo incerta est. vid. Serv. ad h. l. Ilva, Etruscorum colonia (vid. Stephan. in *Αἰθάλη*), olim aeris, mox ferri fodinis nobilissima: vid. Strabo V, p. 342. Diodor. V, 13 et al. apud Cluver. Ital. pag. 502 sqq. et Serv. ad h. l. Mille viros *Pisa* adductos videmus v. 175—180. Pisam autem inter urbes a Pelasgis ab Aboriginibus habitatas paullo ante vidimus: ut inter antiquissimas illam fuisse necesse sit. Lycophron ipsos Lydos advenas Pisam occupasse tradit v. 1359, quod ex opinione veterum de Etruscorum ex Lydia origine intelligendum. Fecit tamen scriptoribus fraudem et haec nominis similitudo, ut a Pisa Elidis profectos dicerent, qui Pisam Etruriae conderent; vid. Strabo V, pag. 340 B. Plin. III, 5. Iustin. XX, 1. Solin. 8. et e nostro Rutil. Itin. I, 565 sq. Addit Strabo fuisse eos ex iis, qui Nestorem ad Ilium sequuti in reditu via aberraverant. Homerus tamen Pisatas non commemorat inter eos, quos Nestor adduxit. Adde Serviana ad v. 179 h. l., unde patet plura fuisse poetarum vel historicorum commenta de Pisae origine. Alia tamen in Servio legerat Iul. Sabin. Sequitur v. 180—184 Astur cum trecentis ex *Agylla* seu *Caere* et vicinis locis adductis, scilicet ex agris ac vicis circa *Minionem* fluvium (nunc *Mugnone*) haud longe a Centumcellis; exiguo intervallo versus occidentem fuit Gravisca vel *Graviscae;* ultra Minionem ab oriente, versus Caere, *Pyrgi*. Egit de utrisque diligenter Cluver. Ital. p. 483. 495. Servius ad h. l. Pyrgos ait *castellum* fuisse *nobilissimum eo tempore, quo Tusci piraticam exercuerint* (*nam illic metropolis fuit:* ab indocto homine fuit adiectum): *quod postea expugna-*

Digitized by Google

tum a Dionysio tyranno Siciliae dicitur (Diserte narratur res a Diodoro XV, 14, ubi conf. Wesseling.), *de quo Lucilius:* Scorta Pyrgentia. *Pyrgi* iam Rutilii aetate, ineunte Saec. V: *Nunc villae grandes, oppida parva prius* Itin. I, 223. 224. Omnino totus ille Rutilii locus cum hac carminis parte comparandus est. Quod Graviscas *intempestas* dixit, situm respexit in humili ac palustri planitie sub montibus Cornetanis a laeva Martae fluminis. Rutil. Itin. I, 282 Graviscae, *Quas premit aestivae saepe paludis odor.* Cato in Origg. apud Serv. ad h. l. *Ideo Graviscae dictae sunt, quod gravem aerem sustinent:* quod si ita est, nomen a Romanis demum vel a Latinis inditum esse debuit.

Inde a v. 185 *Ligures* Etruscis comites dedit, vicinum populum, quicum multa bella gesserant veteres Etrusci: nunc vero addidisse eos videtur propterea, quoniam ornatum dabat carmini ea gens, quippe de qua veteres fabulae, poetarum carminibus decantatae, fuere plures; quibus caussam dedit Graecorum priscorum ἀνιστορησία in his locis, dum Padum s. Eridanum in Ligurum finibus ex monte Vesulo ortum una cum ostiis et succino, tum Phaethontem et Cygnum ad Ligures retulere. Pherecydes primus fabularum harum auctor fuisse videtur: saltem is primus Eridanum edidit secundum Hyginum fab. 154; fabulam de Phaethonte et Heliadum electro primi Aeschylus, Philoxenus, Nicander, Euripides, Satyrus, commenti esse videbantur Plinio XXXVII, 2, s. 11, 1. Inprimis Tragici in his fabulis sibi placuerant, unde has fabulas τραγικὴν ὕλην appellat Polyb. II, 16, 13. fuit in his quoque, quod populi ad Padum atris vestibus utebantur: μελανείμονες erant: quod a luctu propter Phaethontis casum in morem abiisse narratum erat. De ceteris vid. Not. ad v. 185 sq. conf. sup. Excurs. I ad lib. VII.

Claudunt agmen quingenti *Mantuani* duce *Ocno* v. 198—212, quem, Tiberis et Mantus filium, Mantuam condidisse et matris nomen urbi imposuisse acceperat Maro. *Mantuae* originem antiquissimam fuisse necesse est, cum poeta ad haec tempora eam referre ausus sit. Tiberis filius non male habitus *Ocnus:* cum ab Etruscis condita fuerit Mantua tum, cum, iis, qui ea loca incolebant, barbaris expulsis, loca ultra Apenninum illi tenerent. *Manto* autem Tiresiae filia mater ei data, secundum eundem vulgarem Romanorum errorem, quo urbium Italiae nomina et origines a Graecis repetebant: qua de re satis in Excurss. ad lib. VII dictum est. (vid. tamen Heyn. Not. ad vs. 198. *Wr.*) Ocnus autem hic, vel Aucnus, nullo modo cum Graecorum Ocno est confundendus, quem in locis inferis collocarunt nonnulli ex poetis. Diversa de Ocno alios et de Mantuae origine tradidisse, ex Servio ad v. 198 colligi potest; fuerunt enim qui Bononiam quoque, olim Felsinam, ab eo conditam traderent: at Mantuam a Tarchonte conditam narraverant alii, (ut Flaccus et Caecina in Scholiis a Maio edit. p. 66 sq. *Wr.*) Mantuam-

Digitized by Google

que ideo nominatam, quod Etrusca lingua *Mantus* Dis pater est, cui urbem consecravit. Quae sequuntur v. 201 — 203 *Mantua dives avis : sed non genus omnibus unum ; Gens illi triplex, populi sub gente quaterni, Ipsa caput populis, Tusco de sanguine vires*, plurimum habent obscuritatis. Servii nota ad v. 201 et 202 admodum corrupta et obscura est, et quantum intelligo ex binis interpretationibus diversis conflata. Altera haec: ut *Mantua tres habuerit tribus, quae in quaternas curias dividebantur.* Ita dicerem sub Gallorum incursionem Etruscos ex ceteris XI civitatibus circumpadanis Mantuam confluxisse, et fuisse in tres tribus descriptos, quarum quaeque quatuor demos haberet, quos Virgilius *populos* dixit. Verum sic non poterat Mantua dici *caput his populis.* Attigit locum Io. Fr. Gronovius ad Liv. V, 34. 35 et *gentem triplicem* accipit tres regiones. Docet ille quidem eo loco copiose, *gentes* et *populos* saepe coniungi apud scriptores, et patere gentem latius, ac posse sub se comprehendere plures populos, de quo nemo facile dubitet. Verum haec omnia Virgilianum locum parum expediunt. Fac enim hoc ita se habere: Mantuam (aut, quod malim, agrum Mantuanum) habuisse tres regiones, quarum quaeque contineret quatuor populos (h. conventus, δήμους), an de prisco Mantuae statu sic constat melius? an in vetere historia quicquam est, quod cum ea memoratione consentiat? Nec vero versus praecedens convenit: *Mantua dives avis;* quid enim his cum illa divisione in regiones commune est? Cluverius in Ital. ant. p. 255, etsi populos quaternos prorsus explodit, tamquam poetae commentum, quo diversas historias compilatas miscuerit: *gentem* tamen *triplicem* agnoscit et ad triplices colonos refert, qui Mantuam insederunt. Fuerunt enim conditores urbis Etrusci: iis ex agris circumpadanis expulsis, Galli urbem tenuerunt aut Etruscis fuerunt admixti; tandem ex finitimis Venetis nonnulli inter cives adscripti fuere. Ea vero ratio nec illud expedit: *dives avis:* nec reliqua, inprimis hoc: *illa caput populis.* Servius ad v. 201 primum a Thebanis, deinde a Tuscis, novissime a Gallis, vel, ut alii dicunt, a Sarsinatibus, qui Perusiae consederant, conditam narrat Mantuam: quae unde acceperit, cum inepta prorsus sint, nemo facile dicat. Thebanos intulit forte propter Manto. Meo quidem iudicio haec omnia facile expedias, si memineris Etruscos antiquitus, cum trans Apenninum late omnia tenerent, regionem circumpadanam in XII civitates descripsisse, quemadmodum ipsa Etruria XII civitates principes habebat. Cf. Polyb. II, 17. Liv. V, 33. Inter has XII civitates Virgilium arbitror non modo retulisse Mantuam suam; id quod recte faciebat: nam etiam Plin. III, 19 s. 23 *Mantua Tuscorum trans Padum sola reliqua:* verum etiam principem ceteris praeposuisse; etsi honorem eum ab aliis Bononiae habitum constat. Plinius utique lib. III, 15 s. 20 *Bononia Felsina vocitata cum princeps Etruriae esset;* etsi

Digitized by Google

sententia Plinii et haec esse potest: fuisse et ipsam Felsinam inter principes. Copias igitur adducebat Ocnus Mantuanas ex XII populis Etruscis, qui incolebant agrum circumpadanum, conflatas: itaque *non genus omnibus unum* erat. Quod vero addit poeta, ex eo primum discimus, XII illos populos seu civitates in tres gentes fuisse divisas; id quod ad Etruscas origines notabile est. *Non* igitur poeta, quod voluere interpretes, *de Mantuanorum origine* in h. l. agit, nec de maiorum diversa stirpe, nec de divisione agri Mantuani in regiones et conventus: *sed de copiis* agitur, *quas Ocnus* Mantuae conditor *adducit ex civitatibus XII circumpadanis*, quibus Mantua illo tempore caput erat.

Mantuanis accensuit denique v. 208 *Aulestem*, quem inter Italos non ignobilem fuisse ex Servianis laciniis ad v. 198 colligo: fuit enim secundum nonnullos Ocni frater et *Perusiae* conditor habitus.

Illud adhuc subiiciam: novam super loci interpretatione moveri posse difficultatem ex Silio, qui VIII, 600. 601 in recensu populorum et civitatum: *Et quondam*, inquit, *Teucris comes in Laurentia bella Ocni prisca domus parvique Bononia Rheni.* De Mantua eum accipi non posse, manifestum fit, quod viris doctis notatum, cum v. 594 iam eam memoraverit. Necesse igitur est, Silium verba *patriis ab oris* sup. v. 198 huius lib. X accepisse de Bononia, tamquam prisca Ocni et patria sede, antequam ad Mantuam condendam discessisset. Diversa igitur et haec est ab ea, quam supra ex Servio ad v. 198 attigimus, fabula de condita ab Ocno Felsina (ut cum Cluverio legendum), seu Bononia. Lux ex his affundi potest notae Iulii Sabini ad vs. 203 *Ipsa caput populis*, qui de Bononia hoc accipere voluit.

EXCURSUS I*

Lib. X, 185. *Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello, Transierim, Cinyra et paucis comitate Cupavo, Cuius olorinae surgunt de vertice pennae: (Crimen amor vestrum, formaeque insigne paternae.) Namque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati, Populeas inter frondis umbramque sororum Dum canit et maestum Musa solatur amorem, Canentem molli pluma duxisse senectam; Linquentem terras et sidera voce sequentem.* Locus suavissimus, uno tamen versu misere turbatus; in ceteris sententia expedita: Cupavo dux Ligurum pennis olorinis ornatam galeam ge-

Digitized by Google

stans, in memoriam patris, qui desiderio Phaethontis amati sibique erepti in olorem erat mutatus. Potuit fabula esse Italiae domestica; evenisse tamen apparet, ut ex Oriente fabulam de Phaethonte et Cinyra (conf. Apollod. III, 14, 3, et Notata ad e. l.), in Liguriam traducerent homines; etsi Ligurum diversus plane est Cycnus et Phaethon. Si Phanoclis elegi, Ἔρωτες, superessent (de quibus v. Heins. et Burmann. ad Ovid. Met. X, 83, et Ruhnken. Ep. crit. p. 299), melius forte de fabula constaret; nam ex illo ductam eam esse, a Lactantio proditur in Narrat. fabb. II, 4. De Cycno in olorem mutato fabula per se est vulgatissima, coniuncta illa cum altera de Phaethontis casu, iam inde ab Hesiodo ap. Hyginum 154. Multa autem in ea tradita fuisse, de quibus nunc parum constat, uti ex adiecta hac amoris memoratione, ita etiam ex anaglypho discas apud Winkelmann. *Monum. ined.* n. 43, ubi in eo argumento ex sarcophago villae Borghesiae expresso a tergo Cygni adolescens stat testudini insistens. Pro Cupavone eum habebat Winkelm., sed sola coniectura nixus. Ut nunc locus noster se habet, obscuritatem habet: *Cinyra, et* (ita olim distinguebatur) *paucis comitate Cupavo, Crimen amor vestrum, foemaeque insigne paternae:* ut aliquo saltem modo expediatur illud: *Crimen amor vestrum;* statuere necesse esse videbatur, Cinyram et Cupavonem turpi se amore prosequutos esse: quo ducere videtur voc. *vestrum.* Mox tamen non illi, sed Phaethon amatus fertur a Cycno. Dixeris utrumque Cinyram et Cupavonem fuisse filios Cycni: iisque labem adspergere infamiam patris, cuius insigne sint pennae in galea olorinae: tum vero *cuius* et *vestrum* non bene respondent; nisi poetam censeas pro *quorum*, orationem retraxisse poetica licentia ad alterum, Cupavonem, et dixisse, *cuius;* aut unum tantum Cupavonem fuisse filium Cycni; tum iterum haeres in *vestrum;* nec licet coniicere, scriptum fuisse: *crimen amor vetitum.* Alius dixerit sustinendam esse pronuntiationem post *Cinyra: Non ego te Transierim Cinyra; et* (pro *nec te*) *paucis comitate Cupavo, Cuius.* Aut accipienda et scribenda esse: *Cinyra et paucis comitate Cupavo*, ut Cupavo Cinyram et paucos comites habuerit. non ego te transierim, o Cupavo comitate Cinyra et paucis: *crimen amor vestrum*, ut et ipsi fuerint alter ἐραστὴς, Cinyras ὁ ἐρώμενος. Bene hoc procederet, nisi adiectum esset: *formaeque insigne paternae:* quod ad unum Cupavonem referri potest; nisi placeat asserere: extrema haec esse aliunde assuta, et fuisse tantum a Marone prius hemistichium: *Crimen amor vestrum.* Fatendum tamen vel sic toto extruso versu: *Crimen amor vestrum,* reliqua expedita esse; *Cupavo* cristam habet ex pennis olorinis v. 187 in memoriam patris Cycni in olorem mutati ex nimio luctu de Phaethontis, quem amaverat, casu. Cygnus apud Ovidium l. c. Sthenelei (non Steneli) filius, Phaethonti *materno a sanguine iunctus, mente tamen propior dictus. inter*

Digitized by Google

populeas frondes umbramque sororum, populos (nigras, *αἰγείρους*), electrum exsudantes (Stephan. Byzant. in *Ἠλεκτρίδες* et Aristot. Mir. Audit. s. Narrat. c. 82, ubi vid. Beckmann.), in quas Phaethontis sorores fuere mutatae; ex nonnullorum saltem narratione (vid. Apollon. IV, 604); nam alias in alnos, larices, piceas, mutatae esse dicuntur. cf. ad Ecl. VI, 62. Super mytho de cycno Apollini consecrato ingeniose plura coagmentavit nuper Vossius Mythol. Briefe: ut inspiciendo passim libro cognovi. Subiiciam nunc quoque ea, quae in Var. Lect. olim erant notata. Dixi ibi, mihi totum versum ex margine irrepsisse videri: ita ille consutus est ex binis sententiis hiantibus: nam nec illa: *Crimen amor vestrum* per se ullum habent commodum sensum, ne tum quidem, si *versum insigne* legas, pro, insigni formae versae. Sed adscripserat aliquis: *surgunt de vertice pennae: formae insigne paternae.* Supplevit versum ineptus homo ex reliquo Scholio, quod adscriptum erat de incesto amore Cycni in Phaethontem. Iam hoc versu eiecto quam bene procedant omnia, pro se quisque intelligit. Aliam iniit viam vir doctus, Ouwens Noct. Hag. III, 27, qui omne vitium in verbis *Cinyra et* quaerit et relinquit; ut agatur de uno Cupavone; ut *pennae olorinae* sint per appositionem *insigne formae paternae* Cycni, *et crimen*, caussa tanti infortunii, *amor*, luctus nimius in Phaethontis morte. *vestrum* pro tuum. Quam dura et coacta haec sint, facile sentias. Non multum recedit tertia ratio, quam Brunckius intulit, interpunctione mutata: *pennae: Crimen, Amor, vestrum, formaeque insigne paternae.* Non licebat assequi sensum, nisi nota inspecta; e qua apparet, sic accipiendum esse: *quae pennae, o Amor, tibi sunt crimini.* Exigat haec unus quisque pro se et videat, an valde mollia ea sint, et accommodata reliquis. Inciderat in eandem rationem Io. Schraderus in schedis, et laudat versus Ciris 328 *Non ego te conor Flectere, Amor,* etc. Versu ad meum iudicium eiecto non hiat sententia, sed multo magis coit: namque redditur caussa eius, quod antecedit: quod olorinas pennas pro crista gestat Cupavo: namque ferunt patrem in olorem esse mutatum. Nunc video Wakefield refinxisse *Carmen* pro *crimen*, ut sit: „Canebant ad praelium euntes, pro more plurimarum gentium, amorem Cycni Phaethonta et mutationem eius in avem, cuius pennae galeas eorum insigniebant": ingeniose quidem. Ad verbum tamen esset: O Cinyra et Cupavo, *carmen vestrum erat amor et insigne formae paternae.* Argumentum adeo cantus bellici erat iis patris amor in puerum et mutatio in olorem ex longo luctu in pueri morte; argumentum agmini militari non valde consentaneum. Expectabam facta patrum et laudes. („Si cum Ch. Conr. Sprengelio in libello, qui Berolini a. 1815. prodiit, „*Neue Kritik der classischen Roem. Dichter* inscripto, p. 139 sqq., versum 189. ad praecedentem referas et scribas: *Crimen, Amor, vestrum*, i. e. quae

Digitized by Google

pennae, Amor, — Tibi et Matri — crimini sunt — cf. Ovid. Metam. VIII, 240. X, 197. —; ut unum quidem Amorem appellet, matrem tamen Venerem quoque intelligat, ut IX, 525.: *Vos, o Calliope*, ubi unam nominat, plures alloquitur; cf. I, 139.; propter amorem autem illegitimum Cycni in Phaethontem mutatus ille; fortasse lucem loco obscuro affusam laetaberis." Haec Ruhkopf.; sed vide iam V. L. ad hunc vs. *Wr.*)

EXCURSUS II

De Amyclis tacitis.

Lib. X, 554 *tacitis regnavit Amyclis.* Cur *tacitas Amyclas* dixerit, varia commenta affert Servius, vix digna quae repetantur. Quae probabiliter dici possint, haec esse arbitror: Loca Lucilii: *Mihi necesse est, loqui: nam scio Amyclas tacendo periisse*, Silii VIII, 529 et Pervigil. Ven. sub f. satis docent, ad illam narrationem poetam respexisse, qua, „cum frequenter falso nuntiarentur hostes, et „inani terrore civitas quassaretur, lata lege cautum est: ne quis un- „quam hostis nuntiaret adventum. Postea cum vere hostis veniret, „nullo nuntiante, ex improviso civitas capta est: unde *tacitae* „*Amyclae* dictae sunt, quod periere silentio." Recte haec ab Aspro, nam is auctor a Iulio Sabino proditur, tradita videntur, sed falso ad has Ausonum Amyclas revocata, quae a serpentibus deletae fuere; v. Notam: cum ea ad Amyclas Laconicae spectarent, quas a Doriensibus deletas esse, proditum reperimus. Nam, Peloponneso a Doriensibus et Heraclidis occupata, oppida aliquot Laconicae per ducentos adhuc annos tenuerant Achaei, donec, paullo ante bellum Messenium primum, regis Telecli ductu, Dorienses seu Lacedaemonii ea loca expugnata solo aequarunt. Inter quae fuere Amyclae, quae acriter restiterunt, nec nisi belli diuturnitate attritae in ditionem cesserunt. Tropaeum de iis erectum pro argumento virtutis eorum, qui victi erant, habebatur: Pausan. III, 2, p. 208 et c. 12, p. 237. Amyclae eversae vici formam per multa tempora habuerunt, clarae inprimis dei Amyclaei templo et throno. vid. ibid. III, 19 et 18, de quo disputatum est a nobis in *Antiquar. Abhandl. I Stück.* De expugnatione illa Amyclarum a priscis scriptoribus plura fuisse narrata, tum ex Pausania, tum ex Pindari locis Isthm. VII, 18—22. Pyth. I, 124. 125. 126 patet: unde intelligitur, fuisse Aegidarum, quae Spartae tribus erat Thebis oriunda, praecipuas in eo bello partes Amyclasque illis habitandas esse assignatas. Si

Digitized by Google

veterem commentatorem in Pyth. V, 96 et 101 et Isthm. VII, 18 integriorem haberemus, plura ex Ephoro et Aristotele de hoc bello teneremus. A Strabone lib. VIII, p. 560 C. 561 D. ex Ephoro (conf. Meurs. Misc. Lac. IV, 3), Amyclae ab Heraclidis Philonomo, qui Lacedaemonem iis prodiderat, concessae narrantur; si vera sunt, quae Conon Narrat. 36 apposuit, adducti ab eo coloni ex Imbro et Lemno fuere, qui tertia hinc aetate, seditione adversus Dorienses facta, eiecti Cretam adierunt et Gortynem occuparunt. Ad hoc itaque tempus referenda esse videtur Amyclarum illa a Doriensibus facta expugnatio: urbe ex improviso occupata. Ut autem hoc *ad Amyclas Italiae* transferri posset, error ille, quem toties castigavimus, locum fecit, cum non modo Graecorum colonias per totam Italiam disseminarent veteres auctores Latini, verum etiam urbium origines ac notitias nominum similitudine corrumperent. Urbem *Amuclas* in his locis Italiae fuisse nemo dubitet. Sed nominis similitudo fecit, ut a nonnullis narraretur, Laconas eam urbem condidisse, et ab Amyclis suis nomen indidisse. De tempore coloniae ductae varie traditum. Alii comites Castoris et Pollucis huc appulisse narrarunt, alii Amyclaeos cum Glauco, Minois filio, venisse (apud Servium); tandem etiam fuere, qui Lycurgi aetate coloniam ductam dicerent ab iis, qui novis legibus uti nollent: hos enim, ubi in agro Pomentino escendissent, Feroniae fanum extruxisse, et partim inde Sabinos contendisse. v. Dionys. Halic. lib. II, 49 (p. 113). Ceterum ad istas Italiae Amyclas, quae a serpentibus deletae esse narrantur, spectare creditur marmor in aedibus March. Rondinini Romae servatum, (apud Guattani *Monumenti antichi inediti per l'anno* 1787. p. LXXVI. tab. I) in quo Fluvius intra ulvosum amnem ad medium corpus recubans excipit patera rivum ex alto fonte descendentem de monte, in quo ruinae urbis visuntur; properat ad rivum serpens ingens barbatus, tamquam sitim restincturus. Manifestum utique fit, urbem in alto sitam vastatam ac desolatam declarari.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS
LIBER UNDECIMUS

ARGUMENTUM

Occiso Mezentio victor Aeneas Marti tropaeum erigit: Pallantis mortui corpus magno pompae apparatu ad Euandri urbem remittit: ubi summo et patris et suorum omnium luctu excipitur — 99. Interim oratores a Latinis missi dierum duodecim inducias impetrant: quo temporis spatio utrique suorum cadavera perquirunt, supremoque sepulturae honore prosequuntur — 224. Eodem quoque tempore Venulus, quem sub belli initium legatum ad Diomedem miserant Latini, ad suos rediens auxilia sibi denegata renuntiat — 295. Ea spe destitutus Latinus, consilio convocato de summa belli consultat, legatosque de pacis conditionibus ad Aeneam mittendos censet — 335. Ibi Drances et Turnus pro inveterato inter ipsos odio se mutuis conviciis proscindunt — 444. Interim Aeneas, bipartito divisis copiis, levis armaturae equites planis itineribus ad urbem praemittit: ipse cum reliquo exercitu per loca silvis montibusque impedita ad editiorem oppidi partem contendit. Cuius rei nuntio Laurentum perlato consilium dimittitur: paranturque ea, quae ad urbis defensionem putantur pertinere — 485. Turnus cognito per exploratores Aeneae consilio bifariam et ipse suas copias partitur: equitibus Messapum et Camillam praeficit, eosque hostium equitibus opponit; ipse cum peditibus angustias, qua necessario Aeneae ad urbem iter erat, breviori itinere occupat, atque ibi in insidiis subsistit — 531. Interponitur episodium de Camilla — 596. Interim equestre praelium committitur, diuque dubio utrinque eventu pugnatur — 647.

Digitized by Google

Ibi Camilla, magna prius edita hostium strage, cum Chloreum, Cybeles sacerdotem, armorum eius pulcritudine capta, incautius sequitur, ex insidiis ab Arunte hasta traiicitur — 835. Quam tamen sacrae virginis caedem Arruns non diu tulit inultam: nam et ipse paullo post ab Opi, Dianae ministra, sagitta traiectus offensi numinis poenas persolvit — 867. Camillae nece consternati Rutuli fugam arripiunt: Troiani urbis oppugnationem parant — 895. Eius calamitatis nuntio ab Acca, Camillae comite, ad Turnum perlato, relictis quas obsederat angustiis, suis auxilio accurrit. Eodem subsequitur et Aeneas; et, quoniam imminente iam nocte praelium committi non poterat, utrique positis ante urbem castris considunt — ad finem.

Oceanum interea surgens Aurora reliquit:
Aeneas, quamquam et sociis dare tempus humandis
Praecipitant curae, turbataque funere mens est,

2 *et* abest nonnullis Pier. et Heins., etiam edd. vett. *humandi* Zulich. 3 Iulius Sab. ad h. v. „Apronianus legit: *mens turbata praecipi-*

Ductus adversus Latinorum urbem Laurentum Aeneae exercitus merito, ut partem argumenti et rerum narratarum, ita librum Aeneidis constituit. Hoc, quod per se parum fecundum erat et ieiunum, magna rerum, accessionum, et episodiorum copia, ornavit poeta: funere Pallantis, sepultura caesorum, reditu legatorum Latini ad Diomedem, consultatione de legatis cum pacis conditionibus ad Aeneam mittendis, et, in ipso accessu ad urbem, Camillae pugna ac caede.

1. Altero mane post superioris diei pugnam, cuius exitum non diserte memoravit, sed Mezentii caede territos Rutulos in fugam se dedisse facile unusquisque assequitur. Brevitatisne studio hoc dederit poeta, qui semper ad eventum festinat, et, quae ornari nec possunt, omittit, an secundis curis reservarit, quis pro certo affirmet? Certe formula *interea* parum opportuna esse videtur: si ultimos versus superioris libri cogites. (vid. Q. V. XXXX, 2. De particula *interea* Q. V. VII, 10. *Wr.*)

2. 3. *curae praecipitant*, potentius, quam, urgent, premunt, ut impenderet tempus humationi caesorum militum. *funere*, dolore ex funeribus suorum, inpri-

Digitized by Google

Vota deum primo victor solvebat Eoo.
Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias; tibi, magne, tropaeum,
Bellipotens; aptat rorantis sanguine cristas,
Telaque trunca viri, et bis sex thoraca petitum
Perfossumque locis: clipeumque ex aere sinistrae
Subligat atque ensem collo suspendit eburnum.
Tum socios, namque omnis eum stipata tegebat
Turba ducum, sic incipiens hortatur ovantis:
Maxima res effecta, viri; timor omnis abesto,

tat funera." Spectat hoc eo, quod in Mediceo legitur: *funera*; sic quoque Exc. Burm., perperam. (vid. Q. V. VIIII, 1. — 4. *victor primo* e Ms. profert Cort. ad Lucan. IV, 778., recte ab ipso reiectum. *Wr.*) 6 *Consistunt* Goth. tert., perperam et hoc. Truncum quercus amputatum statuit, constituit, Aeneas in tumulo. (— 7. *Mezzenti* Medic., sed priore z puncto, ut delenda, notata; vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) 7 *eximias* Franc. *triumphum* Goth. tert. pro var. lect. pr. Hamb. 8 *roranti* Goth. sec., sicque Rom. (*rorantes* Medic. *Wr.*) 9 *Truncaque tela* Goth. tert. *virum* Lutat. ad Stat. II Theb. 710. 10 *Effossumque* Dorvill. *sinistra* aliquot Heins. *sinistris* vel *sinistra* Gud. 11 *eburneum* Gud. a m. sec., applaudente Heinsio. (Abstinuit Virgilius hac forma; et potest haec lectio orta videri ex vitio, quod est in Mediceo, *eburnoum*, o tamen puncto notata. Ac ne quis hoc vestigium esse antiquae scripturae *eburnom* existimet, apparet librarium, praegresso *collo* deceptum, primum scribere voluisse *eburno*. *Wr.*) 12 *Cum s.* Carisius lib. IV citat. *omnis constipata* Goth. tert. 14. 15. Mutavi hic Heinsianae recensionis interpunctionem, quae manifeste sententiam vitiabat: *Maxima*

mis Pallantis. 4. *Eoo* Lucifero, ut sup. III, 588. Ad religionem autem Aeneae hoc spectat, quod ante omnia persolvit diis vota (*vota deorum*), et nunc quidem tropaeo in Martis honorem constituto. 5. Locus de tropaeo erigendo luculentus: quem aemulatus est Stat. Theb. II, 704 sqq., ad orationis saltem copiam comparandus. Aliud genus tropaei, humeris gestatum v. inf. 83. 84. *tumulo*, seu eminentiore loco, seu terra aggesta. *aggere camporum medio* dixit Statius l. c. 708. *Tela trunca viri*, fractas Mezentii hastas sup. X, 882 sqq. *bis sex*; Statius ibid. *perfossaque volnere crebro arma*. Ad fastidium argutantur Intpp. Illata fuere vulnera per totam pugnam. v. sup. X, 691. 692. 715. 716.

14. 15. 16. Similis oratio Achillis victo Hectore Iliad. χ, 391—894, ubi Ἡράμεθα μέγα κῦδος, quod hic *Maxima res effecta*, simpl. pro magna res peracta. *Primitiae* sc. vel belli, vel spoliorum, τὰ ἀκροθίνια: ut poe-

Digitized by Google

Quod superest; haec sunt spolia, et de rege superbo
Primitiae; manibusque meis Mezentius hic est.
Nunc iter ad regem nobis murosque Latinos.
Arma parate animis, et spe praesumite bellum,
Ne qua mora ignaros, ubi primum vellere signa
Adnuerint superi, pubemque educere castris,

18. PARATE, ANIMIS ET

res effecta viri. Timor omnis abesto. Quod superest: *haec sunt* etc. Imo vero iungenda: *timor omnis abesto*, quod id attinet, *quod superest*, (κατὰ) τὸ λεῖπον τοῦ πολέμου. Quae sequuntur: *haec sunt spolia*, illustrant illa: *maxima res effecta.* 15 *et* deest Ven. et sec. Rottendorph. Alii apud Heinsium distinguebant: *et de rege superbo Primitiae manibusque meis*: *Mezentius hic est.* Parum scite. 16 *manibusque meis Mezentius hic est.* Paullo durior est oratio verborum iunctura: *meis manibus Mezentius hic est*, talis est, mea virtute huc est redactus: quod de eo superest, hoc *est.* Supra IX, 481 *Hunc ego te*, *Euryale*, *adspicio.* Nunc *tropaeum* ostenditur, Mezentii armis indutum, quod Mezentium esse ait. Hoc acumen veteribus, saltem Maroni, placuisse, inf. v. 173 docet: *Tu quoque* (Turne) *nunc stares immanis truncus in armis*: tu quoque nunc esses tropaeum. *in manibusque* Voss. *hicc' est* monet legendum esse Marius Victorinus in Grammatica. vid. Heins. ad II, 664. (et V. L. ad e. l. *Wr.*) Pro adverbio *hic* accipiunt nonnulli, minus bene: nec melius succedit, si quis cum Cerda titulum imaginis animo cogitet. (*Mezzentius* Medic., sed priore z puncto notata; vid. V. L. ad II, 763. *Wr.*) 17 *Tunc* duo Burm. 18 *Arma parate animis.* Aut hypallage est, inquit Servius, pro *armis parate animos*, aut certe est mutanda distinctio, ut sit: *Arma parate*: *animis et spe praesumite bellum.* Atque hoc probat Burm., non enim satis eleganter dici, *animis parare* arma. Tantilli erat videre, *arma* esse pro pugna dicta: pugnam autem parare animo, esse exquisitius dictum, quam quod sollenne est: parare animos ad pugnam. (*animis parati* II, 799. Reduxi veterem interpunctionem, etiam Medicei auctoritate comprobatam; et *animis* si sequentibus adiectum voluisset Virgilius, *animisque* scripturus fuisset. *Wr.*) 19 *Ne qua hora* Goth. tert. *avellere* praescriptum est ab Heinsio: reperio id exaratum in una Ald. pr. Nam altera 1505 consentit in *vellere*, quod ubique editum video. Et id Servius interpretatur. *evellere* Dorvill. 20 *Adnuerent* Rom. *Adnuerunt* Leid. *Annuerant* Ed. pr. Burm. *pubesque* Ven. *puppem inducere* Goth. tert.

tice ornaverit rem et propria et exquisita voce. *de rege superbo*, Mezentio, non Turno, ut Serv. et alii. 16. *manibusque meis Mezentius hic est:* et mea virtute de Mezentio nihil superest quam hoc tropaeum, haec eius arma trunco imposita. Dictum acutius, puta cum gestu, οὗτος ἐκεῖνος ὁ Μεζέντιος. vid. Var. Lect. (— 18. Similis versus VI, 105.: „Omnia praecepi atque animo mecum ante peregi.“ *Wr.*) 19. *ubi primum vellere signa Annuerint superi.* Verba Romana: et captis auguriis id fieri

Digitized by Google

Inpediat, segnisve metu sententia tardet.
Interea socios inhumataque corpora terrae
Mandemus: qui solus honos Acheronte sub imo est.
Ite, ait; egregias animas, quae sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus; maestamque Euandri primus ad urbem
Mittatur Pallas, quem non virtutis egentem
Abstulit atra dies, et funere mersit acerbo.
Sic ait inlacrimans recipitque ad limina gressum:
Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acoetes
Servabat senior, qui Parrhasio Euandro
Armiger ante fuit; sed non felicibus aeque

21 *segnisque* Heins. e libb. (sicque iam Ald. tert.) pro vulgari: *segneque*. At porro Medic. *segnisve*, nec aliter Rom. *signisve*. Hoc itaque cum Brunckio reposui. Alii *segnique*; edd. vett. aliquot: *segnesque metus*. (*segneque* Palat. cum 9. 10.; in Mediceo *q* superscripta. Defendi *ve* Q. V. XXXVI, 8. *Wr.*) 23 *est* abest Rom. et aliis Pier., Ven. et Ed. pr. Burm. (item 8. *Wr.*) 24 Servius: „Vitiose in media oratione *ait* positum Critici notant." Satis indoctos illos fuisse necesse est: cum adeo frequens haec sit verbi: *inquit*, *ait*, iteratio. Aliter Burm. rem expedit: ut nunc ad milites aut famulos se convertat. *egregiasque* Ven. *qui* Macrob. IV, 4. et Schol. Horat. Od. III, 2. („*qui* longe doctius et exquisitius;" ait Wakef. ad Lucret. V, 5. At idem si inspexisset Macrob. et Schol. Cruq. Il. Il., verba *egregias animas* eos praetermisisse vidisset, ac proinde recto usos iudicio genus pronominis mutasse intellexisset. *Wr.*) 25 *pepigere* Bigot. *et decorate* Oudart. 28 *et f. vertit* Vratisl. Versus idem sup. VI, 429 occurrebat. 29 *et lacrimans* Ed. pr. Burm. 30 *exanimum* aliquot Pier. *exanime* Leid. (et Medic. *Wr.*) *postum* Bigot. *exanimum positi* coni. Heinsius et olim viri docti apud Cerdam, perperam. *Acetes* vulgg., item *Acetas*, *Acestes*. (*Agoetes* hic Medic., infra vs. 85. *Acoetes*. *Wr.*) Est Ἀχοίτης. 31 *Parrhasio Euandro*. Prosodia docet non *E-uandro* (sic enim prima brevis esset), sed

solitum: sed hic poeta ornatus caussa tantum posuisse videri debet: cum primum licebit agmen ducere. 21. *sententia*, sensus animi, *segnis*, pro segnitie, cunctatione; quod adiuncta efficiunt: *segnis metu* et *tardet*. 23. *qui solus*; notissimum illud Homericum τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων Iliad. π, 675 et alibi. 24. 25. 26. Egregia et in laudationibus (λόγοις ἐπιταφίοις) pro patria mortuorum frequentata oratio. Exempla huius loci communis suppeditant orationes funebres Platonis Menexenus et Lysiae haud uno loco. Illud proprium attexuit, quod *hanc patriam* dixit, novas sedes in Latio. 27. *quem non virtutis egentem* Ennii versum esse, Servius notavit; Homericum: οὐδέ τι ἀλκῆς δευόμενον.

29. *ad limina*, in receptis castris seu nova Troia. (vid. Q. V. XXXX, 2. *Wr.*) *Ubi*, in ve-

Digitized by Google

Tum comes auspiciis caro datus ibat alumno,
Circum omnis famulumque manus Troianaque turba
Et maestum Iliades crinem de more solutae.
Ut vero Aeneas foribus sese intulit altis:
Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt
Pectoribus, maestoque inmugit regia luctu.
Ipse, caput nivei fultum Pallantis et ora
Ut vidit, levique patens in pectore volnus
Cuspidis Ausoniae, lacrimis ita fatur obortis:

40. LAEVI

Eu-andro pronuntiandum esse. (vid. V. L. ad VII, 389. *Wr.*) Ita *Eu* longa est syllaba, et versus spondaicus; nisi *Eü-* pronuntiare malis: quod equidem verius esse censeo. (Minime vero; numquam enim haec diaeresis admittitur, nisi ante duas consonas; vid. Herm. ad Orph. Argonaut. vs. 864. *Wr.*) 34 *Circa* Leid. et sec. Moret. *omnis* e Pier. et suis reposuit Heins., ut nunc sit: *omnis manus*. Alii *omnes*. (in quibus Palat. *Wr.*) *Tr. pubes* qu. Moret. 35. Idem versus sup. III, 65. *maestae* editum erat in vulgg. ante Heins., qui secundum Pierium e codd. vetustioribus (inter quos et Medic. et Rom. est) retraxit *maestum*: quod elegantius est, et in vett. edd., quas in manibus habeo, occurrit omnibus. Videtur primus mutasse Ald. statim ed. pr. (*maestae* Palat.; vid. Cort. ad Lucan. I, 567. *Wr.*) Displicet vox versu hinc quarto repetita. (sed vid. V. L. ad V, 181. *Wr.*) 36 *tectis sese* Schol. Statii Theb. VI, 39. *sese impulit* pr. Hamb. 37 *tonsis* scribunt multi. *tusis* pr. Moret. *tollit* sec. Hamb. et Erf. 38 *immugiit* Mentel. pr. et sec. cum Exc. Burmann. (*inmugit* Medic., sed altera *i* superscripta; videntur igitur veteres Grammatici *inmugit* pro Perfecto habuisse. *Wr.*) 39 *niveum* Goth. tert. *fulvum* pr. Moret. et alter Hamb. *vultum* Leid. pro var. lect. 40 *lenique* Oudart. (Mutavi *laevi* in *levi*; vid. V. L. ad V, 91. *Wr.*) *in corpore* pr. Moret. 41 *sic fatur* duo Burm. (Offensus τῷ ταυτολόγῳ *ita fatur ... inquit*, Bothius Virgilium scripsisse putat *lacrimis affatur ob.*, quod recte improbat Iahnius; vid. Not. ad V, 551. *Wr.*)

stibulo ex more; ἀνὰ πρόθυρον, Iliad. τ, 212. 32. *Armiger*, ὀπάων, ut iam supra, et *comes* θεράπων. (nobile genus hominum; vid. Huschk. ad Tibull. II, 6, 2. *Wr.*) 35. *Iliades*, matronae Troianae. cf. sup. ad IX, 217. Mos autem perpetuus veteris aevi, ut lamenta super mortuo facerent non viri, sed feminae; idem mos barbarorum ac ferorum populorum. 36 sqq. Ad naturae veritatem hoc, quod Aeneae adventu renovatur luctus. Comparat Servius Statii locum VI Theb. 37 sqq. (Versus 30—35. sunt παρένθετοι, vid. V. L. ad XII, 612. *Wr.*) 40. *laevi*, pulcro, puerili: nondum setoso, ait Serv. Malim de loto et a cruore purgato accipere. (Delecta praeclare ad augendam mortis immaturae miserationem epitheta *niveus* et *levis*, quibus pri-

Digitized by Google

Tene, inquit, miserande puer, cum laeta veniret,
Invidit Fortuna mihi, ne regna videres
Nostra, neque ad sedes victor veherere paternas?
Non haec Euandro de te promissa parenti
Discedens dederam: cum me conplexus euntem
Mitteret in magnum imperium, metuensque moneret
Acris esse viros, cum dura proelia gente.
Et nunc ille quidem spe multum captus inani
Fors et vota facit, cumulatque altaria donis;
Nos iuvenem exanimum, et nil iam coelestibus ullis
Debentem, vano maesti comitamur honore.

42 *cui l.* Hugen., male. 43 *f. tibi* Zulich. a m. pr. *ne r. venires* alter Hamb. a m. sec. 46 *dederim* a m. pr. Dorvill. *compressus* Vratisl. 47 *moveret* Parrhas. 48 *d. in praelia* Medic. a m. sec., quod se non intelligere fatetur Heins. Scilicet putavit Apronianus dictum a poeta: *gentem duram in praelia*, ut virum in pugnam acrem pro, ad pugnam, dicimus. *ad praelia* Leid. 50 *Forset* esse posse Servius putabat: *Forsit* nonnulli apud Pier., qui tamen cum Fabric. et Heins. ac Burmann. satis firmat vulgatum *Fors et*. Erat quoque ap. Pier. in libb. *Sors et*, sollenni errore. 51 *exanimem* edd. vett. aliquot et codd. apud Pier., inter quos Rom. 52 *comitamus* pr. Moret. *comitantur* duo Burm. cum Goth. tert., inscite. *amore* Oudart. *ab ore* a pr. m. pr. Moret.

ma declaratur iuventus; de illo vid. quae scripsi ad Eleg. ad Messal. pag. 23., de hoc V. L. ad VII, 815. Iacob *Disquisit. Virgil.* P. I. p. 10. confundit *lēvis* et *lĕvis*. — 43. *ne ... neque*, vid. Q. V. XXXVI, 15. *Wr.*) 47. *Mitteret in magnum imperium*, ad parandum illud Troianis; *magnum*, respectu, puto, fatorum et vaticiniorum de initiis potentis imperii, quod in Italia conditurus esset Aeneas. Sollenne vero nostro poetae, ut ex hac ipsa praedictione petat ea, quae ad amplificandam rerum tenuitatem vim habere possint; ut paullo ante: *Invidit Fortuna mihi, ne regna videres Nostra;* et v. c. IV, 267 *heu regni rerumque oblite tuarum:* ubi cf. 275. Sup. IX, 267 *Si capere Italiam sceptrisque potiri contigerit victori.* Igitur nunc pro vulgari: mittere ad debellandos Latinos et ad novas sedes in Latio parandas. 49. 50. Color sententiae similis apud Sophocl. Aiac. 509 sq. (*multum* cum *inani* iungere malit Wakef. ad Lucret. II, 1093. *Wr.*)

51. *nil iam caelestibus ullis Debentem.* Animose dictum! Referendum autem ad v. 50 *vota facit cumulatque altaria donis* atque hinc illustrandum. Qui vota facit, *debere* dicitur *diis*, si rata sunt; sin irrita sunt, nihil debet. Itaque iuveni iusta per-

Digitized by Google

Infelix, nati funus crudele videbis!
Hi nostri reditus, exspectatique triumphi?
Haec mea magna fides? At non, Euandre, pudendis
Volneribus pulsum adspicies; nec sospite dirum
Optabis nato funus pater. Hei mihi, quantum
Praesidium Ausonia, et quantum tu perdis, Iule!
Haec ubi deflevit, tolli miserabile corpus
Imperat, et toto lectos ex agmine mittit
Mille viros, qui supremum comitentur honorem,

53 *funus nati* Rufinian. de Schem. Lex. p. 33. *vulnus* Parrhas. 54 *Hic* Goth. pr. *exoptati* Rom. cum Goth. sec. et Menag. pr.; (adde 8. *Wr.*) vulgatum confirmat P. Burmann. Sec. Antholog. Lat. T. I, p. 163. 55 *Haec mora* pr. Moret. *pudendus* Franc. 56 *passum* idem Franc. et pr. Hamb. Wakefield tentabat *fusum.* (quod recte reiicit Iahnius coll. vs. 793. *Wr.*) *non* Ven. *ne* duo alii. *durum* itidem duo cum Medic. Pierii. *diro* Exc. Burm. *sospite* volunt dictum esse pro *sospiti.* (antiptosin esse Servius statuit; vid. Not. ad X, 361. *Wr.*) 57 *Obstabis* Rom. *funus nato* Goth. tert. *Heu* multi. (vid. V. L. ad II, 274. *Wr.*) *Ei* alii. *Et* Rom. 58 *et* abest ed. pr. Burm. *Iuli* Rom. (*Ausonia* nominandi, an vocandi casum Virgilius esse voluerit, difficile est dicere. *Wr.*) 59 *Heu ubi* alter Hamb. *dicta deflevit* Rom. (*defluit*, superscripta tamen *e*, Medic. *Wr.*) 60 *ex ordine* Rom. *mitti* Goth. tert., quod placere potest. 61 *comitantur* aliquot Burm. (*suppremum* Medic. hic et vs. 76.; nostro quidem loco prior *p* puncto notata. *Wr.*)

solvunt Troiani, pro quo vota ab Euandro patre frustra suscepta fuere, et quem dii salvum et incolumem esse noluere. Manifeste hoc mutuatus est poeta a Sophocle: etsi paullulum inflexit. Ibi Aiax, cum per deos obsecrasset Tecmessa, ut vitae parceret, v. 592. 593 Ἄγαν γε λυπεῖς. οὐ κάτοισθ', ἐγὼ θεοῖς Ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἶμ' ὀφειλέτης ἔτι; *annon vides, nihil me debere diis, quod quidem iis praestem?* salute scilicet sua desperata, nihil amplius debebat diis σωτῆρσι. Sic equidem loca accipio. (Verba Virgiliana non illustrari Sophocleis, docebit verior Hermanni explicatio; ἀρκεῖν ibi significat *opitulari*, non *praestare.* Ceterum expressit haec Silius XV, 370 sqq.: „Circumdata postquam Nil restare videt virtus, quod debeat ullis Iam Superis.“ *Wr.*) Plerique in Marone eo referunt sententiam, quod Pallas iam sub deorum inferorum potestatem venit. Alia commenta Servii aliorumque Intpp. repetere nil refert. *vano* hactenus, quod eo mortuus in vitam non revocatur. Sic VI, 886 *inane munus.* (*vano*, qui nihil ipsum iuvat, quippe qui nullum eius rei sensum habeat. *Wr.*) 54. *Hi nostri reditus. nostri*, a nobis promissi; alias friget. Et sequitur: *Haec mea magna fides? At non pudendis* (sed pulcris, et honestis, adverso corpore; cf. Iliad. ν, 288

Digitized by Google

Intersintque patris lacrimis; solatia luctus
Exigua ingentis, misero sed debita patri.
Haud segnes alii cratis et molle feretrum
Arbuteis texunt virgis et vimine querno,
Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant.
Hic iuvenem agresti sublimem stramine ponunt:
Qualem virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violae, seu languentis hyacinthi;
Cui neque fulgor adhuc, nec dum sua forma recessit;
Non iam mater alit tellus, viresque ministrat.
Tum geminas vestis, auroque ostroque rigentis,

72. TUNC

(—63. *patris* Medic. a m. pr. — 64. *crates* Medic. *Wr.*) 65 *Arboreis* Ven. 66 *obumbrant* Oblong. Pierii et Leid. conf. IV Ge. 20. et Claud. Rapt. Pros. II, 26. 67 *Hinc i.* Ald. pr. et aliae edd. *in stramine* passim vulgg., (ut est in Palat. *Wr.*) sed abest codd. Pier. et Heins., itaque sublatum ab Heinsio. 68 *virgineum* Goth. pr. *demissum* Gud. a m. pr. *decissum* Dorvill. a m. sec. *messum de pollice* Servius ad II Ge. 274. *poplite* Ven. 70 *nondum* Ven. *nec non* pr. Hamb. *sua fama* Hugen. 71 *Nec iam* Dorvill. et Goth. tert. *Iam non* Leid. (*virisque* Medic., sed altera *i* in *e* mutata. *Wr.*) 72 *Tum* Heins. e codd. pro *Tunc.* (illud reposui; vid. Q. V. XXV, 5, a. — *vestes* Medic. et in eodem altera *i* in *rigentis* in *e* mutata. *Wr.*) Tum alii scripti et edd. *ostroque auroque.* (ita Palat.; et videtur hic verborum ordo ex Grammatici alicuius correctione ortus. *Wr.*) Non video, quid intersit. Sed vetustiorum codd. lectio recte servata est.

sq.) *Vulneribus pulsum; πληγέντα*, percussum. 56. *sospite — nato* scil. cum infamia, turpi fuga e pugna servato: cuius dedecoris dolore exardescens pater infaustus sibi mortem, *dirum funus*, optat. Perperam Servii exemplo Intpp. trepidant.

59. *deflevit*, flendo finem fecit, ut Cannegieter ad Avian. fab. pr. exemplis illustrat: quem iam Burm. laudavit: nec tamen video, an omnino hoc necesse sit. 66. *obtentu frondis*, obtentis frondibus ac ramis, qui umbram desuper corpori facerent. (*agresti stramine*, virenti fronde substrata; Sil. Ital. X, 561 sq.: „Sublimem eduxere pyram, mollesque virenti Stramine composuere toros.“ *Wr.*)

68—71. Obvia comparatio et multis frequentata ac variata (cf. sup. IX, 435—437), sed h. l. suavissima ornamentorum copia et dilectu: *virgineo* pollice, florem, *seu — seu —*, et qui nondum marcidus elanguit: *Cui neque — recessit:* nec tamen pristino vigore nitet: *Non iam ma-*

Digitized by Google

Extulit Aeneas, quas illi laeta laborum
Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, et tenui telas discreverat auro.
Harum unam iuveni supremum maestus honorem
Induit, arsurasque comas obnubit amictu;
Multaque praeterea Laurentis praemia pugnae
Aggerat, et longo praedam iubet ordine duci.
Addit equos, et tela, quibus spoliaverat hostem.
Vinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris
Inferias, caeso sparsurus sanguine flammam;
Indutosque iubet truncos hostilibus armis

82. SPARSUROS

73 *laeta bonorum* apud Rufinian. de Schemat. Lex. p. 33., quod ornari potest a novaturo: est, quae abundabat hinc copiis et opibus. vid. I, 441. 74 *manibus quondam* aliquot Heins. et Burm. 75 *Texerat et* Ven. 76 *iuvenis* Rom. *supremo m. honore* Parrhas., quod pro interpretatione esse potest. *supremus* sec. Menag. (vid. V. L. ad vs. 61. *Wr.*) 77 *hirsutasque comas* Veu. 80 *spoliaverit* Dorvill. 82 *sparsurus* aliquot Pier., inter quos Rom., tum Medic. Gud. et alii Heins. (ne addam Goth. pr.) cum vetustioribus Macrobii VI, 6. Sane *sparsuros*, quod inde ab Aldo in pr. editum, elegantius est: alterum tamen codicum auctoritate nititur; qua sane in his standum videtur, ubi quaeritur, quid poetae, non quid nobis arriserit. praetulit quoque Wakef. (vid. Wakef. ad Lucret. V, 1200. Codicum auctoritati hoc ipse cum Brunckio et Iahnio dedi, ut *sparsurus* revocarem; *sparsuros* Palat. *Wr.*) *sparsuras* Montalb. et Franc. *flammas* alii, et utrumque Erf. *flammam* Heins. e Rom. Gud. Menag. pr. recepit; adde Goth. pr.; et recte consuluit auribus. (lectio *flammas* videtur deberi crebro redeunti in hoc vs. literae sibilanti; vid. Q. V. VIIII, 2, d. et 3, II, d. *Wr.*) 83 *Inductosque* Gud. a m. pr. (et cod. Ang. Maii apud Arusianum s. v. *Indutus*; vid. Burm. ad Claudian. l. I. in Eutrop. 302. *Wr.*)

ter. 73 — 75. Magistro Homero hoc didicit Maro: commendare rem seu artificis auctoritate seu muneris auctore. *laeta laborum* (cf. ad lib. I, 441 *laetissimus umbrae*): sane quidem ad vulgare revocari potest, ut sit studiosa, quae studio operae tenetur; attamen cum vi dictum est: illa sibi placens in opera sua et operis successu: quo ipso intelligitur praeclari fuisse artificii opus. Neo dicas, esse delectatam opere, quod in amantis Aeneae gratiam parabat. (vid. V. L. ad I, 441. — *Ipsa ... Dido*, vid. Q. V. XVIII, 2, s, β. — *quas fecerat et telas discreverat*, vid. Q. V. XXXIIII, 4. *Wr.*) 76. *obnubit:* sc. altera veste caput velavit; (cfr. Q. V. XXXIIII, 1. *Wr.*) videtur et hoc ad religionem pertinuisse, cum Manibus et diis inferis nunc consecratus esset Pallas. 81. De iuvenibus his, quos inferiis destinaverat, v.

Digitized by Google

Ipsos ferre duces, inimicaque nomina figi.
Ducitur infelix aevo confectus Acoetes,
Pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora;
Sternitur, et toto proiectus corpore terrae.
Ducunt et Rutulo perfusos sanguine currus.
Post bellator equus, positis insignibus, Aethon,
It lacrimans, guttisque humectat grandibus ora.
Hastam alii galeamque ferunt; nam cetera Turnus
Victor habet. Tum maesta phalanx, Teucrique sequuntur,

87. STERNITUR ET

84 *fingi* duo Burmann. cum Rom. (*figot* Medic. a pr. m., *figi* a sec. *Wr.*) 85 *Acetes*, *Acestes*, etiam hic. *Aletes* apud Macrob. IV, 3. conf. sup. ad v. 30. 87 *prostratus* alt. Voss. et pr. Hamb. *deiectus* Oudart. *proiecto* Gud. sec. Versum tanquam inficetum obelo notat Editor Parmensis. (Inficetus sane, ut antehac distinguebatur; neque enim recte iunguntur *Ducitur et sternitur*. Posui comma post *Sternitur*; alteri versus parti deest verbum auxiliare; addendum igitur hoc exemplis Q. V. XV, 4. allatis. Et post *Sternitur* interpunctum etiam in Medic. Wakefieldius ad Lucret. III, 895. hunc locum ita constitutum volebat: *Acoetes*: — — *ora*, *Sternitur*, *ex toto proi. Wr.*) 88 *Ducitur et* Goth. sec. *perfusus* sec. Rottend. *perfossos* a m. sec. Bigot. *cursus* Hugen. *cultus* Zulich. 90 *Illacrimans* Goth. sec. 91 *gerunt* Sprot.

sup. ad X, 518—520. *caeso sanguine* audacter pro, caesorum, ut ibidem: *captivo sanguine*. (*manus, quos*, vid. V. L. ad vs. 172. *Wr.*) 83. 84. Fercula describit in triumphis gestari solita humeris: arma caesorum truncis infixa vel perticis, cum titulis, seu nominibus eorum, quorum arma fuerant. Sunt hi τροπαιοῦχοι: quali specie et nomine ipse Mars exhiberi solet. (v. Q. V. XXXVIII. *Wr.*) 87. *Sternitur et;* pro, nunc — *nunc* stratus et proiectus humi; ut solebant facere doloris impatientia animique impotentia, ut in terram proiecti caput quoque pulvere foedarent: cf. inf. dicta ad vs. 191. (Hoc tantum si poeta significare voluisset, non adiecisset haec: *et toto proi. corp. terrae.* Itaque potius dicemus, Acoeten animi deliquium esse passum; vid. etiam V. L. *Wr.*) 88. *currus* acciperem Pallantis currum, quo in pugna usus erat, nisi navibus venisset et statim unus equus subiiceretur; nunc hosti erepti currus intelligendi; cf. lib. X, 399 etc. 89. 90. Homerico exemplo, Il. ρ, 426 sq. 437 sq. Quod Maronis aevo forte ipsa imitatione placebat: nunc hoc ipso displicet, quod imitandi studium in oculos incurrit. Res per se heroicae vitae sensibus et studiis accommodata. 91. *nam cetera Turnus victor habet.* Supra X, 496 sq. balteum tantum commemoraverat, e quo ensis pendere debuit. Reliqua tum subticuit. 92

Digitized by Google

Tyrrhenique omnes, et versis Arcades armis.
Postquam omnis longe comitum processerat ordo,
Substitit Aeneas, gemituque haec addidit alto:
Nos alias hinc ad lacrimas eadem horrida belli

93. TYRRH. DUCES

93 *Tyrrhenique omnes* Medic. et codd. Heins. omnes, trinis exceptis. Errorem versus sequens peperit. Sed, si hoc non nisi in uno Mediceo primum est factum, quantum codicum agmen ex eo prodiisse credendum est! Romanus contagio liber est: cum Goth. pr. et tert. (adde Palat. At salva res est! Restituendum *omnes*, quod probatur vs. 171.: „Tyrrhenique duces, Tyrrhenum exercitus omnis;" atque ex hoc ipso versu altera lectio *duces*, quae etiam in Palat. exstat, haud dubie petita; vide praeter ea, quae in V. L. ad Ge. IV, 4. Aen. II, 776. IV, 471. VII, 528. notavi, V. L. ad VII, 722. VIII, 72. 451. 543. 583. IX, 25. 110. 143. 247. 400. 613. 631. 632. 790. X, 223. 536. 824. 844. XI, 173. 574. 587. 799. 827. XII, 46. 126. 178. 188. 276. 385. 506. 587. 723. 757. 784. 883. Praestat *omnes* etiam ob praegressum *phalanx*. Tum minime haerendum in repetito *omnis* vs. sq., vid. V. L. ad V, 181.; adde VI, 312. 901. VIII, 282.; hic praesertim, ubi novum quid proximo versu narratur. *Wr.*) 94 *comitum longe* Parrhas. *praecesserat* Rom. et ceteri Pier., cum vett. edd., omnes itidem Heins., uno Ven. excepto, et pro var. lect. Gud. Maluit tamen Heins. alterum. quod in Ald. sec. receptum, retinere tamquam magis proprium. cf. ad VIII, 462; hoc et omnes Goth. praeferunt: si modo iis aliqua esset auctoritas. (Revocavit Iahnius *praecesserat*, quod ipse lubens amplecterer, si pateretur sententia. Miror, quod nemini in mentem venit I, 644.: „rapidum ad naves praemittit Achaten." At ut taceam diversam esse horum verborum rationem, illo quoque loco suam praepositioni *prae* constare notionem vidimus. Frustra etiam compares Sueton. Tiber. c. 7. extr.: „Drusum fratrem in Germania amisit, cuius corpus pedibus toto itinere praegrediens Romam usque pervexit." Iam quum infinitis locis hae particulae inter se permutentur, non admodum mirabimur, si interdum etiam optimos codices ad deteriorem lectionem tuendam conspirare viderimus. Itaque servavi, quod superiores editores praetuleruut, quodque Palat. cum 2. 3. exhibet, *processerat*. *Wr.*) 95 *que* abest Franc. *edidit* Medic. a m. sec. pr. Menag. alter Mentel. Franc. Parrhas. et Goth. sec., quique primo loco memorandus erat Rom., ut adeo haec verior sit lectio. (*edidit* etiam 3., quod Iahnius reposuit; atque haec est altera, *addidit* prior lectio Medicei. Scilicet *addidit* qui non intelligebant, scripserunt *edidit*. *Addere* enim in eiusmodi sententia non solum ita ponitur, ut ad orationem praegressam, sed etiam omnino ad rem aliquam ante factam referatur; supra II, 593.: „dextraque prehensum Continuit, roseoque haec insuper addidit ore." XII, 358.: „mucronem tinguit iugulo, atque haec insuper addit." Eadem est huius loci, sed paulo obscurior, ratio; *gemituque haec addidit alto* enim hunc in modum accipe: ingemit alte et haec addit. Atque sic, ut modo video, haec iam intellexit Donatus: „Post ingentes gemitus haec addidit." *Wr.*) 96 *Nos aliter* Ven. („Cur autem *ad alias lacrimas*? Sententia hoc vel simile

sq. Comparant Iliad. ψ, 129 sqq. de Patrocli funere. *versis armis* h. hastis, haud dubie de suis temporibus sumsit poeta. Saltem in Homero occurrere hoc non memini. (— 95. *haec addi-*

Digitized by Google

Fata vocant. Salve aeternum mihi, maxume Palla,
Aeternumque vale. Nec plura effatus, ad altos
Tendebat muros, gressumque in castra ferebat.
Iamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleae, veniamque rogantes:
Corpora, per campos ferro quae fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succedere terrae;
Nullum cum victis certamen et aethere cassis;
Parceret hospitibus quondam socerisque vocatis.
Quos bonus Aeneas, haud aspernanda precantis,

aliquid requirere videtur: *Nos alio nunc a lacrimis e. h. b. F. v.*" Haec Bothius. At recte iam Servius: „ad ceteros sepeliendos, qui eodem proelio ceciderunt. *Wr.*) 97 *Pallas* Rom. et Hugen. conf. ad X, 411. adde h. l. Pier. 99 *Cedebat muros* Ed. pr. Burm. *gressusque* Oudart. et Dorvill. *in tecta* Ed. pr. Burm. *ferebant* Gud. 100 *Iamque o. adventant ex* Erf., sic saltem del. *ex. de gente Latina* Bigot. 101 *precantes* Parrhas. Ven. sec. Goth., et ita Serv. X, 31, ducta familia a Romano. (adde 8.; fons huius lectionis videtur esse III, 144. *Wr.*) 103 *tumulos* Mentel. alt., quod Heins. illustrat. Scilicet *subire, succedere*, dicimur et *urbi* et *urbem*; igitur res unoquoque loco codicum auctoritate diiudicanda est. *succedere dextrae* Parrhas. a m. pr., perperam ex aliis locis. v. X, 847. 104 *Nullum est* Goth. tert. *vinctis* Bigot. *aere* aliquot Pier. et Heins. 105 *soceris*, et pro var. lect. *sociis* Ven. 106 *aspernenda* Oudart. (*praecantes* Medic. *Wr.*)

dit, vid. V. L. *Wr.*) 96. *Nos alias hinc — vocant.* Egregie haec ad affectus et ad rerum veritatem; idemque cum sapientiae praeceptis coniunctissimum; obtemperandum est naturae in gravi casu; est flendum, elugendum; tum animo composito ad vitae officia redeundum. Bene ea transtulit Silius in nobilissimis illis vss. *I, decus Ausoniae, quo fas est ire superbas Virtute et factis animas: tibi gloria leto Iam parta insigni; nostros Fortuna labores Versat adhuc, casusque iubet nescire futuros.* vid. lib. X, 573 sq. Burmannus Statii versus laudat IV Theb. 600. 601. 602. *Existis casus: bella horrida nobis atque iterum Tydeus.* 97. Iliad. ψ, 19 χαῖρέ μοι, ὦ Πάτροκλε καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι. Nec diversa clausula Menexeni: νῦν δὲ ἤδη ὑμεῖς τε καὶ ἄλλοι πάντες κατὰ τὸν νόμον τοὺς τετελευτηκότας ἀπολοφυράμενοι ἄπιτε. et Orat. Periclis similiter.

100 sqq. Similis legatio Iliad. η, 381 sqq. Troianorum ad Achivos ad deposcenda mortuorum ad sepulturam corpora. Bene ea usus est poeta ad illustrandum Aeneae nomen. Erat enim ea tacita confessio Latinorum, victos se esse a Troianis. 101. *Velati ἐστεμμένοι*, gestantes ramos vittatos manibus. vid. ad lib. II, 249. V, 72. 366. VII, 154. 237.

Digitized by Google

Prosequitur venia, et verbis haec insuper addit:
Quaenam vos tanto Fortuna indigna, Latini,
Inplicuit bello, qui nos fugiatis amicos?
Pacem me exanimis et Martis sorte peremtis
Oratis? equidem et vivis concedere vellem.
Nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent;
Nec bellum cum gente gero; rex nostra reliquit
Hospitia, et Turni potius se credidit armis.
Aequius huic Turnum fuerat se opponere morti.
Si bellum finire manu, si pellere Teucros
Adparat: his mecum decuit concurrere telis;
Vixet, cui vitam deus aut sua dextra dedisset.
Nunc ite, et miseris subponite civibus ignem.
Dixerat Aeneas. Olli obstupuere silentes;

107 *Persequitur* Zulich. *Praesequitur* Hugen. 109 *quid nos* duo Burm. 110 *Pacem me* ex praestantioribus Pier. et suis Heinsius, sublata interrogatione, pro vulgg. *Pacemne*; (ut est in Palat. 10. 11. *Wr.*) quod iam inde ab Ald. sec. regnat. Voss. pr. *Pacem quam ex.*; et Franc. ex librarii stupore *M. s. parentis.* 111 *et* abest nonnullis ap. Ge. Fabric. *vivis equidem* Oudart. *mallem* Pseudodonatus et aliquot Pier. 112 *Non veni* Goth. tert. *ni* Probus lib. I apud Heins. et Goth. sec. 113 *de gente* alter Hamb., male; non cum Latinis, sed cum rege Latino ait se bellum gerere. *relinquit* Franc. 114 *potius Turni* Goth. tert. *contulit* unus Burmann. et in Gud. erasa vetus lectio. 115 *hinc* Ven. *Turno* vett. edd., sed iam emendatum video *Turnum* in ed. Ald. tert., idque firmant codd. omnium auctoritate Pier. et Heinsius, praeter Montalb. *se ponere* Oudart. *Marti* Sprot. Bigot. et a m. sec. alter Hamb. Franc. cum Goth. tert. v. IX, 599. At Marti, pugnae, se obiecerat sane Turnus. Servius agnoscit *morti*: ait esse δεικτικῶς, quasi iacentes ostendat. 117 *mecum decuit*: hoc ordine meliores Pierii et Heinsii. (cum 8. 8. 9. *Wr.*) Vulgo: *decuit mecum.* (ita Palat. *Wr.*) *convertere* vel *contendere* Cod. Koeler., perperam. 118 *Vixit* Goth. tert., indocte. *Vixes* pro vixisset. *et sua* Menag. pr. 120 *Illi* Dorvill. Goth. tert. cum Rom. (*illi* etiam Medic. apud Foggin., tum codd., quibus usus est editor Vinariensis, et Lips. utq. *Olli* quum Heinsius, nulla tamen variantis scripturae facta mentione, cum superioribus editoribus exarandum curaverit, nescires plane, qua auctoritate nitatur haec lectio, nisi ita in Palat. extare proditum esset ab Ambrogio. Neque alienam esse hanc formam ab h. l., docebit Q. V. XXI, 9.; itaque putabimus antiquiorem formam per recentiorem in plerisque libris expulsam esse. *Wr.*) *Illi obstipuere* Pier. in omnibus fere invenerat.

101. 102. *veniam* sc. hanc, ut redderet; mox *pacem*, indulgentiam, concessionem. 112. *Nec veni*, pro venissem; οὐδ' ἦλθον ἄν, εἰ μή. 115. *huic se opponere morti*; se obiicere, periculum mortis subire. *huic*; qua hi caesi occubuerunt. At ille videri tum poterat navi aufugisse sup. X, 665 sq.

Digitized by Google

Conversique oculos inter se atque ora tenebant.
Tum senior semperque odiis et crimine Drances
Infensus iuveni Turno sic ore vicissim
Orsa refert: O fama ingens, ingentior armis,
Vir Troiane, quibus coelo te laudibus aequem? 125
Iustitiaene prius mirer, belline laborum?
Nos vero haec patriam grati referemus ad urbem;
Et te, si qua viam dederit fortuna, Latino

122 *sed crimine* Donat. ad Terent. Hec. V, 2, 13. *Drances odiis et crimine semper* Goth. tert. (quae apparet non casu ita transposita esse; et quem non offendant haec *senior et infensus* ita per copulam disiuncta? At qui ad opposita *senior* et *iuveni* adtenderit, nihil esse, quod merito reprehendat, intelliget. Praeterea *Hunc* Medic., sed superscripta *T*, et ita, *Tunc*, Serv. Dresd.; vid. Q. V. XXV, 5, b. Ac nisi satis crebra esset haec permutatio, *Huic* a Virgilio scriptum fuisse suspiceris. *Wr.*) 123 *Infestus* multae edd. vett., sic et Gud. alter Menag. et duo Goth. *Infensis* Mentel. pr., et *Infensi* Medic. a m. pr. et Hugen. (—125. *quibus ego te* Rom. *Wr.*) 126 *Iustitiane — labore* Rom. et alii Pier. cum Regio. *Iustitiane* et *laborum* Priscian. XVII apud Pier. et Heins. *labores* Alcuin. in Grammat. *laborem* nonnulli Heins. et Pier., horum alii etiam *Iustitiam* et *laborem*. Voss. *Iustitiam primum*. Quae omnia debentur grammaticorum inscitiae graeciasmi: θαυμάζειν τινὰ τινός (χάριν, ἕνεκα). conf. Guell. (*Iustitiam* 3. 8. 9. Heinsius quid in quoque libro legerit, ignoratur. *Iustitia* Medic. apud Foggin., idque agnoscere videtur Prisc. XVIII, 25, 224. *Iustitiae* Palat. et Lips. utq. Fluctuant libri apud Prisc. XVI, 2, 12. XVIII, 25, 219. 237. Invenit hanc discrepantiam iam idem Prisc. XVII, 16, 102.: „Eandem, inquit ille, quaestionem habet etiam illud *Iustitiane prius mirer, belline laborum*. Sed invenitur etiam *Iustitiaene prius mirer*, quod est aptius. Similes enim quaeque coniunctio dubitativa vel interrogativa exigit casus. — — Utrumque bene dicitur, *miror te iustitia* et *iustitiae*. Et rectius quidem, ad praepositum casum esse etiam consequentem interposita coniunctione; non tamen penitus absque ratione esse videtur, si quid tale inveniatur apud auctores.“ De variis casibus uni verbo adiunctis vid. Cort. ad Sallust. Cat. c. 38. Oudendorp. ad Hirt. d. Bell. Gall. VIII, 46. et ad Appulei. Met. pag. 79. Ego quidem, quum haec elocutio *miror alicuius rei* hoc ipso versu satis confirmata sit, — nam *laborum* et Priscianus ll. ll. et Mediceus cum praestantissimis, ut videtur, Heinsii codd. tuentur — *miror* autem *aliqua re* nusquam legi videatur, satius duxi servare, quod dudum receptum est. Hinc etiam intelligitur, quare minime probare possim, quod Ruhkopf. ait *laudibus* fortasse repetendum esse. *Wr.*) *bellive* Parrhas. 127 *hoc* duo Burm. *grati* superscriptum *laeti* Zulich.

121. *Conversi — tenebant:* pro vulgari conversos oculos. 122. *et crimine*, crimen pro criminatione: ut saepe. (Ceterum vid. V. L. *Wr.*) 124. *armis* pro factis, rebus gestis, ut in illo Ciceronis, quod e Cat. mai. Macrob. VI Sat. 2 laudat, *contingebat in eo, quod plerisque contra solet, ut maiora omnia re quam fama viderentur*. Sed, ut Maronem a Cicerone petiisse credat,

Digitized by Google

Iungemus regi. Quaerat sibi foedera Turnus.
Quin et fatalis murorum attollere moles,
Saxaque subvectare humeris Troiana iuvabit.
Dixerat haec, unoque omnes eadem ore fremebant.
Bis senos pepigere dies, et, pace sequestra,
Per silvas Teucri, mixtique inpune Latini,
Erravere iugis. Ferro sonat alta bipenni
Fraxinus; evertunt actas ad sidera pinos;
Robora nec cuneis et olentem scindere cedrum,

135. SONAT ICTA 136. PINUS

129 *foedere* Mentel. pr. 131 *subvectari* sec. Moret. Reg. et Dorvill. *subiectare* Goth. pr., sed hoc aliud est: conf. Lucret. VI, 700, ubi montes cavernosi *extollere flammas saxaque subiectare* dicuntur. Porro *Troiane* a m. sec. Medic. Montalb. Reg. et Dorvill., perperam; (*Troiane* est altera lectio Medicei, *Troiana* prior. *Wr.*) ut *Troianam urbem*, *Troianos muros*, sic *saxa Troiana* dixit. Tandem *iuvabat* a m. pr. Gud. qu. Moret. et Franc., pro *iuvaret*, ut mox v. 168. 132 *unaque* Goth. pr. *ore ferebant* Goth. tert. 134 *silvam* Medic. (vid. Q. V. VIIII, 3, V. *Wr.*) *Latinis* Goth. pr. 135 *icta* Heins. e Rom. et aliquot suis reposuit. Vulgg. duce Mediceo *alta*; tum *acta* aliquot Pier. Zulich. pro var. lect., male: cum mox sequatur: *actas pinus*. (*alta* Mediceus cum plurimis, ut videtur, optimisque libris; idem in Rom. invenit Bottar. Ex hoc natum *acta*, inde rursus *icta*, quae est paucorum, in quibus 3. 7. 8., lectio; idem in antiquissimo codice, quem Romanum esse falso refert Heynius, Pierius se vidisse scribit. Potuisse *icta* etiam ex interpretatione nasci, ostendit Donati scholion: „Alta fraxinus icta ferro, hoc est, ictu ferreo percussa, resonabat.“ Itaque *alta* restituendum putavi. Et si quem offendat illud *Fraxinus sonat ferro* absque participio, is conferat V, 866.: „Tum rauca adsiduo longe sale saxa sonabant.“ Ovid. Ep. X, 15.: „Protinus adductis sonuerunt pectora palmis.“ At displicet iterata altitudinis mentio. Non displicuit Virgilio III, 680. sq.: „Aeriae quercus, aut coniferae cyparissi Constiterant, silva alta Iovis.“ *Wr.*) 136 *evertuntque* Goth. tert. et pr. Hamb. a m. sec. *altas* Dorvill. et Goth. tert. *ictas* pr. Moret. *pinos* Medic. pr. Voss. et al. vid. X, 230. (idque recepi. Videtur enim Virgilius accusativum pluralis huius nominis in *-os* mittere maluisse; vid. Ecl. VIII, 22. Ge. II, 443. IV, 112. Semel omnibus in libris, etiam Mediceo, Aen. IX, 116. *pinus* lectum, propter subiectum *Vos*; eoque uno loco ita terminatum Servius videtur invenisse, qui videndus ad e. l. Nec offendetur tertio abhinc versu ὁμοτελεύτῳ *ornos*, qui meminerit X, 747. sqq. tres versus in eandem terminationem *-en* exeuntes: *Hydaspen*, *Orsen*, *Ericeten*; taceo alia. *Wr.*) 137 *findere* Gud. a m. sec. *caedere* Ven. *quercum* pr. Moret. (vid. V. L. ad Ge. III, 414. *Wr.*)

nemo in animum inducat. 130. 131. Quin nos parati sumus in extruenda urbe fatis tibi in Latio destinata ipsi operas nostras adiungere. 133. *pace sequestra* h. inducarum fide et auctoritate. *Sequester*, seu medius et arbiter inter duo litigantes, fidem facit eius, de quo convenitur vel eius arbitrio constituitur. *pax*, pactio,

Digitized by Google

Nec plaustris cessant vectare gementibus ornos.
Et iam Fama volans, tanti praenuntia luctus,
Euandrum Euandrique domos et moenia replet,
Quae modo victorem Latio Pallanta ferebat.
Arcades ad portas ruere, et de more vetusto
Funereas rapuere faces. Lucet via longo
Ordine flammarum, et late discriminat agros.
Contra turba Phrygum veniens plangentia iungit
Agmina. Quae postquam matres succedere tectis

140. CONPLET 145. IUNGUNT

138 *ornus* Sprot. 139 *volat* Bigot. et Goth. tert. 140 *domus* Probus in Grammatica, et sic alter Hamb. Tum *replet* Rom. et reliqui Pier. Medic. a m. pr. et plerique Heins. cum binis Goth. Erf. et vett. edd. Firmat quoque Heinsius; reliquit tamen alterum, *complet*, quod legitur inde ab Ald. pr. quodque ipse praeferam. Reposuit quoque nunc Wakef. (Hic quidem, ut etiam Iahnius, restituit *replet*, quod et ipse revocavi. *replet* est prior lectio Medicei, *conplet* altera; *complet*, quod Palat. exhibet, ex IX, 39. huc tractum videri potest. Eadem in re supra IV, 189.: „Haec — *Fama* — tum multiplici populos sermone replebat." *Wr.*) 141 *Quae non* ed. pr. Burmann. 142 *Arcadas* Bigot. et apud Serv., sed vitiose. *Arcades et* sec. Menag. *ad portam* Ed. pr. Burmann. *at portis ruere* multi ap. Serv., non male: etsi eodem redit, seu turba portis ruat in campos, seu ad portas, ut exeat. 144 *disterminat* qu. Moret. 145 *iungunt* e Mediceo et aliis Heins. (adde Colot.) pro vulgari *iungit*, quod Rom. tuetur. (etiam Palat.; idque recepi; vid. Q. V. VIII, 2, a. et 4, c. *Wr.*) 146 *accedere* pr. Hamb. pro var. lect. *tecto* vett. edd., sicque Goth. pr. *tectis* primum intulisse videtur Ald.

tutos praestabat h. l. et Latinos et Troianos, ut permixti discurrerent. Numerum XII dierum ab Homero arripuit Iliad. ω, nec aliud quid quaerendum. 134. *Per silvas;* itidem, ut Iliad. η, 419. 135 seqq. Similia sup. lib. VI, 180 sq. 137. *olentem cedrum*, odoratam. De hac Graecorum et Latinorum cedro, quae ex iuniperorum genere est, satis dictum sup. ad lib. VII, 13, et Ge. II, 443.

142. 143. Sumtis facibus ardentibus prodeunt obviam Pallanti Arcades. Vix ferat aliquis Servii et aliorum nugas. Refert h. l. poeta ingeniose ad veterem Arcadum morem, quod Romanis sollenne erat, ut facibus et cereis accensis pompam funebrem ad rogum ducerent. Omnino nocturno tempore exequias facere mos erat: quod tamen in nobilium funeribus non aeque obtinuisse inde colligas, quod pro rostris laudationes habebantur. Cum facibus forte etiam mos fuit ut obviam progrederentur mortuis, qui ex praeliis reportabantur. (*ruĕre et rapuere,* vid. Q.

Digitized by Google

Viderunt, maestam incendunt clamoribus urbem.
At non Euandrum potis est vis ulla tenere:
Sed venit in medios. Feretro Pallanta reposto
Procubuit super, atque haeret lacrimansque gemensque,
Et via vix tandem voci laxata dolore est:
Non haec, o Palla, dederas promissa parenti.

pr., idque Rom. et Medic. cum aliis tuentur. *succedere muris* aliquot Pier., scil. ex interpretatione. 149 *Pallante* plerique Heins. et a m. pr. Medic., sicque omnes Goth. et Erf. Tumque esset vel: *super Pallante, feretro reposito*; vel: *super Pallante reposito* in *feretro*. *Pallanta* in Mediceo Aproniani emendatio est. conf. Iul. Sab. Sed forte fraudem fecit ignorata vocis *reposto* significatio h. l. pro deposito, posito simpliciter. (Iul. Sabinus: „Alii legunt *Pallante*, ut sit: reposito feretro. Legunt alii, ut Apronianus, *Pallanta*, ut sit: Euander venit in medios, et venit ad Pallanta, posito feretro." Impedita oratio *feretro Pallante reposto Proc. s.*; et apparet Pallantis nomine, ut fieri solet, ad proximi vocabuli casum accommodato ortum esse *Pallante*; cuius rei aliquot exempla attuli Q. V. VIIII, 1. Nemo tamen, ut fecit Iul. Sabinus, ad explicandum *Pallanta* verbum *venit* repetet. *Wr.*) 150 *Procubuit* perpetua lectio edd. inde ab Aldo e Medic. et aliis firmata ab Heins. *Procumbit* Rom., quod Pier. commendaverat, et Commelin. e Palat. intulerat, iterum revocatum a Burmanni operis ex Pulmann. aut alia Elzev. *haerens* aliquot Heins. cum Goth. tert. 151 *Ut via* aliquando malebat Heins., sed *et* Maroni sic frequentatum. *mox tandem* Zulich. a m. pr. *vocis* Rom. et Medic. ac Gud., adeoque vetustissimi codd. Heinsius etiam argutius quid suspicatur: *Et via — vocis laxata dolori est.* (*vocis* etiam 8. et Lips. alt. At non vidit Heinsius, quod a Fogginio docemur, quum in Mediceo a m. pr. exstet *voces*, mutata *e* in *i*, *s* autem transfixa, *voci* ab altera scriptum esse. Itaque nolui *vocis*, quod Iahnius restituit, receptae lectioni praeferre. *voci* etiam Palat. Ceterum non indigemus Heinsii coniectura; *dolore* enim i. q. per, propter dolorem, ut II, 411. sq.: „oriturque miserrima caedes Armorum facie et Graiarum errore iubarum." vid. Arntzen. ad Sedul. III, 134. *Wr.*) Aberat *est* Ven. 152. 153 Si vera haec est lectio et interpunctio, quae vulgo habetur: *Non haec dederas promissa parenti, Cautius ut saevo velles*: invita ratione grammatica dictum est: *promittere ut.* Ruaeus non male supplet: *sed fore* ut. Possit quoque aliquis supplere: *parenti*, cum ego te monerem, *ut velles.* Sed tum praestitisset statim scribere: *non haec d. p. monenti, Cautius ut s. v.* Ineptit Servius: nil vident Cerda et ceteri. Unus Faber alterum iubet versum seiungere a superiori, et explicare: *utinam vero voluisses cautius te credere Marti!* Ita *velles* pro voluisses. Prae-

V. XXX, 3. et 6. *Wr.*) 145. Comparant Iliad. ϖ, 707 sqq. 146. *succedere tectis* h. l. ingredi urbem. 146. *incendunt clamoribus urbem*, clamores per urbem. v. ad X, 895. (— De vs. 151. vid. V. L. *Wr.*)

152. 153. Turbata oratio dolore loquentis. Vide Var. Lect. Si vera est lectio, ita, ut fecimus, interpungenda, et sic explenda est: Non hoc promiseras mihi in discessu! *ut velles*, utinam voluisses, *credere te Marti*, pugnae,

Digitized by Google

Cautius ut saevo velles te credere Marti!
Haud ignarus eram, quantum nova gloria in armis,
Et praedulce decus primo certamine posset.
Primitiae iuvenis miserae! bellique propinqui
Dura rudimenta! et nulli exaudita deorum
Vota precesque meae! tuque, o sanctissima coniunx,
Felix morte tua, neque in hunc servata dolorem!
Contra ego vivendo vici mea fata, superstes
Restarem ut genitor. Troum socia arma secutum

staret saltem sic: *Cautius at velles.* In Servianis traditur: „Alii non *parenti* sed *petenti* legunt:" quod etsi ab indocto grammatico perperam exponitur, tamen omni difficultati occurrit, et merito ipsi Heinsio concinnius videbatur: *petenti* mihi, *ut velles.* (Nequidquam hic trepidant interpretes. Nempe in optando, quum significare volumus, irritum esse, quod optemus, in re praeterita, quae Plusquamperfectum requirere videtur, Imperfectum ita ponitur, ut tempus significetur, quod eo tempore, quo quid factum cupiamus, praesens erat: Utinam velles tum, quum te Marti credidisti, cautius credere. Eodem modo paulo inferius, vs. 161. sq.: „Troum socia arma secutum Obruerent Rutuli telis!" i. e. me debebant telis obruere tum, quum te obruerunt. VIII, 642. sq.: „Haud procul inde citae Metum in diversa quadrigae Distulerant; at tu dictis, Albane, maneres!" i. e. velles manere tum, quum te distulerunt." *Wr.*) 153 *aut saevo* Rom. *te cr. bello* Goth. tert. 154 *Haud ignarus enim* Hamb. pr., non illepide. *nova gaudia* cod. Thuan. apud Macrob. IV, 6. 155 *p. in certamine* Ven. qu. Moret. et Edit. pr. *possit* aliquot Burm. et Goth. pr. 157 *Clara r.* sec. Rottend. *n. e. priorum* sec. Hamb. 160 *vixi m. f.* Menag. pr. *vinci* vel *vinco* Montalb. *facta* Zulich. 161 *secutus* pr. Menag.

periculo, *cautius!* (Nihil hic turbatum; nec *velles* pro *voluisses* accipiendum; vide, quae scripsi in V. L. *Wr.*) Etiam in seqq. sententiae abruptae dolorem acuunt. 156. *Primitiae juvenis*, iuvenilis virtutis, factorum. *belli propinqui*, finitimi, ac nimium vicini, quo Pallas mitti posset; ut Serv. 158. *sanctissima coniux.* casta, ut bene Macrob. III, 3. 160. *vivendo vici mea fata;* simpl. accipio: vitam protraxi longius quam natura ferre videbatur, mihique adeo ipse supervixi, ut pater superstes essem nato! *fata* pro morte, quam ex naturae lege iam dudum subire debuisset, aetate adeo provecta. (Consuetus et naturalis fatorum ordo quum sit, ut parentes prius, quam liberi, moriantur, Euander vicit sua fata, diu vivendo ordinem illum pervertens. Videtur autem poetae obversatus esse versus Lucretii I, 203.: „vivendo vitalia vincere saecla;" et de alliteratione, quae est in verbis *vivendo vici*, quo accedit *vitalia* ap. Lucret., vid. Naekius in Not. ad XII, 254. laud. *Wr.*) Ser-

Digitized by Google

Obruerent Rutuli telis! animam ipse dedissem,
Atque haec pompa domum me, non Pallanta, referret!
Nec vos arguerim, Teucri, nec foedera, nec, quas
Iunximus hospitio, dextras: sors ista senectae
Debita erat nostrae. Quod si inmatura manebat
Mors gnatum: caesis Volscorum millibus ante,
Ducentem in Latium Teucros, cecidisse iuvaret.
Quin ego non alio digner te funere, Palla,

167. NATUM 168. IUVABIT

162 *Obruerent Rutuli*: *telis a. i. dedissem* distinguunt aliquot codd. Heins. (post *telis* recte interpungitur in Mediceo. *Wr.*) *Obruerint* Exc. Burm. *Obruerunt* Hugen. *telis Rutuli* Sprot. *telis R. et* Franc. 163 *Pallante* pr. Mentel. *non P. dedisset* Leid. et a m. sec. Zulich. cum Reg. 164 *Non vos* pr. Hamb. *arguerem* aliquot Pier. et a m. pr. Gud. *arguero* Goth. sec. 165 *dextrae* Gud. a m. pr. v. ad III, 83. *fors* Zulich. *illa* edd. apud Pier. 166 *matura* Franc. et Goth. tert. (— 167. Mediceus *gnatum*, quod recepi; vid. Q. V. XXXVIII, 1.; idque haud dubie etiam in aliis libris lectum; certe idem praebent 7. 8. 10. 11. *Wr.*) 168 *in Latio* duo Burm. *iuvaret* Rom., tum Medic. Gud. a m. sec. et Ven. cum Goth. tert. Ita sensus esset hic: Quodsi — iuvaret saltem hoc, si non ante cecidisset filius meus, quam Teucris in Latium ductis, eorum rebus ac sedibus firmatis. Nunc *iuvabit* (quod Palat. tuetur, *Wr.*) est pro iuvet, iuvato, pro solatio esto. (*iuvaret*, quod etiam in 7. 8. 9. lectum a Donato quoque agnoscitur, recepit Iahnius, hac addita ratione: „Loquitur Evander de eo, quod ipse pugnae interfuisse velit. Sic enim aut ipse pro filio interfectus esset aut certe Volscorum interfectorum millia vidisset.“ Sensum lectionis *iuvaret* bene explanavit Heynius, eamque ut difficiliorem et optimorum librorum auctoritate confirmatam restitui. Est autem eorum, quae loquitur Euander, haec ratio: „Non vos, inquit, Troiani, foedusque, quod vobiscum pepigi, arguerim; vellem etiam, quando semel moriendum fuit Pallanti, maius eum aliquod vobis ante attulisse commodum; quin illud affirmarim, nihil ei honorificentius potuisse accidere, quam tale funus, quod ei per Aeneam eiusque socios contigit.“ Praeclara gradatio! Neque Volscos hic, ut in Nota interpretatur Heynius, pro hostibus omnino, sed proprie dictos existimaverim, ut inimicissimos nomini Romano; id quod satis probat ipsa rerum Romanarum historia; certe etiam *Rutulorum* nomen versus capiebat, nec toto libro X. ulla fit Volscorum mentio, ut Camillam cum Volscis proximo demum interfuisse proelio poeta voluisse videatur; nam IX, 505. imprudenti Volscorum nomen excidisse arbitror; quin etiam quae supra VII, 803. sqq. leguntur, libro XI. reservata mallem. *Wr.*) 169 *dignem te* alios legere narrat Servius, per archaismum: *dignor* Sprot.

vius et alii interpretes sibi ipsi laqueos mira subtilitate induunt. 162. *Obruerent;* utinam me ipsum obruissent! (vid. tamen V. L. ad vs. 153.; adde Not. ad IV, 678. *Wr.*) 166. *Quod si.* Si tamen. Solari se ipsum incipit. 167. *Volscorum:* ut poeta, omnino pro hostibus dixit: nam Rutulis et Latinis aderant Volsci,

Digitized by Google

Quam pius Aeneas, et quam magni Phryges, et quam 170
Tyrrhenique duces, Tyrrhenum exercitus omnis.
Magna tropaea ferunt, quos dat tua dextera leto;

170 *Phryges* graece extulit poeta, Φρύγες: (sic constanter Virgilius in eiusmodi nominibus, ut *Arcades*, *Pliades*, *gryphes* etiam et *aclides*. *Wr.*) alias ultima corripi non posset. *et quod* sec. Menag. 171 *Tyrrhenumque* omnes vett. edd., quod quidem constat; grammatica sane ratione id postulante, sed cum versus vitio; hinc *Teucrum* Musonius (*Tuscumque* Bothius, *Wr.*) coniiciebat, *Turnumque* Ven. Sed codd. fere omnes *que* excludere testantur Pier. et Heins., et primum sublatum *que* video in Commelin. Pro inaititio habeo totum hoc: *et quam T. d. — omnis.* (Heynii sententiam quominus amplectaris, obstat tum, quod in magno versuum imperfectorum numero nullus est, qui quinque constet pedibus, tum, quod Tyrrhenos supra vs. 93. commemoratos, facta Phrygum mentione, Euander non potuit sine offensione praeterire. Aliam viam iniit Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 78. sq., qui mutata interpunctione rem expedire conatur; sic enim distinguendum esse: *et quam Tyrrhenique duces*: *Tyrrhenum exercitus omnis Magna tropaea ferunt.* Et hoc secutus est Iahnius. At primum non video, quae ratio sit duplicis copulae *et... que*; tum non solet ita nomini collectivo pluralem Verbi numerum adiungere Virgilius, vid. Q. V. VIII, 4.; denique hoc modo fit, ut plane otiosum sit *omnis*. Sed salva omnia et praeclara esse, iam in V. L. ad Ecl. IV, 6. significavimus; adde exemplis, quibus idem vocabulum repetitum copulae vice fungi declaravimus, ibi allatis VII, 72. sqq.: „Lavinia virgo Visa — nefas — longis conprendere crinibus ignem, Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari, Regalis*que adcensa* comas, *adcensa* coronam." X, 369.: „*per* vos [puta: *obsecro*] *et* fortia facta, *Per* ducis Euandri nomen, — — Fidite ne pedibus." Quid, quod etiam non repetito eodem vocabulo, sed redeunte simili sententia alterum *et* omissum videmus, ut Ecl. VIII, 52. sqq.: „Nunc *et* ovis ultro fugiat lupus; aurea durae Mala ferant quercus; narcisso floreat alnus;" cet. *Wr.*) 172 *ferant* Rom. et alii Pier. Ed. pr. Burmann. Gud. et aliquot alii Heinsii, quod ei non damnandum videtur: etsi sententiam non explicat. Hunc versum Ortuinum confodisse, narrat Burmannus, et spurium haberi atque a codd. nonnullis abesse Taubmannus tradit. A Pierio tamen et Heinsio nil monitum. In margine autem ed. Ven. 1544 legitur: „*Versum hunc non habet codex vetustus.*" Neque sane Virgilianus esse videtur, saltem non satis elaboratus; etsi eo carere sententia vix potest. (Spectant haec ad vs. 83. sq.: „Indutosque iubet ... *Aeneas* ...

duce Camilla: VII, 803. *iuvabit*, iuvato, solatio esto, filium non cecidisse nisi aditu iam Teucris in Latium patefacto: sc. per praelium secundum. (De vss. 167 sq. vid. nunc V. L. ad vs. 168. *Wr.*)

(Vss. 171. et 172. defensos explicatosque in V. L. videbis. *Wr.*) 172. Obscura est huius versus sententia. Ratio quidem grammatica sic accipere iubet: Nihil se honori funebri, quem Troiani nato suo persolverant, addere posse. Spolia et exuvias eorum, quos Pallas interemerat, esse pro maximis decoribus. Illi, inquit, quos tua dextera, o Palla, leto *dat*, dedit, (conspectis enim his tropaeis quasi repraesentatur

Digitized by Google

Tu quoque nunc stares inmanis truncus in armis,
Esset par aetas, et idem si robur ab annis,
Turne. Sed infelix Teucros quid demoror armis? 175

truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces inimicaque nomina figi.“ Et apte haec inserta sunt a poeta. Magnam enim quum omnis haec funebris pompa vim habere debebat ad deleniendum Euandri dolorem, tum maxime illa a Pallante ipso prodita insignis virtutis monumenta. Quare languet *ferant*, quod fortasse recipiendum scribit Iahnius, ut hic sensus exsistat: „Melius funus, quam Aeneas, Troiani et Tyrrheni, parare nequeo: ferant igitur Tyrrheni tropaea“ *etc.* Quod si forte cui durum videbitur illud *tropaea — quos*, i. e. tropaea eorum, quos *cet.*, id non ita visum esse Virgilio, probat Ecl. II, 71.: „Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus, — paras detexere.“ Aen. IV, 597. sq.: „En dextra fidesque, Quem secum patrios aiunt portare penates.“ XI, 81.: „Vinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris Inferias.“ Adde V, 291. sq.: „Hic, qui forte velint rapido contendere cursu, Invitat pretiis animos.“ Terent. Ad. III, 2, 9. sq. „— neque quod partus instabat prope, Cui miserae vitium obtulerat.“ vid. etiam Gronov. ad Liv. XXIII, 15, 4. et quos ibi laudat Drakenb. Iam hunc versum longe insulsissimum atque adeo expungendum esse quo iure pronuntiet Brunckius, alius viderit. *Wr.*) 173 *in arvis* malit Heins., quia statim v. 175 *armis* recurrit. (vid. V. L. ad vs. 93. *Wr.*) Non assentiar: nam *trunci in armis* docte sunt *trunci hostilibus armis induti*: ut v. 83; h. e. tropaea. 174 Est vir doctus, qui hunc versum expunctum esse malit, ut sit sententia: *cum istis tropaeis etiam tuum tropaeum, o Turne, hic iamdudum adstare deberet*; ut sit tacita exprobratio Troianorum, qui vindictam de Turno nondum sumserant. Bona sententia; nisi poetae alia placuisset. *idem sit* ed. Ald. et Iunt., quod corrigit Pierius et Nauger. Ald. tert. *robor* Mentel. pr. et codd. Pier. *ab armis* Franc. et Zulich. a m. pr. *in annis* Montalb. Dorvill. et Exc. Burm. cum Goth. sec. *in armis* Goth. tert. 175 *quod* Leid. *qui* uterque Hamb. a pr. m. *cur* Ed. Mediol. *quo* coni. Heinsius. *arvis* Rom. Idem vir doctus malit *Teucros quid demoror ultra.* Ut III, 480 *quid ultra Provehor.* Ita variatur oratio; non vitium tollitur, quod nullum inest. Nam *demoror armis* est, ab armis; moram facio, ne arma capiant et in Turnum excurrant.

caedes a Pallante facta Euandri animo; vid. Not. ad I, 99. *Wr.*) *ferunt magna tropaea* tibi, afferunt; tropaea in pompa funebri magna ducuntur eorum, qui a filio meo caesi fuere. v. sup. 83. 84. Est alius modus, isque melior, si ita verba iungas: Troes et Tyrrheni *magna tropaea ferunt* (eorum) *quos dat*, dedit, *tua dextera leto.* Ait Euander, insignius se funus filio parare haud posse, quam hoc ipsum quod ducitur, spoliis hostium caesorum tamquam pompa funebri ductis; quibus accessurae fuissent Turni exuviae, si Pallantis vires animum aequassent. 173. atque etiam tu esses tropaeum, s. truncus armis indutus, Turne: pro, tropaeum de te esset factum (v. sup. ad v. 16 Var. Lect.), si fuisset par aetas et robur Pallanti. Scilicet, quod Turnus non interemtus est a Pallante, non virtutis, sed virium in Pallante

Digitized by Google

Vadite, et haec memores regi mandata referte:
Quod vitam moror invisam, Pallante peremto,
Dextera caussa tua est; Turnum gnatoque patrique
Quam debere vides. Meritis vacat hic tibi solus
Fortunaeque locus. Non vitae gaudia quaero; 180

176 *Audite* Rom. *regi memores* Leid. 177 *Quod visam* Parrhas. *invitam* Montalb. a m. pr. 178 *gnatoque* defendit Pier., non, *nato*. (utrum tamen in libris mss. exstet, nec Pierius refert, nec Heinsius; *nato* ex uno 12. affert Potterius; *gnato* invenio in Medic. et utroq. Lips. *Wr*). 179 *Quem* sec. Moret. *Quod* alter Menag. 179. 180 Ut nunc interpungitur, paullo impeditior est sententia et subtilioris acuminis, praeclara tamen: vid. Not. Servius, qui interpunctionem hanc agnoscit, sic explicat: „Nihil est aliud, quod possit vel virtus tua vel fortuna praestare (nam his rebus victoria contingit), nisi ut, occiso Turno, et vindices filium, et patrem consoleris orbatum.“ Bona sententia, sed, quomodo verbis poetae efficeretur, docere oblitus est. Ab hoc profecta interpunctio vett. edd. obsidet. Sed multi codd. Heins. sic interpungunt: *Quam debere vides meritis: Vacat hic* — ut *meritis* sit, *natoque patrique*, qui de te meriti sunt. Quod Heinsio quoque iudice praestat; sicque etiam expeditiora sunt illa: *Vacat hic tibi solus Fortunaeque locus*. Hoc uno et tu et fortuna conferre aliquid in me potestis. Proclivior itaque et ipse olim eram in hanc interpunctionem; sicque eandem sequutus est Brunckius. Nunc sentire mihi videor, graviorem magisque epicam esse sententiam ex altera, si sic exponas, ut in Nota feci. Tum *vacat his* Ortuinus malebat apud Burmannum, et id Ge. Fabricius amplectebatur. (Ante *meritis* interpungitur in Mediceo; recte; vagum enim hoc *vacat hic tibi locus*, nisi additur *meritis*. Offendebat scilicet geminatus dativus *meritis ... tibi*, ac propterea mutatam esse a Grammaticis distinctionem puta. Est autem duplex via, quam ingrediaris haec explicaturus. Aut enim iunges *vacat tibi* et *locus meritis*, quemadmodum IX, 237.: „locum insidiis conspeximus ipsi;“ adde III, 109.; aut *vacat tibi meritis*. Prior ratio deterior, quod ita Euander Aenean, tamquam nondum quidquam de ipso meritum, admoneret, venisse et illi bene merendi tempus. At ut taceam, ab Aenea Euandri quoque hostes debellari, vel illud magni instar erat meriti, quod tam honorificum funus Pallanti fecerat. Praeferenda igitur altera, quam etiam Heynius in Not. sequitur, sed ita, ut reiectam modo sententiam tribuat Euandro. Hoc illum poeta dicentem facit: Meritis tuis ac fortunae tuae hic solus vacat locus; s. restat tibi, optime de me iam merito, una haec res, qua, feliciter peracta, demereri me possis. Similiter duos dativos iunxit poeta VI, 474. sq.: „coniunx ubi

ex aetatis imbecillitate defectu factum. 175. quid vos retineo a bello prosequendo? 177. Vitam mihi adeo invisam esse necesse est, ut eam quocunque modo abrumpam. Ut tamen eam tolerem, caussa est *dextera tua*: seu ut fides data intelligatur, seu ut sit spes de virtute Aeneae, qua Turni caede Pallantis mortem est ulturus. Hanc dextram, inquit, hanc ultionem debes patri filioque. 179. 180. *Tibi fortunaeque hic solus locus vacat meritis*: ad meritum, ut de me mereamini. Haec una ratio est, qua et tu mereri de me et fortunae ego aliquid debere possim. vid.

Digitized by Google

Nec fas; sed gnato Manis perferre sub imos.
Aurora interea miseris mortalibus almam
Extulerat lucem, referens opera atque labores:
Iam pater Aeneas, iam curvo in litore Tarchon

181. NATO 183. LABORES. 184. TARCHO

pristinus illi Respondet curis." Eurip. Heracl. 63.: „*Βούλει πόνον μοι τῇδε προςθεῖναι χερί;*" ib. 475.: „*Θράσος μοι μηδὲν ἐξόδοις ἐμαῖς προσθητε.*" vid. Oudend. ad Appulei. Met. lib. II. p. 165. *Wr.*) *solum* Sprot. 181 Dura versus oratio, *perferre* pro perferre nuntium, et quidem de Turno interemto: nam hoc nuntiaturus est senex brevi ipse subiturus loca infera. Itaque suspicor in Maronis apographo hic versum aut defuisse aut excidisse inchoatum. (Idem sentit Brunckius. *Wr.*) Supplent alii *gaudia* sumtae ab hoste vindictae. Quis hoc ferat, cum *vitae gaudia* praecesserint? Servius et ipse substituisse videtur *nuntium*. Saltem *hoc* vel *haec* interponi post *nato*: *sed nato hoc Manes perferre sub imos*, sc. quaero, et sic sententia expleri poterat: *hoc*, Aeneam ultum esse Turnum. Et nunc dubito, an non legerit sic Iulius Sabinus: „hoc significat, caussam esse, quod patietur vitam, ut apud Manes Pallas videat caesum Turnum." Bona sententia! sed verba expedita volebam; ea autem expedies admisso *hoc*. (*nato hoc*, admodum dura elisio. Ut *ferre* et *referre* absque accusativo ponuntur, ita nihil impedit, quominus *adferre*, *deferre*, *perferre*, valeant idem, quod *nuntium adf.*, *def.*, *perferre*: Liv. VI, 6.: „fugientium agmen repente inlatum in urbem adtulit, Antiates in armis esse." Aen. IV, 298.: „Fama Detulit armari classem." V, 665.: „Incensas perfert naves Eumelus." Praefero tamen simpliciorem interpretationem, ut *vitae* non secundum, sed, quod oppositi ratio iubet, tertium casum existimemus, et hoc dicere poetam voluisse statuamus: non mihi viventi, i. e. quo vitam mihi reddam iucundiorem, sed nato peremto quaero gaudia. Mutavit deinde, ut solet, poeta structuram illato infinitivo *perferre*, ad quod verbum accommodavit haec *sub imos Manis*, quibus illud, quod supra posui, *peremto* exprimeretur. In eandem fere sententiam haec accipit Iahnius, cuius vid. Not. ad Ecl. VI, 71. Illud tamen haud negaverim, concinnius Virgilium scripturum fuisse: *Manis portanda sub imos*. Ceterum *gnato* exarandum curavi; quod quum in Medic. et utroq. Lips. exstet, non dubito, quin in aliis quoque multis codd. inveniatur; vid. V. L. ad vs. 167. *Wr.*) 182 *alma* Gud. a m. pr. et Oudart. *armis* Goth. tert. 183 *Extulerat*. Apud Servium Asinii Pollionis acumen super hac voce h. l. profertur, quod, cum tot aliis ex priscis illis Commentariis servatis, facit, ut desiderium eorum facile ferri possit. Quis enim *extulerat* propterea commode positum putet de *aurora*, quoniam de sepulturis hoc die agetur, in quibus proprie *efferre* dicitur de funeribus. (Colon pro puncto in fine huius versus posui; vid. Q. V. XXIIII, 7. *Wr.*) 184 *in* deest sec. Hamburg. (*c. et litore* Medic.; sed recentior manus, ut refert Fogginius, duas hasce

Var. Lect. (ubi meliorem interpretationem a me propositam videbis. *Wr.*) 181. *sed quaero*, in votis habeo, *nato perferre*, nuntiare (hoc, de Turno sumtam esse poenam), *Manes sub imos*: nimirum in morte; quam sibi brevi obeundam esse auguratur. v. Var. Lect. (et quae ego ibi disputavi. *Wr.*)

182. *miseris*, *δειλοῖσι βροτοῖσι*, alias generaliore epitheto, nunc

Digitized by Google

Constituere pyras. Huc corpora quisque suorum
More tulere patrum; subiectisque ignibus atris
Conditur in tenebras altum caligine coelum.
Ter circum adcensos, cincti fulgentibus armis,
Decurrere rogos; ter maestum funeris ignem
Lustravere in equis; ululatusque ore dedere.
Spargitur et tellus lacrimis, sparguntur et arma.
It coelo clamorque virum clangorque tubarum.
Hinc alii spolia occisis derepta Latinis

literas *et* commutavit in *n* et superaddidit *i*. Praeterea idem Medic. *Tharco-*, i. e. *Tarchon*; *Tharcon* etiam Lips. obl.; et saepe *h* transponitur a librariis; ut pauca e multis afferam, *Calchidico* pro *Chalcidico* legitur in ipso Medic. Ecl. X, 50. Aen. VI, 17.; et in eodem *Ripheus* pro *Rhipeus* Aen. II, 339. 394. 426.; sic alii *Chorytus* pro *Corythus* III, 170. VII, 209. IX, 10.; vid. etiam V. L. ad VI, 785. Hinc etiam de *Rhipaeus* et *Riphaeus*, de quo vid. V. L. ad Ge. I, 240., statuendum. *Tarcon* Lips. alt., *Tarchon* codd. 6. et 7. edit. Vinar. 1826.; idque restitui; vid. V. L. ad VIII, 506. *Wr.*) 186 *que* a m. pr. aberat pr. Hamb. 187 *in tenebris* Zulich. a sec. m. Bigot. et Goth. tert. Burmannus malebat: *atras Conditur in tenebras*; sed vid. Not. *interea* Goth. pr. In sec. hic et sequens vs. exciderat. 188 *cuncti* Rom. et Parrhas. 189 *Discurrere* Exc. Burmann., perperam. 190 *que* deest binis Burmann. *ora* iidem et quatuor alii. 192 *clamor caeloque* Goth. tert. (*Et caelo* Medic. *Wr.*) 193 *Hic alii* Medic. et multi alii cum binis Goth. et Rom. (*Hic* etiam Dorphii codd. et Lips. utq. cum Serv. Dresd., i. e. dum haec fiunt, s. inter clamorem et clangorem; quasi id tantum referret; recepit tamen Iahnius, codicum auctoritate motus. *Hinc* Palat., et, quum ipse Heinsius *Hic* ex solo Medic. et Leid. enotaverit, in aliis praestantissimis, Mentel. pr. et sec., tum in Gud., *Hinc* exstare suspicabimur. Quum autem manifestum sit, haec eo, quo proponuntur singula, ordine facta vo-

proprio, aerumnosis, sc. propter hoc, quod sequitur: *referens* iis *opera atque labores*. 184. In sqq. ritus funebres aevi heroici expressit, quos ex Homero illustret, qui volet, Iliad. *η*, 420—432. *ψ*, pr. — 27, 110 — 257. *ω*, 777 sq. Od. *ω*, 57. Alios Auctores dabunt Guell. et Cerda. Etiam singulos versus comparant Intpp., qui tamen illustratione hac non indigere videntur. 186. *ignibus atris* propter fumum, non aliter: patet ex altero versu, ubi *caliginem* vocat. (Nimia, ut mihi quidem videtur, ubertas orationis: *ignes atri, tenebrae, caligo*. *Wr.*) 188. Vi oppositi *decurrere* ad pedites spectare videtur. Praeiverat Virgilio Apollonius I, 1059. IV, 1535. (Virgilium rursus imitatur Val. Fl. III, 347. *Wr.*) 191. Non visum est fidem excedere hoc *humectari humum lacrimis*: inprimis si cogites immani luctu subinde in terram prostratos eiulatus moventes. cf. ad v. 87. Ex Il. *ψ*, 15 *Δεύοντο ψάμαθοι, δεύοντο δὲ τεύχεα φωτῶν*. 192. *clan-*

Digitized by Google

Coniiciunt igni, galeas, ensisque decoros,
Frenaque, ferventisque rotas; pars munera nota,
Ipsorum clipeos, et non felicia tela.
Multa boum circa mactantur corpora Morti;
Saetigerosque sues raptasque ex omnibus agris
In flammam iugulant pecudes. Tum litore toto
Ardentis spectant socios, semiustaque servant
Busta; neque avelli possunt, nox humida donec
Invertit coelum stellis ardentibus aptum.

202. ST. FULGENTIBUS

luisse Virgilium, *Hinc*, ordinis adverbium, aptissimum huic loco videtur. *Hinc*, i. e. facto illo sub clamore et tubarum clangore decursu; et respondebit huic particulae *Tum* vs. 199. Eundem rerum ordinem significare videtur Val. Flacc. III, 311. sqq.: „Vos, age, funereas ad litora volvite silvas, Et socios lustrate rogos; date debita caesis Munera." et Sueton. Vit. Iulii c. LXXXIV., si ex hac tumultuarii funeris descriptione testimonium petere licet. Parum lucis ei rei afferunt, quae apud alios multis locis legimus. *Wr.*) *derepta* egregie Heins. e Medic. et al. pro vulg. *direpta*. (ut etiam 7. 9. 10. 12.; recepit et hoc Iahnius; vid. V. L. ad II, 18. 398. III, 238. 267. IV, 263. V, 569. 692. et inprimis ad Ge. II, 8. et Aen. I, 211. *Wr.*) 194 Versum Macrob. VI, 6 laudat et *igni*, pro in ignem, inter figuras Maronis refert. (*enses* Medic., idem *decorus* a m. pr., vid. V. L. ad Ge. IV, 446. *Wr.*) 195 *pars m. vota* Franc. (*ferventes* Medic.; et vid. Not. *Wr.*) 197 *circum* pr. Hamb. *mactabant* Ven. *Marti* Ven. 199 *flammas* Parrhas. 200 *socios spectant* pr. Moret. *semiusta* Goth. tert. etiam hic cum Rom. (De eo, quod in libris mss. Heinsianis legatur, nihil est proditum; Medicens quidem *semusta*; vid. V. L. ad III, 578. *Wr.*) 201 *neque* Heins. e libb. pro *nec*, quod Rom. tuetur. 202 *stellis ardentibus* omnes codd. Heins. praeter Montalb., et pro div. lect. tert. Moret.; it. Goth. sec. et tert., qui *fulgentibus* exhibent. Pierius nil monet: nec videtur is aliter

gor tubarum. Tubas ex suo aevo adscivit Maro. 195. 196. alii arma, quibus ipsi mortui usi erant, in ignem coniiciunt: ea, *munera*, quia proprie sic dicuntur omnia, quae ad honorem funebrem spectant, *non felicia*, quibus illi, mortui, se defendere nequiverunt, ut Serv. (*ferventis*, parum aptum huic loco epitheton; vid. Not. ad Ge. I, 92. — *munera nota*, ut VI, 221. gestamina nota, i. e. ab ipso geri solita. *Wr.*) 197. *Morti* tamquam deae. Sic Servius quoque, qui laudat similia loca Statii IV, Theb. 528. Lucan. VI, 600. Notabile tamen hoc: alias Orco vel Manibus et Inferis victimae hae mactari solent. (— 200. sq. „Busta sunt loca, in quibus iam corpora arserunt. Primo enim pyrae dicuntur et rogi; ubi vero arserunt, busta vocantur. Spectabant ergo, donec semiusta, hoc est, non plene usta, plenissime consumerentur." Haec Donatus. *Wr.*) 202. usque ad au-

Digitized by Google

Nec minus et miseri diversa in parte Latini
Innumeras struxere pyras; et corpora partim
Multa virum terrae infodiunt, avectaque partim
Finitimos tollunt in agros, urbique remittunt;
Cetera, confusaeque ingentem caedis acervum,

204. PYRAS, 207. ACERVUM N.

scriptum in libb. invenisse quam *ardentibus*: sic etiam omnes vett. edd., quantum video: nec alterum prius occurrit quam in ed. Ald. tert. Hoc Heins. retinuit, *fulgentibus*, ut poeta variet versum, qui idem repetitur a poeta sup. IV, 482, ubi v. Not. cf. VI, 798. (ita etiam 8. Potiores codices si huic lectioni faverent, retinendam et ipse dicerem; nunc video fontem eius esse Palatinum, saepe deterioris scripturae auctorem; et *fulgentibus* glossematis speciem prae se fert. Ac licet crebro eosdem versus paululum mutatos referat Virgilius, vid. Heins. ad IX, 814., vidimus tamen V. L. X, 871. multos etiam sine ulla mutatione repeti. Et si tam severe tenenda erat lex ista Heinsiana, mirabimur, quod, quum huius quidem versus prior saltem pars ab IV, 482. differat, hic ipse VI, 798. ne literula quidem discrepante redeat. Revocavi igitur *ardentibus*, repositum etiam ab Iahnio. *Wr.*) *haptum* codd. Pier. 203 *diversi* Hugen. *in* deest Franc. et Goth. tert. (— 204. Non satis commode hic interpungebatur. Primum in universum hoc refert poeta: Latinos et ipsos pyras struxisse; tum variam apud illos funerum procurationem commemorat: alii in ipso illo campo humantur, alii remittuntur in suam quisque patriam, alii, iique minus nobiles, cremantur. Hinc apparet, non comma, sed semicolon post *pyras* ponendum esse. *Wr.*) 205 *terrae fodiunt* Gud. *infodiunt terrae* sec. Rottend. *advectaque* Ven. et Parrhas. *passim* sec. Moret. et pro var. lect. tert. Rottend. *raptim* Erf. Tum Menag. pr. hunc versum non habet: nec Goth. tert., at sequenti eum postponunt Leid. Zulich. et Goth. sec. 207 *stragis* Rom., (cum 8. *Wr.*) perpetua varietate; cf. inf. 384. sup. VI, 504. (Post *acervum* in Medic. interpungitur; hoc ipse secutus sum, deleto post *honore* vs. sq. commate; vid. Not. Heyn. *Wr.*)

roram: ad sensus errorem dictum poetarum more, ac si per noctem caelum circumagatur ab occidente versus orientem. cf. supra Excurs. II ad lib. II. Rem ipsam eodem modo expositam vides Il. ψ, 154. 226 sq. ω, 788 sq. Interdiu struitur rogus: nec accenditur nisi vesperi: ardet per noctem. Altero die, vel tertio, ut h. l. v. 210, ubi rogi refrixerant, legebantur cineres. (*coelum stellis aptum*, vid. Not. ad IV, 482. *Wr.*)

204. 205. De industria hoc memorasse videtur, quoniam in Italia semper variavit sepultura, modo crematione modo humatione in usum recepta: quam ipsa silvarum copia vel inopia suadere debuit. Sic apud Romanos: sic apud Etruscos. *avecta tollunt*, ornate, avehunt: sc. sublatos in currum. *urbi*, Laurento. (potius: suae quemque urbi remittunt; sic etiam Serv. Ceterum observa *partim—partim que*; similiter Eleg. ad Messal. vs. 45.: „Immoderata pati iam frigora, iamque calores." *Wr.*) 207. *caedis*; cae-

Digitized by Google

Nec numero nec honore cremant; tunc undique vasti
Certatim crebris conlucent ignibus agri.
Tertia lux gelidam coelo dimoverat umbram:
Maerentes altum cinerem et confusa ruebant
Ossa focis, tepidoque onerabant aggere terrae.
Iam vero in tectis, praedivitis urbe Latini,
Praecipuus fragor, et longi pars maxima luctus.
Hic matres, miseraeque nurus, hic cara sororum
Pectora maerentum, puerique parentibus orbi,
Dirum exsecrantur bellum Turnique hymenaeos;

208. HONORE,

208 *neque honore* Reg. (quod nollem ab Iahnio receptum; vid. Q. V. XXXII, 8. *Wr.*) *nunc* Ven. 209 *ignibus atris* Parrhas. 210 *coelo gelidam* Dorvill. *demoverat* Zulich. a m. pr. 211 *et* abest Parrhas. 212 *trepidoque* Goth. *trepidumque* Mentel. pr. a m. pr. 213 Impeditus locus: unde mendo laborare versum monuit Markland. ad Stat. Silv. V praef. Et sane *in tectis — urbe Latini* scabra videtur esse oratio: cui variis modis poterat occurri. Ipse Burm. coni. *in tristi p.* vel *in tectis et divitis.* (quod recepit Bothius. *Wr.*) Deest *in* Erf. *et tectis* Franc. Potest tamen locus aliquanto iuvari distinctione et interpretatione opportuniore. Transit ab agris ad luctum in urbe: dicendum erat in tectis h. domibus urbis; hoc sic extulit: *in tectis, p. urbe Latini, P.* („In tectis Latini praedivitis et in urbe; *in* enim bis debemus accipere." Haec Donatus. Significaverat Q. V. XXXIII, 3, c. malle me scriptum esse *in tecto et praed. u. L.* Defendi tamen fortasse potest haec appositio ex X, 601., et defensa est ab Iacobo *Disquisit. Virgilian.* P. I. p. 12. sq. Tamen mihi haec inter emendanda reliquisse Virgilius videtur. Quum enim omnino divitiarum mentio alienior erat ab hoc loco, tum illud mihi maxime displicet, quod non solum divitem, sed praedivitem poeta Latinum appellat. *arce*, non *urbe*, Virgilium scripsisse suspicatur Heinrichius, ipse non multum huic coniecturae tribuens. *Wr.*) 214 *Praecipimus* Franc. *longi* Heins. bene tuitus est, ut elegantius, ex Rom. Medic. Gud. et aliquot aliis. (adde 8. *Wr.*) Vulgg. *longe*, (ut est in Palat. *Wr.*) quod Servius defendit, indocte. 217 *Durum* aliquot Burm. cum

sorum. (Ceterum vid. Q. V. XXXIII, 7. *Wr.*) 208. *nec* cum *numero*, non numero inito, *nec* cum *honore*, quia indiscrete, nec singulis singuli rogis cremantur: quod honorificum fuisset. 210 sq. v. modo ad v. 201. *ruebant*, de cineribus eruebant, pro, legebant. *focus* audacter de pyra. 212. *tepido:* translate, cui tepida ossa inferebantur. (Mihi quidem humus significari videtur ab incendio rogorum adhuc tepens. *Wr.*)

213. *in tectis*, per appositum, *urbe*, *Latini:* pro in tectis, domibus, urbis. vid. Var. Lect. 215 sqq. Enumeratio miserationi

Digitized by Google

Ipsum armis, ipsumque iubent decernere ferro;
Qui regnum Italiae et primos sibi poscat honores.
Ingravat haec saevus Drances, solumque vocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.
Multa simul contra variis sententia dictis
Pro Turno; et magnum reginae nomen obumbrat;
Multa virum meritis sustentat fama tropaeis.
Hos inter motus, medio in flagrante tumultu,
Ecce, super maesti magna Diomedis ab urbe

tert. Goth. *execratur* Rom. 218 *armis — ferro* ad otiosam orationem refert et acute coniicit *animis* Iac. Bryant; ut saepe *animis* apud nostrum, ut VIII, 256. XI, 438. Recepit quoque hoc Wakef. Iungi quoque *animis* et *armis*, ut XII, 788. XI, 291. (Bene *armis*: in graviore oratione bis idem dicendo vim verbis poetae conciliare solent, ut paulo post: „solumque vocari, solum posci in certamina Turnum;" ubi ista *solum vocari* et *solum posci* verbo magis, quam re differunt. Insigne huius rei exemplum exstat Ge. III, 269. sq.: „Illas ducit amor trans Gargara, transque sonantem Ascanium; superant montes, et flumina tranant." *Wr.*) *discernere* Goth. tert. 220 *An gravat* Franc. *Ingravat et* vett. edd. et Gud.; primum video *haec* in ed. tert. Ald. *hic* Montalb. *saevos* Rom. *saevis* Bigot. *solus* ed. pr. Burm. 221 *solumque duci* alicubi legitur apud Pier. *soli* Ven. cf. inf. 434. *in certamine* aliquot Pier. 222 *varii* Goth. tert. *certamina* alter Hamb. (In Medic. vss. 222. et 223. omissi, sed in margine inferiore ab alia, sed et ipsa antiqua, manu adiecti; et facile a vs. 222. ad vs. 224. aberrari potuit; vid. V. L. ad eum vs. *Wr.*) 223 Aut *et* tolli praestabat, aut altero versu interseri: *multa virum et meritis*. (Duo quum memorentur, gratia et gloria Turni, gratia autem duplex esset, principum et reginae, nihil est, quod copulam reprehendas. At alteri vs. eam inferre nec licet, vid. V. L. ad IX, 243., nec necesse est propter repetitum illud *Multa*; vid. V. L. ad Ge. II, 260. — 224. *M. simul* a m. pr. Medic., sed ab alia, ut videtur, manu correctum; vid. V. L. ad vs. 222. *Wr.*) 225 *in* inseri iussit e suis libris Pier. et inseruit Heins. codicum auctoritate: adde edd. vett. aliquot, ut Norimb. Ed. pr. Burm. cum Regio, ubi una voce *inflagrante*. Abest *in* in solo Hamb. pr. et Goth. pr., (adde Palat. et 3. *Wr.*) in nonnullis erasum. *magno fl.* Parrhas. 226 Legitur et *magni*, inquit Servius, et sic Oblongus Pierii, et alii ap. Heins cum ed.

apta et omnibus poetis frequentata. Exempla vel Cerda dabit. (— 218. *Ipsum* hic fere i. q. *solum;* vid. vs. 220 sq. et Q. V. XXVIII, 2, q. *Wr.*) 219. *primos honores*, ut praeferatur in Laviniae matrimonio, cumque ea in regni successione. 220. 221. conf. quae supra ex Aenea audierat Drances v. 115 seq. 222—224. Contra etiam multae sententiae diversae erant pro Turno; eumque et regina Amata, quae ei studebat, et fama magnarum rerum gestarum sustentabat. *obumbrat* eum, tuetur, defendit, ut Serv. (Liv. VII, 30.: „Itaque umbra vestri auxilii,

Digitized by Google

Legati responsa ferunt: nihil omnibus actum
Tantorum inpensis operum; nil dona, neque aurum,
Nec magnas valuisse preces; alia arma Latinis
Quaerenda, aut pacem Troiano ab rege petendum.
Deficit ingenti luctu rex ipse Latinus.
Fatalem Aenean manifesto numine ferri,
Admonet ira deum, tumulique ante ora recentes.
Ergo concilium magnum, primosque suorum
Imperio adcitos, alta intra limina cogit.

230. PETENDAM

Ald. tert. *Magni Diomedis* bene dici nemo dubitet: sicque hoc ipsum sup. VIII, 9 occurrit. Sed excluditur ea lectio eo, quod praecedit, *moesti*: ne sit, *moesti magni*. In Goth. tert. *magna moesti*. 227 *mandata f.* Zulich. a m. sec. 228 *neque a.* ab Heinsio est: pro vulg. *nec.* („*neque* scripti potiores," ait Heinsius; et sic exaratum in Medic. apud Foggin., item in Serv. Dresd.; *nec* Rom. Palat. et 7. 8. 9. Recte autem praefertur mollior forma, quum aurum ipsum inter dona sit. *Wr.*) 229 *Nil magnas v.* Parrhas. et pr. Hamb. pro var. lect. cum Goth. tert. 230 *a rege* Rom. Parrhas. Dorvill. *pacem — petendum* agnoscunt Grammatici Servius, Donatus ad Terent., Rufinian. de Schem. Lex. p. 256 et al., ex codd. nulli praeter Moret. pr. Voss. pr. Menag. pr. Leid. et Goth. pr. Cum itaque codd. auctoritas desit, facile quis a grammatico acumine hoc profectum odoretur. Molesta quoque oratio, cum praecesserit: *arma quaerenda*, non *quaerendum*. Itaque Burm. iterum expulit illatum ab Heinsio *petendum*. Potest tamen poeta variare voluisse orationem. Ita sensisse videtur praestantiss. Ruhnken. ad Rufinian. l. l. et repetiit hoc Wakef. (In tali quidem re non est contemnenda veterum Grammaticorum auctoritas; accedit iam, neglectum hactenus, ipsius Medicei testimonium, in quo quum prius scriptum fuisset *petendam*, altera manus, transfossa *a*, superscripsit *u*. Tuentur hanc, quam revocavi, lectionem etiam Iahnius, Gernhardius ad Cic. Cat. c. 2. aliique ab Iahnio laudati; adde Arntzen. ad Panegyr. Mamert. Maximiano dict. c. 5. p. 115. — 231. *ipsa* Medic. et a m. pr. *luctusex. Wr.*) 233 *Admovet* Medic. a m. pr. 234 *consilium* Reg. et Dorvill., quod praeferendum censet van Hoven Campens. Fasc. III, pag. 226. *in consilium* Goth. tert. 235 *inter l.* aliquot Burmann. *intra moenia* Rom. cum Goth. sec. (*infra* in Medic. apud Foggin. *Wr.*)

Romani, tegi possumus." ubi vid. Drakenb. *Wr.*)

225 seqq. Insuper, super haec omnia, legati redeunt ad Diomedem Argyrippam missi. Vide sup. lib. VIII, 9 sqq. 232. 233. *ira deum* (propter adversam belli fortunam; unde etiam subiicitur: *tumuli ante ora recentes*) *admonet, numine manifesto*, clara voluntatis deorum significatione, *ferri* (esse) *Aeneam fatalem:* fatis ei sedem in Latio esse destinatam. 235. Comparant locum

Digitized by Google

Olli convenere, fluuntque ad regia plenis
Tecta viis. Sedet in mediis et maxumus aevo,
Et primus sceptris, haud laeta fronte, Latinus.
Atque hic legatos Aetola ex urbe remissos,
Quae referant, fari iubet, et responsa reposcit
Ordine cuncta suo. Tum facta silentia linguis,
Et Venulus dicto parens ita farier infit:
Vidimus, o cives, Diomedem Argivaque castra;

243. DIOMEDE

236 *Illico* aliquot apud Burmann., aut potius *Illi cŏvenere*. Porro *ruuntque* Colot. Medic. Voss. pr. et Ven., adde Goth. sec. et tert., quod et ipsum bene dici nemo dubitet: et exemplis probavit Heinsius; verum nec minus *fluere* elegans et sollenne est de magna turba, uti Graec. ῥεῖν, ἐπιῤῥεῖν; et permutatio utriusque vocis frequens. Scilicet quod caussam decidere poterat, hoc erat: quod *plenis* viis adiectum satis arguit, poetam de copia cogitasse, adeoque *fluunt* verius est. (XII, 442. sqq.: „simul agmine denso Antheusque Mnestheusque ruunt; omnisque relictis Turba fluit castris." plura vid. apud Heins. Et *ruunt*, quod ex syllaba finali praegressi verbi ortum, vid. V. L. ad I, 104., non satis convenit dignitati principum virorum in curiam convenientium. *Wr.*) *ruitque* Ed. pr. Burm. 237 *rex maximus* vett. edd. aliquot et Ald. pr. et sec. et codd., sed potiores omnes cum Ald. tert. *et m.*, sicque emendarunt Pier. Ge. Fabric. Heins. 238 *primos* Mentel. pr. *et laeta* Ed. pr. Burm. 239 *hinc* Zulich. 240 *Quid r.* Exc. Burm. *referunt* pr. Hamb. *referent* alter. 241 *Tum* non *tunc* scripti potiores. Moret. pr. *cum*. (*Tunc* Palat. *Wr.*) 242 *At V.* Leid. *inquit* ed. pr. Burm. cf. sup. ad IX, 423, et vid. Guell. ad h. l. 243 *Diomedem* edd. vett. pleraeque et Ald. sec. cum tert. et cett. et pars codd., at Medic. cum aliis *Diomeden*, quod metrum corrumpit. *Diomede*, quod Ald. pr. habet, et iam ant. edd., ut Ven. 1486, in plerisque suis extare vidit Pier. (inter quos tamen Rom. non fuit, in quo *Diomeden* est), sicque Mentel. pr. et Rottend. sec. (adde 3. 10. et a m. sec. 8. *Wr.*) cum Servio et Macrob. V, 17, ut sit Graeca forma: *Διομήδεα*, *Διομήδη*. Retraxit hoc Heinsius, idemque opinabatur aliquando scriptum fuisse: *Diomedei* vel *Diomedi*, quod merito deseruit. (Inaudita haec Romanis Accusativi singul. forma

de simili concilio Iliad. β, 51 sqq., et ad v. 239 sqq. renuntiationem legatorum Il. ξ, 667 sqq. *imperio accitos*, cum iis imperatum esset, ut venirent. (Heinrich.: quos adsciverat ad imperium, quorum opera et consilio utebatur in re publica gerenda. *Wr.*) 237. *primus sceptris*, imperio et dignitate, inter reges ac duces copiarum, qui auxilio venerant. *sceptris* pro sceptro. (Mihi verba *primus sceptris* omnino ad regiam dignitatem declarandam, non ad ceterorum, qui aderant in isto concilio, regulorum comparationem videntur spectare. — 239. *Atque hic*, vid. Q. V. XX, 7. *Wr.*)

243. *Argiva castra* pro urbe, Argyrippa, ut toties novam Troiam Troianorum castra dicta vi-

Digitized by Google

Atque iter emensi casus superavimus omnis;
Contigimusque manum, qua concidit Ilia tellus. 245
Ille urbem Argyripam, patriae cognomine gentis,
Victor Gargani condebat Iapygis arvis.
Postquam introgressi, et coram data copia fandi:
Munera praeferimus, nomen patriamque docemus;

Diomede. Restitui *Diomedem*, probatum etiam Iahnio; vid. Q. V. XVI, 6. Nihil decernunt obscura verba Macrobii: „*Vidimus, o cives, Diomeden.* Et talium nominum accusativus Graecus est in *en* desinens. Nam si quis eum putat Latine dixisse *Diomedem*, sanitas metri in versu desiderabitur.“ Siccine vero? *Wr.*) In tert. Rottend. et Sprot. *Diomedae*; ut apud Solin. c. 2 sub f. 246 *Argiripam, Agrippam, Agripam, Aegripam*, aberratt. Illud notabilius, quod poeta mediam corripuit, cum perpetuum sit *Argyrippa*: ut apud Lycophr. v. 592 Ἀργυρίππαν. At Ἀργυριπηνοὺς apud Strabonem (lib. VI, p. 434 B) agnoscit Stephanus Byz. h. v. Virgilium sequitur Silius XIII, 30. 247 *Garganii* aliquot apud Burm. (in quibus Medic.; sed Horat. Epist. II, 1, 202.: „Gargānum mugire putes nemus.“ adde Lucan. V, 380. *Wr.*) *Garganis* Franc. *Gorgonii* indocte Goth. tert. *Iaspidis* idem. *arvis* ex parte codd. Pier. et suorum reposuit Heinsius. Tuetur tamen *agris* Mediceus cum al. (Recte *arvis* editur; nec facile quis ita montium aut fluviorum nominibus adiunxerit agri vocabulum, quod alienam fere ab eiusmodi compositione culturae notionem includit; ager enim est terra culta, aut quae coli solet, arvum, i. e. *arativum*, quod arari potest, vel secundum Varron. de Re Rust. I, 29, 1.: „quod aratum, nec satum est.“ vid. Schmid. ad Horat. Epist. I, 8, 6. *agris*, quod etiam in 3. 8. 11. legitur, h. l. ultimae vocabuli praegressi syllabae similitudini videtur originem debere; vid. V. L. ad I, 104. *Wr.*) 248 *P. congressi* Rom. (et 8. *Wr.*) *data coram* Goth. tert. 249 *docentes* Exc. Burm.

dimus. (— 244. De orationis h. vs. conformatione vid. Q. V. XXVIIII, 7. *Wr.*) 245. *Contigimus manum* ad dextram datam refer., ut sup. VIII, 124 in accessu ad Euandrum. *Ilia tellus*, Ilium urbs, ut toties *gens, urbs, terra*, poetis permutantur, ut mox vs. 246 *patriae cognomine gentis* h. urbis. Argos Hippium in Peloponneso designat, cuius nomine novam in Apulia conditam urbem a Diomede appellatam tradidit antiquitas; ut corrupto eo nomine postea Argyrippa facta sit, tandemque hinc Arpi. *patriam* autem gentem seu urbem Argos appellat poeta improprie; fuit enim Diomedes Aetolus; sed Adrasti filia, Aegialea, ducta in regno Argivorum successerat. cf. Var. Lect. ad v. 269. *Victor*, armis cum Dauno adversus Messapios iunctis, conditione proposita, ut pro auxiliis latis agri partem acciperet. v. Antonin. Liberal. Met. c. 37. *Gargani Iapygis*, Iapyx, pro Iapygius, ut tot alia. Etiam in Ovidio, qui h. l. expressit, Met. XIV, 458 *Daunus Iapyx* occurrit. Patuit autem Iapygiae nomen latius, et ad Apuliam, Calabriam, et Messapiam pertinuit. *arvis Gargani*; paullo latius, in tractu terrarum, quae ad eum montem (nunc

Digitized by Google

Qui bellum intulerint, quae caussa adtraxerit Arpos.
Auditis ille haec placido sic reddidit ore:
O fortunatae gentes, Saturnia regna,
Antiqui Ausonii, quae vos fortuna quietos
Sollicitat, suadetque ignota lacessere bella?
Quicumque Iliacos ferro violavimus agros
(Mitto ea, quae muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premat ille viros), infanda per orbem
Supplicia et scelerum poenas expendimus omnes,
Vel Priamo miseranda manus; scit triste Minervae

250 *Quid* Gud. a m. pr. *attulerint* Goth. tert. *attexerat* idem, ex *attraxerat*, quod in Medic. et Mentel. pr. *abtraxerit* Ven. 251 *Auditis*? duo Leid. *Audistis* Sprot. *ille his* Oudart. et tert. Moret. *edidit* Medic. Franc. Goth. sec. (In Medic. quidem legitur *redidit* cum aliquot punctis super prima syllaba. *Wr.*) 254 *accessere* alter Hamb., forte pro *arcessere*, ut X, 11. 255 *f. populavimus a.* Rom. (et 8. *Wr.*) *vastavimus* pr. Menag. 256 *Mitto quae* Dorvill. *Omitto muris* Goth. tert. *exacta* ed. Ven. Burm. 257 *premat* Heins. cum melioribus omnibus; (ita etiam Serv. Dresd. *Wr.*) vulgo: *premit.* 258 *sceleris — omnis* alii, apud Servium. Codices non variant. 259 *m. domus*: Bigot. et Parrhas. v. Lucan. VI, 819. *Stat tr.* Exc. Burmann.

Monte di S. Angelo) pertingunt. De ceteris v. Excurs. I ad h. libr.

(251. Redundat fere *sic* post *haec;* III, 463.: „Quae postquam vates sic ore effatus amico est." *Wr.*) 252. 253. *Saturnia regna;* quibus olim regnavit Saturnus; et hoc respectu *fortunatae.* cf. VIII, 324. 325. Exc. V ad lib. VII. *Antiqui Ausonii;* ab Ausonibus enim oriundi, et ipsi Ausonum pars, Latini: cf. sup. Excurs. II ad lib. VIII. Exc. IV ad lib. VII. *Ausonios* autem (populos, viros) dixit ut poeta, pro Ausonibus. 254. *lacessere bella:* ut: movere bellum; monitum iam supra ad X, 10. *ignota,* pro bello dubii et incerti exitus. 256. 257. Ne memorem, ut omittam, ea, quae urbe expugnanda ab Achivis tolerata sunt: quot viri in locis illis circa Simoentem occubuerint. *Simois ille,* cum execratione. (sed vid. Q. V. XXI, 1, a. *Wr.*) *premat* sc. mersos. Similiter sup. I, 100. *ubi tot Simois correpta sub undis Scuta virum galeasque et fortia corpora torquet.* Ubi iam laudatus est locus, quem respexit poeta, Iliad. μ, 22 sq. Adde Odyss. γ, 107—117. 258. *Supplicia et poenas;* atrocibus vocabulis utitur, pro malis et aerumnis, quasi hae pro poena excisi Ilii fuerint, et ante *violavimus* dixerat, tamquam in sacrilegio. 259. Servius laudat Pacuvii illud: *Si Priamus adesset, et ipse eius commiseresceret.* Vides, qua brevitate sententiam complexus Maro

Digitized by Google

Sidus, et Euboicae cautes, ultorque Caphereus. 260
Militia ex illa diversum ad litus abacti,

261. ADACTI

260 *Capherèus* e Medic. et aliis Heins. recepit: vulgo *Caphareus.* (sic Palat. cum 9. 12. *Wr.*) Eadem varietas et alibi. Sed Graecis est *Καφηρεύς.* v. Etymolog. in h. v. 261 *abacti* plerique codd. et vett. edd., idque tuetur Pier. *abactis* Parrhas. At *adacti*, quod inde ab Ald. pr. editum, Medic. cum aliis nonnullis, unde retraxit Heins., cum in vulgg. edd. venisset *abacti* ex ed. Commelin. Omisso *ad* Moret. pr. *diversum littus adacti*, quod ornat Heinsius. (*abacti* Pieriani omnes, et, ut videtur, longe plurimi Heinsiani; idem in suis codd. se invenisse Cortius ad Lucan. VI, 150. testatur; sic etiam Palat. et Lips. utq. cum Serv. Dresd. In Mediceo quoque, ut refert Fogginius, *adacti* ab altera manu mutatum in *abacti*. Et apparet *adacti*, cuius lectionis nullos novi certos quidem testes praeter Moret. pr. et Paris. 2., originem debere praegressae praepositioni *ad*. Itaque revocavi *abacti*, restitutum etiam ab Iahnio. Recte supra editur I, 512.: „penitusque alias avexerat oras;" ubi alii *adve-*

vibraverit! Color alioqui orationis multis frequentatus. Exempla collegit Cerda. Ovidius XIV Met. 474, ubi totum hunc locum ante oculos habet: *Graecia tum potuit Priamo quoque flenda videri.* Et ipse Maro sup. II, 6. 7. *Quis talia fando Temperet a lacrimis! — triste Minervae sidus.* Ineptit Servius aut quisquis eius nomen mentitur, quando arietem et manubias Minervales, hoc est fulmina, memorat. Cerda de face a Nauplio, Palamedis patre, in fraudem Graecorum elata accipit *sidus Minervae:* non magis commode. Alii aliter. Quod simplicissimum est, hoc tenebimus. Tempestates ortas per siderum ortus et occasus declarare, perpetuus poetarum usus est. Tempestas, qua Achivorum classis disiecta est, Minervae ira (conf. sup. lib. II, 163 seq.) fuit concitata. vid. Odyss. α, 326. 327, inprimis γ, 134. 135 sq. cf. sup. Aen. I, 39 sq. Seneca Agam. 528 sq. 560. Nihil igitur magis in promtu, quam tempestatem a Minerva commotam *sidus Minervae* appellare, nullo respectu alio habito. (vid. Not. ad IV, 309. *Wr.*) Sane quidem Solinus c. 11 *Caphereus prominet in Hellespontum, ubi post Ilii excidium Argivam classem vel Minervae ira, vel, quod certior prodit memoria, sidus Arcturi gravibus affecit casibus.* Sed sub Arcturi ortum non dilata est Achivorum navigatio, quippe aestate facta: verum sub etesiarum aquilonum ortum. v. sup. ad lib. III Excurs. II pr. *ultorque Caphereus;* promontorium Euboeae versus orientem, ὁ *Καφηρεύς*, propter latentia sub unda saxa et vortices, marisque aestum, inprimis propter naufragia Graecorum a Troia redeuntium, infame. *ultor* omnino ornat, tamquam calamitosum saxum; nisi malis ad Aiacis naufragium referre, quo Minerva eum ulta est. (*ultor* spe-

Digitized by Google

Atrides Protei Menelaus adusque columnas
Exsulat; Aetnaeos vidit Cyclopas Ulixes.
Regna Neoptolemi referam, versosque Penatis
Idomenei? Libycone habitantes litore Locros? 265

xeras; et III, 601.: „quascumque abducite terras;" ubi Mediceus item a m. pr. *adducite* cum aliis. Et melius ipsi sententiae convenit *abacti*, quippe tempestatis vi abreptos, a cursu suo aversos et in longinquas oras delatos significans. *Wr.*) 263 *Exolat* Medic. a m. pr. et Gud. v. Schol. Lucan. IX, 654. (*Etsolat* Medic. a m. pr., *Exsulat* a sec. — 264. *Penates* Medic. *Wr.*) 265 *Libycone* ex omnibus Pier. et potioribus suis Heins. pro, *Libycove*. (*Libycone* etiam Serv. Dresd., *Libycove* Palat. cum 11. *Wr.*) Tum *et Libycone* Dorvill. *et Libyco hab.* Goth. tert.

ctat ad vs. 253. *Wr.*) Res ipsa saepe a poetis in memoriam revocatur. v. Propert. IV, 1, 114 sq. Multa congessit Lennep. ad Phalar. Epist. p. 49 sqq.

262. In sequentibus noli nimis subtiliter quaerere, unde Diomedes in littus Calabriae eiectus haec omnia resciscere potuerit. Poetae licet haec sumere ac ponere. Etsi fatendum est, apud Homerum Nestorem et Menelaum cautius pauca eloqui, cum de fatis redeuntium quaesivisset Telemachus. *Atrides* Menelaus: de cuius erroribus v. Odyss. δ, 81 sqq. 351 sqq. *ad usque Protei columnas;* novavit paullo audacius poeta pro finibus Aegypti; nam Proteus ad Pharum insulam agebat, ut ex Odyss. l. c. 351. 354 satis constat: sed, ut maiore animum phantasmate percuteret, *columnas* dixit *Protei*, ut extremas terrae plagas significaret; quemadmodum *Herculis columnas* extremas versus occidentem terras dicere mos est. *exulat:* simpl. errat. Male aliter Serv. Cerda. (*exsulat — vidit*, vid. V. L. ad IX, 9. *Wr.*) 264. *Regna Neoptolemi.* Novum regnum Pyrrhi in Epiro v. sup. III, 296. 319. *versos penates Idomenei* eversam domum et regnum. vid. sup. lib. III, 121 sqq. ibique Notam. 265. *Libycone habitantes littore Locros.* Memorari hoc alio loco non memini. Sed Maro habere hoc potuit ex *Νόστοις*, seu epicis illis carminibus, quae Achivorum a Troia redeuntium casus narrabant; e quibus Augias Troezenius fuit, cuius *Νόστοι* libris V Cyclicis sunt annumerati. Argumentum eorum e Procli Chrestomathia nuper vulgatum in *Bibl. der alt. Litt. und Kunst* inter Inedd. p. 40: nihil tamen de his et aliis memorat, ne de Diomede quidem; ut aut argumentum mancum esse, aut ab Augia non omnium Achivorum reditus narratos fuisse necesse sit. Certe Aiacis Oilei comites Locros delatos in littora Africae, in his locis consedisse tradere olim debuerunt nonnulli, quos poeta h. l. sequitur. Variae in Servianis partes Africae a variis memorantur, sed incerta fide, confusis quoque Locris; nec enim Ozolae (male Ozoli) et Epizephyrii; sed *Opuntii* erant memorandi ex Ili-

Digitized by Google

Ipse Mycenaeus magnorum ductor Achivom
Coniugis infandae prima intra limina dextra
Oppetiit; devictam Asiam subsedit adulter.
Invidisse deos, patriis ut redditus aris

Libycosve Goth. pr. (— 266. An *magnorum ut d. A.?* vid. V. L. ad vs. 269. *Wr.*) 267 *Coniugis* (*infandum*) Macrob. IV, 4. Exempla nemo facile desideret: sed dabit plena manu Burmann. ad Antholog. Lat. p. 196, sicque placebat legere Ge. Fabricio: qui tamen mox vidit, expressum esse Homēricum: οὐλομένης ἀλόγοιο. *inter lim.* aliquot Heinsii, qui id receperat, iterum eiectum tacite a Burm. *lumina* Zulich. cum Goth. tert., non adeo malę. 268 *Procubuit*: *d.* vett. edd. Macrobii IV Sat. 3. *devictam Asiam subsedit* praeclare Menag. alter et a m. pr. Medic. et Gud.; nam ab altera manu *possedit*, quod Macrob. IV Sat. 4 videtur amplexus, interpolatum est, uti etiam Rom. *devictam Asiam possedit*, habebat. (*subsedit* est prior lectio Medicei. *Wr.*) Sed *devictam Asiam subsedit* etiam Arusianus Messius agnoscit: et *subsidere* de insidiis elegans vocabulum: vid. Not. Itaque Io. Frid. Gronovii iudicio Obss. I, 17 Heinsius recepit pro vulgari: *devicta Asia*, quod Servius male praeferebat. (*devictam Asiam* etiam 2. 3. 7. *Wr.*) In Leid. erat *devicta Asiamque obsedit*, in Menag. pr. *devicta Asiaque obsedit*, Ed. Ven. Burm. *devicta Asia permansit*, Exc. Burm. *dev. Asia sub fedus.* 269 *Invidere dii*, *p.* Goth. tert.; ab interpolatrice manu, credo, ut difficiliori rationi substitueret faciliorem. *Invidisse deos* per exclamationem dictum: sc. *an referam*; vel, credatne aliquis? annon durum est! (Non licet haec ita, ut fecit Heynius, interpretari. Habet hoc genus vel interrogationis vel exclamationis locum in miratione aut indignatione. Quarum altera, indignatio, licet non plane abhorreat ab hac oratione, tamen, qui naturam atque usum huius Infinitivi penitius perspexerit, facile animadvertet, non convenire tam subitum tamque concitatum animi affectum reliquae narrationi, gravi illi quidem, sedatiori tamen. Itaque sic statuendum existimo, interruptam versibus 266—268. interrogationum seriem continuari et excipi versu 269., et repetendum esse *referam* ex vs. 264. Durum tamen hoc ipsum et parum elegans. Itaque aut pertexta iam hac carminis parte versus 266—268. allevisse Virgilium putabimus, vid. V. L. ad Ge. IV, 203., adde vs. 560. et Aen. VI, 795.; aut, quod mihi prope persuasum est, excidisse *ut* post *magnorum* vs. 266.: „Regna Neoptolemi referam? r e f e r a m, ut Agamemnon oppetiit? r e f e r a m illud, quod mihi accidit?“ Obliterati *ut* exempla dabit Burm. ad Ovid. Met. XIII, 64.; simi-

ad. *β*, 531 sq. Alii ex Locris his in Bruttiis consederant. vid. sup. libr. III, 399. conf. ibi Servium. 266—268. De Agamemnone, qui Clytaemnestrae et Aegisthi insidiis periit. *prima intra limina*, puto dictum, pro, in primo statim limine, h. e. primo aedium ingressu, cum vix domum intrasset. (vid. Q. V. XXVIII, 4. *Wr.*) Servius: in ipso limine imperii, id est, in littore: quod non placet. Sed nec ad locum aedium referre licet, ut in atrio occisus sit: etsi convivia in celebriore aedium loco habebantur, inter quae caesus ille fuit. v. Od. λ, 408 seqq. 268. victorem Troiae insidiis excepit adulter. Magnifice verbis ornatum! *Subsidere* de insidiis, ex quibus aliquis ex improviso adoritur, invadit et

Digitized by Google

Coniugium optatum et pulcram Calydona viderem? 270
Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur,
Et socii amissi petierunt aethera pennis,

270. VIDEREM!

liter *aut* extritum videtur Aen. II, 645. Et de structura eiusdem verbi variata vid. V. L. ad X, 865. *Wr.*) *patr. ne redd.* Hamb. pr. et Goth. tert. In fine *oris* Oblongus Pierii et pars Heins. cum vett. edd. et in edd vulgatis inde ab Aldd. (adde Palat. et 9.; *agris* 8. *Wr.*) *patriis* tamen *aris* codicum etiam praestantissimorum consensus tuetur, Medic. Romani etc., et miror hoc ab Heinsio receptum iterum expulisse Burmannum, inprimis cum *patrias — orae* statim v. 281 iterum occurrant: revocavi itaque in hac editione. Tandem nonnulli apud Pier. exhibebant: *patriis — Argis*; quod apud Ovid. XIV Met. 476 itidem occurrit in libb. pro vulgari *agris* vel *arvis*, et merito ibi Heinsio probatur; at h. l. admitti nequaquam potest, cum poeta Calydonem subiungat, adeoque *patrias aras* de Aetolia et Calydone accepisse videri debeat. 270 *pulchrum* duo Burmann. *pulchra* eius Exc. (Signum interrogandi pro signo exclamandi posui; vid. quae ad vs. 269. scripsi. *Wr.*) 272 *admissis — pennis* alios legere Servio notatum, sicque, nec ineleganter, aliquot Pier. et pro div. lect. Leid., quod tamquam elegantius (ut sit pro, *alis concitatis*) reposuerat Heinsius, tacens iterum eiecit Burmannus. Videtur tamen nec ipse improbare, et laudat pro eo Guellium et Davisium ad Caes. I. B. G. 22. Narrat quoque Schottum II Obss. 49 maluisse *amissis pennis* pro emissis. *admissi* Goth. pr. *admisi* Ven. a m. pr. Sed librorum auctoritas tuetur *socii amissi*: sic Rom. Medic. et ceteri: etsi ad aures minus gratum. (et aliena

intercipit rem. 269. 270. *Invidisse deos* sc. an referam! (vid. Var. Lect. *Wr.*) *p. Calydona viderem.* Hic sui non satis memor fuit Maro. Argos redire Diomedes debuit, quibus regnabat, et ubi uxor degebat, unde copias eduxerat, non Aetoliam, unde genus ducebat: inprimis cum sup. v. 243 *Argiva castra* memorasset. Etiam Homerus Odyss. γ, 180. 181. 182 reditum ad Argos diserte memorat. Rectius Ovidius, quem haec ante oculos habuisse iam supra monuimus, XIV Met. 470 *patriis sed rursus ab Argis Pellor.* (Alium, ut videtur utque etiam Ruhkopfio visum est, rerum Diomedis auctorem secutus est Virgilius. Vulgo enim ferunt Diomedem, qui se adhuc antiqui coniugii desiderio teneri significat, ipsius coniugis, Aegialeae, scelere patria pulsum esse. *Wr.*)

271—274. Aves Diomedeae, certum avium genus in insulis Diomedeis littori Apuliae, contra montem Garganum, obiectis frequens, nunc *Artenas* appellant. v. Excurs. I ad h. l. (*horribili visu*, specie; Liv. III, 5.: „portentaque alia aut obversata oculis aut varias exterritis ostentavere species.“ Horat. Serm. I, 5, 84.: „tum immundo somnia visu Nocturnam vestem maculant.“ quae laudat Wunderl. Observatt. in Tibull. III, 4, 3. pag. 285. — 272. *Et socii*, i. e. Nam

Digitized by Google

Fluminibusque vagantur aves (heu dira meorum
Supplicia!) et scopulos lacrimosis vocibus inplent.
Haec adeo ex illo mihi iam speranda fuerunt
Tempore, cum ferro coelestia corpora demens
Adpetii, et Veneris violavi volnere dextram.
Ne vero, ne me ad tales inpellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum
Pergama; nec veterum memini laetorve malorum.
Munera, quae patriis ad me portatis ab oris,
Vertite ad Aenean. Stetimus tela aspera contra,
Contulimusque manus: experto credite, quantus
In clipeum adsurgat, quo turbine torqueat hastam.

videtur ab h. l. celeritatis notio, quum nihil aliud dicere voluerit poeta, quam: mutati sunt in aves. *Wr.*) *pinnis* Rom. *allis* (pro *alis*) Medic. Pierii. 273 *heu damna* Parrhas. 274 *clamosis* Oudart. 275 *Haec eadem* Zulich. *superanda* Goth. tert., sicque aliquot Pier., inter quos Rom., *Haec adeo mihi iam superanda.* 276 *Tempore*, *quo* pr. Hamb. pro var. lect. Bigot. et Goth. sec. et tert. 278 *Nunc vero* Dorvill. et Ed. Ven. apud Burm. *Nec* Ven. et Goth. pr. (*talis* Medic. *Wr.*) 279 *diruta* Rom. et alii Pier. alter Hamb. et Ed. Medic., (adde 11. *Wr.*) quo in binis spectat: *dirupta.* Tum *est* in fine aliquot Heins. et Burm., sicque Goth. sec. (cum Serv. Dresd. *Wr.*) 280 *laetorque* Leid. vid. vs. 416. *laborum* vel *malorum* cod. Koeler. 281 *portastis* vett. edd. cum codd. nonnullis. (in quibus 7. 10. *Wr.*) Sed monuit Pier. in Rom. et aliis esse, quod delicatius sit, *portatis*; hoc edi coeptum a Commelin. Sic quoque Medic. et Heins. potiores. *p. huc apportastis* Leid. *desertis* Parrhas. pro *defertis.* 283 *manum* Menag. pr. v. sup. X, 876. In Dorvill. post h. v. sequebantur vss. 336 usque ad 352. 284 *insurgat* Nonius in *experiri.*

soc.; vid. Q. V. XXXV, 5. — 278. *Fluminibus,* i. e. circa flumina; vid. Not. ad Ecl. I, 52. *Wr.*) 275. *speranda,* metuenda, ut toties, vel simpl. cogitatione praecipienda, expectanda. sup. IV, 419 *hunc ego si potui tantum sperare dolorem.* (vid. Not. ad I, 543. *Wr.*) 276. 277. Ingeniose haec repetiit ex Iliad. ε, 330 sqq. cf. sup. X, 29. Adde Ovid. XIV Met. 477. sq. (— 280. vid. V. L. ad I, 441. *Wr.*) 282. 283. Congressi Diomedes et Aeneas (Iliad. ε, 239 sqq. conf. Not. ad Aen. I, 96) singulari certamine; sed in pugna hoc saepius factum supponere et fingere licet poetae. 283. 284. *quantus in clipeum assurgat.* De eo, qui gladio infert vulnus, alias dictum vidimus: *assurgere* vel *insurgere,* erigi, *in ictum, in hastam, in ensem* (ἐφύπερθεν ἀερθείς, ut Odyss. ι, 383); at h. l. *in clipeum*, quia elato in altum clipeo hastam vibrat: namque is naturalis motus est, et ad corpus tuendum valet. Nil expediunt Serv. et Cerda. (Sed ita si haec

Digitized by Google

Si duo praeterea tales Idaea tulisset
Terra viros, ultro Inachias venisset ad urbes
Dardanus, et versis lugeret Graecia fatis.
Quidquid apud duras cessatum est moenia Troiae,
Hectoris Aeneaeque manu victoria Graium
Haesit, et in decumum vestigia retulit annum.
Ambo animis, ambo insignes praestantibus armis:
Hic pietate prior. Coeant in foedera dextrae,
Qua datur; ast, armis concurrant arma, cavete.
Et responsa simul quae sint, rex optume, regis

(—285. *talis* Medic. *Wr.*) 286 *Achaicas* Menag. sec. *ad umbras* Parrhas. 287 *lugeret Graecia campis* sec. Rottend. 288 *certatum est* Apronianus emendarat in Mediceo, perperam. (*cessatum* est prior, *certatum* altera lectio Medicei. *Wr.*) *cessatum est*, inquit Heins., optime exprimit tarditatem belli. Apud Senecam patrem Suasor. II, p. 23 cum laudatus esset Abroni Silonis versus: *belli mora concidit Hector.* subiiciuntur haec: *notate prae ceteris, quanto decentius Virgilius dixerit hoc, quod valde erat celebre*: Quicquid apud — victoria Graium haesit. *Messala aiebat, hic Virgilium debuisse desinere: quod sequitur*: et in *decumum vestigia retulit* annum, *explementum esse. Maecenas hic etiam priori comparabat.* Assentiendum arbitror Messalae. (Equidem non reprehenderim in poeta, eoque Virgilio, hanc orationis ubertatem. *Wr.*) Idem hemistichium fere iam supra intexuerat lib. IX, 155. Tandem *est* abest sec. Voss. et pr. Hamb. *victoria tantum* Oblong. Pierii. In Arf. v. 290 ante 289 legebatur. 290 *v. distulit* Vratisl. et Dorvill. *victoria redegit* Menag. pr. (*Haesit et in solido rursus fortuna vocavit* 3. 8. et a m. sec. 7., ex vs. 427.; et ita, *vocavit*, enotatum a Potterio. *Wr.*) 293 *concurrent* Medic. a m. pr. 294 *rex o. regum* vulgg. edd. et cold. non modo infimi aevi, ut Dorvill. Goth. pr., sed et Romanus a pr. m. Obtulit tamen *regis* Pier. e Rom. et al. Adde Medic. et al. Heins.,

acceperis, languere et iacere mihi videntur. Equidem non ita multum inter se differre arbitror *insurgere in ensem* et *ins. in clipeum*; solebant enim, qui gladio feriebant hostem, altius efferre clipeum, quod multae cominus pugnantium imagines ostendunt, atque etiam umbone urgere. Sic duplex genus pugnae, et eminus et cominus commissae, significari putabimus; quae explicatio egregie confirmatur XII, 711 sq.: „Procursu rapido, coniectis eminus hastis, Invadunt Martem clipeis atque aere sonoro.“ et ibid. 723 sq.: „Tros Aeneas et Daunius heros Concurrunt clipeis; ingens fragor aethera complet.“ *Wr.*) 285. Color idem, qui in pulcerrimis verss. Iliad. β, 371—374. 287. *Dardanus* pro Dardanius: ut sup. IV, 662, et hoc pro Dardaniis, Troianis; utrumque ex poetarum more. Etiam Pindar. Nem. III, 106 Δαρδάνων, et Iliad. β, 701 Δάρδανος ἀνήρ. 288. *Quicquid*, quantum, ἐφ' ὅσον, per omne tempus, per quod *cessatum est:*

Digitized by Google

Audisti, et quae sit magno sententia bello.
Vix ea legati; variusque per ora cucurrit
Ausonidum turbata fremor: ceu saxa morantur
Cum rapidos amnis, fit clauso gurgite murmur,
Vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.
Ut primum placati animi, et trepida ora quierunt,

297. CEU,

nec tamen hoc repositum video nisi a Pulmanno. (*regum*, quod est in Palat., adscitum e vs. 353. Et *regis* Pierius, *regum* Bottarius in Rom. exstare scribunt; quorum hic quum idem iam a Pierio notatum esse dicat, apparet, utri fides habenda sit. *Wr.*) 296 *variusque* vel *validusque* Scheffer. *varius super ora* qu. Moret. 297 *tremor* pr. Hamb. Bigot. Goth. tert. *fremur* sec. Rottend. Firmat *fremor*, de quo nemo dubitet, Burm. ex Aen. X, 96 sqq. (Ne hic quidem comma post *ceu* positum relinquendum putavi; vid. V. L. ad Ge. I, 303. *Wr.*) 298 *fit clauso* veterrimi Pierii et Heinsii uno consensu, qui recepit; vulgo, *clauso fit*. (hoc ordine haec in Palat. leguntur; eumque probat Santen. ad Terent. Maur. p. 261. Ut semel occurram errori Santenii, l. l. multos poetarum versus corrumpentis, illud hac in re tenendum est, nisi praecipua aliqua vis sit in voce bisyllaba, cuius ultima syllaba sub quartum ictum cadat, merito vitiosam haberi, et, praeposita voce monosyllaba, vitari hanc incisionem. Itaque noli ex eius praecepto scribere II, 564.: *circúm ne*. VIII, 140.: *quidquám si*. IX, 138.: *solós an*. X, 143.: *pulsi quem*. 367.: *rebús quod*. 807.: *possint ut*. 880.: *divúm nec*. Iam velim conferas V. L. ad I, 333. XII, 229. *Wr.*) Tum aliquot Pier. et Sprot. *it clauso*. (*rapidus* Medic. a m. pr.; vid. supra vs. 194. *Wr.*) 299 In *crepitantibus* nil variant codd., expectes tamen *strepitantibus*. (At etiam Horat. Epod. XVI, 47. sq.: „montibus altis Levis crepante lympha desilit pede." *Wr.*) 300 *pacati* Vratisl. et pro div. lect. pr. Hamb cum Goth. tert. *tepida* Zulich. *rabida* aliquot Pier. et Goth. sec. Sed *ora trepida* sunt trepidantium. *quierant* Rom. (et 8. *Wr.*)

quae mora excidii facta; *haesit*, retardata est, substitit victoria Achivorum et *retulit vestigia*, relapsa est, eoque dubia et incerta fuit Hectoris et Aeneae opera: hos autem Troianorum fortissimos ipse Homerus pronuntiavit Il. ρ, 513. cf. Il. ε, 467. 468. (— 294. *simul — et*; vid. V. L. ad I, 144. *Wr.*) Porro 295 *quae sit magno sententia bello*. *bello* paullo durius seu tertio casu, quod ad bellum attinet, seu pro, de bello. (*bello* est Ablativus, structura ad Graecam rationem non satis recte, ut videtur, accommodata; Soph. Electr. 311 sq. Erf. „καὶ δὴ σ' ἐρωτῶ, τοῦ κασιγνήτου τί φῄς; ἦ ξοντος ἢ μέλλοντος;" vid. Bernhardy *Wissenschaftl. Syntax* p. 151 sq. coll. Herm. ad Viger. p. 886. Buttm. ad Soph. Philoct. vs. 439. *Wr.*)

296 seqq. Sollennis haec comparatio: praeeunte Honero Il. β, 144 sqq., ubi non minus est ornata: sed Maro phantasma variavit: pro mari flumen posuit. Aliter tractaverat sup. lib. X, 96 — 99. (*Vix — que*, vid. Q. V.

Digitized by Google

Praefatus divos solio rex infit ab alto:
Ante equidem summa de re statuisse, Latini,
Et vellem, et fuerat melius; non tempore tali
Cogere concilium, cum muros adsidet hostis.
Bellum inportunum, cives, cum gente deorum
Invictisque viris gerimus, quos nulla fatigant
Proelia, nec victi possunt absistere ferro.
Spem si quam adscitis Aetolum habuistis in armis,
Ponite. Spes sibi quisque. Sed haec, quam angusta, videtis.

308. SPEM,

301 *rex dixit* Zulich. *iussit* Goth. tert. (*divus* altera lectio Medicei. *Wr.*) 302 *equidem* e libb. Heins. pro, *quidem*. *hos summa* pr. Hamb. a m. sec. *Latinis* Montalb. 303 *melius fuerat* Goth. pr. 304 *consilium* aliquot Pier. duo Goth., ut v. 234. *adsidet* Heins. recepit: sic Rom. et Medic. Pierii, Gud. et quinque alii Heins.; vulgo *obsidet*, eadem vi, sed vulgarius. (Hoc cum Mediceo habent 7. 8.? — 3. exaratum apud Potter. — 9. 10. 11.; contrarium in modum peccatur vs. 307. Exempla verbi *adsidere* cum casu quarto iuncti e Cicerone et Sallustio affert Arusianus p. 211. edit. Lindem. *Wr.*) 306 *Iniustisque* Goth. tert. 307 *p. decedere* Oblongus Pier. *bello* Goth. tert. et Acron ad Horat. (*adsistere* a m. pr. Medic. *Wr.*) 308 *adscitis* e Rom. Medic. et ceteris praestantioribus Heinsius reposuit, pro vulg. *accitis*. conf. iuf. v. 472. XII, 38. (*accitis* Palat. et 7. 11. 12.; *adsc.* etiam Serv. Dresd.; vid. V. L. ad XII, 38. Ceterum delevi comma, quod erat post *Spem*, quippe orationem frangens. *Wr.*) 309 Veteres Grammatici Servius, Donatus, Priscianus, Marcianus Capella distinxere: *Ponite spes sibi quisque*: ut sit, *deponite*. Sed melior interpunctio iam antiquitus obtinuit: nec aliter Apronianus insti-

XXXV, 6. *Wr.*) *clauso gurgite*, praecluso aquarum cursu saxorum obiectione. 301. *Praefatus divos*, praeclare, more antiquo (cf. Serv.) etiam a Romanis servato, in Senatu et Comitiorum habendorum caussa factis verbis.

302. Latinus de bello temere suscepto conquestus et spe omni melioris fortunae deiectus pacem cum Aenea suadet ineundam. *statuisse*, pro deliberasse. Nam bellum aggressi sunt Latini tumultuario modo, cum nihil ipse rationibus, quibus dissuadebat, efficeret, sup. VII, 591 sq. 304. *cum muros adsidet hostis*. Facile intelligitur, rhetorico more hoc dici factum, quod minantur Troiani facere. 305. *gente deorum*, σὺν παισὶ θεῶν: Aenea. 307. Vocant huc Homericum μάχης ἀκόρητοι Iliad. *v*, 639. *v*, 117. *possunt absistere* s. simpl. pro absistunt, s. pro non possunt sibi temperare, ne rebellent. (Hoc verius; et fortius est *non possunt absistere*, quam *non absistunt*. *Wr.*) 309. Nunc unumquemque in se omnem spem repositam

Digitized by Google

Cetera qua rerum iaceant perculsa ruina,
Ante oculos interque manus sunt omnia vestras.
Nec quemquam incuso. Potuit quae plurima virtus
Esse, fuit. Toto certatum est corpore regni.
Nunc adeo, quae sit dubiae sententia menti,
Expediam, et paucis (animos adhibete) docebo.
Est antiquus ager Tusco mihi proximus amni,

tuit, idque sequuntur vett. edd. Quod facere praestat etiam propterea, ut breve tempus constet ultimae in *ponite*: disiuncta voce, cui duplex consona initium facit; quandoquidem hoc unicum est exemplum similis positus verborum et syllabae brevis ante duplicem consonam huius naturae. Horatium minus castum et religiosum esse in collocatione hac verborum vitanda, iam ab aliis est observatum. Occurrit apud illum: *olente in fornice stantem* I Serm. 2, 30. *velatamque stola* v. 71. *Saepe stilum vertas* I, 10, 72. Ante σκ nec Homerus brevem servare dubitavit, ut ἓν λειμῶνι Σκαμανδρίῳ. si modo σ pronuntiatum, nec lectum fuit, ut a multis *Καμανδρίῳ* legitur. (Sed vid. Hermanni Elem. Doctr. Metr. p. 46. sq. *Wr.*) Dawesius Misc. crit. p. 4 immutatum volebat: *Ponite: quisque sibi spes.* Alias argutias Metricorum nolo repetere: videat, qui volet, Dorvill. ad Chariton. p. 184. Melius Burgess. ad Dawes. p. 6 divinavit, male suppletum esse versum, cum poeta tantum apposuisset *Ponite.* Et hoc verissimum. (Ut hiatus Aen. I, 405.: „Et vera incessu patuit dea. Ille ubi matrem" *cet.*, ita haec correptio idoneam habet excusationem ab interpunctione. Vid. Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 63. Quare non est, quod reliquam versus partem rescissam malis, defensam etiam a Ruhkopfio, Iahnio et a Weicherto *De Verss. iniur. susp.* p. 79. *Wr.*) 310 *Cetera quae* codex ap. Pier. *percussa* aliquot Pier. et Heinsiani, et Goth. tert. 311 *manus nostras* Franc. 313 *regnum* Ed. Ven. Burm. 314 *Hinc adeo* sec. Rottend. *dubiae quae sit* Dorvill. 315 *et* multis abest apud Burm. 316 *mihi* vel *qui* Zulich.

habere necesse est: non alienam opem expectare. Pergit inde: Sed haec ipsa spes, quam in sua quisque virtute sitam habet, quam sit exigua videtis. Nam reliqua omnia, quam afflicta sint, ante oculos et inter manus vestras est: h. oculis manibusque tenetis, tamquam quod certissimum est: Graece, *πρόχειρόν ἐστι. Cetera;* bene Servius: absolute dixit, id est: exercitum, auxilia, vires imperii. Scilicet copias intelligit ad bellum gerendum necessarias. Pro explicatione sunt inf. vss. 419. 420 Turni verba: *opes, intacta iuventus, auxilia.* 312. *quae plurima* h. quanta maxima. *ὅση πλείστη.* 313. *corpore regni*, pro viribus, copiis. Inf. XII, 835 *commixti corpore tanto Subsident Teucri.* (— 314. *Nunc adeo*, vid. Q. V. XXVI, 4., nostrum: *Jetzt nun. Wr.*)

316—321. Sententiam poetae ex ipsis verbis eruamus. Suadet Latinus cedi Troianis agrum ad Tiberim: quem his notis designat: *est antiquus ager mihi*, h. non nostra demum memoria occupatus et cultus, *longus in occasum*, non quod in occasum

Digitized by Google

Longus in occasum, finis super usque Sicanos;
Aurunci Rutulique serunt, et vomere duros
Exercent collis, atque horum asperrima pascunt.

317. LONGUS,

317 *in occasu* sec. Moret. (Delevi comma post *Longus*; vid. Not. *Wr.*) 318 *Arunci* passim in codd. legitur, quod adeo Ge. Fabricius praeferre voluit, perperam. (*Arunci* ubique Serv. Dresd., tum etiam codd. nonnulli VII, 206. 727. XII, 94. et *Arruncae* unus apud Fabric. VII, 795. Statuit autem Fabricius, duas diversas esse gentes Auruncos et Aruncos, nomen nusquam praeterea auditum. Causam, cur ita statuerit, suppeditant versus VII, 727. et 795. inter se comparati. — 319. *colles* Medic. *Wr.*)

protendatur, sed quod a Laurento in occasum spectat et late versus orientale Tiberis littus procedit *usque ad Sicanorum fines*, quos versus Romam a poeta poni credibile fit. (Peperit h. l. aliquam obscuritatem brevitas in describendo usitata. Ager iste Laurento fuit versus Septentrionem, haud longe ab ipsa urbe ad Tiberim situs, ab oriente in occasum, sive, quod idem est, ab occasu in orientem vergens, trans fines usque Sicanorum productus. Iam videamus singula. Bene V. de Bonstetten in libro, cui inscriptum *Voyage sur la scéne de six derniers livres de l'Enéide*, p. 147.: „Si l'on admet l'explication de Heyne *est mihi in occasum ager*, je possède un champ situé à l'occident, on trouvera bientôt, qu'il est impossible, que ce champ soit à l'occident de Laurentum, puisque le Tibre, le long duquel ce champ est situé, est au Nord de cette ville. Peut-être Virgile, qui écrivoit à Rome, avoit-il oublié, qu'il n'écrivoit pas à Laurente; car pour l'habitant de Rome ce champ est situé à l'Occident. Il vaut mieux lire *longus in occasum*, long dans la direction d'orient en occident, que de supposer une distraction à Virgile." Quam explicationem ipse comprobat Heynius in censura illius libri Indicibus Literariis Gottingens. — *Goetting. gel. Anzeigen* — anno 1804. inserta fasc. 168. p. 1671. Iunguntur autem hic *super usque*, ut *ad usque*, *ab usque*, *sub usque*, *trans usque*. Et *usque* particula spectat ad rerum temporumque extremitates, sive initia, sive fines, ita tamen, ut interdum etiam medium inter duo extrema spatium complectatur. Qui autem accuratius scripserunt, ut ipse Virgilius, non adiunxere huic particulae accusativum, quin adderent praepositionem. Itaque non recte interpretatur Heynius *usque ad Sicanorum fines*, vi praepositionis *super* plane neglecta. Iam si etiam testimonia veterum historicorum, infra ab Heynio laudata, respicimus, non dubitabimus, quin poeta designare voluerit agrum non longe a Laurento trans fines usque Sicanorum productum. *Wr.*) Scilicet auctores

Digitized by Google

Haec omnis regio, et celsi plaga pinea montis, 320
Cedat amicitiae Teucrorum; et foederis aequas
Dicamus leges, sociosque in regna vocemus;
Considant, si tantus amor, et moenia condant.
Sin alios finis aliamque capessere gentem
Est animus, possuntque solo decedere nostro: 325

325. POSCUNT

320 *Hic* Franc. 324 *Si in alios fines* vel *leges* Zulich. *aliamve* aliquot apud Burmann. cum Goth. sec. 325 *poscuntque* sec. Moret. et Bigot., idque Heinsio olim placuit, etiam Waddelio et Cuninghamo: et

poeta videtur habuisse, qui Sicanos quoque ad Tiberim aliquando incoluisse narrarent. conf. Excurs. ad VIII, 314, p. 284. Ager hic, qui Latii pars erat, ab Auruncis et Rutulis partim colebatur partim pascebatur: v. 318. 319; ergo hos Rutulos et Auruncos sub Latini imperio fuisse necesse est. Sunt in hoc agro colles, et tractus asperi et saxosi nec nisi pascuis idonei, tum quoque pineta. Videtur hoc ad colles Albanos spectare, quos ager iste attingere debuit, quandoquidem iidem omnino agrum Laurentem finiebant. Sunt in his omnia, puto, satis expedita. Servius recte refellit Donatum, qui ad agros circa Ufentem fl. in Volscis haec referebat; etsi, quod miror, Cluverius Donati sententiam amplexus est, *Ital. ant.* p. 789. Habuit autem poeta auctoritatem, quam in his sequeretur, Catonis, qui, ut apud Servium legitur, in Originibus narraverat, Troianos a Latino accepisse agrum, qui esset inter Laurentum et castra Troiana, iugerum DCC. Domitius lib. I historiae suae D iugera ediderat, auctore Victore O. G. R. c. 12, quem numerum ex Hemina quoque repetit Solinus cap. 8. Stadiorum XL agrum a colle, cui Lavinium impositum, quaquaversus patentem per foedus cum Latino pactum cessisse Troianis memoraverant alii apud Dionys. I, 59. At apud Appian. lib. I pr. Faunus Martis f. cum filia Lavinia Aeneae CCCC stadiorum agrum in circuitu dat: καὶ δίδωσι γῆν ἐκ περιόδου σταδίων τετρακοσίων, quae utique verior lectio est quam τριῶν. Me de iugerum numero parum laborare facile intelliges; hoc volebam, ut constaret, fuisse famam antiquam, quam in rem suam vertit ac traduxit Maro. Quod tandem Latinus ait *sibi esse agrum* vs. 316, potest hoc, si quis ita velit, proprie accipi, ex vetere vita, qua regibus assignata agri portio, τέμενος, ut vel ex Homero notum Iliad. μ, 313.

324. *aliam gentem;* iterum pro terra. (proprie dicitur *terram* vel omnino *locum capessere*, ut IV, 346. V, 703. IX, 366. XI, 466.; hinc *aliam gentem capessere* est *terram alius gentis cap.* — 325. *si possunt decedere*, si

Digitized by Google

Bis denas Italo texamus robore navis,
Seu pluris conplere valent: iacet omnis ad undam
Materies: ipsi numerumque modumque carinis
Praecipiant; nos aera, manus, navalia demus.
Praeterea, qui dicta ferant, et foedera firment,
Centum oratores prima de gente Latinos
Ire placet, pacisque manu praetendere ramos;
Munera portantis aurique eborisque talenta

valde utique arridet. Languet enim alterum, *possunt*, si vel maxime ad fata revoces: si per fata facere liceat, ut Servius voluit. Adde, quod *possunt* paullo insolentius positum ante iam occurrebat v. 307 *nec victi possunt absistere ferro.* (Egregium est, si per se spectas, *poscunt*, nec, ut Iahnius existimat, *ταυτολόγον. Si poscunt decedere*, i. e. si naves, quum ipsi nullas iam habeant, vid. IX, 117. sqq., a nobis petunt, quibus avehantur. Sed nimis tenui auctoritate quum ea lectio nitatur, reposui et ipse alteram. Et *poscunt*, quod etiam apud Lucan. V, 606. libri quidam exhibent pro *possunt*, nisi merum est mendum, scripsit fortasse aliquis, cui *possunt* praegressis his *Est animus* non videretur satis convenire. *Wr.*) 326 *robora* Goth. tert. 327 *implere* sec. Moret. et pr. Hamb. pro var. lect. *volunt* Menag. pr. (*plures* Medic. *Wr.*) 328 *numerosque* Sprot. 330 *ferunt* a m. pr. Gud. *firmant* pr. Hamb. 331 *Latini* plerique Pier. et quatuor apud Burmann., minus bene. 332 *ramum* Moret. sec. 333 *eborisque aurique* vulgg. edd., nec modo inde ab Ald. tert. ex Naugerii emendatione, verum iam ex ed. pr. (eiusque lectionis fons est Palat. *Wr.*) At vett. edd. una cum codd. omnibus id habent, quod Heins. revocavit. *eboris talenta* per se recte dici possent: aestimatur enim ebur ac venditur ad libram. Verum h. l. non appenditur *ebur*. Aiunt ad *sellam* curulem spectare vs. sequente: implicita itaque inter se collocavit (per chiasmum illustrare solent grammatici) *auri talenta et eboris sellam*. Mutavi autem interpunctionem, quam Burm. parum commodam intulerat hanc: *Munera portantes aurique, eborisque talenta, Et sellam, regni, trabeamque, insignia nostri.* Pierius distinguere malebat: *M. — eborisque, talenta Et sellam r.* Tum *talentaque* ex Medic. Heins. receperat. (*talentaque* Roman.; originem huius lectionis indicat Medic., in quo est a pr. m. *eboris talentaque*, copula *que* non suo nomini adiecta; sed altera manus transfodit illud *que* vocique *eboris* superscripsit. Ac de istoc genere hypermetri vid. V. L. ad Ge. II, 69. et Weicherti Commentat. I. *de versu poetar. epicor. hyperm.* pag. 27. *Wr.*) Mihi nihil dum satis placet; praestat tamen ad sensum meum lectio ante Heins. vulgata: *munera portantes, eborisque, a. t.* (Weichert.

licet per fata. *Wr.*) 327. *complere* proprium vocabulum de sociis et copiis navalibus; ut *πλήρωμα. Serv.* 329. *navalia*, res navales, ceram, funes, vela et alia huiusmodi, *Serv.*; nam *materiem* iam memoraverat. *manus*, operas; male aliter alii. 331. *prima de gente;* primis de gentibus, ex nobilitate. (vid. Q. V. XXVIII, 2, b. *Wr.*) 332. *pacis ramos:* v. sup. 101. 333. *auri talenta* et *eboris sellam:* videri debet implicita inter se collocasse; chiasmum grammatici vocant. Si modo Maro hoc vo-

Digitized by Google

Et sellam regni trabeamque insignia nostri.
Consulite in medium, et rebus succurrite fessis. 335
Tum Drances, idem infensus, quem gloria Turni
Obliqua invidia stimulisque agitabat amaris,
Largus opum, et lingua melior, sed frigida bello

336. DRANCES IDEM

l. l.: „Temere, inquit, Viri Docti offensi sunt voce *talenta*, quam v. *eboris* disconvenire opinabantur ideoque hic chiasmum, qui dicitur, statuebant. Sed v. *talenta* cum vv. *aurique eborisque* coniungi potest, si memineris, utrumque ad libram esse aestimatum, quo significatu *talentum* saepe est accipiendum." *Wr.*) 336 *Tunc* al. *infessus* pro *infestus* Ven. In toto versu nitorem desidero: *idem infensus, quem.* Servius: Drances *idem*, videlicet, qui supra apud Aeneam egerat. Hoc facere impedit oppositum *infensus.* Mollior, puto, exiret oratio, si sic scriptum esset: *Tum Drances, idem, infensum quem gloria Turni — agitabat.* Ex libris nil notatum video. (Vix licuerit respicere ad illa tanto ante acta, quod facit Servius; certe non erat ultra vs. 220. redeundum. Erit igitur fortasse, qui totum hunc locum ita constitutum a poeta malit:

Tum Drances, lingua melior, sed frigida bello
Dextera, consiliis habitus non futilis auctor,
Idem largus opum, infensus, quem gloria Turni
Obliqua invidia stimulisque agitabat amaris,
Seditione potens *cet.*

Idem videtur sensisse Servius, ad vs. 343. ita disserens: „Et ne mirum esset, qui sic libere responderet, ante eius et mores et causam praedixit: *Lingua melior, seditione potens*; *idem infensus*," cet. Sed sana sunt omnia, atque ita potius dicendum, *idem* hic spectare ad omnia, quae de Drance praedicantur: *Drances* et *infensus*, et *largus opum*, cet. Hoc enim pronomen *idem* fere ubique ad praegressa, raro, sed interdum tamen, ad subsequentia refertur, ut supra III, 80.: „rex idem hominum Phoebique sacerdos." IX, 327.: „Rex idem et regi Turno gratissimus augur;" i. e. rex idemque augur. Ac recte post *Drances* incisum video in Mediceo; non enim *Drances idem*, sed *idem infensus*, iungi oportet. *Wr.*) 337 *que* abest Franc. et Goth. tert. 338 *et* a Parrhas. abest. *linguae melior* legisse videri potest Servius: nam laudatur ab eo

luit. vid. Var. Lect. (ibique a Weicherto notata. *Wr.*) 334. Sella curulis et trabea insignia imperii, et inter munera mitti solita, apud Romanos, Albanos, Etruscos, adeoque h. l. recte et apud Latinos. 335. *fessas res* iam III, 145 vidimus, debilitatas, infirmas, viribus regni exhaustis. (*Consulite in medium*, idem, quod *consulite in commune*, i. e. in communem utilitatem; capite consilia omnibus salutaria; vid. Ruhnken. Dictata in Terent. Andr. III, 3, 16. *Wr.*)

336. Male ingeniosi nonnulli in Drance Ciceronem, ut in Turno M. Antonium quaesivere; Ursinus in Drance Polydamantem Iliad. μ, 210 sqq. Macrobius V, 2 Achil-

Digitized by Google

Dextera, consiliis habitus non futilis auctor,
Seditione potens; genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat;
Surgit, et his onerat dictis atque aggerat iras:
Rem nulli obscuram, nostrae nec vocis egentem,
Consulis, o bone rex. Cuncti se scire fatentur,

non modo vs. 441 lib. I *laetissimus umbra*, ubi *umbrae* eum legisse probabile fit; sed et Sallustii II Hist. *fructuum pabulique laetus ager*. Atque sic emendabat quoque Marklandus in Epistola critica pag. 121, et Cuninghamus Silii simile dictum: *fati melior* lib. V, 333. advocat. Docte ita loqui poetas nemo dubitet. Sed idem exemplum ab indocto homine aliunde adscribi potuit, et ambitiosum esset putidumque, tales delicias ubique sectari velle. Tandem *frigida bellum* sec. Rottend. *bella* Mentel. sec. a m. pr. 339 *non futilis actor* aliquot Pier. (*fuit illis* Medic. pro *futilis*. *Wr.*) 341 *ferebant* Rom. Gud. a m. sec. alter Mentel. a m. pr. et Hugen. (et 8. et membr. Brunck. *Wr.*), quod verum arbitror: praefero saltem; incertum eius genus de patre aiebant. recepit etiam Brunck. *ferebat* esse pro habebat genus incertum de patre. (Si emendatum haberemus Servium, cuius de scholio non satis explicate dictum Q. V. XVI, 6., fortasse hic quoque patrocinaretur lectioni *ferebant*. Nunc, quum Mediceus totque alii auctores sint vulgatae lectionis, malim ita statuere, ut *ferebat*, quod est exquisitius h. l., facilius in *ferebant*, quam hoc in illud, mutari potuisse dicam; quamquam nihil hic pro certo affirmare licet; nam fieri etiam potuit, ut Numerus huius verbi ad Numerum praegressi *dabat* a librariis accommodaretur. *Wr.*) 342 *auxerat* Goth. tert. *agregat* Dorvill. (— 343. Ubi per metrum licet, *nec* in principio enuntiatorum a Virgilio collocari solet. Recte tamen h. l. *nostrae nec*, ad distinguendam personam: Non est, quod ego multis verbis, quid sentiam, declarem, quum omnibus his, qui adsunt, quid censeant, liqueat. *Wr.*) 344 *te scire* Dorvill. a m. sec.

lem: utrumque nimis sedulo. Diceret saltem aliquid, qui Thersiten ex Iliad. β, 212 sqq. ante oculos fuisse contenderet, sed turpitudine et probro, quo ibi flagrat, liberatum. Etiam is ἐχθίστος Ἀχιλῆϊ, ut hic *infensus*. (vid. de hoc vs. V. L. — 337. *Obliqua invidia*, Servius: „Hoc est, qui non ex aperto impugnabat Turnum, sed eum reipublicae simulata defensione lacerabat.“ Vid. Baumg. Crusii Clav. Sueton. s. v. *obliquus*. Conferri aliquo modo potest πλάγιος κόρος ap. Pindar. Nem. I, 97. Heyn. *Wr.*) *lingua melior*, fortior, quam manu. At *largus opum* alienum ab h. l. videri potest, sive dives sit, sive liberalis. In verbis Turni, quibus respondet, est v. 378 *Larga — copia fandi*. (Recte Servius: „abundans opibus.“ Quo significatur, non levem fuisse adversarium. — *frigida bello dextera*: vid. Not. ad IV, 201. *Wr.*) 340. 341. Poetam hoc ad ornatum excogitasse probabile est. Iulius tamen Sabinus, nescio unde, haec annotavit: „filius sororis Latini, patre rustico.“

342. *onerat*, docte pro auget,

Digitized by Google

Quid fortuna ferat populi; sed dicere mussant.
Det libertatem fandi, flatusque remittat,
Cuius ob auspicium infaustum moresque sinistros
(Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamque videmus
Consedisse urbem luctu, dum Troïa tentat
Castra, fugae fidens, et coelum territat armis.
Unum etiam donis istis, quae plurima mitti
Dardanidis dicique iubes, unum, optume regum,
Adiicias; nec te ullius violentia vincat,

345 *Quid fortuna petat* Medic. Gud. a m. sec. et multi alii apud Heins. et Burm. cum Goth. tert. (*petat* Medic. a m. pr., sed a sec. *ferat*, quod etiam Palat., Rom. quoque, ut videtur, et 8. 10. 11. tuentur. *Wr.*) Altera lectio vett. edd. obsidet, et merito praefertur: *ferat* est postulet, eiusque interpretatio, *petat*, ut Burm. quoque censet. *populis et* Sprot. 347 *ob augurium* apud Priscian. lib. XIV, vitiose haud dubie. *auspicium infandum* Leid. *infaustum auspicium* Parrhas. 350 *Considisse* Zulich. *in luctum* alter Mentel. *in luctus* Parrhas. *in luctu* Leid. et quinque alii apud Burm. cum Goth. sec. *Troica* alter Hamb. sed sunt *Τρῳϊα*. *captat* Leid. 351 *fuga f.* Rom. 352 *mittis* Franc. 353 *dicique* Heins. secundum Pierium ex Rom. Medic. et omnibus praestantioribus: pro vulgari *duci*, quod in Ald. sec. receptum. Docuit Heins. et ad h. l. et sup. ad lib. V, 486, *dicere* in his et similibus esse promittere. Proprie est designare munus et destinare. (Ac bene Servius: „*Mitti*, scil. aurum, ebur, sellam et cetera; *dici* de navibus et agro.“ *ducique* Palat. et 3. *Wr.*) 354 *ullius sententia* Bigot. et pr. Hamb. pro var.

accumulat odia in eum. 345. *mussant*, cunctantur, non audent dicere. (Incert. Panegyr. Constantino dict. c. 2.: „ducibus non solum tacite mussantibus, sed etiam aperte timentibus.“ vid. ibi Arntzen. p. 469. *Wr.*) 346. *flatus*, *φύσημα*, de arrogantia. Ad eandem et obstinatum Turni animum refero *mores sinistros. ob auspicium*: auspicia et ductus belli. 350. *Consedisse luctu*, in luctum esse demersam, ut bene Serv. scil. ut *συνιζάνειν*. Sup. II, 624 *considere in ignes Ilium*; it. IX, 145 *moenia Troiae considere in ignes*. Saltem *considere luctu* dictum erit ut collabi, concidere, iacere, calamitate, dolore. Nimis tenue est, quod alii volunt: totam urbem sedere lugentem. 351. *fugae fidens*, respicit sup. lib. X, 665 sq. *et caelum territat armis*: tamquam qui provocat. Servius observat hoc nimis tumidum esse, nec, nisi e Drancis persona dictum, gravitati Virgilii convenire. cf. ad X, 548.

352. *Unum etiam. etiam* h. l. pro adhuc (*praeterea Wr.*) esse, Servius vult: ut Terent. passim. *dici*, destinari, promitti. (vid.

Digitized by Google

Quin natam egregio genero dignisque hymenaeis
Des, pater, et pacem hanc aeterno foedere iungas.
Quod si tantus habet mentis et pectora terror:
Ipsum obtestemur, veniamque oremus ab ipso;
Cedat, ius proprium regi patriaeque remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula civis
Proiicis, o Latio caput horum et caussa malorum?
Nulla salus bello: pacem te poscimus omnes,
Turne, simul pacis solum inviolabile pignus.

lect. cum Goth. tert. (Bene *nec*, vid. Q. V. XXXII, 4. et 12. *Wr.*) 355 *gnatam* Rom. et al. (recte fortasse; vid. Q. V. XXXVIII, 1. Sed qui praeter Rom. *gnatam* exhibeant, non invenio. *Wr.*) *egregius* Goth. tert. *que* abest Dorvill. 356 *Das* pr. Moret. *hanc* deest Ven. *huic* Franc. (*pac. hanc*, i. e. pacem hac condicione futuram; quare non est quod Heinrichium secuti *hinc* scriptum malimus. *Wr.*) *f. firmes*, quod longe melius, habent Rom. et alii Pier. Medic. a m. sec. cum aliis multis Heins. et Burm., item Goth. sec. *finges* sec. Rottend. a m. pr. (Jahnius recepit *firmes*, quae est altera Medicei lectio, prior *iungas*; *firmes* etiam 3. 8. 10. 11., idem fortasse legit Servius hic et ad vs. 363., sed utroque loco *iungas* in libro Dresd. Magna est utrimque auctoritas a libris mss., et anceps optio, Lectionem *firmes* commendat vs. 363.; nam pignore firmatur fides: III, 611.: „animum praesenti pignore firmat." Sed pro tam plana commodaque lectione qui fieri potuit ut substitueretur *iungas*? nisi forte, quia *foedera iungere* crebrius legitur, quam *f. firmare*. Hoc tamen ipsum *firmes* e vs. 330. repetitum videri potest. Quae quum ita sint, satius duxi, locum relinquere intactum. *Wr.*) 357 *mentes* Rom. (etiam Medic. *Wr.*) 358 *obtestamur* Gud. a m. pr. (quod tuetur Cortius ad Lucan. VIII, 443., idemque se in aliis membranis Guelferb. invenisse scribit. *Wr.*) *rogemus* Zulich. *precemur* sec. Rottend. 359 *proprium* vel *patrium* Zulich. *patriaeque* quam commode memoretur, non dicam: accipiendum de populo Latinorum et de salute publica. (Ergo sane commode. *Wr.*) Latinus in filiam, eiusque coniugium quicum vellet iungendum, ius habebat duplex: et tamquam pater, et tamquam rex. Igitur non *patriae* sed *regique patrique* videtur legendum. (Brunckius quoque: „Legendum videtur *regi patrique*, seu potius *regique patrique*." *Wr.*) Nullus tamen codex hoc praefert, nisi unus Goth. tert., in quo *patri* est, sed forte lapsu verius quam iudicio. Contra Servius Asprum primum monuisse narrat, ut interpungatur post *Cedat*. (ita in ipso Medic. interpungitur. *Wr.*) 360 *Qui* Goth. tert. (*piacula* Serv. Dresd. *cives* Medic. *Wr.*) 361 *a Latio* Franc. pro *ah! laborum* Moret. qu. v. sup. VII, 481. 362 *pacem bello te* Dorvill. *pacem deposcimus* ed. Ven. Burm. (*omnis* Medic. *Wr.*)

V. L. *Wr.*) 357. Quod si, quominus hoc facias, Turni metu teneris. 359. invidiose: *regi* Latino *patriaeque*, populo Latinorum, *remittat ius proprium*, suum, quod Latinus Latinique in regiam puellam habent, ut possint eam matrimonio iungere cui velint. v. Var. Lect. 363. *pacis pignus*, Laviniae coniugium cum Aenea.

Digitized by Google

Primus ego, invisum quem tù tibi fingis, et esse
Nil moror, en, supplex venio. Miserere tuorum,
Pone animos, et pulsus abi. Sat funera fusi
Vidimus, ingentis et desolavimus agros.
Aut, si fama movet, si tantum pectore robur
Concipis, et si adeo dotalis regia cordi est:
Aude, atque adversum fidens fer pectus in hostem.
Scilicet, ut Turno contingat regia coniunx,
Nos, animae viles, inhumata infletaque turba,
Sternamur campis. Et iam tu, si qua tibi vis,
Si patrii quid Martis habes, illum adspice contra,

364 *Primus age* Ven. *fingis obesse* alter Menag. *inesse* Ven. 365 *et supplex* Franc. *veniam* Zulich. a m. pr. 366 *funere f.* Reg. Mentel. tert. et Parrhas., qui et: *fusus abi*; at *funere fuso* Gud. a m. pr. *funera fusis* Medic. 367 *despoliavimus* Gud. a m. pr.; at *desolare* non improbandum: cf. Gronov. Obss. IV, 21. (*ingentes* Medic. *Wr.*) 368 *At si* Goth. sec. 369 *aut si* Medic. *at si* pr. Hamb. *est* abest Ven. 370 *aversum* Rom. *fer fidens* Franc. *fer pectora in h.* alter Mentel. a m. pr. et Exc. Burm. 371 *Si licet* Dorvill. 372 *infleta inhumataque* Ed. pr. Burm. (cuius lectionis vestigia sunt in Mediceo, in quo ita scriptum exstat: *inh*^{uma}*·.·.·ta in*^{fle}*omataq.*, literis *oma* transfossis. *Wr.*) 373 *Sternemur* Donatus et Pierii Mediceus, tum pars Heinsianorum, cum Ed. pr. Burm., sed vetustiores omnes tuentur id, quod inde ab Aldd. editur, *Sternamur*. (ita etiam 7. 8. 9. et vid. aliorum imitationes apud van Kooten et Weyt. ad Epitom. Iliad. vs. 264. *Wr.*) Tum *Etiam tu* editum ante Heinsium: sicque Servius legit, et explicat *Eia*, nam est hortantis adverbium hoc loco. (*Etiam* scripserunt Bothius et Iahnius propter oppositum *nos*; sed salva est oppositionis ratio etiam in eo, quod Heynius edidit; idque ut multo fortius retinendum censui, coll. Q. V. XXXV, 7, d. et XXIIII, 8. *Wr.*) *Et tu iam* Ed. pr. Burmann. 374 *Martis quid*

364. *invisum:* haud dubie pro, inimicum, active. 366. *pulsus abi;* referebam ad superiora de Lavinia et putabam esse: patere te repulsam ferre. Haerebam, an, quod faciunt alii, comparem inf. v. 392 *Pulsus ego?* ut adeo sit: pugna victum te fatere ac cede. Atque in hoc concedam et ipse viro docto monenti. (*sat funera*, adiective hic, *sat*, ut etiam ἄλις apud Graecos; exempla ex utraque lingua depromta vid. apud Burm. ad Ovid. Metam. III, 149. et ap. Staveren ad Corn. Nep. Epam. IV, 1. adde Oudend. ad Appulei. Met. l. I. p. 61. *Wr.*) 369. *dotalis regia:* dotale regnum. Sic et alibi. 372. Expressit vulgare Graecorum ἡμεῖς, ἄθαπτος καὶ ἄκλαυστος ὄχλος: quasi tam viles habiti, ut proiiciantur vel insepulti. Minus bene Serv. et alii aliter. (*Nos*

Digitized by Google

Qui vocat.
Talibus exarsit dictis violentia Turni;
Dat gemitum, rumpitque has imo pectore voces:
Larga quidem, Drance, semper tibi copia fandi
Tum, cum bella manus poscunt; patribusque vocatis
Primus ades. Sed non replenda est curia verbis,
Quae tuto tibi magna volant, dum distinet hostem
Agger moerorum, nec inundant sanguine fossae.

Goth. tert. (*matris abes* Medic. a m. pr. *Wr.*) *solum adspice* Waddel. Anim. crit. p. 73. emendat. 375 *Quid v.* Gud. et Rottend. tert. a m. pr. (*Qui vocat.* Haec verba in Mediceo versui praecedenti adiecta sunt ab antiqua manu, non tamen eadem, qua reliqua exarata sunt. *Wr.*) Supplet Leidensis: *audacem solum te in praelia dura.* 377 *rupitque* Parrhas. et Paris. cum Goth. tert. *imo e pectore* pr. Mentel. a m. pr., aut, ut Burmanno videbatur, *imo a p. imo de pect.* alter Hamb., at in sec. Moret. deerant voces: *has imo.* 378 *Longa q.* Zulich. a m. sec. *Drance semper.* Ordo ex libris Pier. et Heins. pro vulgari: *semper Drance*: quem Rom. (cum Palat. et 7. 8. 11. 12. *Wr.*) tuetur. Tum *Drances* Goth. pr. Zulich. et ipse Medic., (hic quidem a m. pr. *Wr.*) sed est ὦ Δράγκη. 379 *Tum* ex vetustis ab Heinsio. Vulgo: *Tunc.* 380 *complenda* Franc. *implenda* Goth. tert. 381 *detinet* Medic. et alii Heins. et Pier. cum binis Goth. (et 7. 9. 11. *Wr.*) *destinet* Rom. (et 3.; ex hoc antiquissimo vitio ortum puta *detinet*; quod immerito probatum Krehlio ad Priscian. VIII, 5, 26. recepit Iahnius. *Detinere* est morari aliquem, *distinere* prohibere disiuncta, ne in unum coire possint; itaque detinet fossa hostem, qui eam pervadere laborat, eoque fit, ut tardius eo veniat, quo vult; distinet eundem, ut separans et arcens ab altera ripa; atque hanc veram esse lectionem, vel illa declarant, quae subiecta sunt: *nec inundant sanguine fossae.* Id dicit poeta: tu magna loqueris, dum seiunctus ac procul es ab hoste; non: dum hosti conatus fossam superandi nondum successit. Ac saepe permutari *distinere* cum *destinare* et *detinere* multis exemplis docent Heins. ad Ovid. Epist. VIII, 69. Oudend. et Cort. ad Lucan. IV, 675. Drakenb. ad Liv. V, 19. 4. *Wr.*) 382 *Agger moerorum*: Scripturam recepit e codd. Heins. (quibus adde

animae viles: imitatus est Valer. Fl. I, 151.: „nos animae faciles.“ *Wr.*) 374. *Martis*: patriae virtutis. *aspice contra.* Homericum ἄντα, ἄντην; ut ἄντην εἰσιδέειν Iliad. τ, 15. (quod est signum audaciae; cf. Bentl. ad Horat. Od. I, 3, 18. *Wr.*)

376. Ad verba comparant Il. α, 188, et sup. lib. VII, 445, et ad vs. 378 Iliad. β, 796. Ceterum in hac Turni oratione, multo etiam magis quam in altera Drancis, saeculi sui genium artibus rhetoricis imbuti declaravit Maro. Nec quicquam in Graecis, multo minus in Homero, reperiri arbitror, quod ad artem declamatoriam propius spectet. Sed habebat Euripidem, forte et alios tragicos, qui in rhetoricis his dialogis ad dramaticam formam com-

Digitized by Google

Proinde tona eloquio; solitum tibi; meque timoris
Argue tu, Drance, quando tot stragis acervos
Teucrorum tua dextra dedit, passimque tropaeis 385
Insignis agros. Possit quid vivida virtus,
Experiare licet; nec longe scilicet hostes
Quaerendi nobis: circumstant undique muros.
Imus in adversos? quid cessas? an tibi Mavors
Ventosa in lingua pedibusque fugacibus istis 390

3. 10. *Wr.*) cf. sup. ad lib. X, 24 et 144. Editum vulgo: *murorum*, quod Rom. tuetur. In Medic. et Mentel. pr. a m. pr. *Aggere moerorum*. (ex X, 144.; vid. V. L. ad VII, 528. et supra ad vs. 93. *Wr.*) Porro *fossas* ap. Priscian. lib. VIII legi Pierio observatum. At v. sup. ad X, 24. Illud vero multo minus probandum, quod Canterus VI Nov. Lect. 8 coniecit, et a Cerda repositum video: *et inundant s. f.*, postulante, ut ait, sententia. A qua utique aberravit. Nam est: Magna loqueris, dum adhuc muri ab hoste te tutantur et fossas nondum sanguis inundat, h. urbs nondum oppugnatur; quod exquisitius altero modo extulit: *nec inundant sanguine fossae*: ut *inundant* absolute sit dictum. *nec* supplendum ex anteced. *dum*, ut sit *necdum*. (vid. Q. V. XXXII, 13. *Wr.*) 383 *sona* Vratisl. *eloquio solito* plerique Pier. (excepto Romano) et aliquot Heinsiani cum Goth. tert. et Erf. Sed *solitum tibi* elegantius; variata oratione, pro: ut soles. Sic ἐλωθὸς absolute interponitur, et alia. *meque furoris* Montalb. (*timores* Medic., sed *e* in *i* mutata. *Wr.*) 384 *Arguito D.* pr. edit. Burm. et Erf. *Drances* etiam hic aliquot. v. ad v. 378. *quando tot* Heins. e grammaticis et scriptis. (quibus accedunt novem amplius Mss. Cortii ad Lucan. V, 12. *Wr.*) Vulgo: *tot quando*. Tum *caedis acervos* Quinctil. lib. IX, 2, ut sup. X, 245. XI, 207, h. e. caesorum. 385 *Teucrum tot tua* sec. Moret. *tua tela* Zulich. a m. pr. 386 *Insignes* tres Heins. *Insignis tot agros* Zulich. *Insignis campos* duo Rottend. (cum Serv. Dresd. *Wr.*) Ita fuere de syllaba *is* male solliciti. *quod* Zulich. a m. pr. *Sparsit quid* Sprot. pro var. lect. *invida v.* Goth. tert. 387 *libet* Menag. pr. *non l.* pr. Hamb. et Goth. sec. *longo* Exc. Burm. 388 *Quaer. vobis* Zulich. a m. sec. *circumdant* aliquot Pier. et Burm. et Ald. pr., nam tertia *circumstant* cum cett. vett. edd. 389 *Imus in adversos*? interrogationem Heinsius quoque firmat. Ergo non desiderem. *Imus* pro *Quin imus*, quod saepe apud Comicos. Et Homericum Ἀλλ' ἴομεν. (Versus 389. et 390. inverso ordine collocati sunt in Rom. — 390. *Ventosan l.* Medic., interiecta tamen *i* inter *a* et *n*; quo ipso probari videtur, non elisione, sed synaloepha usos esse veteres; qua de re vid. Lindemanni *De vetere prosodia* libell. trium fabb. Plaut. editioni praemiss. p. XXIV. *Wr.*)

positis praeiverunt. 380. Sed nunc non tempus est orationi in curia faciendae. 381. 382. magna loqueris, dum intra moenia tutus ab hoste lates, necdum, murorum oppugnatione facta, fossae sanguine caesorum implentur. cf. Var. Lect. 383. Cum itaque muris adhuc hostis distineatur. *Proinde* ad formam τοῦ εἶτα, ἔπειτα; quae cum ita sint. Mox *quando*, pro quandoquidem. 389—391. Comparant Iliad. α, 226. 227. *Imus.* Quin imus. Age eamus

Digitized by Google

Semper erit?
Pulsus ego? aut quisquam merito, foedissime, pulsum
Arguet, Iliaco tumidum qui crescere Thybrim
Sanguine, et Euandri totam cum stirpe videbit
Procubuisse domum, atque exutos Arcadas armis?
Haud ita me experti Bitias et Pandarus ingens,
Et quos mille die victor sub Tartara misi,
Inclusus muris, hostilique aggere saeptus.
Nulla salus bello. Capiti cane talia, demens,
Dardanio, rebusque tuis. Proinde omnia magno
Ne cessa turbare metu, atque extollere vires
Gentis bis victae; contra premere arma Latini.

399. TALIA DEMENS D.

391 *nequiquam armis terrebimus hostem* suppleverat Medic. a m. pr. *nunquamne sines fallacia verba* Leid. 392 *haud quisquam — Arguet ἀποφατικῶς* Donatus. *haut* etiam Erf. *an qu.* Leid. cum Goth. *an merito quisquam* Parrhas. *aut quisnam* Ed. pr. Burm. 393 *Arguit* Oudart. 394 *tota cum stirpe* tres Heins. 395 *Proc. deos* Goth. pr. *exhaustos* Oudart. et pr. Hamb. pro var. lect. *exustos* Goth. tert. *Arcades* cum eodem Dorvill. 396 *Aut ita — misi?* Ed. Ven. Burm. *et Pand. urguens* Medic. a m. pr. 397 *Et quo* Franc. 399 *N. manus* Goth. sec. (*demens* commatibus seclusi, ut sit vocativus. Nam *demens cane* si iungas, exprobraret illi Turnus dementiam, qui tale quid Aeneae possit occinere. Hoc dicit poeta: demens es, qui, quae Aeneae occini oportuit, nobis occinas. *Wr.*) 400 *Proin* Oudart. Sed nec hoc nec *Proinde*, quod v. 383 praecessit, nunc suaviter repetitur. (etiam post tantum intervallum? vid. V. L. ad V, 181. *Wr.*) 402 *et contra* Goth. pr.

adversus hostem! 393—395. Omnia in maius aucta. Arcadas dixit, cum de uno duce Euandro cogitaret. Ante oculos esse potuit locus Iliad. Θ, 153—156. Ad 396 conf. sup. IX, 672 sq.

399. Pergit in refellendis Drancis verbis et nunc ad v. 362 „*Nulla salus bello*“ *Cane talia*, ominare hoc, nullam salutem esse bello, pugnando salvos esse nos non posse, Aeneae et tibi. Vertant dii in tuum caput! Comparant Od. β, 178. 179. 400. Perge itaque, quod facis, metum de Troianis ingravare, etc. *gentis bis victae*, ab Hercule primum (cf. sup. ad IX, 599 *Bis capti Phryges*. Iam VII, 295 *Num capti potuere capi*. Et II, 642. 3 *satis una superque Vidimus excidia et captae superavimus urbi* Anchises in exidio Troiae per Achivos altero.); contra deprimere res Latinorum.

Digitized by Google

Nunc et Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiscunt;
Nunc et Tydides, et Larissaeus Achilles;
Amnis et Hadriacas retro fugit Aufidus undas.
Vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit
Artificis scelus, et formidine crimen acerbat.
Numquam animam talem dextra hac (absiste moveri)

403 *tremescunt* scribunt Rom. et paene omnes Pier. Mediceus et alii Heins. conf. Heins. (*tremiscunt* Palat. cum 12. *Wr.*) 405 *Amnis ad H.* Parrhas. e Dorvill., ex interpretatione. *Omnis et* coni. Cuningham. *r. f. Appulus* coni. T. Faber, perperam. (*Hadriacas* Medic., *Adriacas* Lips. utq.; reliqui codd. utrum tueantur, ignoramus. Recte vero adspirari videtur huic voci; ter *Hadrianum mare* legitur in Monumento Ancyrano pag. 375. Vol. II. Sueton. a Wolf. ed.; vid. etiam Broukhus. ad Prop. I, 6, 1. Drakenb. ad Sil. It. VIII, 439. *Wr.*) 406 Locus Quinctil. IX, 3, 14 est: *Alia commendatio vetustatis est* (de schematibus loquitur), *cuius amator unice Virgilius fuit*: *Vel cum se pavidum* —. Cum non appareat, quo in verbo archaismus lateat, Heins. post Matium suspicatur scriptum fuisse *contra mis*, quod veteres pro *mei*. Alia est Gesneri ad e. l. sententia, excidisse aliquid in Quinctiliano, idem tamen putat esse in usu voculae *vel* vetustatem quaerendam: cum sit pro *etiam*, *adeo*. (sed ita omnes loquebantur. Spalding. ad Quintil. l. l.: „*vel cum* in hac orationis praecisione, ubi omne id quod protasin sequi debebat, lectori intelligendum relinquitur, multum habet insolentiae, quam ego antiquitati adscribendam esse facile credo Quintiliano.“ Sed ita fortasse omne insolens antiquitati erit tribuendum. Et quis antiquitatis studium quaerat ap. Horat. Epod. XII, 13.: „Vel mea quum saevis agitat fastidia verbis;“ qui locus nostro est simillimus. Nempe utroque loco *vel* eam habet potestatem, ut transitum paret ad alia, *quum* respicit ad praegressa. Similiter ἤ particula usos esse Graecos probant vel Ἠοῖαι Hesiodi. Itaque nescio an archaismus, quem invenisse sibi visus est Quintilianus, quaerendus sit in eo, quod Virgilius dixit *pavidum contra iurgia*, quamquam non ignoro similiter locutos esse etiam recentiores quosdam scriptores Romanos. *Wr.*) In fine *iactat* Bigot. et Goth. tert., sicque apud Quinctil. l. c. 407 *acervat* passim scribitur: etiam in binis Goth. (et 7. 9. 10. 11. 12.; vid. V. L. ad Ecl. II, 15. *Wr.*) ex more superiorum saeculorum. conf. Pier. 408 *subsiste* Goth. sec. *dextra* ap. *assiste* Dorvill.

403—405. ῥητορικῶς haec vel maxime, plus forte quam in poeta epico feras. Auget scilicet per ironiam quod Diomedes belli societatem detrectaverat; eras is inter Graecorum principes, pro quibus *Myrmidonum* posuit, quibus solus Achilles imperabat. *Larissaeus Achilles.* v. sup. ad lib. II, 197. 405. *Amnis et Hadriacas* — h. et terrorem, quo Diomedes audito Aeneae nomine percussus fuerit, amplificat verbis quam maxime. Poetas id, quod populis vel regibus proprium est, terris, tandem et fluviis, tribuere, notum est; itaque h. l. terror ad fluvium Aufidum translatus: phantasmate poetico. 406. *Vel cum se.* Respicit sup. 348 et 364.

Digitized by Google

Amittes; habitet tecum, et sit pectore in isto.
Nunc ad te, et tua magna, pater, consulta revertor.
Si nullam nostris ultra spem ponis in armis;
Si tam deserti sumus, et semel agmine verso
Funditus occidimus, neque habet Fortuna regressum:
Oremus pacem, et dextras tendamus inertis.
Quamquam, o, si solitae quidquam virtutis adesset,
Ille mihi ante alios fortunatusque laborum,

410 *et* abest Mentel. pr. et Goth. tert. *magna*, quod Heins. intulit, Romani lectio est, quam aliquot alii Pier. Menag. pr. Sprot. Moret. sec. et ipse Gudianus firmant, quem miror hic deserere Medic., qui alteram familiam ducit: *magne pater*: ut vulgo editum; quod Donat. interpretatur, et bini Goth. agnoscunt: nam alter *magna* habet. (*magna* etiam 8.; idque tuetur vs. 469.: „*magna incepta*;" X, 791.: „*tuaque optuma facta*;" ubi similiter erratum. Ac nescio an *magne* huc retractum sit ex IX, 495. *Wr.*) *revertar* Leid. 412 *deserto* Hugen. *et si semel* alter Hamb. *et simul* Gud., sicque Ed. pr. Burm., male. conf. mox v. 418. 413 *neque* Heins. e scriptis pro *nec*. (*nec* Serv. Dresd. hic et ad vs. 425. *Wr.*) *regressus* alter Hamb. *recursum* Leid. Laudat Burm. not. ad Ovid. VI Met. 450. 414 *reddemus* Zulich. a m. pr. *inertis* recepit Heins. e Rom. altisque Pier. suisque melioribus, quoniam videbat nervosius esse et plus artificii prae se ferre, quam vulgatum *inermes*, quod Servius quoque habet. cf. sup. ad X, 595, ubi eadem varietas, et inf. v. 672. 415 Non puto male aliquis aposiopesin statueret, et distingueret: *Quanquam o! si solitae quicquam virtutis adesset* — (sc. quisquamne sustineret hoc facere?) Tum pergit: *Ille mihi*. Sic sup. lib. V, 195 *Quanquam o! — sed superent quibus hoc, Fortuna, dedisti*. 416 *ante oculos* apud Rufinian. de Schem. Lex. p. 247. *fortunatusque malorum* Hamb. alter.

Abrupta vero oratio irati hominis mutata quoque persona pro: cum tu etiam fingis te. Sollenne fuisset: *Quid? quod etiam — vel* refer ad 401 *Ne cessa turbare metu* fingendo. (Sed vid. V. L. *Wr.*) *artificis scelus* pro, artifex. *iurgia* sunt minae v. 348. et criminationes exacerbat simulato pavore. Noli tamen timere.

410 seqq. Utitur Turnus callido et subtili aditu ad persuadendum id quod non audet palam dicere: melius esse interire: quam pacem rogare, ut bene observavit Servius. *tam deserti;* propter Diomedem, qui solus negavit auxilia; ut idem Serv. 415—418. Seu turbavit affectus seu calliditas inflexit orationem, quae sic procedere debebat: quamquam, nisi inertissimi essemus, debebamus illum habere fortunatissimum et fortissimum, qui etc. (h. e. debebamus mortem praeferre tali dedecori). Hoc alterum transtulit ad se: *Ille mihi ante alios f.* (*mihi*, i. e. meo iudicio; vid. V.

Digitized by Google

Egregiusque animi, qui, ne quid tale videret,
Procubuit moriens, et humum semel ore momordit.
Sin et opes nobis, et adhuc intacta iuventus,
Auxilioque urbes Italae populique supersunt:
Sin et Troianis cum multo gloria venit
Sanguine; sunt illis sua funera, parque per omnis
Tempestas; cur indecores in limine primo
Deficimus? cur ante tubam tremor occupat artus?
Multa dies variique labor mutabilis aevi

418 *simul* Zulich. a m. pr. Ed. Ven. Burm. et qui paullo maioris est auctoritatis cod. Rom. (adde 8. *Wr.*) Sicque coni. Burm. ad Anthol. Lat. T. I, p. 88. Praeferet tamen vulgatum qui cogitet sententiam esse: praestat semel mori. (Friget *simul*, quod saepe a librariis pro *semel* substitutum; et *simul* mendosum esse, aperte probat Mediceus, in quo *simuel* scriptum; sed, ut liquido apparet, litera *u* nondum perfecta inhibuit librarius manum transfossaque prava litera subiecit *e*, atque etiam vocalem *i* in *e* mutavit. Et *semel* est nostrum *einmal* diciturque de eo, quod factum mutari iam nequit, ut apud Propert. IV, 11, 3.: „Quum *semel* infernas intrarunt funera leges." Vide, si placet, Oudend. ad Lucan. III, 296. et quos idem laudat, cui adde Cort. ad eund. VI, 756. *Wr.*) *memordit* aliquot Pier. et Leid. conf. Gell. VII, 9. 419 *Quin et* Montalb. pro var. lect. *Sunt et opes* Ed. Ven. et Dorvill. a m. sec. *vobis* Goth. tert. 420 *Itali p.* Goth. tert. 422 *suntque illis* Rom., suavius utique, probantque Pier. et Heins., nec tamen receptum. (probat etiam Jahnius. Mihi contra insuave videtur, quodque ne per illud *franguntque feruntque*, et si qua his similia leguntur, recte defendas. Ac reddit parenthesis h. l. orationem multo fortiorem. Facile autem — immo recte — fieri potuit, ut, qui non videret esse haec παρένθετα, requiri copulam existimaret. — *s. ullis* Serv. Dresd., an pro *ollis*? male; vid. Q. V. XXI, 9. *Wr.*) *sint illis* pr. Hamb., f. pro *sin*, ut coni. Heins. *illi* quoque legi monuit Servius et ex eo Iul. Sabin., ut sit pro *illic*, sicque Leid. a m. pr. et edd. aliquot. (nimirum absorpta est ultima litera per proximam *s*; vid. V. L. ad V, 531. *Wr.*) 424 *Deficimur* Montalb., eleganter, iudice Heinsio, quem v. ad Ovid. Epp. V, 150. 425 *variusque labor*, quod Macrob. et Nonius agnoscunt, quodque Brunckius retraxit, ante Heins. le-

L. ad Ecl. VII, 70. Wopkens. Lectt. Tull. p. 170 sq. Erf. ad Soph. Oed. R. 40. *Wr.*) Est autem *fortunatus laborum* (ut *laetus laborum* sup. v. 73), felix in malis suis et calamitatibus. (sed cfr. inter se, quae diximus in V. L. ad I, 441. et ad X, 686. *Wr.*) 418. *humum ore momordit:* Homericum. v. sup. V. L. ad lib. X, 489. 419. 420. Respicit Latini verba supra 309 — 311. *urbes Italae:* iterum respectu Diomedis, tamquam Graeci et exteri hominis. *supersunt,* superabundant, Serv., quod Burm. adstruit. 421. *gloria* pro victoria, ut κῦδος. Ad sententiam comparant vss. Homericos Iliad. ρ, 361 — 363, et ad v. 425

Digitized by Google

Retulit in melius; multos alterna revisens
Lusit et in solido rursus Fortuna locavit.
Non erit auxilio nobis Aetolus et Arpi:
At Messapus erit, felixque Tolumnius, et quos
Tot populi misere duces; nec parva sequetur

430. NEC TARDA

gebatur, qui Rom. Medic. et ceteros meliores codd. sequutus est: et recte, primo, quod verborum et epithetorum collocatio inde exit poetica: *varii labor mutabilis aevi*; cum *varius labor mutabilis aevi* minus doctum sit; tum, quod dictum est hoc ipsum elegantius: *varii labor mutabilis aevi*: ut sit *aevum varium*, quo varia fortuna iactamur. *labor mutabilis* h. mutatio laboris, aerumnae. (Difficile est dictu, utrum scripserit Virgilius. Codices plus fere lectioni *varius*, quam *varii*, favent. Fugit Heinsium, *varii* in Mediceo a m. pr., a sec. *varius* scriptum esse; et *varii* pauciores apud Heinsium cum 7. 8. 11.; et quorum post Mediceum inprimis grave est testimonium, Gudiani et Mentel. pr., eorum alter *varii* tantum pro varia lectione, alter a m. pr. exhibet. Nonii tamen et Macrobii, qui eos inspexerit, praecipuam hic haberi auctoritatem non posse intelliget. At qui meminerit, quam proclives fuerint librarii ad epitheta proximo vocabulo accommodanda, qua de re actum Q. V. VIIII, 1., *varii* non temere spernendum fatebitur; et *varium aevum* recte dici, ut ratio, ita usus probat; Catal. XIII, 1.: „Quocumque ire ferunt v a r i a e nos tempora v i t a e." *Wr.*) *bellique labor* aliquot Pier. *variisque* Dorvill. 426 *multosque* Medic. a m. sec. *m. mutata r.* Schol. Horat. ad I Od. 34. *recusos* Franc. 427 *in solio* alii apud Ursin. Zulich. et Parrhas. *in solito* sec. Rottend. et a m. sec. Dorvill., perperam. *in solido* est in integro, in incolumem statum, in integrum restituit. 429 *Tolonius* Parrhas. *Tholonius* Goth. tert. 430 *non* edd. nonnullae. *nec tarda* tamquam elegantius recepit secundum Ge. Fabricium Heinsius ex Servii auctoritate:

laudatur tritum illud: νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας Iliad. χ, 339. Sententiam autem tritissimam, tamen habuit, quomodo verbis ornaret: *Multa dies — Fortuna locavit.* Enniani versus sunt apud Macrob. VI, 2, quos ante oculos fuisse Maroni ille putat: *Multa dies in bello conficit unus; Et multae rursus fortunae forte recumbunt. Haudquaquam quemquam semper fortuna sequuta est.* In Marone *labor aevi* pro aevo simpliciter cum notione aerumnae, quae in aevo toleratur, adiecta; die et aevo, h. e. temporis vicissitudine multae res mortalium in melius mutantur. Ad ornatum spectant adiuncta: *aevum varium*, temporis decursus, in quo fortuna varia iactamur. *labor* πόνος, aerumna, *mutabilis*, in meliorem fortunam mutari solita, *alterna* potest esse dicta ipsa Fortuna; nisi malis: *alterna* (κατὰ) *lusit et rursus in solido locavit*, in firmo, tuto, ἐν τῷ σταθερῷ, antea in lubrico labantes. *ludere*, praeter expectationem aliquid inferendo, mutando: plerumque in deterius: h. l. in melius. (potius: Fortuna, vices rerum alternans, eundem nunc decipit, nunc iuvat. *Wr.*)

Digitized by Google

Gloria delectos Latio et Laurentibus agris.
Est et Volscorum egregia de gente Camilla,
Agmen agens equitum, et florentis aere catervas.
Quod si me solum Teucri in certamina poscunt,
Idque placet, tantumque bonis communibus obsto:
Non adeo has exosa manus Victoria fugit,
Ut tanta quidquam pro spe tentare recusem.
Ibo animis contra; vel magnum praestet Achillen,
Factaque Volcani manibus paria induat arma
Ille licet. Vobis animam hanc soceroque Latino

438. ACHILLEM

cui Ven. et pro var. lect. Menag. accedebant: cum Goth. sec. Ceteri codd. omnes tuentur vulgatam: *nec parva.* (Servium *tarda* legisse, quamquam in cod. Dresd. *parva* praescribitur, admodum probabile facit eius explicatio. Tamen revocandam putavi lectionem codicum fide stabilitam; vid. Q. V. XVI, 7. Nominat poeta Messapum, Tolumnium, Camillam, ut magnam sibi comparaturos gloriam; hinc pergendum erat: nec parva sequetur Latinos gloria; ac parum convenit superiore pugna victo, celerem promittere victoriam. *Wr.*) *nec tanta* Exc. Burm. *sequentur* Bigot. Versum laudat Schol. Statii ad VI Theb. 910, ubi *sequitur* explicat: concedit illi, datur. 431 *delectas* Parrhas. *deiectos* Gud. a m. sec. cum aliquot aliis Heinsii, ut ad Troianos referatur. In Mediceo versum hunc postponi sequenti notat Burm., quod apud Fogginium non ita se habet. (—432. *Vulscorum* Medic., vid. V. L. ad IX, 370.; idem *Camillas* a m. pr. *Wr.*) 433 *et* deest Dorvill. (et a m. pr. in Medic. *Wr.*) De toto versu dubito an huc translatus sit ex lib. VII, 804. (At nimis tenuis existet oratio deleto hoc versu; et vid. V. L. ad X, 871. *Wr.*) 434 *Quo si* Rom. *Quos si* Hugen. *me Teucri solum* in Pierianis aliquot. *in certamine* Mentel. pr. et Franc. vid. supra v. 221. (—436. *has* a pr. m. omissum in Medic. — 438. Scripsi *Achillen*; vid. Q. V. III, 1. *Wr.*) 439 *patria i. arma* duo Burm. 440 *Illa licet* pr. Moret. *Ire l.* Parrhas. *libet* Bigot. (*Latini* Medic., ut sit vocativus; sed ultima *i* mutatur in *o*. *Wr.*)

in solido, in integrum, in incolumem statum, restituit.

428. 429. Comparant Homericum παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, Οἵ κέ με τιμήσουσι. *Aetolus et Arpi:* sup. 239 sq. *Messapus*, de quo lib. VII, 691 sqq. et alibi. *Tolumnius* cf. inf. XII, 258. *felix* autem h. potens, florens opibus, videtur infelicitatem Diomedis respicere. (Tolumnius quum esset augur, nescio an felix hic dicatur is, qui felicia auguratur. *Wr.*) 430. et parata erit gloria ipsis Latinis. 432. De Camilla lib. VII f. 433. *florentes aere*, fulgentes. v. sup. VII, 804. *tantumque bonis communibus obsto*: et in tantum obsum commodis publicis, ut, nisi solus dimicavero, concidat universa resp. Sic Servius, et v. 437. *tanta pro*

Digitized by Google

Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus,
Devovi. Solum Aeneas vocat. Et, vocet, oro.
Nec Drances potius, sive est haec ira deorum,
Morte luat; sive est virtus et gloria, tollat.
Illi haec inter se dubiis de rebus agebant
Certantes; castra Aeneas aciemque movebat.
Nuntius ingenti per regia tecta tumultu
Ecce ruit, magnisque urbem terroribus inplet:
Instructos acie Tiberino a flumine Teucros
Tyrrhenamque manum totis descendere campis.

442 *Devoveo* vett. edd. et deinceps vulgatae. (cuius lectionis fons est Palat. *Wr.*) *Devovi* Heins. e Pier. et suis omnibus et Donato, ut etiam Serv. ad XII, 234. *Devivo* Rom. *Aeneas solum* alter Hamb. *Solum Aeneas vocat*? cum interrogatione Ge. Fabric. nec male. Ut nunc est, supple *Devovi*, si *Aeneas vocat*. *orat* Hugen. *omen* sec. Rottend. 443 *sive haec est* Franc. et Goth. tert. (cum Serv. Dresd. *Wr.*) *cura d.* Montalb. 445 *Olli inter sese d.* Ed. pr. Burm. (*sese* quidem etiam Medic., sed alterum *se* expunctum. *Wr.*) *variis* Parrhas. *dubiis dum rebus* coni. Burm. 446 *acieque* Ven. *movebant* Dorvill. *vocabat* pro var. lect. Oudart. (*Aeneae* Medic., sed *s* ultimae literae superscripta. *Wr.*) 447 *per r. castra* sec. Moret. 448 *que* abest Oblongo et Parrhas. *inplent* Hugen. 449 *aciem* Voss. sec., ut *instructos aciem* graecismo dictum sit. *a* abest Medic. a m. pr. 450 *decedere* Hugen.

spe, ut solus dicar servasse remp. 443. 444. Sententiae forte nimis acutae ad nostrum sensum. Tres habet Servius interpretationes, quarum nulla satis commoda, etsi ad veram quodammodo ducere possunt. Solus cum Aenea vult congredi Turnus, etiam ea de caussa, ne cum Drance quicquam sive secundae sive adversae rei communicet, utque is et a calamitate et a felicitate successus absit. Et *vocet* Aeneas, ut ego solus cum eo congressus de summa belli transigam: *Nec Drances potius morte luat* sua, occidat communi clade, *si haec ira deorum est* (h. si eventus erit belli huius infaustus), nec, *sive est virtus et gloria*, si hoc bello laudem virtutis (κλέος) et gloriam (κῦδος, victoriam) consequi dabitur, *tollat* eam ille, auferat hanc laudem pro sua parte (ut αἴρεσθαι κῦδος). (Sunt haec cum irrisione dicta: Ego me solus obiiciam communi periculo, ne Drances scilicet cogatur pugnare, et aut vitam, qua nihil illi carius, amittat, aut fortitudine sua, quae nulla est, palmam virtutis mihi praeripiat. *Wr.*)

Cum sollertia et cum arte poeta partim deliberationum et incertorum fluctuantiumque consiliorum exitum facit non praevisum; partim instruxit et praeparavit inde a v. 434 sq. pugnam inter Aeneam et Turnum, in qua narrationis et carminis tela olim erit detexenda. Ad 445 et 446 com-

Digitized by Google

Extemplo turbati animi, concussaque volgi
Pectora, et adrectae stimulis haud mollibus irae.
Arma manu trepidi poscunt; fremit arma iuventus;
Flent maesti mussantque patres. Hic undique clamor
Dissensu vario magnus se tollit ad auras:
Haud secus, atque alto in luco cum forte catervae
Consedere avium, piscosove amne Padusae
Dant sonitum rauci per stagna loquacia cycni.

455. IN AURAS

451 *turbati animo* Rom. *confusaque* Parrhas. 452 *non*, pro, *haud* Bigot. et Goth. tert. *aures* Montalb. 453 *manu* Heins. e scriptis non tam reposuit, est enim communis edd. lectio, quam potius vitium, puto, editionis Dan. Heinsii expulit, in qua est *manus*. Idem coni. *manus trepidae*, Voss. alter *metu tr.* (Servius: „Praeter vocem gestum etiam flagitantis expressit, nec est superfluum *manu*, ut quidam volunt." *manu* ornat tantum; et arma scilicet manu tractantur; vid. V. L. ad Ge. II, 247. *Wr.*) 454 *Hinc* plures Heins. (cum 7. 12. idque probat Heinrich. *Wr.*) *Sic* Dorvill. *Tunc* Goth. sec. 455 *Dissessu* tert. Rottend. *magnus vario* vett. edd. apud Pierium, idque revocavit Cuningham. e MS. Bersmanni. (at cf. V. L. ad I, 333. *Wr.*) *ad auras* Medic. (cum 7. 9., quod revocavi; vid. Q. V. X, 1. *Wr.*) 456 *in* abest Goth. tert. et Exc. Burm. *cum fronte* alter Hamb. 457 *Considere* Hugen. et tert. Mentel. cum Reg. *amni* Parrhas. *piscosoque* plures apud Burm. *piscosaeve* Oudart. 458 *nivei* Moret. qu. et Vratisl. *loquacia* firmant vetustissimi Rom. Medic. et al. *loquencia* vel *loquentia* pars

parari solent vss. 304. 305 II. *α*. Saltem aliqua ex parte convenirent *β*, 786 sq. 807 sq. Praestat monere, ut artem poetae observet lector in narrationis ordine a vulgari tenore ac pedestri rerum narrandarum structura avocato. Nam secundum hanc res sic erat exponenda: Aeneam interea castris motis duplici agmine adversus urbem Laurentum incessisse; pedestri per saltus montium, equestri per planitiem camporum; nuntiari adventum. Poeta vero singula singulis locis commode dicenda servavit. Vide inf. v. 511 sqq. 522. 452. *et arrectae stimulis irae:* de virtute bellica; exasperati sunt animi. ut inf. 727. 728. *Tarchonem in praelia suscitat et stimulis haud mollibus iniicit iras.* Nam ira erigitur, arrigitur ac stimulatur, h. e. movetur. Et *stimulus durus*, qui adeo penetrat, infixus haeret. *fremit arma*, pro vulgari: cum fremitu postulat. (Cum trepidatione arma poscunt; at dum arma fremit iuventus, patres inopes consilii flent mussantque. Non est igitur otiosum, ut opinari possis, alterum hemistichium. Ceterum vid. V. L. *Wr.*) 454. *mussant.* sup. 345 *sed dicere mussant.* Est τὸ ἐπιμύζειν. στενάζειν.

Digitized by Google

Immo, ait, o cives, adrepto tempore Turnus,
Cogite concilium, et pacem laudate sedentes:
Illi armis in regna ruant. Nec plura locutus
Conripuit sese et tectis citus extulit altis.
Tu, Voluse, armari Volscorum edice maniplis;

459. TEMPORE,

codd. Pier et Goth. tert., sicque codd. Servii ad Ecl. VIII, 22, quae varietas et alibi occurrit. *liquentia* Bigot. et Ed. Ven. apud Burmann. cum Dorvill. *liquacia* pr. Moret., quo apparet, omnia haec esse a librariorum stupore profecta. conf. sup. ad IX, 679. Interpolatum est in aliis *stagna sonantia* apud Pier. et in Sprot. 459 *o iuvenes accepto* Schol. Statii lib. VII Theb. 612. *arrecto* Goth. tert. (Iunge: *ait arrepto tempore.* Gratus nimirum et εὐκαιρος erat Turno adventus hostium; deserit igitur concilium, arripiens opportunitatem exercitus in aciem educendi, dum patribus aqua haeret. Itaque mutavi interpunctionem. *Wr.*) 460 *et* deest qu. Moret. *sequentes* Bigot. 461 *ad tecta* Ed. pr. Burm. et Goth. sec. *in tecta* Ed. Mediol. et Schol. Statii VII Theb. 612. *ruant* e libb. suis et Pier. praetulit Heins., pro vulgato *ruunt*, quod et ipsum suam vim habebat. (*ruunt* Mediceus, et, ut videtur, plerique codd. Ferrem hoc, si saltem legeretur: *Dum illi armis in regna ruunt.* Nunc sententia talis est: sinite illos interea armis in regna ruere. Nihil autem in tali verbo facilius fieri potest, quam ut eadem vocalis repetatur. *ruunt* ita defendit Pierius, ut rem praesentem quasi digito indicari dicat. *Wr.*) 463 *Tum* Ed. Ven. ap. Burmann. *Volsce* eadem, cum Dorvill. et Ed. Mediol. Fuit Valeriae gentis familia *Valesorum.* Versum respicit Rutil. I, 169 de Rufio Volusiano: *Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen,*

457. 458. *Padus* cycnorum copia apud poetas celebratus: in septem ostia cum tempore deductus, binis primum ostiis in mare delatus est, quorum alterum septentrionem versus erat *Volana*, alterum a meridie *Padusa* prope Spinam a mari exceptum. Creditur esse illud, quod nunc *il Po d'Argenta* appellatur. (v. Commentar. Acad. Bonon. To. VII cum mappa ad pag. 470.) Ostium hoc *amnem* dixit et quidem *piscosum*, ut Homerus ἰχθυόεντα Hyllum Iliad. υ, 392. Facit illud quibusdam locis paludem, hinc *stagna* quae *loquacia* dixit eleganter, a loquacibus cygnis, ut inf. XII, 475 *nidos loquaces* hirundinis; hos *raucos* vocavit, simpliciter, a clamore vel cantu. Transtulit hoc Claudian. XXXI, 109. 110. De Padusa accurate egit Cluver. Ital. ant. lib. I, cap. 35. cf. Serv. Ambitiosum esset Italos scriptores laudare, qui de his ostiis copiose egere: Nuper *Giambatt. Minzoni* demonstratum ivit: esse Padusam *Canalem S. Alberti*, h. e. fossam XII M. pass. a Ravenna ductam.

459. Concilium habete *arrepto tempore*, εὐκαίρως, ἐν καιρῷ. cum irrisione. ne capite arma; quin potius, μᾶλλον δὲ, *immo* etiam deliberate, (Friget hic lepor; vid. V. L. *Wr.*) 462. *sese corripuit*, ὥρνυτο, ὡρμήθη, ἔσσυται. Ex his ac similibus du-

Digitized by Google

Duc, ait, et Rutulos. Equitem, Messapus, in armis,
Et cum fratre Coras, latis diffundite campis.
Pars aditus urbis firmet, turresque capessat:
Cetera, qua iusso, mecum manus inferat arma.
Ilicet in muros tota discurritur urbe.
Concilium ipse pater et magna incepta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus tempore differt;
Multaque se incusat, qui non adceperit ultro
Dardanium Aenean, generumque adsciverit urbi.

466. FIRMENT CAPESSANT

Et reges Rutulos, teste Marone, refert. dice alter Hamb. *maniplos* Gud. a m. pr. (*Vulscorum* Medic., vid. ad vs. 432. *Wr.*) 464 *Dux ait* Ven. et Goth. tert. (*Duce* scribi iubet Wakef. ad Lucret. II, 484.; cf. V. L. ad I, 753. *Wr.*) *Dixerat* Bigot. Tum *Equitem* e Medic. et aliis egregie restituit et defendit Heins. Agnoscit et Servius. Vulgg. secundum Romanum *equites*, (ita etiam Palat. *Wr.*) et plerumque iunctim: *Rutulos equites.* 465 *Corax* Goth. pr. *Latiis* Erf., nec ipsum male. *effundite* Franc. 466 *firmant* pr. Hamb. et Ven., qui et *capessunt* habet. *firmet* aliquot Heins., inter quos a m. pr. Gud., qui idem cum Erf. *capessat*, hoc quidem cum Medic., qui idem a m. sec. *firmet* habet. (*firmet — capessat* etiam Lips. obl. et 1. edit. Vinar. 1826.; idque revocavi; vid. Q. V. VIII, 4, b. coll. VIII, 2, a. *turris* Medic. *Wr.*) 467 *qui* Bigot. *qua iubeo* Vratisl. et Goth. sec., male. vid. Not. 469 *Consilium* Reg., (etiam Medic. a m. pr. *Wr.*) sic et alii hic et sup. 460. *pater ipse* Medic. a m. pr. pr. Moret. et Goth. tert. *magnum* Medic. a m. pr. 470 *tr. s. pectore* vett. edd. Mutavit, puto, primus Naugerius in Ed. Ald. tert., ut sit *tempore*, hocque codd. consensus firmat. 471 *quod non* Gud. Ven. Mentel. pr. a m. pr. Exc. Burm. *quod non deceperit* Erf. *acceperat* Bigot. 472 *generumque adsciverit urbi.* Sic constanter legitur et distinguitur. Erit adeo *urbi*, in urbis ac regni utilitatem. Parum commode. Suspicor fuisse *qui non acceperit ultro Dardanium Aenean generumque adsciverit: urbis Praefodiunt alii portas.* Sic uti-

ctum videtur *rapere, corripere,* pro movere, adeoque *se,* ut *eripere se.* Iam sup. VI, 472 *Tandem corripuit sese atque inimica refugit in nemus.* Et Cul. 167 Serpens *et se sublimi cervice rapit.* passim vidimus. 463. Festinationem Turni bene assequitur oratio abrupta, dum Turnum esse loquuturum non praedictum est. 464. *Equitem in armis,* pro armatum, ut saepe alibi. *Messapus,* graece, pro Messape, et *Coras,* pro Cora, *cum fratre* Catillo. v. sup. VII, 672. 467. *qua iusso,* pro iussero: ut, levasso, declarasso, amasso et al.; sequutus est Silius XII, 175. 468. 469. Comparant Iliad. β, 808. *Αἶψα δ' ἔλυσ' ἀγορήν, ἐπὶ τεύχεα δ' ἐσσεύοντο.* Tum 472 *urbi* erit in urbis, regni, utilitatem. (non ita; sed: ut consortem imperii; vid. V. L. *Wr.*)

Digitized by Google

Praefodiunt alii portas, aut saxa sudesque
Subvectant. Bello dat signum rauca cruentum
Buccina. Tum muros varia cinxere corona
Matronae puerique; vocat labor ultimus omnis.
Nec non ad templum summasque ad Palladis arces
Subvehitur magna matrum regina caterva,
Dona ferens: iuxtaque comes Lavinia virgo,
Caussa mali tanti, oculos deiecta decoros.

que lenior procedit oratio. (Sed ita si leges, misere fractum habebis versum. Tuetur librorum lectionem VII, 367.: „Si gener externa petitur de gente Latinis.“ Et quomodo haec intelligi voluerit poeta, ipse significat VII, 255. sqq.: „Hunc illum fatis externa ab sede profectum Portendi generum, paribusque in regna vocari Auspiciis.“ *Wr.*) 473 *Perfodiunt* tres apud Burmann. *ac s.* Goth. tert. 474 *Subiiciunt* lect. varians vett. edd. adscripta, quam Catroeus recepit: scilicet deterius pro exquisitiore. *Bello signum dat* Moret. qu. 475 *Tunc* ante Heins. vulgg. 476 *labor vocat* Parrhas., sicque Coningham. edidit. 477 *Nec non et* Leid. *magnasque ad* ed. pr. Burm. 478 *corona* tert. Goth., sed *caterva* in marg. 480 *Caussa mali tanti atque oculos* vett. edd. (cum Palat. et Servio ad XII, 66., quamquam ibi in cod. Dresd. est *malis tantis oc. Wr.*) et, quamvis Pierius eiiciendum τὸ *atque* monuerat, etiam seqq. vulgg. Itaque Heinsius expulit secundum codd. Hiatum, quem toties librarii ferre nequivere, explevere Montalb. et Parrhas. *tantique.* Maiorem dubitationem facit, quod in Rom. erat: *Caussa malis tantis*: sic Donatus et pars codd. Heins. cum Regio et Goth. tert., nec vero aliter fuit in libro, unde Mediceus descriptus erat, nam in hoc a pr. m. fuerat: *mali tantis.* Itaque rationes potiores conspirant in hoc, scriptum a Marone fuisse: *Caussa malis tantis oculos d.* (Recepit *malis tantis*, quod est etiam in 12., Iahnius. Vix licet dubitare, quin, ut reliqua lectionis

473. Ante portas fossas faciunt, ut bene Serv., et vallum ducunt saxis stipitibusque humo aggesta. (potius: saxa et sudes subvectant, quibus pro telis utantur; cfr. inprimis vss. 891 sqq. *Wr.*) Cum autem res ad summum discrimen adducta esset, (*labor ultimus vocat omnes*) procurritur in muros, ut Troiae, cum praelium cum Achivis propius urbi admotum esset, factum esse narrat Homerus. 477. Manifesta vestigia Iliad. ζ, 86 sqq. 269 sqq. Illud autem miror, quod in hac imitatione non animadvertit, Palladem iam tum coli a Laurentibus haud potuisse, quam Troianos primum intulisse communis fama obtinuit. (nisi forte poeta deam in Latio coli solitam et eam Palladi similem innuisse dicendus est, qualem v. c. Fortunam Antiatem novimus apud Horat. Od. I, 35.; sed haec observatio etiam de aliis Graecorum deis, e. c. Baccho, Apolline, valet, quippe qui hoc tempore nondum ab Italis hisce colebantur. *Ruhkopf.*) 478. *Subvehitur;* supra VIII, 666 *castae ducebant sacra per urbem* Pilentis *matres in mollibus.* 479. *Dona.* Perperam peplum ex Homero huc vocant.

Digitized by Google

Succedunt matres, et templum ture vaporant;
Et maestas alto fundunt de limine voces:
Armipotens, praeses belli, Tritonia virgo,
Frange manu telum Phrygii praedonis, et ipsum
Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis.
Cingitur ipse furens certatim in proelia Turnus.
Iamque adeo Rutulum thoraca indutus aenis

diversitas, sic hoc ipsum *malis tantis* ad hiatum evitandum spectet. Contra si scriptum a poeta fuisset *malis tantis*, parum est probabile, id mutatum esse in *mali tanti*, et invectum hiatum, cuius tollendi adeo cupidi sunt librarii. Pessime etiam ad aures haec accidunt *malis tantis oculos*; cui cacophoniae non satis medetur interpunctio post *tantis* facta; contra *mali tanti* facile feras; cf. Q. V. XXXIII, 8. Denique quod in Medic. a m. pr. scriptum est *tantis*, id facile oriri potuit litera *s* ex subiectae vocis terminatione, ut fieri solet, adscita; vid. V. L. ad V, 850. VI, 862.; atque hoc ipsum mendum hanc fortasse habuit vim, ut alii etiam vitiosius exararent *malis tantis*. Quae quum ita sint, ne illud quidem, quod eadem verba *Causa mali tanti* iam supra lecta sunt VI, 93., me movet, ut a semel recepta lectione discedam. *Wr.*) Tandem Cuningham. emendabat *Tanti caussa mali*. Sed poetam dedecet semper eosdem numeros sectari. (Debuit *Causa* in principio versus collocari, ut cui praecipua insit vis. *Wr.*) *oculis d. decoris* sec. Rottend. *oculos d. decores* alt. Voss. 481 *tura* Mentel. pr. 482 *de pectore* aliquot Pier. et Heins. cum Goth. tert. *de limine* etiam Serv. agnoscit. Sed vid. Not. 483 *belli praeses* ordo in vulgg. ante Heins., (ut est in Palat. *Wr.*) quem (perperam *Wr.*) revocavit Cuningham.; adeo difficile est quicquam in his probare, quod non alius improbet factum. *praesens* nonnulli, etiam apud Serv., sicque Medic., sed a sec. m., cum aliis Heins. et Ed. pr. (adde 9. 12. *Wr.*) *et Saturnia v.* Parrhas. a m. sec. 484 *Fr. m. templum* Goth. tert. 485 *Sterne solo pronum* Parrhas. *et portis* Ed. pr. Burm. *portisque* vel *pontisque* Leid. *sub ipsis* apud Macrob. V Sat. 3, sicque a m. sec. pr. Hamb. 486 *in* aberat Gud. *in funera* pr. Hamb. a m. pr. 487 *rutilum thoraca* Macrob. V, 10. VI, 7 et Gellius II, 6 agnoscunt, et sic Romanus, duo Rottend. et Hamb. alter. Sed alterum doctius. *inductus* ap.

Poetae genus ponere placuit. 480. κατ' ὄμματα καλὰ βαλοῦσα; oculis deiectis. cf. Ruhnk. ad H. in Cer. 194. 481. *Succedunt* sc. templum, intrant, ut bene Serv. Alias languet versus post illa: *Subvehitur magna matrum regina caterva.* 482. *de limine.* Nil argutandum: est pro, ingressae templum. Nam ex more in prima templi parte vota faciunt, qui deos adeunt, nec interiora intrant, ut nos. 483—485. Preces fere ad verbum conversae ex l. c. Homerico v. 305. 306. 307. *effunde*, de prolapso, prostrato ante urbis obsessae muros.

486 sqq. Aemulatur et h. l. Maro Homerum, qui heroes se armantes inducit Il. γ, 330 seqq. Paridem; λ, 15 sqq. Agamemnonem: π, 130 sqq. Patroclum; τ, 369 sqq. Achillem. Sed orationem egregie ornavit et varia-

Digitized by Google

Horrebat squamis, surasque incluserat auro;
Tempora nudus adhuc; laterique adcinxerat ensem;
Fulgebatque alta decurrens aureus arce;
Exsultatque animis, et spe iam praecipit hostem.
Qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis

492. QUALIS, VINCLIS,

Pier. codd., quod cum voc. *rutilum* praetulit Wakef., quia et alibi occurrit *inducere* pro *induere*, sup. V, 379. VIII, 457 et *rutilantia arma* supra VIII, 529 et apud Tacitum Hist. V, 13. (Lectionis *inductus* nimis dubia auctoritas; et ita in uno alterove minoris pretii codice, ut II, 275. V, 674. X, 775., semel in Gudiano, sed a m. pr., XI, 83., ubi vid. V. L., *inductus* pro *indutus* legitur. Tum, etsi non constat, quibus rebus Rutulus thorax ab aliis differat, fere ubicumque huius populi mentio fit, *rutili* in aliquot codd. legitur, et in Servio quidem Dresd. constanter. Macrobii autem et Gellii fides hic prope nulla est, quum, an ipsi ita scripserint, incertum sit. *Wr.*) 490 *aureus*. Si tamen thoracem aereum indutus fuit, ut v. 487 dixerat, nunc non *aureus* sed *aereus* fulgere debuit. (Aliud est *auro fulgere*, aliud *aureum fulgere*; i. e. ita fulgebant eius arma, ut aurum; talia sunt *aurea mala* Ecl. III, 71. VIII, 52. *sidera* Aen. II, 488. *aureus amellus* Ge. IV, 274. *Wr.*) Tum displicet in his verss. quinque quinquies repetita copula *que*. (At enim singulae partes ad absolvendam totius speciem aptissime per *que* nectuntur; ut taceam, si quid in quinquies repetito *que* ingratum inesse possit, id per elisionis, quam vocant, rationem vix sentiri. Aut quid fiet eiusmodi versu, IX, 767.: „Alcandrum*que* Haliam*que* Noemona*que* Prytanim*que*.“ *Wr.*) 491 Deficit versus Goth. sec. Vellem maioris esset auctoritatis codex! (Non video, quid displiceat in hoc versu, quo propter subiectam comparationem carere non possumus. *Wr.*) *praeripit* Vratisl. conf. sup. lib. X, 277 et saepe al. 492 *adruptis* Reg. (*abruptus* Serv. Dresd. Expunxi comma, quod erat post *Qualis*; vid. V. L. ad II, 471.; tum alte-

vit Maro: *thoraca indutus aenis Horrebat squamis*, pro thoracem induerat ex aere in squamarum speciem contextum, *surasque incluserat auro*, ocreas aureas induerat. (Ceterum iuvabit ubertatem Virgilii contendere cum ieiunitate Auctor. Epit. Iliad. vs. 227. sqq. — 490. *aureus*, quomodo, quum thoracem aereum induisset? vid. V. L. *Wr.*) Sed multo etiam ornatiora sunt sequentia, v. 492—497, quae ex Homero Iliad. ξ, 506—511 conversa esse, iam veteres notarunt. Ad Turnum tamen convenientius translata puto, quam de Paride

fuerant pronuntiata: contra quam Popio visum. Nam in Turno summa alacritas et festinatio ac discursatio. Virgilio tamen in verbis Ennius iam praeiverat, Macrobio monente VI Sat. 3 *Et tunc, sicut equus, qui de praesepibus actus* (est Homericum: ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ) *Vincla sueis magneis animeis abrumpit et inde Fert sese campi per caerula, laetaque prata, Celso pectore:* (θείει [διὰ] πεδίοιο κροαίνων, pulsando solum ungulis) *saepe iubam quassat simul altam;* (ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται ὤμοις ἀΐσσονται) *Spiritus*

Digitized by Google

Tandem liber equus, campoque potitus aperto
Aut ille in pastus armentaque tendit equarum,
Aut, adsuetus aquae perfundi flumine noto,
Emicat, arrectisque fremit cervicibus alte
Luxurians; luduntque iubae per colla, per armos.
Obvia cui, Volscorum acie comitante, Camilla
Occurrit, portisque ab equo regina sub ipsis
Desiluit; quam tota cohors imitata relictis
Ad terram defluxit equis; tum talia fatur:
Turne, sui merito si qua est fiducia forti,
Audeo et Aeneadum promitto occurrere turmae,

493. LIBER, APERTO,

rum, quod erat in fine versus; tertium, quod erat post *liber* vs. sq.; quartum denique post *aperto*, coll. Q. V. XXI, 8. *Wr.*) 493 *pratoque* Dorvill. *potitur* aliquot Pier., quod non praeferam cum Catroeo. *ab alto* Goth. tert. a m. pr. 494 *impastus* aliquot apud Burmann. 495 *equae* Bigot. *profundi* Ven. *fl. toto* Zulich. a m. pr. et Ed. pr. Burm. *nando* pr. Hamb. 496 *cervicibus altis* sec. Rottend. *altum* malebat Cuninghamus: scilicet ut poeta nihil variet; semper idem sequatur! 497 *luduntque comae* Oudart. 498 *cui grege Volscorum com.* Sprot. (*Vulcorum* Medic., *s* superscripta; vid. vs. 432. — 499. *sub altis* Arusianus s. v. *Desiluit* p. 223. edit. Lindem. *Wr.*) 500 *Dissiluit* aliquot codd. et Ed. pr. Burm. 501 *deflexit* alter Hamb. *cum tal.* Montalb. 502 *sui meriti* Goth. tert. *audacia* Ven. 503 *et* deest Gud. pr. Mentel. et sec. Moret. *turbae* Bigot. et Goth. tert. *turmis* Romanus et Donatus.

ex anima calida spumas agit albas. (De vs. 492—94. vid. V. L. ad vs. 492. — 495. *noto*, vid. Not. ad Ecl. I, 52. *Wr.*) *Luxurians;* reddidit feliciter ex Homerico loco κυδιόων, quod ibi est pro γαυριῶν, de equo exultante, ferociente. *alte* autem 496 possis iungere: *arrectis alte;* ut Homericum ὑψοῦ κάρη ἔχει. Forte tamen sic languescit versus; et iungenda sunt *alte luxurians*, aut si hoc insolentius dictum videri possit, *alte fremit.* (Alios alio retulisse hoc *alte*, Servius docet, qui recte iudicat *arrectis alte* iungenda esse; modo scite pronunties illud *alte*, vocem paullum attollens. *Wr.*) *ludunt iubae per colla, per armos.* ἀμφὶ δὲ χαῖται ὦμοις αἴσσονται. Adde alterum locum ex Homero expressum in Apollon. III, 1259 sqq.

498. De Camilla modo ad 432. *Desiluit*, honoris caussa factum volunt. Cf., si tanti videtur, anaglyphum Borghesianum apud Winckelmann. *Monum. ined.* No. 137. *cohors* pro turma: nam equitum h. l. est. *defluxit;* Macrob. VI, 4 (p. 595 Lips.) e Furio lib. I laudat: *Ille, gravi subito devinctus vulnere, habenas Misit equi, lapsusque in humum defluxit et armis Reddidit aeratis sonitum.* 503. Comparant

Digitized by Google

Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.
Me sine prima manu tentare pericula belli:
Tu pedes ad muros subsiste, et moenia serva.
Turnus ad haec, oculos horrenda in virgine fixus:
O decus Italiae virgo, quas dicere gratis,
Quasve referre parem? sed nunc, est omnia quando
Iste animus supra, mecum partire laborem.
Aeneas, ut fama fidem missique reportant
Exploratores, equitum levia inprobus arma
Praemisit, quaterent campos: ipse ardua montis
Per deserta iugo superans adventat ad urbem.

508. ITALIAE,

505 *tentare spicula* Goth. 506 *obsiste* Hugen. 507 *horrenda virgine* Medic. a m. pr., idem a m. pr. *fixis*, etsi *oculos* praecesserat. *oculos fixos* pr. Voss. et pr. Moret. cum Hugen., unde Heins. coni. *oculis — fixis*. Sed praestat recepta lectio, *oculos fixus*, et errorum caussae satis patent. *fixit* editio, qua Pier. utebatur: h. e. Ald. pr. vel alia, quae inde fluxit, sicque Sprot. et pr. Hamb. pro var. lect. *fixus* emendatum a Naugerio Ald. tert. 508 *grates* Rom. (item Medic. Friget *virgo* a praegressis commate seclusum; neque enim hoc dicit poeta: O decus Italiae, quae es virgo; sed: O virgo, quae es decus Italiae; vid. V. L. ad X, 601. Itaque delevi comma, quod erat post *Italiae*. *Wr.*) 509 *Quasque* Ven. 510 *Ista* volebat Heins. *super*: *at m.* (in Foggin. *superat*) Medic. a m. pr. (—513. *campos atque ipse* Medic., sed expuncta media voce. In eodem infra ultimam voc. *montis* literam punctum comparet. *Wr.*) 514 *superans* revocatum ab Heins. e Medic. et ceteris praestantioribus; sic et vett. edd. Prima est edit. tert. Ald., in qua receptum video *properans*, quod Rom. et alii Pieriani exhibebant: sicque Goth. tert. (cum Palat. et 9. 11. *Wr.*) Exquisitius tamen alterum. *superas* alter

Iliad. *v*, 73—80. 507. *horrenda in virgine*, h. l. admiranda. Nam, quae *admirationem*, *stuporem*, *horrorem*, faciunt, ad idem fere genus referri possunt. Sic ἔκπαγλος Homericum. 510. *partire*, respicit illud *Solaque T.* v. 504. In illis: *quando animus est supra omnia*, expressit magnanimam: adeoque int. supra pericula, fortunae casus et sic porro; non aliter.

511. *fidem* eleganter pro nuntio. Nam, quae nuntiantur, fidem facti faciunt. 512. *improbus*, accipio pro: audax: proprie, qui nimium audet. Sic alia supra passim. 513. *quaterent campos*, ad incessum equorum referri praestat. Lucret. II, 326 *equites — mediosque repente Transmittunt validoque quatientes impete campos.* (vid. etiam VIII, 596. ibique Not. Heyn.; *Praemisit quat. camp.* pro simplici *Praemisit in campos*. *Wr.*) Servius ad pertur-

Digitized by Google

Furta paro belli convexo in tramite silvae,
Ut bivias armato obsidam milite fauces.
Tu Tyrrhenum equitem conlatis excipe signis;
Tecum acer Messapus erit, turmaeque Latinae,
Tiburtique manus: ducis et tu concipe curam.
Sic ait, et paribus Messapum in proelia dictis

519. TIBURNIQUE

Menag. *iugum superans* alter Hamb., quae vulgaris, ut inf. v. 906, est structura; sed exquisitior: *iugo*, superior evadens, superato iugo, conf. sup. ad lib. II, 207. *advenit* Oudart. *in urbem* aliquot Pier., probante Heinsio. 515 *belli*: hic distinguebat Zulich. *convexa* Leid. 516 *Ut binas* Vratisl. *armato ut binas* ed. pr. Burm. *obsidem* Leid. et Goth. tert. *obsidant* Mediol. Ed. et Lutat. ad Stat. I Theb. 609. 517 *accipe* ed. pr. Burm. 519 *Tiburni* Heins. invexit, nescio quam bene: cum idem sup. lib. VII, 671 *Tiburti* reliquerit, ubi similis varietas occurrebat: quanquam *Tiburni* et illo loco praeferendum arbitror. Addit vir doctiss., *Tiburni manus* ad Tiburnum fluvium Tibur alluentem esse referendum. An Anienem Tiburnum esse voluit? Tiburnum conditorem Tiburis, deum vel heroem indigenam, novimus omnes: vid. Exc. VIII ad VII. Sequutus autem est Heinsius vetustiores suos cum Donato: quibus accedebat pars Pier., Mediceus tamen a sec. m. *Tiburtique* habet, idque Romanus firmat et Servius cum aliis codd.; adde tres Goth. et edd. vett. et Aldd. (adde 7. 8. 9., Dorph. I. II. V. et Lips. alt. idque restitui; vid. V. L. ad VII, 671. *Tirreni* Lips. obl. *Wr.*) Tum pars codd. distinguit: *T. manus ducis: et tu*, male. (Ceterum vid. Not. *Wr.*)

bationem agrorum, h. e. agrestium, revocat. *ardua montis deserta;* necesse est extremas Albanorum montium partes respexisse poetam. (Strue: Per deserta montis ardua ad urbem adventat, iugo ea superans; i. e. per iugum ardui desertique montis appropinquat. *Wr.*) 515. *Furta*, sollenni poetarum voce pro insidiis. (Egregie callideque hoc inventum a poeta, ut probabili causa Aeneam et Turnum a pugna segregaverit atque ita Camillae prae ceteris excellendi locum reliquerit; quare commode hanc libri XI. partem ἀριστείαν Καμίλλης appelles. *Wr.*) 519. *Tiburti manus*, copiae Tiburtinae, a Tiburno heroe ac conditore desiguatae, fratribus eius Catillo et Cora ducibus; sup. VII, 670 sqq. Adversus equitatum Aeneae, in quo turmae Arcades ab Euandro missae, VIII, 518 et Etruscae (lib. X, 238. 239.) erant, per planitiem camporum incedentem mittitur Messapus, qui nunc non suas copias (v. sup. VII, 691 et Exc. p. 169 sq.), sed Latinas et Tiburtinas turmas equestres ducit, et cum eo Camilla. (*ducis et tu conc. c.* Ne offendaris particula *et*, cave haec ita explices: tu aeque dux esto atque illi; sed puta Turnum his verbis declarare, quomodo ipsam secum laborem partiri velit, coll. vs. 510. Turnus enim quum unus esset omnium dux, Camillam quoque du-

Digitized by Google

Hortatur, sociosque duces; et pergit in hostem.
Est curvo anfractu valles, adcommoda fraudi
Armorumque dolis; quam densis frondibus atrum
Urguet utrimque latus; tenuis quo semita ducit,
Angustaeque ferunt fauces aditusque maligni. 525

521 *pergit* vel *tendit* pr. Hamburg. *in hostes* vel *hostis* nonnulli. 522 *vallis* vulgo editum: atque sic codd. pars; et revocavit id Cuninghamus; nec male. *valles* Heins. recepit e vett. codd., ut Medic. et al., item Rom. et parte Pier. Firmant et Grammatici Probus et Servius. Si verum est, poetam ita scripsisse, quod valde dubito, non, quod aiunt, ob metri necessitatem, sed antiquitatis studio id fecisse dicendus. Nam *valles* et *vallis*, ut *vulpes* et *vulpis*, et sic alia. Metro alias in *vallis* metuendum non erat: cum ultima in caesuram incidat. (Sed probe videbat Virgilius, mecumque sentient periti, hanc quidem arsin non esse satis validam ad producendam brevem syllabam. *ac commoda* Lips. obl. Ex nullo cod. enotatum video *amfractus*, quod optimi mss. tuentur, teste Cortio, apud Lucan. V, 416. Et ita veteres scripsisse probant verba Varronis de L. L. VI. p. 68. edit. 1623.: „Amfractum dictum ab ambitu et frangendo." *Wr.*) 523 *d. fr. artum* Exc. Burm., non infelici lapsu. 524 *utrumque* Parrhas. et Goth. tert. *quo* Heins. e suis vetustioribus et Pier., etiam Serv., laud. Ecl. IX, 1. pro vulgato *qua*, quod tamen multo accommodatius: Servio quoque agnitum; et sic Ald. *quam* ed. Iunt. (*quo* satis defenditur verbis *ducit*, *ferunt*, *aditus*; necdum ibi est Turnus, sed iturus eo. *Wr.*) 525 *fremunt* Bigot. forte *premunt*, inquit Heins. Mox vs. 526 praeponebatur huic in Regio.

cis partes iubet agere. Itaque hoc dicit poeta: Tu meo loco hac parte obi ducis munia. Servius *concipe* interpretatur: mecum cape; quod usus non admittit. — 521. *et p. in h.*, vid. Q. V. XXXV, 6. extr. *Wr.*) 522 sqq. Insidiarum locus et ratio huiusmodi animo repraesentanda. Via Troianorum agmini pedestri, quod Aeneas ipse ducebat (cf. ad 445. 446), erat facienda per montium iuga et saltus: in his erat *vallis, curvo anfractu*, sinuoso flexu, quae ex adversa venienti Aeneae parte in clivum assurgebat; isque erat agmine superandus: ab utraque vallis parte silvae. Has insedit Turnus: Equitatum autem Messapo et Camilla duce praemittit, ut manus cum praemisso ab Aenea Etruscorum equitatu conserat, qui per camporum planitiem incedebat, Tarchontis ductu. Hic pugna equestris fit, in qua, Camilla caesa, equites Latini fugiunt ad urbem. Audita Camillae caede equitatusque fuga, Turnus consilio insidiarum abiecto ex saltibus obsessis in campum procedit, ut fugam Latinorum equitum sistat urbemque, ne primo incursu capiatur, praesidio firmet. Quo facto Aeneas liberas saltus angustias superat; v. 896 sqq. Assequutus est hac oeconomia poeta hoc, ut absentibus Aenea et Turno geri res posset virtute Camillae et Tarchontis.

523. *quam — atrum* h. silva densa, per quam, *qua*, angusta semita est. 525. *aditus maligni*,

Digitized by Google

Hanc super in speculis summoque in vertice montis
Planities ignota iacet, tutique recessus;
Seu dextra laevaque velis occurrere pugnae:
Sive instare iugis, et grandia volvere saxa.
Huc iuvenis nota fertur regione viarum;
Adripuitque locum, et silvis insedit iniquis.
Velocem interea superis in sedibus Opim,
Unam ex virginibus sociis sacraque caterva,
Conpellabat, et has tristis Latonia voces

527. RECEPTUS

526 *in* aberat Rom. *e speculis* Gud. a m. pr. Mentel. pr. et Goth. sec. 527 *P. inculta* Sprot. *immota* Parrhas. vid. ad Ge. III, 416, quod Burmanno se probabat, ut esset a belli tumultu immunis. *recessus* plerique Pier., inter quos Rom. et Medic. a m. sec. cum Goth. pr., quod iam Serv. damnavit. *recussus* ed. Mediol. (*receptus* Palat.; *recessus*, quod revocavi, etiam antiquissimus 2. e Potter., et 8. edit. Vinar. 1826., quibuscum conspirat Serv. Dresd., ex cuius praeclara lectione, flagitante ipsa sententia, Serviana sic emendabis: „Tutique recessus: Male quidam *receptus* legunt" *cet.* Receptus dicitur locus, quo quis ex periculo aut fuga se recipit; recessus est locus secretior et ab hominum conspectu remotus, ubi bene lateas; idque ipsum vult Turnus. Nec quae sequuntur, *Seu* — — *saxa*, conveniunt voc. *receptus*, quippe quae ad impetum faciendum, non ad salutem fuga pariendam spectent. Tuti autem recessus sunt, unde tuto, absque cladis periculo, hostem adoriri possis. *Wr.*) 528 *concurrere* aliquot Burm.; sic vero *pugna* esse debebat. *pugnis* pr. Hamb. pro var. lect. 529 *aut gr.* Dorvill. *evolvere* sec. Mentel. *involvere* Leid. *vulnere* Rom. 531 *Arripiuntque* sec. Moret. *insidit* Hugen. *sedit* Montalb. Vulgata est ap. Serv. V, 203. 532 Ὦπιν. *Opem* alter Hamb. *Opin* apud Macrob. V, 22. 533 *sacris sociaque c.* Rom. (et 8. *Wr.*) *socia sacrisque* Hugen. *sociis sociaque* Goth. sec. 534 *tristi* Heins. e Rom. et aliis Pier. (quibus adde Goth. pr. et sec.), pro vulgato:

angusti, exigui; non, obscuri, ut Serv.; nam lib. VI, 270 adiunctum est: *lux; sub luce maligna.* 526. *in speculis;* in collis vertice, ut σκοπιά. (Videtur exprimi Homericum περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ. *Wr.*) Erat is planus, adeoque omni ex parte opportunus, seu ad procurrendum: 528, seu ad propulsandum hostem, si superare collem vellet: 529. Nam *instare iugis*, de iugo desuper urgere hostem adortum. (*instare iugis* dictum puta pro *consistere in iugis. Wr.*) 527. *ignota* Troianis. propter hoc ipsum *silvae iniquae* sunt, infestae ex insidiis. Similis autem insidiarum collocandarum descriptio comparanda apud Statium Theb. II, 469 sqq.

532. Recte Servius transitum tamquam abruptum et nimis tritum reprehendit. cf. sup. Not. ad IX, 638 et ibi Exc. (Erit tamen fortasse, qui poetae causam non sine successu defendat; susciperem ipse, nisi longior esset et ab

Digitized by Google

Ore dabat: Graditur bellum ad crudele Camilla,
O virgo, et nostris nequidquam cingitur armis,
Cara mihi ante alias. Neque enim novus iste Dianae
Venit amor, subitaque animum dulcedine movit.
Pulsus ob invidiam regno viresque superbas

tristes, vel *tristeis*, ut in Aldd. et al. At *tristis* Medic. et Macrob. V, 22 cum Donato, quod et ipsum Heinsius praetulisse videtur, nec nunc revocamus cum Brunckio. Iudicium nostrum puta eo niti, quod *tristis voces* plus gravitatis epicae habet; alterum *tristi ore* Ovidii elegantia dignum. (*tristes* Palat. Lectio *tristi* minus videtur codicum auctoritate firmata; et sane commendatur epica gravitate talis compositio *has tristis voces*, cf. Not. ad IX, 816. Similia alibi leguntur, ut *haec tristia dicta* II, 115. *Wr.*) *Latoida* alter Hamb., pro *Latoia* putat Heins. vel *Letoia*. 535 *ad* abest Ven. 537 *Nec* alii. *enim* abest binis Burm. et uni Goth. *novus* deerat Dorvill. (Hic locus *Neque enim nov. i. D. — Intemerata colit* vs. 584. Heinrichio videtur a poeta absoluto iam carmini insertus esse; acute ille quidem; sed adversatur huic opinioni maxime vs. 537. et 586. inter se collatus. *Wr.*) 538 *subitoque* a m. pr. Medic., perperam. vid. Heins. ad III, 225. *subitique* Montalb. At pro *que* malim *ve*: *subitave*; nec novus amor est nec subitus. (recte *subitaque*; vid. Q. V. XXXVI, 7. Ceterum *Subvenit* pro *Venit* a m. pr. Medic.; vid. V. L. ad I, 104. *Wr.*)

instituti mei ratione alienior haec disputatio. *Wr.*) *Opim* autem h. l. nympham edidit in Dianae consortio; cum alias ipsius Dianae nomen fuerit: quod ex Callimacho quoque constat in Dian. 204 et 240, ubi vid. Spanhem. Mirum id visum Servio, quem ad h. l. vide, et Macrobio V, 22, qui de nimia doctrina hoc Virgilium fecisse suspicabatur. Perperam utique: nam et apud eundem Callimachum in Del. 292 Opis est inter puellas Hyperboreas, quae frugum primitias olim Delum apportarunt, et cum Diana ibi manserunt; cf. Apollod. I, 4, 4. Recte adeo a Marone nympha Opis memorata est, et eodem forte respectu inf. 858 Threissa appellatur. Iuvat autem illud notare, Dianam h. l. *cum Nymphis suis*, quibus silvae solent pro sedibus assignari, in Olympo sedere, unde vss. 595. 596 Opis devolat in terram. 536. *nostris armis*, quibus Camilla in morem Dianae et Nympharum utitur. cf. inf. 844.

Quae sequitur narratio de Camilla et patre Metabo, Privernatum tyranno, ex antiquis Italorum fabulis, seu annalibus petita, et egregie ad epicam poesin accommodata, cum ea τὸ τερατῶδες habeat, dum saevi tyranni animum, quod haud expectares, filiae magno amore contactum exhibet (conf. ad X, 789 de Mezentio); reprehensionem tamen admittit in hoc, quod Dianae illa sermoni mandata dantis ad Opin inserta est non satis commode. Alia v. in Exc. II ad h. l. 539. *vires superbas*, h. nimias opes, potentiam libertati civium infe-

Digitized by Google

Priverno antiqua Metabus cum excederet urbe, 540
Infantem fugiens media inter proelia belli
Sustulit exsilio comitem, matrisque vocavit
Nomine Casmillae, mutata parte, Camillam.
Ipse, sinu prae se portans, iuga longa petebat
Solorum nemorum; tela undique saeva premebant, 545

540 *Privernum* Serv. ad VIII, 803. Ita et *urbem* legendum, quod in Exc. Burm. erat. 542 *vocari* Parrhas. *locavit* Gud. (*exillo* Rom. pro *exsilio*. *Wr.*) 543 Versum recitat Macrob. III, 8. *Scamillae* editum Pierius memorat: sc. in Ald. pr. At *Casmillae* editum in alt. et hinc in ceteris. *Carmillae* Gud. a m. pr. *quas millae* codd. apud Pier. Verum arbitror esse: *Casmilae*, ad quod accedit Dorvill. *Casmile*, infimi tamen loci codex: idem in suis membranis reperit Brunck. et recepit: nisi potius, inquit, *Cadmilae* poeta scripserit: ut Κάδμιλος apud Lycophr. 162 est Ἑρμῆς. quae Boeotica ibi fertur esse pronuntiatio. At Italica fuit *Casmilus*. (*Casmillae* Medic. et ceteri codd. Heins. *Wr.*) *mutata* iam ed. Ald. tert. dederat cum aliis vetustioribus nostris. At Egnatiana et aliae *mutilata*: ut et Pierius editum legebat: quod Burmanno magis placebat: quia una littera extrita est *s*. Debetur hoc inventum Benedicto philologo in edit. Iunt. 1520, qui eam lectionem vetustos codd. et bona ingenia agnoscere ait. Videtur tamen *mutata* poeticam orationem magis decere: et mutilatio sub illo tamquam genere comprehensa est; tum tuetur id consensus codd. vetustiorum omnium. (—544. Videtur, omisso commate, iungendum *Ipse sinu*: vid. Q. V. XVIII, 2, 1. *Wr.*) 545 *bella u. s.* Ed. pr. Burm.

stam; unde odia in eum: *Pulsus ob invidiam*. At Servius *vires superbas*, quibus superbe utebatur, interpretatur. (rectius utique; hinc infra vs. 568. feritas Metabo tribuitur. *Wr.*) Usus quidem utrumque admittit; nisi quod alterum exquisitius est. Nam cum *superbia* sit animi efferentis se iis, quibus eminere se putat aliis, transfertur *superbus* modo ad affectus, modo ad causas, unde quis superbit; est itaque ornatus, splendidus, dives, potens. Ita *honores superbi*. *coniugium superbum* Aen. III, 475. *Ilium superbum* III, 2. *ostrum superbum* I, 639 ubi cf. not. Ab effectis autem ductae sunt notiones, ut superbus sit durus, saevus, ut VIII, 481 *superbo imperio et saevis armis*. tum rebellis, qui iugum ferre nequit, ferox libertatis studio, ut de Bruto vidimus VI, 818. amantes, qui aemulos haud ferunt Ge. III, 217. *debellare superbos* VI, 854 ubi opp. *parcere subiectis*. Ex priore itaque ratione *vires superbae*, ut *opes superbae*, sunt omnino ingentes, nimiae. 543. Tribuit igitur poeta patris voluntati, quod emollita pronuntiatio serioribus aetatibus attulit, ut, pro *Casmilo Camillus*; pro *Casmila, Camilla* diceretur. Vox illa a Pelasgis in Italiam illata Etruscis quoque fuit frequentata, qui Mercurium Casmilum appellarunt, tamquam *ministrum* deorum. v. Schol.

Digitized by Google

Et circumfuso volitabant milite Volsci.
Ecce, fugae medio, summis Amasenus abundans
Spumabat ripis; tantus se nubibus imber
Ruperat. Ille, innare parans, infantis amore
Tardatur, caroque oneri timet. Omnia secum
Versanti subito vix haec sententia sedit:
Telum inmane, manu valida quod forte gerebat
Bellator, solidum nodis et robore cocto;
Huic natam, libro et silvestri subere clausam,
Inplicat, atque habilem mediae circumligat hastae;
Quam dextra ingenti librans ita ad aethera fatur:
Alma, tibi hanc, nemorum cultrix, Latonia virgo,

546 *pendebant m. V.* Sprot. 547 *f. in medio* alter Mentel. et Scheffer. *fuga e media* tert. Rottend. *habundans* in codd. passim, ut et alibi. *ab undis* Parrhas. et Exc. Burm. 548 *tantis* Erf. 550 *Tardatus* Sprot. 551 *Versanti subito*: distinguit Ge. Fabric. cum aliis, etiam Valcken. ad Ammon. p. 67: in subitis enim cogitationibus animum difficulter consilium capere aut rem expedire. Vix tamen satis placet *Omnia versare subito*. Ita *celeriter* dicendum fuisset. Praestat igitur altera ratio: cum omnia secum versasset, *subito vix haec sententia sedit*, ut nova ratione *subito vix* iunxerit: ut *vix tandem* eo devenerit, *subito* tamen consilium hoc arripuerit. Nam *subito victrix sententia sedit*, quod quis mecum coniiciat, esset ornatius forte, quam locus fert, vim autem illam non haberet. (Rectius haec ita expedies: Subito sententia sedit, et vix sedit, quum, captum consilium exsequens, telo natam implicat; vid. V. L. ad I, 586. Ceterum ipsa brevitas et perturbatio structurae h. l. praeclare accommodata est ad repraesentandam Metabi trepidationem captumque subitum consilium. Hinc, Medicei maxime auctoritate motus, retinui comma post *inmane* vs. prox., quum sublato eo τὸ ἀνακόλουθον simul tollere liceret. *Wr.*) 552 *ferebat* a m. sec. Medic. et Goth. sec. (*gerebat* est prior lectio Medic. *Wr.*) 554 *Hic* Hugen. *Huc* a pr. m. Rom. pr. *gnatam* Leid. (male; vid. Q. V. XXXVIII, 3. *Wr.*) *gratam* Sprot. 557 *hanc* abest Dorvill.

Apollonii ad I, 917. Macrob. III Sat. 8, et Serv. ad h. l. 544. *iuga longa*, non longinqua et remota, sed longo tractu continuata. 549. *Ruperat*, eruperat se, ut iam alibi vidimus: ἐῤῥάγη. 551. Cum omnia secum versasset, *vix haec sententia sedit subito*, quae subito animum subierat. (sed vid. V. L. *Wr.*) 553. *robore cocto*, igni durato, praeusto. 554. *Telum immane — Huic*; nota structurae immutationem, quae vel ob negligentiae speciem suavitate non caret. (vid. V. L. ad vs. 551. *Wr.*) *clausam*, involutam cortice. Suberis copiam in Priverni agris nasci observavit Sponius. *habilem*, ita ut haberi, tractari, pro iaculo emitti illa cum hasta posset; ἀρμονίαν. Sic I, 318 *habilem ar-*

Digitized by Google

Ipse pater famulam voveo; tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit. Adcipe, testor,
Diva tuam, quae nunc dubiis conmittitur auris. 560
Dixit, et adducto contortum hastile lacerto
Inmittit: sonuere undae; rapidum super amnem
Infelix fugit in iaculo stridente Camilla.
At Metabus, magna propius iam urguente caterva,
Dat sese fluvio, atque hastam cum virgine victor 565
Gramineo donum Triviae de cespite vellit.
Non illum tectis ullae, non moenibus urbes
Adcepere, neque ipse manus feritate dedisset:
Pastorum et solis exegit montibus aevum.

559 *hostem supplex* Goth. sec. 560 *d. c. armis* sec. Rottend. 561 *abducto* Oudart. *contentum* pr. Menag. tert. Mentel. Par. 562 *sonuere aurae* coni. Burm. Qui enim undae, inquit, *sonuere*? Scilicet graviter commotus aer aquae superficiem impellit et undae fremitum movet; quid? quod transvolans iaculum sibilum vel strepitum facit in aere, quem ipsi amni tribuere potuit. (Compara vss. 601. sq. *Wr.*) 564 *propius magna* aliquot Burm. *iam* aberat Medic. et Goth. pr. (exstat tamen *iam* in apographo Medicei Fogginiano. *Wr.*) 566 *d. c. tollit* Gud. et Erf. 567 *non ullae m.* Goth. pr. *montibus* alter Hamb. *urbis* Ven. 568 *Excepere* Sprot. *ille* Zulich. 569 *et* aberat Oudart.; et melius abesset. Sed quot alia non essent delenda, si haec ratio valeret! Sustulit

cum vidimus, *ensem* IX, 305; *galeam* ibid. 365. De alligata porro puella ingeniose v. 558. 559. *tua tela tenens supplex.* Hasta autem illigatum pondus in alteram ripam transmittit, ut ipse liberis manibus transnatare possit; *famulam* dixit consecratam: quia ministri deorum ὑπηρέται, δοῦλοι, diis se consecrant. (*Ipse pater*, vid. Q. V. XVIII, 2, c. *Wr.*) 560. *dubiis auris*, per quas ipsa infans dubia salute fertur. 562. *sonuere undae;* h. aer super undis, sibilo per hastam traiectam facto. cf. V. L. Sic inf. cum Opis per aerem cum impetu descendit, moto in aere sonitu, ipsa *caeli delapsa per auras Insonuit* XI, 595. 596. Hastam autem sic missam puta, ut alteri littori ea infigeretur. 563. *Infelix;* vel respectu praesentis Camillae fati, vel quod iam illa aetate tantum vitae discrimen adiret.

565. *victor* compos voti (ut saepe, v. c. VIII, 61), scil. flumine traiecto, et filia servata. *donum Triviae*, ex voto; quam Dianae voverat: v. 557. 558. 559. 560. 568. *manus dat* proprie victus, tum omnino qui cedit, qui placatur, h. l. qui, quod humanitas aliorum vel hospitalitas offert, accipit. An usquam de manibus hospitum iungendis loquendi usus tulerit *manus dare*,

Digitized by Google

Hic natam in dumis interque horrentia lustra
Armentalis equae mammis et lacte ferino
Nutribat, teneris inmulgens ubera labris.
Utque pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, iaculo palmas armavit acuto,
Spiculaque ex humero parvae suspendit et arcum.
Pro crinali auro, pro longae tegmine pallae,
Tigridis exuviae per dorsum a vertice pendent.

574. ONERAVIT

Brunckius et reposuit pro eo *at* Wakefield, nec improbo factum. (Non licet copulam *et* eiicere, quum, unde illata sit, non exputes. Neque *at* praestat, quum requiratur *sed*. Nec denique cum Heynio, vid. eius Not., struendum *in montibus pastorum*; nam sic quoque sententia flagitaret *sed*, non *et*. Iunge, ut iam Servius praecepit, *Pastorum aevum*, et vid. Q. V. XXXIIII, 2., adde, quae scripsit Iahnius; quo spectat etiam distinctio, post *Pastorum* in Mediceo facta. Quum autem proprie dicendum esset *Pastorum vitam*, indulsit hoc sibi poeta, ut vocabulo uteretur alteri tantum enuntiati parti conveniente. Puta igitur Metabum pastoribus se immiscuisse et ex bellatore pastorem factum esse. *Wr.*) *solus* Parrhas. *P. in saevis* Ed. pr. Burm. *aevom* Rom. 570 *Hic* edd. Aldd. et hinc omnes, quas vidi, etiam Nic. Heinsii priores. Nec nisi in ed. Burm. probatum *Hinc*: merito iterum eiectum. 572 *teucris* pro *teneris* Franc., stupore librarii. *immulcens* pr. Hamb. *munera* Goth. tert. 573 *plantas* Medic., sed a m. pr. 574 *Institerant* pr. Hamb., tum *armavit* omnes Pier. et Heins. potiores: adde Burm. et Goth. sec. ac tert. cum Erf. Retinetur tamen *oneravit* inde ab Aldo editum, tamquam elegantius; inprimis cum de tenellae puellae manibus sermo sit; quandoquidem credere licet, poetam maluisse id, quod venustius esset. Agnoscit quoque Servius. (*oneravit* Palat. Illatum hoc ex X, 868.: „*manus*que ambas *iaculis oneravit acutis*;" vid. V. L. ad vs. 93.; quae suspicio confirmatur eo, quod in duobus libris nostro loco legitur *iaculis acutis*. Itaque revocavi *armavit*; quod etiam a Iahnio, sed non reddita ratione, receptum video. Ac nescio an proprio verbo uti Virgilius propterea maluerit, quod ad arma ac Dianae ministerium a patre destinata fuit puella. *Wr.*) In Sprot. erat *firmavit*. *iaculis acutis* pr. Hamb. et Ed. pr. Burm. 575 *ex humero parvo* Goth. tert. 576 *vittae* pro *pallae* Oudart. 577 *a* abest aliquot Burm. *pendunt* duo eiusdem. *terrent* Hamb. alter a m. sec.

ut dictum: *accipere aliquem manu*, dubito. 569. non *pastorum aevum*, ut Serv., pro pastorali vita, sed *in montibus pastorum*; qui a pastoribus habitabantur. (at vid. V. L. *Wr.*) 570. *dumi*, *lustra* pro silvis. *Armentalis equa*, ἵππος ἀγελαία. 572. *lacte ferino*; quia *ferus* etiam de equo: ut sup. II, 51. 573. Proprie erant *vestigia prima*, in quae, quibus, institit plantis pedum. Sed doctius alterum, pro vulgari. Ut primum infans pedibus institit. (vid. Q. V. XXVIII, 3, b. *Wr.*) 577.

Digitized by Google

Tela manu iam tum tenera puerilia torsit,
Et fundam tereti circum caput egit habena,
Strymoniamque gruem, aut album deiecit olorem.
Multae illam frustra Tyrrhena per oppida matres
Optavere nurum. Sola contenta Diana,
Aeternum telorum et virginitatis amorem
Intemerata colit. Vellem haud conrepta fuisset
Militia tali, conata lacessere Teucros:
Cara mihi comitumque foret nunc una mearum.
Verum age, quandoquidem fatis urguetur acerbis,
Labere, Nympha, polo, finisque invise Latinos,

(— 579. *exegit* Rom. *Wr.*) 581 *Multae iam s.* sec. Moret. 583 *v. honorem* pr. Moret., et ipsum non male. Sed *colere amorem*, ut fovere, servare: studium armorum et virginitatis. 584 *corrupta* Vratisl, perperam. *corripi militia*, exquisite pro vulgari, corripi cupidine, studio militiae. (*Vellem* —: *foret*; revocat hoc in memoriam Carm. II. Catulli, quod, apodosi a vs. 11. inchoata, ita interpungendum legendumque mihi videtur vs. 5. sqq.: „Quom desiderio meo nitenti Carum nescio quid lubet iocari, (Et solatiolum sui doloris Credo, ut quo gravis acquiescat ardor) Tecum ludere, sicut ipsa, possem Et tristis animi levare curas: Tam gratum mihi" *cet.* cf. Q. V. XXXX, 9. extr. *Wr.*) 586 *Cura mihi* Goth. tert, elegantius vulgato; sed isti codici non tantum tribui potest, ut vulgata mutetur. Tribuit tamen ei hoc Wakef., ut in carmen reciperet. (Donatus: „Si hoc, inquit, non fecisset, posset adhuc mihi cara et comes esse cum ceteris." Videtur poeta, quod etiam Donatum sensisse probabile est, significare, cum morte perire caritatem et caritati tantum erga vivos esse locum; ac sic fiet, ut hoc *cara foret* non repugnet versui 537., quo Diana eandem caram sibi ante alias dixerat. Hoc ipse tenuerim; quamquam non mirabor, si quis unam sententiam, *cara mihi nunc comes foret*, in duas partes, *cara mihi et comes foret*, poetam dispescuisse statuat. *Cura* videtur tantum tollere difficultatem, non vere tollit. *Wr.*) 587 *V. a. nunc quanquam f.* Ed. pr. Burm. *quando equidem* Rom. *urgentur* Hugen. et pr. Moret. a m. pr. *urgemur* olim alicubi editum fuisse ex Pierio apparet, sed omnes, quas habemus, edd. vett. *urgetur* exhibent. *fatis — iniquis* aliquot Pier. et Heins. cum Goth. tert. (adde 3. 9. 11., ex interpretatione, aut ex II, 257. aliove simili loco. *Wr.*) conf. sup. ad lib. I, 668. 588 *invisa* Rom.

tigridis exuvias commemorat dignitatis caussa; nec quaerere licet, unde fugitivus Metabus eas nancisci potuerit. 580. *Strymoniam gruem:* v. sup. Ge. I, 120. 581. *Multae illam.* Idem orationis color sup. lib. VII, 54. Laudat Cerda Ovid. Met. III, 353 sqq. I, 478 sq. Adde Pindar. Pyth. IX, 188 sqq. Catull. Carm. Nupt. 42 seqq. qui praeivisse videtur in his: *Multi illum pueri, multae optavere puellae*, de flore. *Tyrrhena per oppida.* Amaseno traiecto Metabus ad Campanorum fines accedere debuit: hos inse-

Digitized by Google

Tristis ubi infausto conmittitur omine pugna.
Haec cape et ultricem pharetra deprome sagittam:
Hac, quicumque sacrum violarit volnere corpus,
Tros Italusve, mihi pariter det sanguine poenas.
Post ego nube cava miserandae corpus et arma
Inspoliata feram tumulo, patriaeque reponam.
Dixit: at illa levis coeli delapsa per auras
Insonuit, nigro circumdata turbine corpus.
At manus interea muris Troiana propinquat,

589 *ordine* alter Hamb. a m. pr. *pugnae* Goth. pr., ut *committatur* ipsa Camilla; sed perperam. 590 *Hoc* Ed. pr. Burm. *Hanc* eius Exc., male. v. Not. *victricem* Mentel. pr. 591 *Hanc* Goth. pr. *Ac* sec.; utrumque etiam in Pierianis occurrebat. *sacra* Sprot. *violaret* Mentel. pr. (etiam Medic. a m. pr. *Wr.*) *violavit* Parrhas., ut inf. 848. 592 *Italusque* Rom., tum Medic. et alii tres Heinsii, minus bene. (vid. Q. V. XXXVI, 1. Turbatum est in hoc genere interdum etiam in optimis codd. *Italusve* cum plerisque Palat., neque aliter videtur Servius legisse; *que* etiam 7. 8. 12., idque, deleto post *Italusque* commate, revocavit Iahnius. At non uterque, et Tros et Italus, poenas dabit, sed alteruter, sive Tros, sive Italus, i. e. Tros Italusve. Sic X, 108.: „Tros Rutulusve fuat, nullo discrimine habebo," i. e. neutrum, sive Troianos, sive Rutulos. Contra I, 574.: „Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur;" i. e. cum utroque, et Troianis et Tyriis, agam pariter, tamquam unius patriae cive. *Wr.*) 593 *miserabile* pr. Hamb. 594 *Intemerata* Franc. *cumulo* Zulich. *tumuloque patrisque* Ven. 595 *Dixit et illa* Medic. et Ven. (Apud Fogginium tamen legitur *at*; vid. Q. V. XXXVII, 2, a. et van Kooten ad Pind. Theb. Epitom. Iliad. v. 95. *Wr.*) *Dixerat: illa* Goth. sec. *delapsa* Heins. primus e Medic. et aliis: inter quos duo *dilapsa*. Vulgg. leg. *demissa*. (ita Palat. et 7. 8. 9. 12., male; nam mitti Opim iam scimus; recte contra *demitti* in simili causa X, 73. XII, 635. *Wr.*) 596 *Insonuitque nigro* pr. Hamb. *Advolat et virgo* Franc. *I. longo c.* Zulich. a m. pr. *tegmine* Goth. tert. Sed *turbine* recte, de nube obscura, ut iam alibi factum vidimus, et Homericum νέφος, νεφέλη. 597 *muris tectisque propinquant* citatur a Valerio Probo in Arte. *Τὸ propinquant* impense placebat Heinsio. v. ad lib. X, 238. (at cf. Q. V. VIII, 3, b. *Wr.*)

dere olim Etrusci. Servius ad h. v. et 567 ad Etruscorum potentiam rem refert, quorum iure olim tota Italia tenebatur. (—586. vid. V. L. ad hunc vs. *Wr.*) 590. *Haec cape;* puta cum his dictis Dianam arcum et pharetram Opi tradere. 591. Auguste: pro: qui vulnus intulerit; sed loquitur de virgine deae consecrata. Et ducta hinc ultionis ab Arunte sumtae caussa. Nam, qui sacra violant, a Diis puniuntur. 592. 593. Sarpedonis fatum ante oculos ex Iliad. π, 453. cf. sup. ad v. 432. 594. *patriae,* graece: in patriam vel in patria terra. 595. 596. volatus velocitatem bene declaravit per *insonuit:* involuta *turbine,* nigra nube.

Digitized by Google

Etruscique duces, equitumque exercitus omnis,
Conpositi numero in turmas. Fremit aequore toto
Insultans sonipes, et pressis pugnat habenis
Huc obversus et huc; tum late ferreus hastis
Horret ager, campique armis sublimibus ardent.
Nec non Messapus contra, celeresque Latini,

598 *Etrurique* vel *Etrurii* multi apud Heins. et Burm., librariorum utique inscitia; etsi dubitari vix potest, ab initio *Etruros* et *Etruriam* fuisse; et temporis successu alterum in *Etrusos* vel *Etruscos* abiisse. Prima pronuntiatio *Turseni* et *Tursi* fuisse videtur, inde *Truri*, *Trusi*, *Etrusci*, et molliore sono *Tusci*, *Tuscia*. Vid. Comment. Soc. Gott. T. III, P. II, p. 38. 599 *Composito* Zulich. *in* abest binis Burm. et Goth. tert. *in turbas* idem et Sprot. *in turmis* Parrhas. *in turmas numero* duo Burm. 600 *pulsat* Ald. (pr.) *spumat* Tan. Faber emendat, perperam; nam *habenis pugnat* est contra habenas pressas luctatur, quod Burm. illustrat: ut *μάχεσθαί τινι*. 601 *conversus* Medic. Gud. Sprot. et Leid. cum Erf., quod minus placere, Heinsius monet. (*conversus* haud dubie ex adscita ultima praecedentis vocis litera natum. Et *obversus* ipsi rei magis videtur convenire, ut notionem obnitendi hic sustinens. *Wr.*) *conversus adhuc* Franc. *iam late* pr. Hamb.

597. *manus Troiana;* de pedestri agmine, quod Aeneas ducebat, accipe, ut sequentia de equitatu. v. sup. 449. 450. 511 seqq. et Not. ad 522. Constabat autem equitatus maxime ex Etruscis: sup. v. 450. 517. et Not. ad 519 et h. l., isque per campos incedebat: hinc *aequore toto*. 599. *numero:* ad numerum suum militum, quos quaeque turma habere debebat; unde etiam *numeri*, ipsae cohortes, turmae. Non audiendus Servius. 599. 600. 601. *ἐναργεστάτη* descriptio equorum generosiorum incedentium: *Insultans* vid. Ge. III, 117. *pugnat* spectat ad reluctationem equorum, qui frenis cohiberi se vix patiuntur et repugnant: hinc *Huc obversus et huc*. Prudent. Psychom. 194 *Huc illuc frendens obvertit terga* etc. 601. 602. Poeticum hoc phantasma satis notum; et iam alibi observatum, Ennium in eo praecessisse, Ennio autem Graecos et ipsum Homerum Iliad. *ν*, 339. De hoc igitur nil nunc monemus. Sed *ferreus ager* audacius etiam quam sup. VII, 525 *atraque late Horrescit strictis seges ensibus*. Scilicet *ager horret late hastis*, atque inde *ferreus* ad visum et opinionem, ferreis hastis totus collucens: hinc subiicitur: *campique armis sublimibus ardent*. (vid. V. L. ad vs. 562. *Wr.*) Quae si ad hunc modum expedias, intelligis, non sine iudicio poetam hunc versum ab Ennio (Annal. I, p. 33 ed. Column.) sumsisse, Ennium autem male irrisum fuisse ab Lucilio, quod h. l. factum narrat Servius. Add. Macrob. VI, 4 pr. *ardent*, exquisitius quam refulgent. Sic tamen et *αἴθεσθαι*, *αἴθειν*, *φλέγειν* et alia.

603. 604. Ut praedixerat v.

Digitized by Google

Et cum fratre Coras, et virginis ala Camillae,
Adversi campo adparent, hastasque reductis
Protendunt longe dextris, et spicula vibrant;
Adventusque virum fremitusque ardescit equorum.

604 *Corax* Goth. sec. et hic. cf. VII, 672. 605 *hastasque reductas* Medic. a m. pr. et Sprot. *hastis* Zulich. 606 *Protendunt* potiores codd. omnes, edd. vett., et recte: nam, etsi reducta dextra tenetur hasta, tamen ea protenditur, prominet, inprimis si cogites infra mediam fere partem eam manu teneri. *Praetendunt* tacite irrepsisse in Burmannianam editionem, non consilio receptum videtur. Nam Heins. non admisit, nec illud nisi in Medic. a m. pr., tum in Menag. sec. Moret. tert. et Leid. ac Zulich. reperit scriptum. (adde 2. 7. 11. *Wr.*) Pierius tamen antiqua pleraque exemplaria ita legere ait: nec est cur illud per se improbet aliquis. Nam *praetendere*, προτείνειν, ad idem fere redeunt. (at *praetendere* potius dicetur de scuto, quo tegas te, non de telo, quo impetas. *Wr.*) *Proiiciunt* Goth. sec. Tandem *librant* emendandum esse pronuntiat Io. Schrader. (etiam van Kooten ad Epitom. Iliad. vs. 380. *Wr.*) Nam nondum emittunt, adeoque nec *vibrant*. Herm. Arnzen. Epist. crit. p. 72 videtur accipere neutraliter *spicula vibrant*. ut IX, 769 *vibranti gladio*. (*vibrant spicula*, quasi iam praecipientes animo pugnam et ad eam proludentes, ut Galli apud Liv. XXI, 28.: „Galli obcursant in ripam — — quatientes scuta super capita vibrantesque dextris tela.“ Lucan. VII, 82.: „Vibrant tela manus: vix signa morantia quisquam Exspectat;“ quo et ipso loco *Librant* scribendum opinatur van Kooten l. l. Vibrari hic et alibi dicuntur, quae celeri motu quassantur, ut recte expl. Oudend. ad Appulei. Met. l. IV. p. 316. *Wr.*) 607 *et fr.* alter Menag. Neminem video ad hunc versum offendisse. Videntur igitur alii expeditiorem rationem habuisse, quam equidem exputare possum. Nam, quid *fremitus equorum ardescit* sit, obvium quidem est; sed velim doceri, quid sit: *Adventus virum ardescit*. Potest abstractum videri positum pro concreto, ut sit pro: *viri advenientes, propius accedentes*, exardescunt. At hoc ieiunum est, et loci splendorem, qui summus est, offuscat. Dicam igitur: utriusque agminis, quo propius iam invicem turmae accedunt, incessum concitatiorem esse solere, idque designari per *adventum virorum ardescentem*. Egregia sententia! vereor tamen, ut satis commode verbis concepta videri possit: non enim adventus, sed in adventu gressus, ingressus, exardescit. Suspicetur aliquis vitium inesse ex una littera, quam copula invexit, et leg. *adventuque, virum fremitusque ardescit equorum*; h. et adventu, cum utrinque propius accederent, fremitus virorum equorumque ardescit, h. increscit, maior fit. Aut, ut

518. 519. (*celeresque Latini*: Adludi ad Celeres, antiquissimum Romanorum equitatum, existimat Servius, coll. IX, 370. *Wr.*) 606. Non idem, ut Cerda vult, sed aliae sunt *hastae*, alia *spicula* h. iacula: his eminus, illis cominus, pugna fit. Igitur hastas *reducunt*, ut cum impetu immittant, iacula *vibrant*, rotant. conf. Var. Lect. 607. *Adventus virum ardescit*, h. strepitus ex adventu, seu strepitus advenientium, maior maiorque ad aures accidit et increbescit, quo propiores invicem sibi turmae fiunt. Etenim, quae augentur, inprimis motu, incalescere, adeoque et exardescere, alibi incendi, v. ad X. 895, (et

Digitized by Google

Iamque intra iactum teli progressus uterque
Constiterat: subito erumpunt clamore, furentisque

609. SUBSTITERAT FREMENTISQ.

magis niteat oratio: *Adventuque virum, fremitus ardescit equorum*: quo propiores fiunt, eo magis equi fremunt. Si tamen haec comparo cum lectione vulgata, malo in ea ferre, quod durius et audacius dictum videri potest, et id tenere, quod in notis apposui: *adventum* innuere strepitum adventantium. Illustrat poeta sententiam quodammodo infra vs. 910 *Et saevum Aenean agnoscit Turnus — Adventumque pedum statusque audivit equorum.* (Hoc verum; notio enim strepitus ab adventantibus excitati repetenda est ex eo, quod sequitur, *fremitus. Wr.*) 608 *inter* Goth. tert. *iter* Ven. *intus i. leti* Franc. 609 *Substiterant* duo Hamb. et Scheffer. Zulich. Leid. et Exc. Burm., (cum 3. 6. 7. *Wr.*) quod magis etiam obscurat orationem; nam non agmina, sed agminum progressus substitisse dicitur. (pluralem etiam Medic., sed a m. pr., exhibet, ortum haud dubie e proximo verbo *erumpunt*; vid. Q. V. VIII, 2, c. *Substiterat* Palat. cum 8. 11. 12. Sed, quod minime silentio transmittendum erat, prior lectio Medicei est *Constiterat*, altera *Substiterat*. Illud unde ortum sit, haud facile dixeris; hoc apparet ex subiecta voce *subito* natum videri; cuius generis exempla multa ex ipso Mediceo attuli in V. L. ad I, 104.; et *sub* ex *subita* retractum vidimus supra vs. 538.; infra XII, 213. *Prospectu* pro *Conspectu* ex voc. *procerum*; ibid. 357. *Expresso* pro *Inpresso* ex propinquo *extorquet*; ibid. 362. *comiten Asbyten*, ut *Imflammam* vs. 214.; ibid. 478. *rapidoque ... rapit* pro *obit* nonnulli; ibid. 869. *acer Acernas* unus; adde V. L. ad vs. 835. XII, 222. 289. 341. 535. 707. 801. 877. Iam, quod gravius est, videamus, utrum verbum huic loco conveniat. *Subsistere* significat gressum inhibere et pausam facere eundi; II, 243.: „quater ipso in limine portae Substitit." VIII, 87.: „Thybris tacita refluens ita substitit unda," *cet.* XII, 622.: „adductisque amens subsistit habenis." Caes. B. Civ. II, 41.: „reliqui in itinere substiterant." adde Burm. ad Sueton. Vitell. c. 6. Num autem probabile est, illos, qui dudum parati ad pugnam erant, quum Mars in manibus esset, substitisse? nonne poeta pueriliter lusisset, si, quos modo reductis iam ad impetum hastis, spicula etiam vibrantes, ire ad certamen narrasset, repente eos subsistere voluisset? Immo non substiterant, sed constiterant, quod proprie dicitur de iis, qui ad pugnam parati processerunt; supra V, 423.: „ingens media consistit arena." Caes. B. G. II, 17.: „reliquae legiones contra consistere non auderent." ibid. III, 14.: „naves eorum profectae ex portu nostris adversae constiterunt." Tacit. Annal. II, 80.: „consisterent in acie." Curt. X, 9, 13.: „rex cum equitibus elephantisque constiterat contra pedites." adde Burm. ad Val. Fl. VIII, 133. Itaque nullus dubitavi *Constiterat* restituere. *Wr.*) *rumpunt* Goth. tert. *furentis* Zulich. Parrhas. Par. et Ed. pr. Burm. *furentisque* Rom., tum Medic. pr., sicque Goth. et sec. *furentesque* vett. edd., usque ad Aldinam tertiam a Naugerio castigatam; inde *frementes* recte praeferri coepit. (In Mediceo, quod contra Heynium moneo, legitur *furentisque* absque ulla mutatione;

quae ego ibi scripsi. *Wr.*) dicuntur. cf. Var. Lect. 608. Progressus utriusque exercitus eo iam factus erat, ut intra teli iactum ventum esset: quando utraque acies substitit. (vid. V. L. ad vs. 609. *Wr.*) In sqq. comparatio institui potest non sine fructu cum

Digitized by Google

Exhortantur equos; fundunt simul undique tela,
Crebra, nivis ritu, coelumque obtexitur umbra.
Continuo adversis Tyrrhenus et acer Aconteus
Connixi incurrunt hastis, primique ruinam

610. TELA C. 611. CREBRA N.

idque Heinsium in ceteris suis codd. invenisse, nota eius docet; et *furentisque*, vel *furentes*, etiam codd. recens collati Paris. Lips. Dorph. et edit. Vinar. 1826. Quare *frementesque* in solo Palat. videtur exstare, ad quem accedit nullius auctoritatis codex Francian., in quo *frementes* sine copula. Ac *furentisque* eo libentius reduxi, quod, quum fremitus equorum paulo ante bis commemoratus sit, vs. 599. et 607., intolerabile est, ter idem inculcari. Multo autem fortius est et aptius illud *exhortantur furentis*, i. e. per se iam furentes stimulant, quo magis etiam incitentur; ut XII, 332. sq.: „furentis inmittit equos;" ubi vid. V. L. Ἐνεργείας enim plenae sunt atque adeo in proverbiorum consuetudinem abierunt eiusmodi compositiones, quales *impellere currentem*, *praecipitare inclinantem*, *incitare furentem*, cet. Cic. de Orat. II, 44.: „Facilius est enim, currentem, ut aiunt, incitare, quam commovere languentem." Hom. Il. VIII, 293.: „τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν ὀτρύνεις;" Lucan. VII, 559.: „animis ignes flagrantibus addit." Cic. pro Cluent. c. 26.: „Praecipitantem igitur impellamus, et perditum prosternamus." vid. Erasmi Adagia sub tit. *Proclivitas*. p. 593. edit. 1643. *Wr.*) 610 *fundit* Zulich. a m. pr., unde Heins. coni. *fundi*. (— 611. Venustius includes voc. *Crebra* commatis; et post *Crebra* quidem in ipso Mediceo interpunctum video. *Wr.*) 612 *adversi* vett. edd., sicque Rom. cum aliis; et ipse Mediceus, ad Fogginii quidem fidem, cum trinis Goth. (et 11. *Wr.*) *adversus* Franc. Sed *adversis* elegantius. (Res haec omnis ad codicum auctoritatem redit, de qua h. l. non satis liquet; *adversis* Lips. utq. et, ut Heinsius, Burmanno teste, refert, ipse Medic. *Wr.*) Habet iam Ald. pr. *versis* Ed. pr. Burm. *Achonteus*, *Acontheus*, *Acontes*, in codd. Est Ἀκοντεύς. 613. 614 *Commixti* pr. Hamb. *Connexi* pr. Moret. et ed. Mediol. *occurrunt* Bigot.

Iliad. δ, 446 sqq. et v. 610. 611 videndus Iliad. μ, 156 sqq. 278 sqq. *caelum obtexitur umbra*. conf. inf. XII, 578 *et obumbrant aethera telis*. Etiam vulgari sermone tritum. Unde illud Laconis, se sub umbra telorum esse pugnaturum. At Iliad. ϱ, 366 sqq., quem non cum nostro contendere debebant, pulvere caligo obducitur pugnae, non telorum crebritate. Quod autem Servius ad vs. 608 habet: „Et Enniana est ista omnis ambitiosa descriptio:" hoc ad ea spectat, quae supra ad IX, 806 sqq. vidimus.

612. *Tyrrhenus* h. l. nomen viri Etrusci proprium; *Aconteus* e Latinis. (Saepe Latinis Rutulisque Graeca nomina dedit Virgilius; sic *Alcanor* X, 338. coll. IX, 672. *Rhoetus* IX, 344. coll. X, 388. *Ilus* X, 400. *Idmon* XII, 75. *Ortygius* IX, 573. *Lichas* X, 315. cet. Nec temere id factum crediderim. *Wr.*) 613. *ruinam dant*, ruunt (vid. V. L. ad hunc vs. *Wr.*) *perfractaque*

Digitized by Google

Dant sonitu ingenti, perfractaque quadrupedantum
Pectora pectoribus rumpunt. Excussus Aconteus
Fulminis in morem aut tormento ponderis acti,
Praecipitat longe, et vitam dispergit in auras.
Extemplo turbatae acies, versique Latini
Reiiciunt parmas, et equos ad moenia vertunt.
Troes agunt: princeps turmas inducit Asilas.

615. ACONTEUS, F. 620. ASYLAS

et Goth. tert., quos iam toties in eandem lectionem consentire vidimus. *ruina Dant sonitum ingenti* Moret. sec. et qu., (cum Dorph. I. *Wr.*) quo Heins. Mediceum alludere arbitratur, in quo *ruinam* et *sonitum*. Probabilius est, istam Moretanorum lectionem confectam esse ex simili lapsu: etiam Gud. a m. pr. *ruina Dant sonitum ingentem*, et *ruina Dant sonitum* Parrhas. *sonitum* etiam Exc. Burm. Quod autem ad sententiam verborum attinet, video utique accipi hoc, etiam a Burmanno: *dant ruinam*, id est, cadunt cum magno sonitu. Nec dubitare licet, *dare ruinam*, vulgo ita dici. Verum h. l. significatum hunc habere nequit; si enim nunc uterque cadunt, ineptum esset, mox Aconteum excussum praecipitari v. 615—617. Igitur verius arbitror, quod in notis posui, esse simpl. pro ruere; irruunt viri mutuo impetu, et hastis elusis ipsi equi confligunt adversis pectoribus. (*ruinam dant*: vera haec lectio; nam in primo concursu id potissimum quaeritur, quis primus ceciderit, i. e. ruinam dederit, non, qui primi sonitum ediderint. Nam *ruinam dare*, *facere*, *trahere*, ex usu scriptorum, quem pro arbitrio immutare non licet interpreti, significat *corruere*, *cadere*. Itaque uterque cecidit. Quod autem Acontei casus paulo post iterum commemoratur, nullam habet offensionem, quum adiiciatur, quomodo ille ceciderit, nempe *Fulminis in morem*, — quae verba nolim a praegressis commate disiuncta, — atque ita, ut vehementissime praecipitatus animam efflarit. Cecidit etiam Tyrrhenus, sed minus graviter. *Wr.*) 614 *Dat* Franc. *praefractaque* vett. edd. tum Aldd. et inde vulgatae. *perfractaque* ex Rom. Medic. et aliis iam Pier. notavit, et ex Medic. a m. sec. ceterisque fere omnibus Heinsius. Sic quoque tres Goth. *perfectaque* a m. pr. Medic. et Gud. *perfossaque* tert. Moret. *quadripedantum* scriptum passim in codd. Pier., ut in Rom., ut et alibi. *quadripes* ut *quadriiugi*. cf. Burm. ad XI, 875. (vid. V. L. ad Ecl. V, 26. *Wr.*) 615 *Expulsus* Bigot. 616 *tormenti* Medic., sed a m. pr. *aut torto* Goth. tert. *actus* Gud. a m. pr. et pr. Menag. 617 *dispargit* Leid. *spargit* Goth. pr. et Ed. Mediol. *disparsit* alter Mentel. *dispersit* a m. pr. Gud. 619 *Deiiciunt* sec. Moret. *palmas* Goth. tert., perperam. Mos in fuga clipeos in tergum reiiciendi notissimus. *ad m. versant* alter Hamb. *torquent* ed. Mediol. (et Serv. Dresd. *Wr.*) 620 *invasit* vett. edd., quod tamen in solo Menag. pr. et Exc. Burm., quodque miror, in Colotiano, occurrebat. *invadit* Leid.

— *rumpunt* pro perfringunt, pro, illiduntur invicem; scilicet hasta neuter alterum attigerat, itaque ipsi equi concitati summo impetu in se ipsos irruunt: qua ruina, quo conflictu, labefactatus Aconteus equo deiicitur. 620. *Troes* nunc: mox *Tusci* 629, quoniam ex utra-

Digitized by Google

Iamque propinquabant portis, rursusque Latini
Clamorem tollunt, et mollia colla reflectunt:
Hi fugiunt, penitusque datis referuntur habenis.
Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terram, scopulosque superiacit unda 625

625 TERRAS UNDAM

Contra Rom. et omnes Pier. Medic. et omnes Heins., Gothani quoque et Donatus, *inducit*, quod iam Ald. tert. exhibere coepit, et quod unice verum: turmas in hostem inducit. *Asillas*, *Asilas*, *Asillus*, aberratt.; accedit *asellus* librarius. In Virgilio est Ἀσύλας. (scripsi *Asilas*, ut est in Medic.; vid. V. L. ad IX, 571. *Wr.*) 621 *versique* Pierius in ora codicis notaverat. 624 *procumbens* pars codd. Heins. et Burm., tum Ed. Ven. Burm. cum Goth. sec. et tert. Adde Rom., sed perperam. conf. sup. ad V, 204. 625 *ad terram* pars codd. cum Rom. et vett. edd. *ad terras* Ald., sicque Medic. aliique. (Restitui *terram*, ut etiam in utroq. Lips., omnibus, i. e. quatuor, codd. edit. Vinar. 1826. et in Dorph. I. II. exstat. Primum enim apparet facile potuisse *terram* in *terras* mutari et per subiectum pluralem voc. *scopulos* et per primam eiusdem voc. literam *s*; vid. Q. V. VIIII, 2, b. c.; tum *ad terras* non videtur Virgilius dixisse, nisi subiecta vocali; vid. Q. V. VIII, 3, VI, c. *Wr.*) *unda* Medic. cum aliis ap. Burm. *superiacet unda* duo alii: sed *superiacit undam* doctius h. iacit undam super scopulos: praepositione ad verbum retracta: ut fere Graece dicas: σκοπέλους θ' ὑπερέβαλε κῦμα sc. πόντος. (Restitui etiam *unda*. Horridius hoc est et a cultu Virgilianae orationis alienius *scopulos superiacit undam*. Etenim quum multa verba a praepositionibus *ad*, *praeter* et *trans*, etiam *circum*, incipientia duplicem adiunctum habeant accusativum, unum novi ex hoc genere exemplum verbi praepositionem *super* praefixam habentis; legitur hoc apud Plaut. Cas. IV, 4, 1.: „Sensim superadtolle limen pedes." Neque vero quemquam puto aurium fore tam durarum, qui haec ita scribenda censeat: *scopulosque super-iacit undam*. Non dissimulo ipsi Servio agnitam esse lectionem *undam*; at locupletior haud dubie remque plane conficiens testis est Silius, manifesto imitatus Virgilium. Is ita cecinit XV, 154. sqq.:

Ut, cum saeva fretis immisit proelia Corus,
Isthmon curvata sublime superigit unda,
Et, spumante ruens per saxa gementia fluctu,
Ionium Aegaeo miscet mare.

Versum quidem 155. corruptum esse, quis non videt? aut quid tandem hoc est: *Isthmon superigit unda*? Atque ipsum verbum *superigis*,

que gente equitatus constabat, *agunt*: versos in fugam impellunt, ut supra V, 265. vid. Burm. *Asylas*, qui Pisis Etruriae copias adduxerat: sup. X, 175 sqq. 622. *colla* equorum: qui quoniam domiti, ut facile flecti queant, hinc colla *mollia*: ut Ge. III, 204. *molli collo*; et *mollia crura* ibid. v. 76. 624 sqq. Comparatio praeclara et ornatissima: cui ex parte similem ex Quinto Calabro excitavit Guellius (lib. XI, 226 sqq.); accedit tamen haec propius

Digitized by Google

Spumeus, extremamque sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retro, atque aestu revoluta resorbens
Saxa fugit, litusque vado labente relinquit.
Bis Tusci Rutulos egere ad moenia versos;
Bis reiecti armis respectant terga tegentes. 630

ut multa alia similiter composita, infimae est Latinitatis, ferendum apud Apuleium aliquem, non apud Silium, mediocrem quidem scriptorem, castae tamen et purae dictionis studiosum. Nempe invicem sibi hic opitulantur Virgilius et Silius. Ne multa: Virgilius *unda* scripsit, Silius *superiicit*, vel potius *supericit*, more antiquo, de quo alio tempore ac loco dicetur; nunc cfr. Wunder. ad Cic. pro Planc. Praefat. p. XIII. Gerlach. ad Sallust. Vol. III. p. 309. inprimis quos laudat Duker. ad Flor. I, 10, 5. Saepissime autem *c* in *g* mutatum a librariis; vid. Salmas. ad Flor. I, 1. 3. 17, 3. II, 2, 27. Duker. ad eund. III, 1, 2. inprimis Drakenb. ad Liv. VI, 25, 6.; et apud Calpurn. Ecl. VIII, 32. e codd. lectione *subigit* restituendum esse *subiicit* iure suspicatur Barthius; *subigit* pro *subiicit* scriptum in ipso Mediceo Ge. II, 19. Iam qui *superigit* scriptum videbant, ultro eo delabebantur, ut *suberigit* exararent. Dixisse autem veteres et *superiacere* et *superiicere*, satis probatur duplici forma participii *superiactus* et *superiectus*. Nullum addo verbulum; res ipsa pro se loquitur. Lectio *undam* apud Virgilium facile ex prava distinctione *ruit ad terram scopulosque — superiacit undam*, aut ex adscita *m* vocabuli extremi vs. prox. *arenam* nasci potuit. Ceterum *scopulos unda superiacere* eodem modo dicitur, quo supra VI, 229.: „socios pura circumtulit unda;" vid. ibi Not. *Wr.*) Scopulos autem minores ante oculos habere necesse est. Nam, si maiores fuerint, tum ἀμφὶ ἄκρας Κυρτὸν ἐὸν (κῦμα) κορυφοῦται, ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην, fractus scilicet fluctus: ut Iliad. δ, 425. 426. conf. Od. ε, 402. 403. Simili usu bene h. l. v. 626 adiectum *Spumeus*. 626 *sinus* Mentel. pr. *profundit* Ven. 627 *Nunc trepidus* Zulich. a m. sec., perperam. *resoluta* Gud. et Goth. tert. *resolvens* Franc. 628 *Suxa ferit* Zulich. a m. interpolatrice. *vado lambente* Exc. Burm. Verum aquam fluctus revoluti decrescentem memorat poeta, adeoque labentem. 629 *Bis Teucri* Medic. a m. pr. et Zulich. a m. sec. Vid. Not. ad v. 620. *versus* Hugen. 630 *resp. t. sequentes* Goth. tert.

ad locum Homeri Iliad. λ, 305 sqq. Non autem ad aestum maris crescentis et decrescentis trahendum est, sed de motu maris littus alluentis et alternis accedentis ac recedentis. Ornatum observa in singulis. *alterno gurgite*, unda, fluctu. *arenam extremam*, in interiore littore, *perfundit sinu*, fluctu in sinum undas iam languentes curvante. Nunc *pontus*, unda, *aestu*, vicissitudine maris aestuantis, graviter commoti, *rapidus retro* (παλιῤῥόθιον κῦμα, v. c. Od. ε, 430. Sic malo, quam *retro fugit*), *atque resorbens* (se, ἀναῤῥοιβδῶν) *fugit saxa revoluta*, h. per quae unda revolvitur, ἀνακυλίνδεται, *et relinquit* pontus *littus vado labente*, fluctu recedente ac decrescente; donec novus fluctus iterum alluat. (Languidum hoc *se resorbens fugit saxa* post illud, quod praecessit *rapidus*; itaque iunge *resorbens saxa*, quo ipsa

Digitized by Google

Tertia sed postquam congressi in proelia, totas
Inplicuere inter se acies, legitque virum vir:
Tum vero et gemitus morientum, et sanguine in alto
Armaque, corporaque, et permixti caede virorum
Semianimes volvuntur equi; pugna aspera surgit.
Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire,
Hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit.
Quo sonipes ictu furit arduus, altaque iactat
Volneris inpatiens adrecto pectore crura.
Volvitur ille excussus humi. Catillus Iollan,

635. SEMANIMES 640. IOLAN

631 *in* abest pr. Voss. et Oudart. *que* in fine, ut *totasque* esset, adsciverat Heins. ex binis Rottend. pr. Hamb. sec. Mentel. et Franc., parum suaviter, tum parum gravi auctoritate. (Restituendum putarem *totasque*, nisi ita fieret, ut *congressi* esset pro verbo finito; quod improbo, quia id plurimum refert, quod iam totas acies implicuerunt, non, quod tertium congressi sunt; itaque hoc ipsum *tertium congredi* per participium rectius efferebatur, ne alterum illud *totasque implicuere acies* deprimeretur. Adiectum fortasse *que* a Grammaticis, qui vererentur, ne quis apodosin ab illo *totas*, non ab eo, unde deberet, *Tum vero*, ordiretur. *Wr.*) 633 *Tunc* alii. *et* abest Goth. tert. *ab alto* Menag. pr. *sang. multo* Parrhas. et Oudart. pro var. lect. 634 *et* abest Ed. pr. Burm. (*permixta* Virgilium scripsisse persuasum habet Wakef. ad Lucret. III, 643. *Wr.*) 635 *Semineces* Gud. pro div. lect. *Semianimes* etiam hic Rom. (item Medic.; et restitui; vid. V. L. ad III, 578. *Wr.*) *sternuntur* Bigot. et Goth. tert. 636 Ὀρσίλοχος. At *Orsilocus*, *Orsilogus*, aberratt. 637 *relinquit* Franc. 638 *ferit* aliquot Pier. et a m. pr. Medic. (*ferit* est prior lectio Medicei; literae *u* superscriptae, teste Fogginio, ea est forma, quae recentiorem manum prodat. *Wr.*) *actaque* alii apud Pier. 640 *Cathillus*, *Cathilus*, *Cathyllus*, hoc in Medic.; (apud Foggin. *Catthyllus*. *Wr.*) et *Iollam*, *Iollan*, aberratt. (Medic. *Iollan* a m. pr., *Iollam* a sec., *Iollam* etiam Rom. Scripsi *Iollan*, ut ipse Heynius in Eclogg.; vid. V. L. ad Ecl. II, 57. et Q. V. III, 1. *Wr.*)

rapida vis recipientis se fluctus bene declaratur. VI, 551.: „Phlegethon torquet sonantia saxa;" i. e. movet. Praeterea utique iungendum *retro fugit*; et plane insolens est talis compositio *rapidus retro*. *Wr.*)

631. *in tertia praelia*: eleganter pro, tertio. 632. *legitque virum vir* Homericum: ἀνὴρ δ' ἄνδρ' ἐδνοπάλιζεν Il. δ, 472, h. e. percussit. 633. *Tum vero*. vid. Iliad. δ, 450 sqq. Loca alia similia observabit quisque pro se. Unum excitabo Euripid. Phoeniss. 1196 sqq. (*Tum vero gemitus mor.* absque Verbo; vid. Not. ad IV, 201. *Wr.*)

637. *Orsilochus* ex Troianis est. v. inf. 690. *Remulus* ex

Digitized by Google

Ingentemque animis, ingentem corpore et armis,
Deiicit Herminium: nudo cui vertice fulva
Caesaries, nudique humeri; nec volnera terrent;
Tantus in arma patet. Latos huic hasta per armos
Acta tremit, duplicatque virum transfixa dolore. 645
Funditur ater ubique cruor: dant funera ferro
Certantes, pulcramque petunt per volnera mortem.
At medias inter caedes exsultat Amazon,
Unum exserta latus pugnae, pharetrata Camilla;
Et nunc lenta manu spargens hastilia denset; 650

641 *pectore* Gud. pro div. lect., perpetua fere varietate. 642 *Hermonium*, (ut est in Medic. a m. pr. *Wr.*) *Hermionum*, *Hermenium* in libb. 643 Sustuli maiorem interpunctionem ante *Nec vulnera terrent*: nam ad *nudo cui* spectant. 644 Quem muscas captare iuvet, ex Servio varietatem exsculpere potest: *Totus in arma patet.* In Rom. *Tantum in a. p.*, ex interpretatione. *hinc* edd. sphalma. 645 *Acta premit* Ed. pr. Burm. *dolorem* Mentel. pr. *duplicatque virum transfixa dolore* Heins. ex codd. auctoritate reposuit et suorum et Pierianorum. Idem iam vett. edd. habuere. Primum *dolorem* video in Aldd. editum: quod et ex Schol. Statii Theb. VII, 633 enotavit Burm., sic *virum transfixa hasta*, quae figitur, transfigitur, et ipse *dolor duplicatur.* Atqui hoc ieiunum est, nec magis ferri hoc posse arbitror, quam quod Heins. coni. *duplicatque viro tr. dolorem*, vel quod Pierius in suo exemplari habebat atque hinc Catroeus repetiit, *d. viri t. dolorem.* 646 *dant vulnera* Sprot. cum Mediceo Pierii. 648 *inter acies* Oudart. et Medic. Pierii. 649 *eiecta* Franc. *exerta* Rom. 650 *laeta* Donat. *leta* Franc. *densa*

Latinis, diversus ab eo, qui sup. IX, 592. 593 memoratus. Ad reliqua v. 637—640 cf. sup. X, 890 sq. de simili vulnere. 640. *Catillus*, qui Tiburtes agebat. cf. sup. 519, et lib. VII, 672; adeoque Iollas et Herminius inter Troianos et Etruscos referendi. 643. 644. *nec vulnera terrent; tantus in arma patet:* arte cohaerent cum illis: *nudo cui vertice fulva Caesaries nudique humeri.* Habebat nudum caput et humeros nudos, ut satis appareret, eum vulnera non timere; tantum, tanta sui parte, patebat in vulnera s. in tela hostilia. *duplicat virum:* recte Guell. accipit et cum eo Cerda: incurvat, ut reddatur Homericum ἰδνοῦν: Ἰδνώθη τε πεσὼν Iliad. ν, 618; ut iis accedendum sit, facit adiectum *dolore.* Et sic *duplicatus poples* inf. XII, 927. Niobes filia collapsa dicitur *duplicata vulnere caeco* ap. Ovid. Met. VI, 293, ubi v. Burm., et ad Val. Flacc. VI, 509; apud Graecos πτύσσεσθαι sic occurrere memini. 646. 647. Haec ad reliquos pugnantes spectant, mortem dant et accipiunt.

De *Camilla* episodium est inter elaboratiores carminis partes. 649. *Unum exerta latus*, mammam; inf. 803 *sub exertam pa-*

Digitized by Google

Nunc validam dextra rapit indefessa bipennem.
Aureus ex humero sonat arcus et arma Dianae.
Illa etiam, si quando in tergum pulsa recessit,
Spicula converso fugientia dirigit arcu.
At circum lectae comites, Larinaque virgo,
Tullaque, et aeratam quatiens Tarpeia securim,

656. SECUREM

Parrhas. *manus* tres apud Burm. cum Erf., sed vetat in seq. vs. *dextra* casu sexto. *denset* Heins. e codd. et Grammaticis pro vulgato *densat*: cuius lectionis fons Rom. (*densat* Palat. et a m. pr. Medic., sed a sec. *denset*; vid. V. L. ad Ge. I, 248. *Wr.*) 651 *rapit in dextram non fessa* ms. ap. Pier. *dextra quatit* Parrhas. *indefensa* Franc. et Goth. pr. ac tert., male. 652 *ex humeris* Rom. *erat arcus* Donat., ex interpretamento. (vid. Q. V. VIIII, 2, c. Vidit hoc apud Donatum Pierius, ego non invenio; sed vid. V. L. ad vs. 774. *Wr.*) 653 *recedit* alter Hamb. 654 *derigit* Rom. et Medic.; Burm. laudat Lambin. ad Lucret. VI, 823. (vid. V. L. ad vs. 193. *Wr.*) 655 *Et circum* Gud. et alii Heins. *iactae* pr. Moret. ex *lactae* pr. Goth., sphalmate. *Laurina* Goth. sec. 656 *Telaque* apud Priscian., male. *securem* Heinsius reposuit, monente eodem Grammatico, et assentientibus Gud. et sec. Mentel. At conf. inf. 697. *securim* tuetur Rom. (*securim* tum infra, tum supra II, 224. in omnibus codd. legitur; Prisciani autem auctoritas hac in re non est maior, quam unius antiqui codicis; quid? quod eadem elevatur Probi testimonio, quod est apud Gellium XIII, 20.: „Virgilius *turrim* dicit, non *turrem*, et *securim*, non *securem*.“ Accedit, quod nihil est crebrius,

pillam. sup. I, 492 *aurea subnectens exsertae cingula mammae*. Disputant Intpp., utram exseruerit. Cerda ait laevam, nam dextra in Amazonibus erat exusta. Recte; ne eam arcum tendentes laederent nervo adducto: diserte Apollod. II, 5, 9. § 1. Verum comparatio instituitur tantum ad nudationem mammae: in venatricibus autem et bellatricibus, ut Diana ac Nymphis, dextrum pectus, dextrum humerum, nudatum videmus in numis ac statuis: sicque Callimachus in Dian. 213. 214. chlamyde vel tunica in humerum sinistrum reiecta et fibula vincta in dextro. Quid quod in ipsis Amazonibus dextra mamma exerta, nec semper excisa, in monumentis occurrit; uti contra laeva exerta occurrit, dextra vestita: ne venustati conspectus obsit, si excisa esset. v. sup. ad I, 492. Excurs. XIX* add. Viscont. in Museo Pio-Clement. Tom. II, t. 38. Tom. V, p. 42. *pugnae*, ad pugnam, ut expeditior esset ad pugnandum. Comparationis autem lineas ducit, quam mox repetit et ornat vss. 659 seqq. 650. *spargens denset:* id est, dense spargit, iacit; alias fundere, χέειν. 651. *indefessa* est ἄτρυτος. 653. *in tergum pulsa recessit:* etiam hoc a vulgari ratione deflexit; nam vulgare est: si tergum vertit, dat. 654. *spicula fugientia*, ipsa fugiens, ut recte Servius.

Digitized by Google

Italides; quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit, pacisque bonas bellique ministras.
Quales Threiciae cum flumina Thermodontis

quam *i* in *e* mutatum a librariis. Itaque consultius duxi, ex Medicei ceterorumque codd. fide *securim* restituere. *Wr.*) 657 *dura* Rom. et Vratisl. *diva* passim scriptum in codd. Pier. Heinsii et binis Goth. et Erf., sic et Medic. a m. pr. (sed „Linea expungens *u* est manus recentioris," ait Fogginius. *dia* qui codd. habeant, non satis constat; a Potterio ex uno 11. ea lectio enotata est; sed sola agnoscitur a Servio. *Wr.*) 658 *pacisque bonae* vett. edd. nostrae omnes, tum *bonas* emendatum in ed. Ald. pr. et sec.; at *bonae* revocatum in Ald. tert. et hinc ductis; donec prior lectio *bonas* iterum obtineret e Commelin. Pulm. Stephan., quam meliorem lectionem habent meliores Heins. cum Mediceo; agnoscitque eam Arusianus Messius. *bonae* tamen tuetur Rom. cum aliis Pier. Heins. et Burm., ac binis Goth., tum agnoscit Servius. (*bonae* haud dubie accommodatum a librariis praegresso voc. *pacis*; nec convenit pacis commoda laudare in bellatrice ferocissimi ingenii ad certamen eunte. *Wr.*) *bono* Franc. *belloque* Oudart. *ministrans* Franc. 659 *Threicio* Exc. Burm. *Threicia* vitium operarum ed. N. Heins. *Thermodoontis* vulgg. passim edd., item vett. codd., etsi iam emendatum dederunt Naugerius et Egnatius. Res nunc nota est, esse *Thermodontis* a *Θερμώδων, οντος*. conf.

nisi dixeris, eam Parthorum more retrorsum sagittas emisisse. (sed quid sit hoc, quod statuit Heynius, discriminis, non intelligo. *Wr.*) 658. *ministras*; comites: Sic *δμωΐδας* Penthesileae dat Quintus Calaber lib. I, 33, ut *θεράποντες* heroum sunt. Totum illum locum de Penthesilea et partem libri contulisse non poenitebit: ut omnino poetico ornatu nullus veterum poetarum locupletior hoc Quinto est; nec dubito antiquiores opes in eo latere. 659. *Threiciae Amazones*: pro Scythicis vel Sarmaticis dixit, ut Threissam Harpalycen sup. lib. I, 316, *Strymonis* Amazon Propert. IV, 4, 69, quod, tamquam poeta, iure suo fecit. (*Threiciae* vocantur Amazones, quod regiones septemtrionales antiquissimi poetae tamquam communi nomine nunc Thraciam, nunc Scythiam appellant; vid. Voss. ad Ge. IV, 518. p. 907 sq. Securis autem in bello usus nemini a Virgilio tribuitur, nisi pastoribus Italicis, cfr. VII, 510. XII, 306., et Camillae, XI, 696., cui adde vs. 651. coll. Sil. VIII, 552., utpote inter pastores Italicos educatae, vid. XI, 569., eiusque comitibus. Agreste telum significari VII, 627.: „subiguntque in cote secures," prodit vs. 635.: „Vomeris huc et falcis honos, huc omnis aratri Cessit amor." Haberi autem hoc unum ex antiquissimis, quibus Itali utebantur, telis a poeta, testatur eius mentio inter spolia in Pici regia suspensa VII, 184.; plura enim ibi ex prisca antiquitate repetita deprehenduntur. *Wr.*) Sarmatica autem origo fere communi veterum consensu iis tribuitur, etsi vulgaris fabula a Tanaidis ostiis ad Ponti fines et Thermodontem fl. eas traduxit. vid. loc. class. Iustin. II, 4. conf.

Digitized by Google

Pulsant et pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolyten, seu quum se Martia curru
Penthesilea refert, magnoque ululante tumultu
Feminea exsultant lunatis agmina peltis.
Quem telo primum, quem postremum, aspera virgo,
Deiicis? aut quot humi morientia corpora fundis?

Apollon. II, 972. Tentaverat nonnulla in h. l. Wakefield. Silva crit. Vol. III, p. 94, quae tamen mox ipse damnasse videtur. *Threicii* locum habuisset, si poeta hoc maluisset. 662 *magnumque u.* coni. Cuninghamus. 663 *scutis* ex Medic. laudat Heinsius: sed a Fogginio *peltis* proditum videmus. (vid. V. L. ad I, 63. *agmena* Medic. a m. pr. *Wr.*) 664 *primo* Goth. tert. 665 *m. pectora* Sprot., perpetuo errore.

Apollon. II, 370—966 sqq. et schol. 659. *cum flumina Thermodontis pulsant:* pro ripis flumen dictum opinatur Cerda et alii, ut v. c. Georg. II, 11. 12. aliae arbores *campos et flumina late Curva tenent.* Mihi tamen cum ipsa res persuadet, agi de flumine glacie obducto, tum vero etiam Claudiani imitatio, qui non aliter intellexisse videtur: adscribam totum locum Pros. rapt. II, 62—66 *Qualis Amazonidum peltis exsultat aduncis* (ex nostro v. 663) *Pulcra cohors; quoties Arcton populata virago Hippolyte niveas ducit post praelia turmas* (hoc illustrat vss. 661. 662.); *seu cum se Martia curru Penthesilea refert* (redit ex pugna et quidem victrix; hinc *exultant* et *magno tumultu*), *Seu flavos stravere Getas, seu forte rigentem Thermodontiaca Tanaim fregere securi:* (glaciem, quae Tanaim obducere inciperet et traiectum ratibus impediret.) Transtulit hic Claudianus ad Tanain, quod Maro de Thermodonte memoraverat. Porro Silius II, 73. *Quales Threiciae Rhodopen Pangaeaque lustrant Saxosis nemora alta iugis, cursuque fatigant Hebrum*, scil. glacie obductum, *innupta manus.* Hic Amazones ad Thraciam et ipse deduxit. (*pulsant*, nempe equorum ungulis, transmittentes amnem glacie obductum; ad saltationem hoc verbum refert Heinrich. *Wr.*) 660. *bellantur* pro bellant, ut alia, v. Serv. Sic *nutritor* pro nutrito Ge. II, 425. *pictis armis*, auro argentoque distinctis, maxime pelta. cf. sup. ad VIII, 588. *se refert*, redit (v. paullo ante in verbis Claudiani, victrix ex pugna); non ut Serv. pro, se fert, infert. *tumultu ululante*, invertit, cum ipsae ululent cum tumultu: pro tumultu ululantium. (i. e. ovantium: ululare etiam bono sensu, ut ὀλολύζειν. cf. Hemsterh. ad Lucian. I. p. 177. Bipont. *Ruhkopf.*) *Martia Penthesilea* proprie. Iustin. II, 4, 13 duae reginae — *ne successibus*

Digitized by Google

Euneum Clytio primum patre: cuius apertum
Adversi longa transverberat abiete pectus.
Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam
Mandit humum, moriensque suo se in volnere versat.
Tum Lirim, Pagasumque super: quorum alter habenas
Suffuso revolutus equo dum colligit, alter

666. EUNAEUM 671. SUFFOSSO

666 *Eumenium* Ald. pr. et hinc cett. edd. usque ad Commelin., qui e Palat. dedit *Eunaeum*: erit igitur *Εὐναῖος*, quod aliunde non memini. At *Εὔνηος* inter heroum nomina notus est, qui idem *Εὔνεως*, et *Εὐνεύς*, Iasonis f. v. ad Apollod. I, 9, 17. § 3 et ad Hygin. f. 15. Interea *Eunaeum* maxima pars codd. defendit apud Pier. et Heins.: adde tres Goth. Etiam e vett. edd. nonnullae, ut Ven. 1486, *Euneum*. aliae *Eumenium*, Serv. *Eumeneum*, non male. Alias aberratt. codd. vide ap. Burm. (Revocavi *Euneum*, quod Serv. Dresd. praebet; et ita Servium legisse, tum Statius ab eo laud. Theb. VI, 343.: „omine dictus Euneos Argoo;" tum reliqua eius annotatio ostendit. Sic enim ille: „Quia Latina est declinatio, ideo *ne* accipit accentum; nam Statius, quia Graece declinavit, Graecum accentum posuit." Constat autem librarios infinitis locis *ae* pro *e* scripsisse. *Funeum*, i. e. *Euneum*, Lips. obl. *Wr.*) Etiam *Glycio*, *Clycio*, *Clythio* (sic Medic. *Wr.*) aberratt., a *Κλύτιος*. 667 *longo* pr. Mentel. *t. a. corpus* duo Burm. conf. modo ad v. 665. 668 *movens* un. Burm. *vovens* duo alii. 669 *se* aberat Franc. *in* deerat plerisque Pier. et nonnullis Heins. *in verbere* pr. Hamb. *in sanguine* Goth. tert., et sic Macrob. IV, 6, sed ex interpretatione; et, ut bene monet Heins., *sanguinis rivi* praecesserant, male etiam Pontanus e cod. Britannico reponi voluit, *in sanguine mersat*. Burmannus laudat Drakenb. ad Silium V, 577. Scilicet is locum vindicat ex imitatione Siliana: *et versantem in vulnere sese Transigit*. 670 *Lirim* Heins. secundum Medic. et alios. Vulgo: *Lirin*. *Pagasum* tuentur omnes fere; alii *Phagasum*, *Pegasum*. In sec. Moret. *Phaganim*. *Pagasus* etiam ap. Silium occurrit lib. V, 410. 671 *Suffuso* vel *Suffusso* magna codd. pars, etiam Rom. et Medic. a m. sec., item tres Goth., (et 2. *Wr.*) invectum et in edd. Ald. tert. et al. De *pedum suffusione* Servius cogitabat. (Servius: „Suffuso: casuro; nam suffusi equi dicuntur, quos vulgo cespitatores vocant. Alii *suffosso* legunt, i. e. praecipiti et iam cadenti." ubi cod. Dresd. cum aliis libris loca vocc. *suffuso* et *suffosso* commutat. *Suffuso* Donatus quoque videtur legisse, qui Lirim equi lapsu deceptum dicat. Gesnerus in Thes. L. L. ridens Servianam explicationem ita *suffosso* interpretatur: „calcaribus fosso et sic irritato; vel etiam ab vulnerato hostili manu." Scio

deesset auctoritas, genitas se Marte praedicabant.

664. 665. Variatus orationis color, Homeri exemplo Iliad. ε, 703. π, 692. *Euneum* int. e Troianis, *Lirim Pagasumque* ex Etruscis: reliquos v. 673 sqq. iterum Troianos: e quibus *Amastrus* Hippotae f. *Mandit humum:* quod alias *mordere*. v. sup. 418 et Var. Lect. ad X, 489. — 671. *habenas dum colligit,*

Digitized by Google

Dum subit, ac dextram labenti tendit inermem,
Praecipites pariterque ruunt. His addit Amastrum
Hippotaden; sequiturque incumbens eminus hasta
Tereaque, Harpalycumque, et Demophoonta,
Chromimque; 675
Quotque emissa manu contorsit spicula virgo,
Tot Phrygii cecidere viri. Procul Ornytus armis

dici: equus calcaribus foditur; sed frustra quaero exemplum talis locutionis: equus calcaribus suffoditur. Suffodi equus dicitur, qui ictu sursum facto percutitur: Caes. B. G. IV, 12.: „hostes, consuetudine sua, ad pedes desiluerunt, suffossisque equis compluribusque nostris deiectis reliquos in fugam coniecerunt." Liv. XXXXII, 59.: „pedites nunc succidere crura equis, nunc ilia subfodere." adde Curt. IV, 13, 33. 15, 15. neque aliter intelliges Tacit. Ann. I, 65. II, 11. At obsecro, qui suffodi potuit equus ab equite? Nec pedites, a quibus suffodi possent equi, fuerunt inter socios Camillae. Denique si ex vulnere prolapsus esset equus, qui fit, ut non omittat potius eques, sed colligat habenas? Nimirum hoc faciunt, qui equum forte procumbentem erigi volunt. Quae quum ita sint, restituendum putavi *suffuso*, quod facilius in *suffosso*, ut magis tritum in tali re, quam *suffosso* in *suffuso* a librariis mutari potuisse crediderim. Veget. Mulomedic. II, 10. sive I, 38.: „Ex sudore oritur tumor in cruribus, suffusio in pedibus." Hinc equi ipsi dicuntur suffusi; idem Veget. II, 25. s. I, 53.: „Inter suffusos autem et syncopatos haec distantia est, quod suffusi, licet tardius a terra levent pedes, tamen flectentes crura incedere solent;" *cet.* vid. Schneider. not. ad Veget. I, 26. At, inquies, quae est dementia, equo in pugna uti suffuso? An vero valde placebit hoc inventum poetae, quo morbidum equum in conspectum produxit? Nempe, dum levis erat morbus, non nimis impediri equus videri poterat; nec reprehendemus poetam, quum toties equos in pugna vulneratos commemoraverit, si semel rem variare voluerit. *Wr.*) 672 *et dext.* duo Goth., ad sonum magis gratum. *inermem* Heins. e codd. reduxit: pro vulg. *inertem.* cf. sup. ad X, 595. (*tendet* Medic. *Wr.*) 673 *Amastram* pr. Hamb. et alter *Anastrum.* Tum *Hippodatem*, *Hippodaten*, aberratt. libb. Est *Hippotae* f. Ἱπποτάδης. 675 *Thereaque* multi apud Heins. et Goth. tert., non male, a Θηρεύς. (*Terea* Medic.; idem *Harpalicum. Wr.*) *Harpalcem* Dorvill. *Chromimque*, quod iam edd. Aldd. habebant, Heins. e Medic. et ceteris revocavit, pro *Chromin.* (*Chrominque* 8. 10. et sic exaratum apud Foggin. in Medic. *Wr.*) At Rom. (quem tamen *Chromin* exhibere testatur Bottarius) et alii Pier. cum Montalb. *Chromumque.* Goth. pr. et tert. *Chronumque.* tres Burm. *Cromimque.* Versus e Gr. Τηρέα θ' Ἁρπάλυκόν τ' ἰδὲ Δημοφόωντα Χρόμιν τε. 677 *Ornytus* recte; Ὄρνυτος; sic quoque Rom. Donatus: *Ornutus.*

revolutus equo suffosso, ut equum ex vulnere cernuum retrahat. (sed vid. V. L. *Wr.*) 674. *sequitur incumbens*; ἐφέπει ἐρείδουσα vel ἐφερειδομένη puella; hoc refertur ad nisum emittentis hastam, qua illa insequitur eminus, h. petit, Tereum et alios.

677. *Ornytus* ex Etruscis. cf. 686. *armis ignotis*; novis h. l., ut Serv., inconsuetis, insolentiore specie: nam habebat exuvias tauri

Digitized by Google

Ignotis et equo venator Iapyge fertur:
Cui pellis latos humeros erepta iuvenco
Pugnatori operit; caput ingens oris hiatus
Et malae texere lupi cum dentibus albis,
Agrestisque manus armat sparus. Ipse catervis
Vertitur in mediis, et toto vertice supra est.
Hunc illa exceptum, neque enim labor agmine verso,
Traiicit, et super haec inimico pectore fatur:
Silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti?
Advenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redarguerit. Nomen tamen haud leve patrum

In codd. fere *Ornitus*: sicque edd. vett. (Medic. a m. pr. *proculautus*, a sec. *procul Ornitus*. *Wr.*) At Pier. in sua invenisse videtur *Orphitus*. 678 *Ignotus* Gud. (et Medic. a m. pr. *Wr.*) *Hyapige* passim codd. et edd. vett. *Iaspide* pr. Hamb. *Iapide* alii apud Burmann. cf. sup. ad v. 247. 682. 683 *Agrestesque* quatuor Heins. (*Agrestisq.* Medic. et Rom. *Wr.*) *Agrestique* Hugen. *palus* Goth. tert., interpolate, pro *sparus*. *catervas V. in medias* aliquot Pier. et Sprot. *Victor in m.* Bigot. *est* in fine abest Medic. a m. pr. (minime; sed quum scriptum esset *st*, superscripta est *e*, ut fieret *est*. *Wr.*) 684 *nec enim* duo Goth. *a. fuso* pro var. lect. Oudart. 685 *super hoc* Franc., male. Est enim: *haec fatur super*, insuper, *ἐπί*. 686 *Silvis et* Rom. *Silvisne*, *T.* ad membranarum suarum fidem recepit Brunck. (conf. Not. p. 430), non male: modo non metrum violaret. Tum *ne* sexcenties in interrogatione omittitur. 687 *quae v. dies* Oudart. *nostra* Ven. *fides* Bigot. 688 *redarguerit* Heins. reposuit sola auctoritate Prisciani et codd. Scheff. et Menag. pr. Et est sane hoc ad elegantiae sensum venustius, quam *redargueret*; etsi diligentissime ad grammaticorum praecepta sit dictum: *advenit dies, qui redargueret*. (*redarguerit* etiam alt. Lips. Et Priscianus X, 2, 10.: „arguo, argui: Virg. in XI. *Verba redarguerit*." Sententia utrumque fert; *redargueret*, i. e. advenit dies, qui ut verba vestra redargueret,

pro thorace et rictum lupi pro galea. ut VII, 666. 667 Aventinus: *tegumen torquens immane leonis, Terribili impexum saeta cum dentibus albis Indutus capiti*. Talis Argus apud Apollon. I, 324. 325. Perperam loricam ex corio factam intelligit Serv. h. l. *Iapyge* pro Iapygio, Apulo. vid. sup. ad vs. 247. (— 679 sq. *Cui — pugnatori*, pugnam obeunti, vid. Q. V. XXI, 7. et Not. ad XII, 728. Sic etiam Heinrich. Sed ipse Heynius in minore editione iungit *iuvenco pugnatori*, i. e. silvestri, cum quo pugnaverat. — *latós humerós*, vid. Q. V. XXXIII, 8. *Wr.*) 682. *Sparus*: rusticum telum in modum pedi recurvum, inquit Serv. cf. ad Sallust. Catil. 56 (59) et Nepot. Epaminond. 9. 683. *Vertitur*, versatur, *ἀναστρέφεται*. 684. *exceptum*, insidiis circum-

Digitized by Google

Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae.
Protenus Orsilochum et Buten, duo maxima Teucrum
Corpora: sed Buten aversum cuspide fixit
Loricam galeamque inter, qua colla sedentis
Lucent, et laevo dependet parma lacerto;
Orsilochum, fugiens magnumque agitata per orbem,
Eludit gyro interior, sequiturque sequentem;

in fatis erat; *redarguerit* autem erit Futurum exactum, quod hic, ut saepe, refertur ad opinionem loquentis; vid. V. L. ad IX, 282.; idque commendari videtur per adiecta illa *muliebribus armis*; nam si in fatis ita erat, id referebat, ut vincerentur, non, ut vincerentur a muliere. Et facilius, puto, *redarguerit* in *redargueret*, quam hoc in illud, a librariis converti potuit; praeterea *violarit* in *violaret* mutatum supra vs. 591. vidimus, *obverterit* in *obverteret* Ge. II, 271. *Wr.*) *unum tamen* Parrhas. *partum* idem et vulgg. edd, sed nonnullae tantum: vitio haud dubie operarum: quod iam in ed. Ven. 1544 in manus occurrit. 689 *M. hinc* idem Parrhas. *M. haec* tres Moret. *referas* Parrhas. *bello c. C.* Ed. pr. Burm. *manibus c. C.* Medic. Pierii. 690 *Orchilochum*, *Horsilecum*, *Horsilvam*, aberratt. Est Ὀρσίλοχος. 691 *Butem* Zulich. *Buthen* apud Rufinian. *adversum* vett. edd. et inde vulgatae cum codd. parte. Sed praestantiores Pierii et Heinsii omnes *aversum*; sicque Rufinian. pag. 32. et Macrob., quocirca Heinsius recepit. Buten enim fugientem, at Orsilochum ipsa fugiens obtruncavit Camilla. Adde graviorem rationem, quod vulneris locus vss. 692. 693 aversam corporis partem satis declarat. Vulnus infertur supra sinistrum humerum, in ipsam cervicis vertebram, quae attollitur paullulum in capite prominente, qualis habitus sedentis est. Variasse adeo poeta videri debet vulnus Hectori ab Achille illatum Iliad. χ, 324 sqq. et Cycni vulnus ab Achille acceptum apud Hesiod. Sc. Herc. 461—420. Utraque loca sedulo comparanda. Ex his ipsi poetae mentem assequuti sumus. *adversa cuspide* unus Pier. et Leid. *iam versum* Franc. *a cuspide* Hamb. alter. *fixit* Heins. cum melioribus, etiam Pierii, pro vulgato *figit*. 692 *intus* Franc. 693 *Invenit* pro *Lucent* apud Rufinian. de Schem. Lex. p. 241.

ventum, ait Serv., ut sup. VI, 173, sed est, assequuta fugientem. *Excipere* a venatione ductum h. l., ut bene Burm. monuit. 689. Eadem sup. X, 829 sq. cf. Cerda.

690. Butes diversus forte ab eo, qui lib. IX, 647 sqq. memoratur, et ab altero utique V, 372. At *Orsilochus* e Troianis supra 636. 692. *sedentis* in equo: pro vulgari, eius. Non enim inter haec omnia animo dimittendum, nos in pugna equestri versari. *Lucent*, eleganter pro, apparent nuda, et quidem in laevo humero. conf. Var. Lect. et inf. XII, 381. 382. Orsilochum se insequentem ipsa fugit, ita tamen, ut in orbem equum circumflectat, ipsa quidem 694. 695 *gyro interior*, adeoque ab laeva Orsilo-

Digitized by Google

Tum validam perque arma viro perque ossa securim,
Altior exsurgens, oranti et multa precanti
Congeminat: volnus calido rigat ora cerebro.
Incidit huic, subitoque adspectu territus haesit

696 *Dum v.* Zulich. et Rottend. sec. Sed praeteriere Heins. et Burm. varietatem aliam magis memorabilem: *valida securi.* Ita Medic. Pierii: et Iulius Sabinus haec habet: „Apronianus legit: *valida securi congeminat vulnus.*" (In Mediceo tamen, quem Fogginius excusum dedit, emendatio illa non subnotata est.) „Aemilius (sic pergit ille: qui *Aemilius* qui sit, equidem adhuc ignoro) legit: *validam securim congeminat*; sic est distinguendum in *congeminat*: ut postea sit: *vulnus r. o. c.*" Equidem, si illam lectionem probandam susciperem, iungerem: *securi insurgens congeminat* sc. ictum, vulnus: quod et per se intelligitur, et statim repetitur. *perque ora viri* pr. Moret. *securem* Gud., ut sup. v. 656. 697 *exsurgens* Rom. et alii Pier. Medic. et alii Heinsii potiores: itaque recepit ille pro vulgato: *insurgens*, quod et ipsum bonum. conf. XII, 902. Sed varietatem hanc iam aliquoties vidimus. 698 *Congeminat vulnus*: *calido* distinguebat Oudart. Similem interpunctionem repererat Servius, mutilatus admodum etiam ad h. l. et sic legerat auctor Epitomes Iliados (vulgo Pindari Thebani nomine notus) 366. *Ora rigat moriens*, sc. sanguine. *ore* alter Menag. *ossa* alter Hamb. *arma* Ed. pr. Burm. *cruore* Ven. 699 *huc* Bigot. *aspectus* ed. D. Heins.

chi, conf. sup. V, 170; quo facto cursu aequato illa eius lateri iuncta, dextra sublata Orsilochi capiti ictum bipenni infligit. (Servius: „Interior: sinisterior, breviore scilicet circulo." Cur sinisterior? Nempe interiores dictos puta, qui in Circo metae propiores erant, quam reliqui, brevius igitur etiam spatium currebant. Ovid. Am. III, 2, 12.: „Nunc stringam metas interiore rota." Hinc ipsa meta interior dicta ab eod. Art. Am. II, 426.: „Interior curru meta terenda meo est." Constat autem interiorem etiam vocari, cui latus tegitur a comite, i. e. a dextra euntem; quod ab h. l. alienum. *Wr.*) *securim congeminat*, pro, ictum, vulnus. Silius I, 425 aper — *geminat contra venabula dentem*, h. e. morsum. (Valer. Fl. VI, 378.: „gravem nodis auroque securim Congeminans." idem III, 140.: duplicataque ora securi Disiecit. Soph. Oed. R. 802. ed. Herm.: „κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο." *Wr.*) 697 *oranti et multa precanti*, hoc non video quam commode a poeta adiectum sit: Orsilochus ipsam aggressus erat; nunc arte Camillae praeventus fugiebat: quis hic erat supplicandi locus? (Non video, cur supplicandi locus non sit relictus tum, quum se prehensum sentiebat. *Wr.*) 698 diversum est Homericum: ἐγκέφαλος δὲ ἔνδον ἅπας πεπάλακτο.

699 seqq. Quod sequitur episodium, novitate et varietate praeclarum et ab omni parte perfectum. Ligures fraudibus et

Digitized by Google

Appenninicolae bellator filius Auni,
Haud Ligurum extremus, dum fallere fata sinebant.
Isque, ubi se nullo iam cursu evadere pugnae
Posse, neque instantem reginam avertere, cernit;
Consilio versare dolos ingressus et astu,
Incipit haec: Quid tam egregium, si femina forti
Fidis equo? dimitte fugam, et te comminus aequo
Mecum crede solo, pugnaeque adcinge pedestri:
Iam nosces, ventosa ferat cui gloria laudem.

700 *Appenninicolae* scribendum esse bene monuit Brunck., saltem ex communiore usu, *Appenninus* pro *Apenninus*. (duplici *p* hoc nomen et hic et XII, 703., ubi vid. V. L., in Medic. scriptum; contrarium praecipiunt, qui de re orthographica scripsere; vid. Oudend. ad Sueton. Vit. Iul. c. 44. *Wr.*) An prima in ullo Latino poeta correpta occurrat, ignoro, nec vacat quaerere. At Dionys. Perieg. 343 ὄρος — Ὀῤῥά τε κικλήσκουσιν Ἀπέννιον. *Euni* Goth. tert. *Anni* Ven. et Franc. Burmannus bene remittit nos ad Silium VI, 109, ubi: *tellus lacrimabilis Auni* ex h. l. et similis varietas. Provocat ad Silium etiam Iulius Sab., qui alios *Arnum* hunc perperam dixisse notat, et versum recitat *Apenninicolae regnata antiquitus Auno*. Locus est ex lib. V, 7, sed ibi legitur: *vada Fauni-genae regnata antiquitus Auno*. Agitur de Thrasymeno lacu: ut adeo Arnus ibi opportunius heros ἐγχώριος esset, quam Aunus Liguriae. (— 701. *sinebas* Medic., sed superscripta *n. Wr.*) 702 *Is ubi* vett. edd. et codd. *evadere pugna*, *pugnam*, *pugnae* legitur: et *pugna* quidem vulgata erat lectio usque ad Commelin, qui e Palat. reddidit *pugnae*, quod sequitur Pulman. Deseruit iterum Stephanus. *pugnae* graeca forma dictum, e Rom. aliisque laudavit Pierius, ex uno suo probavit Ge. Fabric. et ex suis iterum Heins. conf. sup. ad X, 441. IX, 99. Tandem *pugnam*, quod et ipsum exquisitum, habebat unus Oblongus Pierii, atque aliquot Heins. et Burm. cum Goth. sec. 703 *advertere* Medic., sed a m. sec. emendatum. 707 *Crede solo mecum* Goth. tert. *pugnaque* sexto casu plerique Pieriani. 708 *ventura* Bigot. et pr. Hamb. *feret* Medic. Pierii et Mentel. pr. *laudem* recepta in impressis est lectio, quae et ipsa

perfidia omnino infames fuere: forte quia montium latebris hostium incursus eludere eosque inter silvarum ambages et saltus in insidias allicere solebant. *Ligures omnes fallaces*, verba Catonis Origg. lib. II excitat Serv. ad h. l. Eundem vid. ad vs. 715. Liguriae autem magna pars per ipsa Appennini iuga protendebatur. *Incidit huic*, in hanc, graece. — 701. *Haud Ligurum* — h. fraude, quoties ea uti licebat, nemine inter populares inferior. 702. *evadere pugnae*, graece pro vulgari, pugna, et *ingressus* pro pedestri *aggressus*, moliens; ut de dicente IV, 107. VI, 868. 705. *forti equo*. Epitheto primum observant usum Ennium (apud Cic. Cat. 5), tum Lucret. III, 8, nunc hinc Maronem. Faciunt autem vires ad velocitatem. 706. *dimitte fugam*, cursum

Digitized by Google

Dixit. At illa furens, acrique adcensa dolore,
Tradit equum comiti, paribusque resistit in armis,
Ense pedes nudo, puraque interrita parma.

inter Apronianas, h. e. probatas Apronio Rufo, referri potest; est enim ab emendatrice manu adscripta Mediceo, qui a pr. m. habebat *fraudem*, quod ipsum Rom. exhibebat diserte, cum qu. Moret. Dorvill. a m. sec. et Goth. sec. et quinque Heinsii pro div. lect. In Gud. erat *poenam*, in Rottend. sec. *poena*, ex interpretamento. (vid. Q. V. XVI, 1. *Wr.*) Serv. egregie: „*fraudem*: haec est vera et antiqua lectio, ut sit sensus: pedes congredere, iam cognosces, cui inanis iactantia adferat poenam; nam fraudem veteres poenam vocabant." „Si autem *laudem* legimus, erit sensus: agnosces, cui inanis gloria afferat laudem." Etiam Donatus agnoscit: „Experiundo, inquit, cognosces, quis debeat iure meritoque laudari." Reliquerunt rem in medio Heins. et Burm. Rationem, qua controversia decidi debet, non videntur animadvertisse viri docti. Scilicet epitheton: *ventosa* gloria melius convenit in *fraudem*, h. poenam, quam κενοδοξία, vana et inanis iactantia, affert. Contra in altera lectione ieiunior est sententia, etiamsi sic, ut facere necesse est, expedias; videbis, cui, h. e. an tibi vana gloria afferat victoriam. In Obss. misc. Vol. I, p. 22 Vir doctus distinguebat: *Iam nosces, ventosa, ferat cui gloria laudem*; satis ieiune. (*laudem* Palat. quoque. *fraudem* recepit Iahnius; vellem etiam sententiam expedisset! Nihil mirum, quod Servius *fraudem* amplexus est, doctius scilicet sibi visum et ex antiquo usu repetitum. At quod Heynius contendit epitheton *ventosa* huic lectioni patrocinari, secus est, quum ventosa gloria non fraudem, sed laudem sibi soleat promittere. Quae quum ita sint, donec meliora edoctus fuero, retinebo *laudem*. *Wr.*) 709 *Dixerat* Goth. tert. *accensa* vel *adcensa* Rom. et alii Pier. et omnes vetustiores Heinsii, qui recepit. Vulgo: *incensa*, quod pr. Goth. solus exhibebat, isque recentissimus. 710 *assistit* vulgo editum, inde ab Ald. sec., sicque codd. pars, ut bini Goth. et Oblongus Pierii cum quatuor Heins. (adde Palat. et 7.; Serv. Dresd. *absistit*. *Wr.*) Sed reliqui vetustiores omnes Pierii et Heinsii cum Ald. pr. *resistit* legebant; ut resistere sit restare, stare, ut Ge. IV, 424. Aen. IV, 76. (*restitit* Medic. a m. pr., *resistit* a sec. *Wr.*) *insistit* erat in Leid. *sistit* Dorvill. *paribus se sistit* coni. Heins. 711 Nemo coni. *parva p.* (Ut igitur, cui li-

equestrem, equi usa velocitate. 707. Desiliamus uterque de equis et pugnemus pedites. 708. *laudem*, decus ex victoria, κλέος. *ventosa*, vana, inanis, gloriatio (de pugnae equestris successu, cuius maior pars equi praestantiae, cui insides, debetur), ut simpliciter ornet epitheton; non male comparant ἠνεμόεν φρόνημα apud Sophoclem: Antig. 354. *cui ferat:* an tibi ferat. Sed cf. Var. Lect. 709. comparant Hectoris factum Iliad. Θ, 318 sqq. 710. stat in armis *paribus*, „sicut et „iam illum congressurum (non, „congressum) putabat," ut Servius monet. 711. *parma pura*. Epitheton arbitror simpliciter ornare: ut sit parma sine insigni et ornatu; ut *parma alba* sup. IX, 548. (*pura* C. G. Iacob *Disquisition. Virgilian.* P. I. p. 9. interpretatur: „sola parmula tecta, neque, ut antea, ab ipso equo defensa;" quod mihi nimis ar-

Digitized by Google

At iuvenis, vicisse dolo ratus, avolat ipse,
Haud mora, conversisque fugax aufertur habenis,
Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.
Vane Ligus, frustraque animis elate superbis,
Nequidquam patrias tentasti lubricus artis;
Nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno.
Haec fatur virgo, et pernicibus ignea plantis
Transit equum cursu, frenisque adversa prehensis
Congreditur poenasque inimico ex sanguine sumit.
Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto

beat, copia fiat coniectandi, sciendum, in Medic. scriptum primo fuisse *rapuque*; transpositis videlicet syllabis. *Wr.*) 712 *Et i.* Franc. *vixisse* emendabat Cerda, perperam. *dolos* a m. pr. Zulich. *advolat* Goth. tert. et multi scripti et edd., vitiose. *evolat* Leid. 713 *conversusq.* Menag. pr. 714 *Quadripedemque* Pierii codd. etiam hic. (ita h. l. etiam Medic.; vid. V. L. ad Ecl. V, 26. *Wr.*) *ferrato calce* edd. inde ab Aldo usque ad Commelin. et pauci scripti apud Pierium cum Goth. pr. Sed potiores *ferrata*, quod et Grammatici defendunt. (Wakefield., *citum* usquam pro adiectivo positum iniuria negans, ad Lucret. I, 996. ita interpungit: *Quadrupedemque, citum f. calce, fatigat. Wr.*) 715 *Ligur* in sua edit. legerat Pier.; at *Ligus* inde ab Aldo ubique obtinet, sicque scripti et vett. Grammatici: ex *Λίγυς*. *armis* aliquot Pier. et Sprot. 717 *Nec fors te* nonnullos legere, tradidit Cerda. *perferat* tert. Mentel. et tert. Goth. *proferet* Ald. pr. *Anno* Ven. *uno* Goth. tert. vide ad v. 700. 720 *a sanguine* vulgg. ante Heins., qui *ex s.* secundum Pier. et praecipuos suos reposuit, ut inf. XII, 949. (*a s.* Palat. *Wr.*) *poenas i. et s.* Franc. *ex s. poscit* Ed. pr. Burm. *sumpsit* Bigot. Sprot. et a m. pr. Hamb. pr. cum Goth. tert. 721 *facilem* Sprot. *ancipiter* alter Hamb. *adcipiter* et *atcipiter* scribebant alii Pier. Wakef. ex ingenio

gutum videtur. Silius, fortasse hunc ipsum locum respiciens, IV, 545.: „niveis Varenus in armis;“ ubi Ernest.: „*nivea arma* vix aliter intelligas, ac de clipeo et lorica albis taurorum pellibus contextis.“ Ceterum cf. Not. ad IX, 548. *Wr.*) 714. *ferrata calce;* hoc de suo aevo sumsit poeta. Heroum vita *κέντρον*, stimulum, norat (v. Iliad. *ψ*, 387, coll. 584), non calcar, multo minus e ferro.

716. *lubricus*, fallax, ut *ὀλισθηρός*. (*patrias artis*, vid. Heyn. Not. ad vs. 699. *Wr.*) 718. *ignea.* A Catullo sumtum iam alii observarunt LXIV, 337 *Flammea praevertet celeris vestigia cervae:* de Achille. Ut alias *ὠκύς*, rapidus, de igni; sic nunc *igneus* pro celer. (Sil. It. III, 306.: „Autololes, levibus gens ignea plantis.“ adde infra vs. 746. et ap. eund. Sil. XVI, 512. *Theron igneus. Wr.*) 719 *Transit equum cursu:* Haec de eius celeritate praestruxerat sup. lib. VII, 808. 809. 721. Minus bene comparant Intpp. Iliad. *ν*,

Digitized by Google

Consequitur pennis sublimem in nube columbam,
Conprensamque tenet, pedibusque eviscerat uncis;
Tum cruor et volsae labuntur ab aethere plumae.
At non haec nullis hominum sator atque deorum
Observans oculis summo sedet altus Olympo.
Tyrrhenum genitor Tarchonem in proelia saeva
Suscitat, et stimulis haud mollibus iniicit iras.
Ergo inter caedes cedentiaque agmina Tarchon

729. TARCHO

accipiter saxo aut *sacer ales*: ut hic sit aquila. Antequam in ipsa poetae verba hoc inferret, nam coniicere licebat, consulendi erant historiae naturalis auctores, qui docent *aquilam* (chrysaetou) Iovis alitem, non facile columbam petere; *accipitris* vero proprium id esse; unde et *palumbarius* dictus. Pariter constat vulgo, accipitrem fuisse inter alites augurales. 722 *in n. volantem* Schol. Horat. Cruqu. ad Od. I, 37, memoriae vitio, etsi *volantem* pro avi poeta dicere poterat. (*Consequitur, pennis s. i. nube, col., Conpressamque s.* ita distingui legique iubet Wakef. ad Lucret. VI, 453. *Wr.*) 723 *Compressamque* pars Heins. codd., ut alibi solet. *Convulsamq.* Ven. (*evincerat* Medic., *s* a manu recentiore superscripta. *Wr.*) 724 *Tunc* alii. *evolsae* Rom, et Schol. Statii Theb. III, 537. *pennae* Menag. pr. et Parrhas. et Schol. Stat. l. l. 725 *hoc* Ven. *hoc ullis* Vratisl. 727 *Tarchonem*, quod et Romanus tuetur, Heins. refinxit. v. sup. ad VIII, 506. Vulgo, *Tarchontem*: (ut Palat. cum 11. 12. *Tarcontis* apud Sil. Ital. VIII, 475. in omnibus codd. invenit Drakenb. *Wr.*) duo *Tarchonta*; alii *Tarconem*, v. Pier. Parrhas. *carentem in praelia*; tum Bigot. *in praelia servans.* 728 *iniicit* bene Heins. ex Moret. et Menag. pr. Addit Burm. Hugen., sed graviorem auctoritatem iam Pierius dederat Romanum et Oblongum mss. (adde 3. 8. 12. *Wr.*) Vulgo *incitat* legitur. Tum Heins. coni. *incutit iras*. (Verum est, non admodum blandiri auribus *Suscitat — incitat* in eodem versu positum; alia est enim quaesita soni similitudo, de qua dictum ad Ge. I, 157.; tum *incitat* oriri facile potuit ex praegresso *Suscitat*; vid. V. L. ad vs. 609. At illud quoque *stimulis iniicit iras* quam recte dicatur, non video; nisi forte ita interpretaberis: stimulis haud mollibus usus est, iniiciens iras eius animo, quo eas incitaret. Mihi quidem Heinsii coniectura veram videtur assecuta. *Wr.*) 729 *caedentia* nonnullae edd. vulgares, vi-

62. φ, 493. Opportunior erat locus Iliad. χ, 139—144. *sacer ales;* accipio dictum, propter augurium ex eo avium genere capi solitum, v. c. Od. o, 524 sq. *sacra* autem diis ea quoque, quae ad augurium spectant et ad divinationem quamcunque. 724. versus inservit exornandae comparationi; huncque ornatum de suo addidit Maro.

725. 726. Homericum esse: Οὐδ' ἀλαοσκοπίην ἔχε quilibet facile videt; h. e. omnino vidit oculis suis Iupiter. Iliad. ϰ, 515. conf. Odyss. Θ, 285. 727. 728. ad verba cf. sup. IX, 717. 718. et hoc lib. vss. 451. 452. *susci-*

Digitized by Google

Fertur equo, variisque instigat vocibus alas,
Nomine quemque vocans, reficitque in proelia pulsos.
Quis metus, o numquam dolituri, o semper inertes
Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit?
Femina palantis agit, atque haec agmina vertit?
Quo ferrum, quidve haec gerimus tela inrita dextris?
At non in Venerem segnes, nocturnaque bella,

tiose. *Tarcho* ut VIII, 506. pro *Tarchon*. cf. inf. 746 et Heins. (*Tarchon* restitui; vid. V. L. ad VIII, 506. *Wr.*) 730 *vanisque* pr. Moret. *irritat* coni. Heinsius. *instigat vocibus iras* Gud. *halas* Vratisl. et Rom. 731 *ad pr.* Macrob. VI, 1, qui ex Furii Annal. laudabat versus (quos vide in Not. ad h. l), in quibus est: *reficitque ad praelia mentes.* Sed *in* saepe alias vidimus poetam sectari, ubi vulgo *ad* poni solebat. *in praelia fusos* Bigot. 734 *pallentes* tres apud Burm., perpetuo lapsu. *pallentis* Mentel. pr. (*palantis* primo scriptum fuerat in Medic., sed *i* mutata in *e*. *Wr.*) *agitatque haec* Franc. *agitat atque a.* Ed. pr. Totus versus exciderat Goth. tert. 735 *quove* Zulich. et alter Hamb. a m. sec., et *quodve* a m. pr. *quidve hoc* Dorvill. *gerimus* meliores libri et pars edd. vett. cum ed. Commel. et hinc ductis; (quam lectionem mireris a Potterio ex duobus tantum codd. Paris. enotatam. *Wr.*) at in aliis: *geritis*, minus bene, et hinc corrupte *gentis* aliquot Heinsiani. 736 *nocturnave* Leid.

tat, ὦρσεν, ὦτρυνεν. (— 728. vid. V. L. *Wr.*) 731. Praeivisse Furium (M. Furium Bibaculum) in Annal. XI, *Nomine quemque ciet: dictorum tempus adesse Commemorat. Confirmat dictis: simul atque exsuscitat acres Ad bellandum animos reficitque ad praelia mentes* notavit Macrob. VI, 1. Malim et hic Homerum laudare Iliad. κ, 67 πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον. In sqq. verbis Tarchonis a vs. 732 neminem fugere possunt vestigia Homeri Iliad. δ, 340 sq. 732. *O nunquam dolituri* dedecoris, infamiae sensum habituri. Ad Horat. *O dolitura mea multum virtute Neaera* Epod. 15, 11. (Totum hunc locum imitatione expressit Valer. Fl. III, 230 sqq.: „Numquamne dolor virtute subibit Nil ausas sine rege manus? at barbara buxus Si vocet et notis ululantia Dindyma sacris, Tunc ensis placeatque furor." *Wr.*) 736. Egregie in rem suam vertit poeta famam de veterum Etruscorum luxurie: etsi in singulis ornamentis Homerum respicere potuit, alacriter dicit eos ruere ad epulas et quidem sacrificiorum. Simili argumento ad exprobrationem utebatur Homerus in Menestheum et Ulyssem, sed quod primi vocantur ad coenam et maiore carnium vinique copia honorantur Iliad. δ, 340 sqq. In his *ubi tibia Bacchi curva indixit choros* putatur respexisse Maro Priami vocem, qui filios incre-

Digitized by Google

Aut, ubi curva choros indixit tibia Bacchi,
Exspectare dapes, et plenae pocula mensae;
Hic amor, hoc studium; dum sacra secundus haruspex
Nuntiet, ac lucos vocet hostia pinguis in altos. 740
Haec effatus, equum in medios, moriturus et ipse,
Concitat, et Venulo adversum se turbidus infert,

737 *induxit* in nonnullis vulgatum: sed *indixit* Heins. vindicat, et iam ante in edd. extabat. E codd. unus Leid. *inducit* a m. pr., et a sec. *indicit*. 738 *Expectate* codd. fere omnes, etiam optimus quisque Pier. et Heins. cum Servio: et sic Ald. pr., mendose tamen. *expectare* (sc. non segnes) primae statim edd. inde ab Ald. sec., sicque Goth. pr. et tert. (adde Palat. et 2. 3. 7. 11. 12. *Wr.*) *aut pl.* tres Burm. et vett. edd. (*plena* Rom. *Wr.*) 739 *Hic amor, hoc studium* in parenthesi dictum recte notat Servius. *dum sacrosanctus* Goth. pr. *harospex* Medic. (sed a m. pr. *Wr.*) 740 *vocat* duo Burmann. et Schol. Horat. I Od. 37. 741 *effatur* Montalb. *ita fata* Bigot. *in* abest binis Burm. et Goth. tert. *in medio* Zulich. *m. m. in hostis* Gud., uti sup. IX, 400 legi vidimus. *ut ipse* Barth. ad Stat. V Theb. 623 e cod. optimo laudat. 742 *se adversam* Goth. tert. *offert* Rom. Medic., aliique Pier. et ex Heinsianis Gud. cum tribus aliis et Zulich., quibus adde Goth. tert. cum Donato, (item 8. 11. *Wr.*) perperam: cum de vi et pugna agatur, ut iam Burmann. monuit. (*offert* recepit Iahnius. Atque *offert se* erit: obviam it et pugnandi secum copiam facit Venulo. At, quod poeta adiecit, voc. *turbidus* et omnis reliqua oratio ita repente Venulo supervenisse

pans, ὀρχηστὰς χοροιτυπίῃσιν ἀρίστους appellat Iliad. ω, 261. Locum de Phaeacibus huc vocant alii Odyss. θ, 248. 249, quo tamen vix quicquam in poetae verbis illustratur. De tibia in sacris omnino, tum in Cybeles et Bacchi, ad choros nil monere opus est; *curva tibia*, notatur, tanquam genus certum; nam lituus est buccina, cornu. Bacchum cum iudicio videtur nominasse, nam Bacchi sacra et initia cum in reliqua Italia, tum inter Etruscos vel maxime viguisse, iam olim ex tanto vasorum et sarcophagorum numero, in quo illa occurrunt, suspicati sumus. v. Nov. Comment. Soc. R. Gott. T. III, p. 53 sqq. 736. Amaritudo dicti sic satis intelligitur, si cogites eos fugere in praelio cum femina. 738. *non segnes expectare — plenae mensae*, πληθούσης τραπέζης, *pocula: dum sacra aruspex nuntiet.* 739. *haruspex secundus*, qui secunda nuntiat ex extis inspectis: ubi autem litatum est, epulae sacrae subsequuntur. Et h. l. quidem sacra fiunt in luco, adeoque et epulae; etiam hoc ex veterum more; quod servatum inprimis in sacris rusticis: v. c. Tibull. I, 10, 51.

741. *moriturus et ipse;* animo, ut bene Servius, h. animi proposito. *turbidus* h. l. ira; ut et alibi. 742. *Venulus* e Latinis, idem qui ad Diomedem missus

Digitized by Google

Dereptumque ab equo dextra conplectitur hostem,
Et gremium ante suum multa vi concitus aufert.
Tollitur in coelum clamor: cuntique Latini
Convertere oculos. Volat igneus aequore Tarchon,
Arma virumque ferens; tum summa ipsius ab hasta
Defringit ferrum, et partis rimatur apertas,
Qua volnus letale ferat: contra ille repugnans
Sustinet a iugulo dextram, et vim viribus exit.
Utque volans alte raptum cum fulva draconem
Fert aquila, inplicuitque pedes, atque unguibus haesit:
Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Adrectisque horret squamis, et sibilat ore,

746. TARCHO

Tarchonem ostendit, ut illud *offert*, quod abhorret ab hac celeritate impetus, tueri se nullo modo possit. Itaque retinui *infert*, codicum, ut Medicei Heinsiani, auctoritate satis munitum. *Wr.*) 743 *Direptumque*, male, vulgg. et h. l. cf. ad X, 475. (quod si quis velit reponere, se non intercessurum ait Iahnius ad Ge. II, 8.; vid. V. L. ad vs. 193. *Wr.*) 744 *Egregium a. s.* Rom. 745 *ad caelum* tres Heins. 746 *ingens* Franc. *Tarcho* Medic. v. sup. 727. (At pro extrema litera *n* litera transversa in Mèdic. conspicitur; vid. Q. V. III, 1. Restitui *Tarchon*; vid. vs. 729. *Wr.*) 747 *cum* Ven. et Goth. tert. *illius* alter Hamb. 748 *Distrinxit* Ed. pr. *Defigit ferra* Vratisl. et Parrhas. (*partis* Medic., sed *i* in *e* mutata. *Wr.*) 749 *ferit* sec. Rottend. *illa* alter Hamb. 750 *dextra* Leid. *vis v. haesit* Ed. pr. Burm. 752 *Fert avis* Schol. Horat. Cruqu. IV Od. 4. *dapes atque* Goth. pr. *ac viribus h.* Ed. pr. Burm. 753 *et, ac*, alii. *fumosa* Bigot. v. Lucan. III, 505. 754 *haeret* duo Burm. *scamis* Zulich.

fuerat VIII, 9 et XI, 242. 745. Ennius: *Tollitur in caelum clamor exortus utrisque* ap. Macrob. VI, 1, p. 573. (— 746. *igneus*, vid. Not. ad vs. 718. *Wr.*) 748. *partes apertas* in iugulo, ut e seqq. apparet. cf. Iliad. χ, 321 sqq. cf. sup. v. 692. 693. *rimatur*. De voce cf. sup. VI, 599. Georg. I, 384. 750. *vim viribus exit*: fallit, evitat, avertit; sup. V, 438 *Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit*. 751. Comparationem ex Homero petitam clamant inde a Macrob. V, 13 fere omnes Iliad. μ, 200 sqq., et laudant temere aut vituperant alterutrum poetam. Erat tamen et hoc monendum: ornatam ac variatam rem esse a poeta egregie tum in hoc, quod narrationem Homericam in comparationem mutavit, tum in eo, quod hic vincit aquila, apud Homerum vincitur. In aliorum poetarum imitatione non laboramus. Conferat, qui volet, Cerdam. (*Utque*: notandum *que* compara-

Digitized by Google

Arduus insurgens: illa haud minus urguet obunco
Luctantem rostro; simul aethera verberat alis.
Haud aliter praedam Tiburtum ex agmine Tarchon
Portat ovans. Ducis exemplum eventumque secuti
Maeonidae incurrunt. Tum fatis debitus Arruns
Velocem iaculo et multa prior arte Camillam
Circuit, et, quae sit fortuna facillima, tentat.
Qua se cumque furens medio tulit agmine virgo:

757. TARCHO

755 *assurgens* Ed. pr. Burmann. *obunco* Heins. dedit e melioribus suis et illustravit. Eo alludunt alii, in quibus *abunco*. Vulgo editum *adunco*, quod et Romanus agnoscit. (item Palat. cum 7. 9. 10. *Wr.*) 756 *summum aethera* Ven. 757 *ex sanguine* Zulich. a m. pr. *ex agmine raptam* Serv. ad VIII, 9, ubi quidam *Tiburti*. (Scripsi *Tarchon*; vid. vs. 729. In Mediceo hic est *Tarcon*, sed *h* superscripta. *Wr.*) 758 *eventum exemplumque* aliquot codd. Heins. et edd. vett., minus bene. *eventus* autem h. l. pro successu. 759 *Arruns* Heins. ex optimis codd. scripsit et illustravit, pro *Aruns*. In scriptis fere *Arrons* occurrit. conf. Pier. ad v. 814. (*Arruns* ubique Mediceus; geminatur ῥ in hoc nomine a Dionysio et Plutarcho; vid. Drakenb. ad Liv. I, 34. et V, 33. *Wr.*) 760 Ne *et* delendum putes, vide Notam. 761 Hunc versum post vs. 763 *Hac A. — lustrat* collocabat Goth. sec. 762 *Quo* aliquot Pier. *se cuique* Bigot. *ferens* pars Pier. et Heins., varietate fere perpetua. *ferox*

tioni serviens, ut X, 454.; quod ut satis infrequens est, ita frequentissimum *Ac. Wr.*) *volans alte* iungendum, est ὑψιπετὴς αἰετός. *unguibus haesit* est ex ἐμφῦναι vel ἐμφύεσθαι, inhaeret draconi, unguibus infixis. Sic et Cicero minus eleganter converterat Homerica de Div. I, 47 *transfigens unguibus anguem*. Ornatiora etiam 753—756, quam quae ap. Nicandr. Theriac. 456. 457. *urguet*, instat tundendo et percutiendo draconem rostro. 758. *eventum* pro successu, fortuna, dixit; et *Maeonidae:* ut VIII, 499. 479, a credita vulgo Etruscorum e Lydia origine.

759. *fatis debitus:* v. sup. 590. 591. 592. Est autem Arruns ex Etruscis, quos Tarchon Aeneae adduxerat. Mirum est, Grammaticos de hoc dubitare. *iaculo* (quod vibrat, ad ictum paratum. v. mox v. 767) *et multa* cum *arte circuit* Camillam Arruns *prior:* quod ad *velocem* spectat; praevertens eam, dum lateri semper adhaeret. *quae sit fortuna facillima*, eleganter, qua facillime hasta peti ea poterat; omnis autem iactus aliquo fortunae munere successum suum habet. 762. *furens*, utpote in pugna, ardens, nihil amplius. 767. *certam*, cuius ictum certum

Digitized by Google

Hac Arruns subit, et tacitus vestigia lustrat;
Qua victrix redit illa, pedemque ex hoste reportat:
Hac iuvenis furtim celeris detorquet habenas.
Hos aditus, iamque hos aditus, omnemque pererrat
Undique circuitum; et certam quatit inprobus hastam.
Forte sacer Cybelae Chloreus, olimque sacerdos,
Insignis longe Phrygiis fulgebat in armis,
Spumantemque agitabat equum: quem pellis aenis
In plumam squamis auro conserta tegebat.

a m. pr. videbatur habuisse Mentel. sec. Sed h. l. *furens* recte, utpote in pugna; unde inf. 781 *caeca* et *incauta*. 763 *Huc* sec. Moret. *armis subit* Ed. Mediol. 765 *celeres furtim* aliquot Heins. 766 *atque hos* Gud. et pr. Menag. *hos iamque* Moret. tert. *iamque hos abitus* pars libb. Pier. et Heins. et Erf., et probabat hoc Pierius cum Ulitio apud Heinsium. Sic quoque Donatus legerat. *iamque hos habitus* in binis Burm. *Hos abitus iamque hos aditus* alter Voss. 767 *circuitu* Goth. sec. 768 *satus Cybele* aliquot Pier. *sacer Cybelo* Medic. Pierii cum Donato: Medic. et alii Heinsiani cum trinis Goth. Eandem varietatem supra lib. III, 111 vidimus. Cum *Cybelus* mons Phrygiae sit, vix *sacer Cybelo* cuiquam placere potest, nec magis tamen: *sacer Cybelae — olimque sacerdos*; etsi Cybelae consecratus a puero esse potuit, ut Camilla Dianae sup. 559 sqq. Proclive esset, cum Pierio et Cuninghamo refingere: *satus Cybelo*, in monte Cybelo natus. Sed hoc idem significat lectio meliorum librorum: *satus Cybele*: nam et montis id nomen fuit. Nec aliter Servius legit, etsi alterum eius scholio praescriptum est. (in cod. Dresd. *Cybelo* praescriptum; noli autem, quod scripsit Heynius, ita intelligere, quasi etiam *satus* Servius tueretur. *Wr.*) Porro *Choreus* Medic., tum Macrob. V, 1 et alii codd. apud Burmann., ut auctoritate adeo praestet. Nec aliter Iul. Sabin. At *Celoreus*, *Chioreus*, *Coreus*, *Cloreus* aberratt. (*Cybelo Choreus* 7. 9. 10. Nondum mihi satis liquet; quamquam id, quod editur, expeditissimum videtur. *Choreus* nomen non memini me usquam legere. *Wr.*) 771 *Implumem* Goth. sec. et tert. *scamis* Zulich. *squa-*

destinaverat. *quatit*, vibrat, σείει. κραδαίνει. πελεμίζει.

768. Sacerdotes inter pugnantes iam Homerus induxerat Iliad. ε, 9, varietatis studio, nec ille hominum, qui sacra curabant, ordo inter Graecos et Phryges aliosque populos discretus erat a ceteris popularibus ac civibus, quin munera communia praestaret, adeoque et pugnas subiret. Hic, Cybeles sacerdos, quippe inter Troianos, et quidem *olim*, sc. in patria. Tamquam Phryx autem ornatui studet: unde poetae locus factus ornamentorum commemorandorum. 770. 771. Haerent in his Intpp. Mihi sic iungenda videntur: *pellis* ferina *auro conserta*, h. aureis fibulis,

Digitized by Google

Ipse, peregrina ferrugine clarus et ostro,
Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu;
Aureus ex humero sonat arcus, et aurea vati
Cassida; tum croceam chlamydemque sinusque crepantis
Carbaseos fulvo in nodum conlegerat auro,

774. HUMERIS

lis a m. pr. Gud. *auroque inserta* Ald. (pr. et sec., nam emendatum a Naugerio) cum Goth. pr.; quod poterat iuvare eos, qui in structura verborum haerebant. Sed vid. Not. 773 *Cortinia* passim codd. et h. l. (*Cortynia* Medic. *Wr.*) 774 *ex humero* Gud. et alii Heinsiani, cum Goth. sec., et infra 844. *erat arcus* Medic. et Leid., minus eleganter. (sic etiam Dorph. II. et Donatus; vid. V. L. ad vs. 652. Ceterum recepi *humero*; vid. Q. V. VIIII, 2, c.; eodem modo ex *vento* factum *ventis* XII, 685. *Wr.*) 775 *sonatque crepantes* Parrhas.

subter alvum equi oras pellis constringentibus, collecta et firmata; sed *pellis aenis in plumam squamis*, h. cum squamis, habens squamas in plumae modum ex aere factas, seu habens laminam aeream, in squamas elaboratam, quae plumarum speciem praeferrent; huic autem laminae pellis, ne corpus aeris rigore laederetur, pro stragula substrata erat et subiecta. Cataphractum equitem ostendi, bene notat Servius, qui et Sallustii fragm. incert. laudat: *Equis paria operimenta erant, quae lintea ferreis laminis in modum plumae annexuerant.* Plumae igitur eae ipsae squamae sunt; a forma dictae. Occurrunt eae etiam alibi. v. auctores de re militari, et ad Iustin. XLI, 2 f., ubi *loricae plumatae* Parthorum memoratae. *In plumam:* ut VI, 42 *Excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum.* (Ruhnken. in praefat. versioni hollandicae lexici Schelleri praemissa ostendit, praepositioni *in* significationem „instar" adhaerere, laudatque Oudend. ad Appul. III. pag. 191. *Ruhkopf.*) *peregrina ferrugine et ostro*, h. purpura ferruginea. ut *ferrugine clarus Hibera* sup. IX, 582. *clarus* h. l. conspicuus. (potius: lucens; Ge. IV, 93.: „rutilis clarus squamis." Aen. VIII, 673.: „argento clari delphines." *Wr.*) Epitheta v. 773 tantum ad ornatum pertinent: nihil amplius: et iam alibi vidimus. (cfr. Q. V. XXXX, 1. *Wr.*) 775. *Cassida;* forma haec vocabuli etiam apud Propertium occurrit. Collegerat in nodum *sinus carbaseos crepantes:* de eadem chlamyde crocea, ut adeo ea sit ex tenui linteo, croceo colore. Linteum hoc ut crepet et sonitum edat, mota chlamyde, intextae faciunt laminae aureae; iungendum enim: *sinus crepantes fulvo auro.* Sic sup. VI, 206 *crepitabat bractea* auri: et hinc similia apud Statium VI Theb. 62. VII, 682, ubi conf. Barth.

Digitized by Google

Pictus acu tunicas, et barbara tegmina crurum.
Hunc virgo, sive ut templis praefigeret arma
Troia, captivo sive ut se ferret in auro,
Venatrix unum ex omni certamine pugnae
Caeca sequebatur; totumque incauta per agmen
Femineo praedae et spoliorum ardebat amore:
Telum ex insidiis quum tandem tempore capto
Concitat, et superos Arruns sic voce precatur:

730. VENATRIX,

778 *Tunc virgo* Menag. pr. (— 780. Parum commoda est appositio *Venatrix*. Quare sustuli comma, quo a reliqua oratione separatum erat hoc nomen. *Venatrix* hic est adiectivum, *virgo venatrix*, propterea additum, quod per longum spatium non commemorata erat Camilla, et solum virginis nomen non videbatur sufficere ad eam designandam. Aliter H. Stephanus, qui in Diatribe Horat. V. p. 111. voc. *Venatrix* superioribus adiungit: ut se ferret in auro captivo, quoties venaretur. At nescio, an molestus futurus fuerit eiusmodi ornatus venanti. *Wr.*) 781 *Certa s.* Parrhas. *incauta* iam in vett. edd. fuit: ut in nostra, Ven. Norimb. et aliis, tum in Egnat. Firmavit lectionem auctoritate sua Ge. Fabricius. In aliis, etiam Aldd. usque ad Commelin., *incensa* legitur: quod et codd. nonnulli habent; sed recentiores, uti et Goth. tert. et Erf. (adde 7. 9. 11. — Haesit h. l. Bothius; sublata igitur post *sequebatur* interpunctione et commate post *agmen* posito, vs. prox. *et* in *ut* mutavit. Sed sana omnia. Plane gemina huic oratio Ge. IV, 82. sq.: „per medias acies — Ingentis animos angusto in pectore versant." Quos versus iniuria lacunae signis diremi, ipso orationis contextu incedendi notionem ad illa *per agmen*, *per acies*, suppeditante. *Wr.*) 782 *Fulmineo pede* Parrhas. 783 *tum* Dorvill. *et* Franc. *cunctantem* Goth. pr. *t. rapto* Parrhas. *cauto* Goth. tert. 784 *Concitat* e melioribus Pierianis et suis restituit Heinsius, pro vulgari: *Coniicit*, quod ex

Occurrit hoc texturae genus passim apud veteres, ut bracteae aureae ac lamellae insertae essent staminibus cum subtemine. (Verborum positus suadet, ut iungamus *fulvo auro collegerat;* quid crepuerit ista chlamys, sponte, puto, intelligitur. Donatus: „Hanc chlamydem, quo expeditior esset, aureis nexibus in nodum habuit collectam." Ceterum non offendit duplex epitheton *crepantis carbaseos;* vid. V. L. ad V, 24. *Wr.*) *nodum* in vs. 776 de fibula accipere cogimur, quippe in chlamyde; v. de hoc Excursum III ad h. libr. Tandem interior vestis seu tunica v. 777 erat opere Phrygio. cf. sup. III, 483. 484. Ad Phrygium amictum, qualis in signis et aliis veterum operibus occurrit, etiam referendum est, quod de crurum integumentis sequitur (non ad colorem croceum, ut Cerda facit post Servium): *et* erant *barbara* (h. Phrygia) *tegmina crurum.* Ita enim Atys, Paris, Ganymedes, Galli, braccarum genere induti esse solent femora et

Digitized by Google

Summe deum, sancti custos Soractis Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Pascitur, et medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna;
Da, Pater, hoc nostris aboleri dedecus armis,
Omnipotens. Non exuvias, pulsaeve tropaeum

787. PASCITUR;

interpretamento venit; (*Coniicit* Palat. 2. 7. 9. 11. 12. *Wr.*) etsi *Concitat* ad ipsum motum librantis telum referri potest. 785 *sacri* pr. Hamb. *custos sci* Zulich., sollenni scripturae compendio, pro *sancti* vel *sacri*, quod Burmann. quoque monuit. conf. Burm. Sec. Anthol. Tom. I, p. 126. 786 *primum* Oudart. et Exc. Burm. *pruneus* Gud. a m. pr., male. Burmannus laudat D. Heins. ad Silium V, 179. (— 787. cui pascitur, et cui, i. e. cuius in honorem, premimus *cet.*; posui igitur comma pro semicolo. *Wr.*) 788 *premimur* coni. Heins. *vestigia prima* Goth. tert. 790 *Patrem* appellari Apollinem, novum non est; convenit omnibus diis: at *pa-*

crura. Bene autem Servius: „Sane armorum longa descriptio eo spectat, ut in eorum cupiditatem merito Camilla videatur esse succensa." Scilicet, etsi virilis animi femina, tamen a cultu et ornatu intactam mentem non habuit. Hinc v. 782 *femineo ardore*, impatienti, ut Serv. Sic VII, 345 *femineae curae iraeque*. (vid. V. L. ad vs. 781. — 784. *superos?* at unum Apollinem invocat; vid. Not. ad I, 4. *Wr.*)

785. De Soracte monte (*Monte di S. Silvestro*) agri Falisci, et Hirporum familiis, quae Apollinis sacra in eo curabant, super ambustam ligni struem ambulantes, loc. class. Plinii VII, 2, et Salmas. Exerc. Plin. p. 59. Eosdem Hirpos attigit lib. VII, 696 *Qui Socratis habent arces*. Imitator huius loci Silius lib. V, 175 sqq. Sacrum id in luco Feroniae fieri legitur ap. Strabon. V, pag. 364. A. Potuit scilicet sub monte Soracte, Apollini sacro, lucus ille esse. Quod autem Apollo *summus deus* appellatur, alio modo fit, ac si Iupiter est *summus deorum;* est simpl. unus ex diis summis, magnis. (potius, qui praecipuo honore colitur ab aliquo, ut in Ciri vs. 245. prima deum Dictynna appellatur a muliere Cressa. Alio etiam modo summi vocantur dii, de quo Hermannus ad Soph. Antig. 338. *θεῶν τὰν ὑπερτάταν Γᾶν*· „Istae appellationes deum designant eo, de quo sermo est, in negotio prae caeteris colendum." vid. Erfurdt. ad eum loc. et Lobeck. ad Aiac. 697. Et sic prima deorum Tellus vocatur supra VII, 136. *Wr.*) 786. *primi* praecipue inter ceteros, quod vulgo: inprimis. (vid. Q. V. XXVIII, 4. *Wr.*) *acervum* pro strue lignorum dixit: et quia ea pinea, hinc traduxit ad ignem: *pineus ardor*. fueritne autem proprium huic sacro, ut pinu flam-

Digitized by Google

Virginis, aut spolia ulla peto: mihi cetera laudem
Facta ferent; haec dira meo dum volnere pestis
Pulsa cadat, patrias remeabo inglorius urbis.
Audiit et voti Phoebus succedere partem
Mente dedit; partem volucris dispersit in auras.
Sterneret ut subita turbatam morte Camillam,
Adnuit oranti: reducem ut patria alta videret,

ter omnipotens de Apolline mirationem facere potest; et quod antea 785 *summe deum*; etsi *summi dii* passim occurrunt. *Armipotens* coni. Burm., quod nesciret, an alius Apollini id epitheton dederit. At *Iunonem omnipotentem* ipse Maro dixit sup. IV, 693, et VII, 428; et h. l. multo magis hoc in Arrunte ferendum, quod paullo ante v. 785 *summum* deum eundem Apollinem appellarat, adiecto: *Quem primi colimus.* Non male igitur Servius ex affectu colentis haec dicta ait. (vid. Not. ad vs. 785. *Wr.*) *p. triumphum* alter Hamb. 791 *ut spolia* Franc. *haud s.* Goth. pr. 792 *ferent* revocavit, codicum quoque suorum auctoritate, Heins.; quod et in edd. erat; nec *ferant*, quod Pierio placuerat, nisi in recentt. primum, puto, in Pulman. (*ferant* 7. 8. 12. *Wr.*) *dura* Ed. pr. Burm. *modo dum* Parrhas. (*meorum v.* Medic. a m. pr. *Wr.*) 793 *Pulsa* miror nemini displicuisse post v. 790 *pulsae.* (vid. V. L. ad vs. 93. *Wr.*) *cadet* Bigot. *patrias urbes* e codd. suis et Pier. omnibus, adde Goth. sec. et tert., Heinsius. Vulgo: *patriam urbem.* (*urbes*, non *urbis*, Medic., *patriam — urbem* Palat. *Wr.*) 794 *et votis* tres Heins. *Phoebus voti* apud Macrob. V, 3. *et dextris rebus s.* Zulich. 795 *partim* Ven. et duo Moret. conf. sup. V, 187. *disparsit* ed. Iunt. *disperdit* Dorvill. 796 *in subita* alter Hamb. *turbatam voce* Oudart. at turbatur animus, anima deficiente. 797 *Adnuit, at reducem ut patria alta vid.* Zulich.

ma accenderetur, haud dixerim. 788. *premimus vestigia*, plantas: ut *ponere, inprimere*, h. incedere pedibus, *multa pruna*, in prunis. Fieri hoc plantis medicamento tinctis, non ignoravit Varro, cuius verba Servius servavit. (cf. Beckmann. *Beyträge zur Geschichte der Erfindungen* P. I, p. 71.) Sacri huius origo ignoratur; potuit illud a prisco lustrationis ritu saliendi per ignem proficisci: vide v. c. Ovid. Fast. IV, 781 sq. Diversa enim ista est superstitio, qua inter criminis amoliendi modos hoc habitum: cuius mentio iam apud Sophoclem fit Antig. 264 sqq. Cum autem Soracte et Falisci supra VII, 695. 696 auxilia Turno miserint, Arruntem Etruscum necesse est aut esse ex vicinis Etruriae locis oriundum; non unum ex Hirpis: aut diversas a popularibus partes eum sequutum esse. 790. *pulsae*, aut impulsae, prostratae, aut fugatae et h. l. victae; ne cum Servio arguteris, ut occisae sint *exuviae*, de fugata tropaeum; etiam statim v. 793 *pulsa cadat. inglorius*, ut δυςκλεὴς, ut de Agamemnone Iliad. β, 115. Ex muliere victa nullam gloriam se consequuturum esse bene novit; gavisurum tamen esse eius morte. 794. 795. Ad Homerica,

Digitized by Google

Non dedit; inque notos vocem vertere procellae.
Ergo, ut missa manu sonitum dedit hasta per auras,
Convertere animos acris oculosque tulere
Cuncti ad reginam Volsci. Nihil ipsa nec aurae
Nec sonitus memor, aut venientis ab aethere teli:
Hasta sub exsertam donec perlata papillam
Haesit, virgineumque alte bibit acta cruorem.
Concurrunt trepidae comites, dominamque ruentem

801. NEQUE

798 *Nec d.* Goth. pr. 799 *ubi m.* Medic. (repetitum hoc aliunde, ut ex IV, 474.; vid. V. L. ad vs. 93. *Wr.*) 800 *oculos acres animosque* Leid. *animos alacres* Vratisl. *Convertere animos acies*, h. copiae, vett. edd., ut Ven. 1484. 1486. 1495 et sqq., etiam Egnatiana recensio; item Norimb., quod Heinsium fugisse miror. Burmannus tantum hoc monuit: „*acies* legere alios ait Cerda." Quae prima *acres* habeat, apud me Aldina prima est cum cett. 801 *Nihil illa* aliquot Pieriani, unde Catroeus mutuatus est, et pr. Menag. (*nil* Serv. Dresd.; vid. V. L. ad X, 54. *Wr.*) *neque* Heins. e libb. pro *nec.* (*nec* Medic. Serv. Dresd. 8. 11., quod restitui; vid. Q. V. XXXII, 11. *Wr.*) Tandem *auras*, quae vetus secundi casus forma fuit, ut *Maia*, *Maias*, *pater familias*, legerat Asper, et eam antiquam lectionem esse Servius testatur. Adde Pompon. Sabin. In Pierianis tamen ea codd. non occurrebat, nec in Heinsianis, praeterquam in pr. Moret. altero Menagio, Venetoque (quibus adde Dorvill. et Goth. pr., qui sunt inter recentissimos), tum in tribus aliis pro div. lectione: eoque alludebat Gud., in quo *aura*. In Mediceo *auris* esse Burm. notat: quod a Fogginio observatum non est. Etiam vett. edd. *auras* habent, ut Mediol. Ven. 1484. 1486 et al. cum Egnat.; primum mutatum video in Aldd. pr. et rel. (Haec genitivi terminatio, si tritum illud *familias* exceperis, mature ita abolita videtur, ut ne Lucretius quidem uti ea sit ausus. Tum ipsa, ni fallor, sententia eam excludit, quippe cui alienam ab h. l. gravitatem conciliet haec forma. Adde, quae disputavi Q. V. XVI, 3. *Wr.*) *neque ante* Goth. tert. (*sonitu* Medic., sed superscripta *s*; idem *at v. Wr.*) 802 *aethere coeli* Goth. tert. 803 *Hasta per* Goth. tert. *expertam* Rom. *exortam* Goth. pr. *perlapsa* Goth. sec. *mamillam* sec. Rottend. 805 *comitem d.* Hugen. *cadentem* Leid.

Iliad. π, 249 sqq. *Mente γνώμῃ*, consilio, decreto animi; nullo tamen signo declarato. 797. *patria alta*. Ornans epitheton satis frequens, h. clara, nobilis. Interdum ad situm refertur, etiam ad murorum ac turrium altitudinem. Sed in talibus epithetis satis est, animo obversari obscuram notionem magnae alicuius et praeclarae rei.

799. Egregie animus Camillae imperterritus describitur: inprimis vss. 801. 802. In 804 hasta *alte acta bibit cruorem*, Homericum λιλαιομένη χροὸς ἆσαι exprimi iam Macrobius VI, 6 putavit: quod tamen paullo diversum

Digitized by Google

Suscipiunt. Fugit ante omnis exterritus Arruns,
Laetitia mixtoque metu; nec iam amplius hastae
Credere, nec telis occurrere virginis audet.
Ac velut ille, prius quam tela inimica sequantur,
Continuo in montis sese avius abdidit altos,
Occiso pastore, lupus, magnove iuvenco,
Conscius audacis facti, caudamque remulcens
Subiecit pavitantem utero, silvasque petivit:
Haud secus ex oculis se turbidus abstulit Arruns,
Contentusque fuga mediis se inmiscuit armis.
Illa manu moriens telum trahit: ossa sed inter
Ferreus ad costas alto stat volnere mucro.
Labitur exsanguis; labuntur frigida leto

806 *Stetit* Zulich. *Fuit* ed. Dan. Heinsii. *exterritus armis* Goth. tert. 807 *moestoque metu* Rom. Forte ortum *mesto* ex *misto*. *mixtaque* Goth. pr. 808 *concurrere* sec. Rottend. et Dorvill. cum Goth. pr. 809 *prius quem* Ald. pr. cum Goth. pr. *turba inim. sequatur* Zulich. Forte ne bis telorum in binis versu. mentio fiat. *sequuntur* Gud. 810 *abvius* pr. Moret. *obvius* Goth. tert. *sese ausus* Goth. sec. *abdidit avius* Zulich. *aptos* Goth. tert. (*montis*, sed *i* in *e* mutata, Medic. *Wr.*) 811 *magnoque* edd. apud Pier., qui e codd. *ve* commendat. 812 *remulgens* Gud. et Mentel. pr. 813 *Subiectas* sec. Moret. *pavitans* Zulich. *uterum* Hugen. *silvisque* sec. Menag. 814 *abdidit* Zulich. *Aruns* v. sup. ad v. 759. 815 *fugae* maluit Heins. Alterum hemistichium in cod. Zulich. aberat. 818 *Labitur et sanguis* Donatum legere videri notarat Pier., hoc arripuit Catroeus; Camillam enim non nisi paullo post vs. 827 de equo defluere; perperam utique; nam exilis et ieiuna illa est lectio. Et *labitur* dictum est, ut centies, de ipso conatu et initio actionis. *exanimis* Vratisl. atque hoc dixeris omnino verius; nam *exsangue* vulnus

est. 803. Argutantur Intpp., dum de mamma Amazonum exusta cogitant: est *mamma* exserta, humero dextro nudato, ut iam supra vidimus ad v. 649. 806. Arruntis miserum pavorem ex Homero duxit, Iliad. π, 813, ubi Patroclo caeso Euphorbus similiter sibi ipse non satis confidit. Comparatio autem v. 809 subiecta, etsi et ipsa ab Homero mutuata Iliad. ο, 586—589, tam egregie ornata et ad naturam animantis propius adducta (inprimis vss. 812. 813) est, ut inter praestantiores numeranda sit. Statii imitationem indicavit Burm. IV Theb. 363 sqq., sed ea friget ad Maronis locum comparata. (*ille — lupus*, vid. Q. V. XXI, 6. extr. *Wr.*) *sese abdidit*, abdere solet, abdit, fugit, ex graec. aoristo. *conscius audacis facti*, quem θῆρα κακὸν ῥέξαντα dixerat. *caudam pavitantem*, quae est ferae pavitantis, *remulcens*, reflectens, ὀρρωδῶν; sed exquisite: ut *mulcere* sit mulcendo inflectere, uti v. c. in felibus fieri videmus. Hesiod. Ἔργ. 512, sed

Digitized by Google

Lumina; purpureus quondam color ora reliquit.
Tum sic exspirans Accam, ex aequalibus unam, 820
Adloquitur; fida ante alias quae sola Camillae;
Quicum partiri curas; atque haec ita fatur:
Hactenus, Acca soror, potui: nunc volnus acerbum
Conficit, et tenebris nigrescunt omnia circum.
Effuge, et haec Turno mandata novissima perfer: 825
Succedat pugnae Troianosque arceat urbe.
Iamque vale. Simul his dictis linquebat habenas,
Ad terram non sponte fluens. Tum frigida toto

esse nequiit; Verum *exsanguis* dicitur pro, pallidus. *frigida telo* alii apud Servium, et pro div. lect. Menag. pr., male. 819 *calor* Leid. et duo Goth. *ossa* tres Heins. et Leid. cum Goth. tert. *relinquit* tres alii. (cum 3. 8. 10. 12. *Wr.*) 821 *fidam* Medic. a m. sec. (interpungitur in eodem post *alias*. *Wr.*) *Acca* Latinum nomen est; nota Acca Laurentia, Faustuli uxor. 822 *Quicum* ubique edd. *Quacum* plerique Pier. et Heinsiani fere omnes (excepto Mediceo, Gud. a m. pr. et tert. Rottend.), cum Goth. sec. et tert. et Erf., quibus suffragator Arusianus Messius. („Descendit hic ablativus *qui* proprie a pronomine *quis*, quod generis communis est, et usu ad pron. relativum *qui* transiit." Haec Iahnius. Imitatus hic est Virgilius Ennium Annal. VII. apud Gell. XII, 4.: „Haecce locutu' vocat, quicum bene saepe libenter Mensam sermonesque suos rerumque suarum Comiter impertit." vid. Column. p. 136. *Wr.*) Tum ellipsi suppleta interpolatum in ed. Ven. Burmanni: *Quicum partiri curas solita: atque ita fatur*, et in Dorvill. ac Bigot. cum Goth. tert. *Quacum partiri curas solet, atque ita fatur.* (vid. Q. V. XXX, 4. *Wr.*) Tandem Burm. coni. *atque huic ita fatur.* 823 *potui* vel *valui* alter Hamb. 824 *ex tenebris* Leid. *increscunt* Oudart. 826 *que* aberat Mediceo Pierii; idem in plerisque repererat *urbi*, quod doctius. Laudavit iam Burm. ex Ge. III, 155 *Arcebis gravido pecori*, h. a pecore. At idem Maro alterum saepe numero adhibuit: *Ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.* Brunck. utrumque amplexus est: *Troianos arceat urbi.* (*urbe*, ut videtur, omnes Heins., et ex Pierianis, quod e silentio Bottarii colligas, ipse princeps Rom. Praeterea aegre carebimus copula; unum enim, non duo, fieri iubet Camilla: pugnando arcere Troianos ab urbe, quam veretur ne iam adoriantur Troiani; i. e. Succedat pugnae et ita arceat Troianos. *Wr.*) 827 *Simul haec dicens* ed. pr. Burmanni, et Goth. sec. (ex X, 856. *Wr.*) 828 *non sponte ruens* sec. Rottend. cf. sup.

de frigore: Θῆρες δὲ φρίσσουσ', οὐρὰς δ' ὑπὸ μέζε' ἔθεντο. 815. μίκτο δ' ὁμίλῳ.

821. *ante alias sola fida* quae erat: quod communius solet dici: *una ante alias fidissima.* (—822. vid. V. L. *Wr.*) 823. *Hactenus potui*, viribus valui, ut recte Cerda. Pro vulgari: nunc vires deficiunt, vel deficio iam. 825. Animum generosum Camillae facile unusquisque miretur, quae in ipsa morte non de sua, sed de reip. salute cogitat. 827. Ex Furii Annal. I laudat versus Macrob. VI *Ille gravi subita de-*

Digitized by Google

Paullatim exsolvit se corpore, lentaque colla
Et captum leto posuit caput, arma relinquens; 830
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.
Tum vero inmensus surgens ferit aurea clamor
Sidera; deiecta crudescit pugna Camilla;
Incurrunt densi simul omnis copia Teucrum,
Tyrrhenique duces, Euandrique Arcades alae. 835
At Triviae custos iam dudum in montibus Opis

v. 236, et III Ge. 524. *Cum frigida* Zulich. et Goth. tert. (quod recepit Bothius, Iahnius ne satis aptum quidem recte iudicat. *Wr.*) *Et fr.* malebat Faber propter vs. 832. 829 *solvit* Mentel. pr. *se pectore* pr. Hamb. 830 *ponit* Ed. pr. Burm. *relinquunt* (sc. illam) alii apud Servium legebant, inter quos Probus fuisse videtur. *reliquit* Rom. et alii Pieriani cum Donato. (quod non improbat Iahnius, orationem vividiorem ita fieri dicens; ego quidem ea ipsa de causa reiiciendam hanc lectionem censuerim. Sed haud dubito, quin, si manum extremam operi suo adhibere poetae licuisset, post illa vs. 827. *linquebat habenas* vix tulisset haec *arma relinquens*. *Wr.*) 831 *venit i.* Goth. pr. *umbris* sec. Rottend. v. inf. XII extr. (Censet hunc versum delendum Bothius, ut illatum ex XII, 952.; mortem iam in praegressis satis esse descriptam. Audirem fortasse, si nihil novum ad hanc descriptionem ex hoc vs. accederet. At, quod gravissimum, vitiosa existeret oratio, sublato hoc versu; de qua re dictum in V. L. ad XII, 612. *Wr.*) 832 *immensum surgens* malebat Heins. (non recte; vid. V. L. ad VIII, 559. *Wr.*) *serpens* Franc. *venit a. c.* Goth. pr. 834 *Concurrunt* Rom. et alii Pier. Voss. pr. cum Sprot. et Bigot. ac Goth. sec. tert. (adde 8. 9. *Wr.*) *omnes* Ed. pr. Burmann. 835 *Tyrrhenumque duces* ex solo Mediceo reposuit Heins., quod ipsi nervosius videbatur. Sed, cum *Teucrum copia* praecessisset, potuit poeta maluisse variare: *Tyrrhenique duces*, quod vulgo legitur. (Videri hoc possit ex vs. 171. invectum; sed magis est probabile, praegressum *Teucrum* causam corrumpendi fuisse, quemadmodum *ales*, quod in extremo versu idem Medic. a m. pr. exhibet, ex terminatione praecedentis voc. *Arcades* natum est; vid. V. L. ad vs. 609. *Wr.*) *Euandrique Arcadis* edd. Ven. et Mediol. apud Burm., et omnes aliae veteres et recentiores; nec *Arcades* illatum, nisi a Commelino, defensum ab Heinsio e scriptis potioribus, cum quos ipse habebat, tum Pierianis. cf. XII, 551.

vinctus vulnere habenas Misit equi, lapsusque in humum defluxit, et armis Reddidit aeratis sonitum. (*Simul his dictis*, vid. Q. V. XXVIIII, 5. et Not. ad X, 856. *Wr.*) 829. *exsolvit se.* Proprie anima corpore exsolvi dicitur. Tamen et sup. IV, 703 *teque isto corpore solvo:* Iris allocuta Didonem moribundam. 830. *captum leto caput*, h. victum, adeoque languens. (vid. V. L. ad h. vs. *Wr.*) 831. Notum illud Homericum: Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη ἄϊδόσδε βεβήκει. Ὃν πότμον γοόωσα Il. π, 855. 856. (— 832. vid. V. L. *Wr.*) 834. *omnis copia* h. copiae, totus exercitus, ut bene Serv., uti sup. II, 564.

Digitized by Google

Alta sedet summis, spectatque interrita pugnas.
Utque procul medio iuvenum in clamore furentum
Prospexit tristi multatam morte Camillam;
Ingemuitque, deditque has imo pectore voces:
Heu nimium, virgo, nimium crudele luisti
Supplicium, Teucros conata lacessere bello!
Nec tibi desertae in dumis coluisse Dianam
Profuit, aut nostras humero gessisse sagittas.

844. GESS. PHARETRAS

837 *interrita.* Hoc vocabulo adiecto me non magnopere delectari lubenter fateor. Aut enim alienum, aut otiosum est. Ut saltem adiuves quodammodo, dicendum est, exprimi tantum hoc, quod tuta, e tuto loco, pugnam prospicit Opis; aut, cum alias vel solo armorum strepitu et pugnae adspectu terreri soleant puellares animi. (Et quomodo mirationem faciat, quod venatrix sit interrita? *Ruhkopf.*) 838 *Atque* Leid. *iuvenum medio* Menag. pr. *iuvenem* Bigot. et Goth. tert. *iuvenem medio in clamore furentem* Gud. (*furentem* quidem invenio etiam in Medic., et in eodem interpungitur post *Prospexit. Wr.*) *in* etiam Iunt. ed. abest. *Iuvenes* sunt *αἰζηοί*, bellatores. 839 *mulctatam* Pierius in suis invenerat: sicque tres Heins. (et Palat. *Wr.*) At Mediceus cum qu. Moret. et Leid. *mulcatam*, quod etiam ex vet. cod. laudat et defendit Guellius. *mutatam* Franc. et Parrhas. Iam de his vocibus satis accurate actum passim a viris doctis. Laudat Burm. Arntzen. ad Aurel. Vict. Vir. Ill. c. 51, Drakenb. ad Liv. III, 67. *mulcatam* h. l. Heins. intulerat; iure suo retraxit Burm. *multatam*, quod iam inde ab Aldd. legebatur. Nec enim aliter dicitur quam: multari pecunia, exilio, morte, ut vel Lexica docent. (vid. Lindemann. ad Grammat. Lat. Vol. I. p. 185. not. 23. — Ad hunc versum respiciens dixit Silius X, 463.: „multata cadavera caede." *Wr.*) *m. in morte* Sprot. 840 *Ingemit et dedit has* Dorvill. (— 842. *conata lacessere Teucros* hoc ordine Serv. Dresd. ex vs. 585. *Wr.*) 843 *Hoc tibi* Donatus legisse visus Ge. Fabricio. *Dianae* Vratisl. 844 *gestasse* aliquot Pier. et membranae Brunck., qui id reposuit. *sagittas* Medic. cum nonnullis aliis et binis Goth. aberravit. (*pharetras*, quod Palat. tuetur, aut interpretamentum est; plane infrequens enim locutio *humero gerere sagittas*; aut repetitum est et *pharetras* et *ge-*

836. Exsequitur nunc Opis quod mandatum erat a Diana sup. v. 587 sq. *custos*, Dianae comes, famula, ut lib. V, 546 Epitydes *custos comesque* Iuli. VIII, 270 *domus Herculei custos Pinaria sacri* de sacerdote. Etiam Macrob. III, 6 ministra. Ut vero speculatrix sit, vix vir doctus fidem faciet. *multatam* morte, damnatam. IV, 699 *nondum Stygio caput damnaverat Orco.* et 842. *supplicium* gravius pro poena temeritatis. 843. *desertae in dumis* venustius ex poetica ratione, quam, in dumis desertis, h. silvis. (*deserta*, solitaria, habitans in loco infrequenti; vid. Not. ad II, 714. *Wr.*) *nostras*, ut supra 536 *nostris ne-*

Digitized by Google

Non tamen indecorem tua te regina reliquit
Extrema iam in morte; neque hoc sine nomine letum
Per gentis erit; aut famam patieris inultae.
Nam quicumque tuum violavit vulnere corpus,
Morte luet merita. Fuit ingens monte sub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere bustum
Antiqui Laurentis, opacaque ilice tectum;
Hic dea se primum rapido pulcerrima nisu
Sistit, et Arruntem tumulo speculatur ab alto.
Ut vidit laetantem animis, ac vana tumentem:

854. VIDIT FULGENTEM ARMIS

stasse ex I, 336. Itaque *sagittas*, quod etiam in 3. 7. 8. 9. 10. et edit. Vinar. 6. 7. 8. exstat, pro vera lectione habendum; idque reposui. *Wr.*) 845 *reliquit* Heins. recepit, ex Romano Pierii, Mediceo aliisque suis. Sic ex decreto Dianae res iam constituta habetur. *relinquit* aliquot Pier. et tres Heins. (cum 3. 8. *Wr.*) *relinquet* vulgo legitur: sic quoque tres Goth. cum Erf. (et 7. 9. 10. *Wr.*) 846 *iam* abest Sprot. *in* abest quinque Heins. et alteri Goth. *nec* al. *numine* Medic. Pierii, et pars Heins. 847 *Per gentes eat* coni. Heins., non ineleganter. *patiaris* Montalb. *inulta* pr. Moret. et a m. sec. Hamb. unus; sed est *fama inultae*, ignominia invindicatae, ut bene Serv. 849 *luat* pr. Hamb. et sec. Moret. cum Goth. pr. et tert. et Erf. *licet* alter. *luit* Exc. Burmann. *arto* Medic. a m. pr. (*abto* a m. pr. exaratum est apud Foggin. *Wr.*) 850 *Dercerni* Medic. (sed a m. pr. *Decerni. Wr.*) *Dircenni* duo aut tres alii Heins. *Dirceni* Parrhas. *Stercerni* apud Servium fuisse videtur. *Dorcenni* et *Dorcenii* alii. (Malim hunc locum ita constitutum: *Antiqui regis terreno ex agg. bustum, Dercenni Laurentis*, cet.; certe ita ordinanda esse verba vidit iam Donatus. *Wr.*) 851 *textum* Exc. Burm. 852 *nixu* Franc. vel *cursu* in marg. Goth. tert. (*Hic ea*, sed superscripta *d*, Medic. *Wr.*) 853 *Arruntem tumidum* alter Hamburg. 854 *laetantem animis* Medic. a m. pr. quod arripuit Wakefield. Videt

quicquam cingitur armis. 846. non erit hoc letum ignobile, nec habebis *famam inultae*, ignominiam, h. non morieris inulta; non narrabitur de te, tulisse eum impune, qui te interemit. Fit hoc ex Dianae mandato sup. 590 — 593. (Utitur hoc vs. et 591. Wunderl. in Obs. in Tibull. I, 3, 82., a Iahnio iam laud., ad illustrandum discrimen Perfecti et Futuri exacti. *Wr.*)

849. Tumulorum hoc genus antiquissimum ex aggesta in collis altitudinem humo, apud omnes fere veteres populos. Exemplum etiam ap. Homer. Iliad. η, 86. sqq. β, 603. ψ, 245 sq. Nunc illud observandum, quod quercubus consitus est. Regem Dercennum aliunde non novimus. Ex Servio corrupto colligas, regem Aboriginum olim hoc nomine notum fuisse. Iulius Sabinus, qui

Digitized by Google

Cur, inquit, diversus abis? huc dirige gressum,
Huc periture veni: capias ut digna Camillae
Praemia. Tune etiam telis moriere Dianae?

tamen accommodatius sic fore: *Ut videt exsultantem animis, surgentem* Leid. (*laetantem animis* est prior lectio Medicei; quod quanti referat, dixi in Praef. p. X. Quam lectionem non video unde ortam existimem. Nec dixerim, quam commode sibi respondeant *fulgentem armis* et *vana tumentem*. An vero non agnovisset Arruntem Opis, nisi armorum splendore proditum? At ipsa particula, qua haec iunguntur, *ac*, non diversum, sed consimile quid, quale est *laetari animis*, praecedere indicat. Quasi vero clarius quid fulgerent arma hominis vano tumore inflati! Itaque noli dubitare, quin vera sit lectio, quam restitui, *laetantem animis*. Id vero quam egregie conveniat victori, declarabunt vel ea, quae leguntur X, 739. sq.: „Non me, quicumque es, inulto Victor, nec longum laetabere." Altera lectio inde videtur nata, quod primum aliquis scripserat *laetantem armis*; et quoties *animis* in *armis* abierit, satis constat; vid. Drakenb. ad Liv. II, 45, 5. XXII, 29, 4. Iam quum Arruns quibus laetaretur armis frustra quaereretur, in huius verbi locum aliud substituendum putarunt vel Grammatici, vel librarii; aut, quod magis est probabile, *laetantem armis* quum idem hic esse putarent, quod *fulgentem*, hoc ex interpretatione irrepsit. *Wr.*) 855 *adversus* Zulich. *ab his* alter Menag. *derige* Medic. et Gud. *gressus* Erf. 856 *moriture* sec. Moret. *Camilla* Rom. 857 *Tunc* Franc. *Teque* pr. Rottend. *Tute etiam* Erf. *moriare* sec. Moret. Ad verba: *Tune etiam* ab Heinsio et Burmanno nil notatum mirari licet: cum expeditu haud facilia sint. Aut enim iungi debet: *Tune etiam*, etiam tu, sc. ad exemplum tot aliorum, qui Dianae telis periere. Sic fere Serv. et Donat.; aut: *etiam Dianae telis*, sc. nec meis; expectabiane, dum a Diana ipsa interficiaris? Erant tamen ipsius Dianae sagittae, quibus Opis utebatur. Neutrum satis placere potest. Possit alterum distinctione iuvari: *Huc periture veni. Capias ut digna Camillae Praemia, tune etiam telis moriere Dianae*? Ex Cerdae mente dolet Nympha, fraudulento homini contingere gloriosam mortem: cum periturus sit Dianae telis. Ex simili indignatione dictum putabat Guell. Alius modus est, ut ex affectu reliquorum etiam hoc dicatur: *Tune etiam*? *Telis moriere Dianae*, h. Tune etiam longius abis? non pares dicto? Ades vero, o bone, *telis moriere Dianae*. Uti in obiurgatione *etiam* sollenne est. Parum tamen epicae dignitatis et hoc habet. Brunckius mutavit verba et ex coniectura reposuit: *Tuque etiam*; si tamen locum exigas: Huc periture veni: *capias ut digna Camillae Praemia, tuque etiam telis moriere Dianae*: frigere sentias verba *etiam*, et *que*, et *tu*. Sententia enim his verbis finitur: telis Dianae moriere,

pleniorem Servium habuit, haec affert: „Dercenus, rex unus ex antiquissimis in Latio, quem plerique Latinum eundem dixerunt, ut Iginus." Egerat igitur de eo Hyginus in Commentariis in Virgil. deperditis. 854. *vana tumentem*, ἐτώσια οἰδαλνοντα. *diversus*, in diversa, ἑτέρωθι, iam lib. V, 166, ut toties *adversus, aversus*: v. c. mox 871. 856. *digna Camillae praemia*, poenam meritam Camillae morte. sup. II, 537. *et praemia reddant debita*. 857. *Tune etiam telis moriere Dianae?* Ut verba sunt,

Digitized by Google

Dixit, et aurata volucrem Threissa sagittam
Depromsit pharetra, cornuque infensa tetendit,
Et duxit longe, donec curvata coirent
Inter se capita, et manibus iam tangeret aequis,

ut capias praemia digna Camilla. Deberet sic saltem scriptum esse: *tu quoque nunc telis moriere Dianae.* Ex Rottendorph. lectione exsculpi possit haec lectio: *Huc periture veni, capias ut digna Camilla Praemia teque, et iam telis moriare Dianae.* ut sit: veni, ut capias praemia digna Camilla et te, utque iam Dianae telis moriare. (et sic edidit Bothius. *Wr.*) Ceterum, etsi satis frequentes sunt tales cavillationes victorum et hostium in poetis, tota haec Opis oratio ad nostrum sensum parum habet gravitatis epicae. Extrema vero hominis male docti pannus esse videri possunt, qui explere voluit versum imperfectum relictum: cum poeta substitisset post *Praemia.* Videtur tamen e Statio apparere, iam ipsum haec legisse: nam Theb. X, 910 post Capanei minas Iupiter *Risit et — Tune etiam feriendus? ait.* Formula autem iterum utitur IX, 787. *Praelia lude domi — quod si te maesta sepulcri Fama movet, luto moriere virorum*: ad Parthenopaeum Amphion. (Cur ab alio haec putemus adsuta, nulla est idonea causa; neque haec critici, sed interpretis operam exspectant; vid. Not. *Wr.*) 858 *at a.* sec. Moret. 859 *Depromit* alter Hamb. *incensa* Hugen. 860 *Eduxit* Franc. et Dorvill. *Adduxit* Macrob. IV, 3. *d. cruenta c.* Franc. 861 *Intra se* Goth. sec. *tenderet* Menag. pr. et qu. Moret.

sensus erit: etiamne Dianae telis opus erit, ut tu pereas? v. Var. Lect. (Servius: „Cum ingenti amaritudine dictum est; nam ei etiam genus invidet mortis," i. e. ex mente Servii: indignus es, qui deae alicuius telis interficiaris. At praegressa oratio, quod etiam Iahnius sensit, ita potius haec accipi iubet: quamvis fugias, nulla tamen te fuga Dianae telis subtrahet. Facilius perspicies horum verborum sententiam, remota interrogatione: etiam tu moriere telis Dianae; i. e. ne spera, te Dianae tela, quae nemo vitare potuit, esse vitaturum. Interrogatio prodit animum irridentis. Nos: *Du wirst doch wohl auch durch Dianens Geschosse sterben? Wr.*)

858 sqq. Quandoquidem memorabilis inter tot alias haec est sagittatio, qua dea ulciscebatur mortem Camillae, cuius admiratio adhuc animos nostros tenuit, ornata ea est a poeta exemplo Homerico in Pandaro Iliad. δ, 116 sqq., etsi maiorum rerum exordia ab hoc Pandari telo procedebant. Cum his contendi potest alius locus Quinti Cal. X, 231 — 234. *Threissa* Opis, forte tamquam una e puellis Hyperboreis. v. sup. ad v. 532. (cfr. I, 316. *Wr.*) Thracum autem nomen late propagatum, ut supra quoque de Amazonibus ex Scythia v. 659. 859. *infensa*, infenso animo, qui vires novas adiiciebat. 861. *aequis* pro aeque, aequaliter dextra pectus ac laeva sagittae cuspidem. Scilicet dextra nervum tetenderat, ita, ut mammae admotus ille esset; laeva tenebat arcum ea parte, qua sa-

Digitized by Google

Laeva aciem ferri, dextra nervoque papillam.
Extemplo teli stridorem aurasque sonantis
Audiit una Arruns, haesitque in corpore ferrum.
Illum exspirantem socii atque extrema gementem
Obliti ignoto camporum in pulvere linquunt;
Opis ad aetherium pennis aufertur Olympum.
Prima fugit, domina amissa, levis ala Camillae;
Turbati fugiunt Rutuli; fugit acer Atinas;
Disiectique duces desolatique manipli
Tuta petunt, et equis aversi ad moenia tendunt.
Nec quisquam instantis Teucros letumque ferentis
Sustentare valet telis, aut sistere contra:
Sed laxos referunt humeris languentibus arcus;
Quadrupedumque putrem cursu quatit ungula campum.

862 *Laevam aciem* fragm. Vatic. *dextram* Ed. pr. Burm. 863 *celi* Goth. tert. *aurasque sequentes* Exc. Burmann. (*sonantes* Medic. *Wr.*) 864 *exitq.* Franc. 867 *pinnis* fragm. Vatic., ex more: *defertur* Oudart. 869 *acer Acernas* alter Hamb. *acer* est et h. l. fortis; nec debebat de hoc dubitari. 870 *Defectique duces* Medic. a m. pr., (est ea prior lectio Medic. *Wr.*) quod Heins. illustrat, nec tamen aliter accipere vult, quam ut sint: deserti a suis. Sic vero praestat, quod omnium codd., etiam fragm. Vatic., auctoritate firmatur, *Disiecti*, h. e. dispersi, palantes fuga. *Deiectique* alter Hamb. 871 *Tecta p.* pr. Hamb. pro var. lect. conf. mox v. 882. *equos* Gud. Mentel. pr. et alter Menag., ut aut sit *equos tendunt*, ut *iter tendere*, aut *equos aversi*. Tum *equis versis* Ed. pr. Burm. *equis aversis* Goth. sec. *equos adversi* Zulich. *adversa ad moenia* pars codd. Pier. cum Erf. (cum 2. 7. *Wr.*) *adversi* Dorvill. a m. pr. *aversa moenia* sine *ad* duo Moret. *turbata ad moenia* Ven. Sed vulgata recte se habet: et firmat eam fragm. Vatic. 872 *errantes acies l. f.* Rufinian. de Schemat. Lex. pag. 237, perperam ex memoria. (*ferentes* Medic. *Wr.*) 873 *aut tendere* Parrhas. 874 *lapsos* Vratisl. *lassos* duo Burm., perpetuo lapsu. 875 *Quadripedoque* Rom. cum fragm. Vatic. a m. pr., uti et Donatus legerat: quod doctius dictum, uti sup. VIII, 596 *Quadrupedante sonitu*. (Heinsianorum nullus, ut videtur, exhibet

gitta arcui imposita erat, a nervo impellenda. Iliad. δ, 123. Ἕλκε δ' ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια. Νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον. (— 862 *Laevā aciem*, vid. V. L. ad X, 179. *Wr.*) 863. 864. cf. sup. IX, 631. 632. 633. (*una — que*, vid. Q. V. XXXV, 6. *Wr.*) 866. *obliti ἀμελήσαντες*, negligentes, ait Serv., h. e. non curantes prae fugiendi studio.

868. *levis* simpliciter ornat. Equitatus omnino levis, quatenus expeditior est ad iter, fugam, pedite. 870. *manipli*. De signi-

Digitized by Google

Volvitur ad muros caligine turbidus atra
Pulvis, et e speculis percussae pectora matres
Femineum clamorem ad coeli sidera tollunt.
Qui cursu portas primi inrupere patentis,
Hos inimica super mixto premit agmine turba;
Nec miseram effugiunt mortem, sed limine in ipso,
Moenibus in patriis, atque inter tuta domorum,
Confixi exspirant animas. Pars claudere portas;
Nec sociis aperire viam, nec moenibus audent

quadrupedo; quod tamen fortasse recipiendum esset, — et recepit Iahnius —, si hac voce meliores scriptores, quam Ammianum, usos esse constaret. *Wr.*) *Quadripes* per *i* scriptum iam saepe vidimus. vid. sup. ad v. 614. (*i* habet etiam fragm. Vatic., idemque hic superscriptum visitur in Medic.; vid. V. L. ad Ecl. V, 26. *Wr.*) *que* aberat Ed. pr. Burm. *Quadrupedemque* alter Menag. et fragm. Vatic. a m. sec. *Quadrupedante p.* Sprot., et *p. sonitu q.* tert. Rottend. *utrumque* ex altero loco VIII, 596. (Wakef. ad Lucret. II, 330. hunc esse vult horum verborum ordinem: *Quadrupedumque, putrem cursu, q. u. c. Wr.*) 876 *c. t. acta* Goth. tert., quod ferri posset, si melius non haberemus. 877 *e* aberat Franc. (abfuerat primo etiam a Medic. et fragm. Vatic. *Wr.*) *e muris* Dorvill. et Goth. tert. cum Erf. (et 2. 7. 9. *Wr.*) *perculsae* tert. Rottend. *percusso p.* unus Heins. (— 879. *patentis* Medic., sed *i* in *e* mutata. *Wr.*) 881 *eff. noctem* Oblong. Pierii. *si lim.* Erf. *limite* Zulich. et sec. Rottend. *limine in primo* Goth. tert. memoriae vitio. Nam *limine primo* occurrit alibi. 882 *intra* Rom., tum Medic. Voss. pr. Parrhas. Goth. sec. et Ed. pr. Burmann. (adde 8. *Wr.*) Eadem *tecta d.* cum parte Pierianorum, et Sprot. cum Hamb. sec. a m. sec., minus eleganter: ut et alibi. *inter tuta* etiam fragm. Vatic. (cum Palat. Ipsa altera lectione *tecta* suspectum redditur illud *intra*, ut ex VI, 525. aut VII, 168. repetitum. Tum haud scio an *intra tuta domorum* sit i. q. in ipsis domibus; at non ipsas domos, sed moenia intraverant, atque inter domos, non intra domos, confixi sunt. *Wr.*) 883 *et spirant* Medic. (sed a m. pr. *Wr.*) *spirant* Zulich. 884 *audet* Ven. et Parrhas.

feris accipiunt Serv. Cerda; quidni ipsi militum numeri? ut vocabulum hoc accipi solet: h. l. turmae equitatus. *desolati*, ut, *vastatae cohortes*, ex dispersione et fuga. 872. Troianos letum inferentes, ut Serv. 874. ipsi languentes, fessi. 875. *campum putrem*, qui in pulverem resolvitur. ut iam sup. VIII, 596. Mox *e speculis*, de muris, unde prospiciunt sup. 475.

879 sqq. Est quidem similis pugna ad portas castrorum Iliad. μ, 122 sqq. Sed Virgilii locus haud paullo plus ἐναργείας, affectus et ornatus habet. 880. *super* a tergo: ut alibi quoque; premit fugientes hostis. 884. *nec*

Digitized by Google

Adcipere orantis; oriturque miserrima caedes
Defendentum armis aditus, inque arma ruentum.
Exclusi, ante oculos lacrimantumque ora parentum,
Pars in praecipitis fossas, urgente ruina,
Volvitur; inmissis pars caeca et concita frenis
Arietat in portas et duros obiice postes.

(— 885. *orantes.* Medic. *Wr.*) 886 *Defendent* cum litura Medic. *adituque inque* Franc. *atque a. r.* Gud. *duro et sub Marte cadentum* praefixum video Donati interpretationi. (ex XII, 410. *Wr.*) Iulium Sabinum corruptum potius esse arbitror, quam lectionem variare. *Caedes*, ait, *quam faciebant Troiani. Oritur caedes descendentium per ingressum, et ruentium ad portam.* 887 *lacrimantum ante ora p.* concinna repetitione Moret. sec. et Hamburg. pr. a m. sec. 890 *Arcitat* Goth. sec. *Artat se in p.* tert. *in portis* Gud. cum tribus aliis. (*postis* Medic. *Wr.*)

moenibus, urbe, portis; ex more loquendi; non pro, muris. 885. 886. Paullo obscurum est, uri sint *defendentes* et *ruentes*. Si illi, qui fugiunt et qui persequuntur fugientes, sensus haud expediri potest. Nec lux ab Servio aliisque expectanda. Simplicissimum post alia tentata hoc esse arbitror: agi de portis nondum clausis, sed claudendis. Dum in eo sunt oppidani, ut portas claudant, ecce irruunt primi fugientes, quos isti, ne una cum ipsis hostes irruant, accipere intra urbem nolunt. Hinc oritur caedes partim eorum, qui vi ab ingressu portae fugientes prohibere volunt, partim eorum, qui vi irrumpunt et in resistentes irruunt. 888. *urgente ruina* soli, ut fit in ora seu margine fossarum, ut ruat solum et fatiscat. At Iul. Sabinus ruinam cadentium interpretatur; sic quoque alii. (Ruinae soli non convenit urgendi verbum; hoc dicit poeta: urgent se alius super alium ruentes. *Wr.*)

891. Affectum Latinarum matronarum aut ex hoc profectum dicere necesse est, quod *Camillae corpus* deportatum ex pugna conspiciunt: quam cum pro Latinorum salute cecidisse videant, ipsae partim miseratione partim patriae defendendae studio inflammantur; aut *Camillam pugnantem* ipsae de muris prospexerant. De deportato tamen ex acie corpore nihil adiecit narrationi; neque forte rem sic narrare potuit, cum sup. v. 593. 594 Diana praedixisset: *se nube cava corpus et arma inspoliatae Camillae tumulo esse illaturam.* Sin sequaris alterum: ut ad tempus pugnae et prospectum de muris Camillae pugnantis et occumbentis haec retrahantur, interpretatio ita instituenda est: Cum matronae Latinae viderunt Camillam *summo certamine*; in extremo discrimine: (ut sup. v. 476 *labor ultimus.* Serv.) adeoque etiam, viderunt eam cadere: ipsae incensae arma sumunt et hostem

Digitized by Google

Ipsae de muris summo certamine matres,
(Monstrat amor verus patriae) ut videre Camillam,
Tela manu trepidae iaciunt; ac robore duro
Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis
Praecipites, primaeque mori pro moenibus ardent. 895

891. MATRES (M.

892 *Constat* alter Hamb. *amos* Gud., quod illustrat Heins. *amor versus* Rom., ut iam revertatur ille in pectora. Minus scite. In fragm. Vatic. *ut* a pr. m. aberat: et videtur *ut* aut melius abesse (nam sive sit postquam, sive quemadmodum, parum commodum est), aut in *et* mutari. Ita erit: *Monstrat amor verus patriae*; *et videre Camillam*; h. et viderant matronae paullo ante Camillae exemplum. Sed vereor, ne, si non totus versus, at hemistichium tamen, seu posterius, *ut videre Camillam*, ad supplendum versum, quem poeta imperfectum reliquerat, illatum sit; seu prius quoque, cum in margine pro interpretatione adscriptum esset: *ut videre Camillam*. Totus versus, ut dixi, olet interpolatoriam operam. (Frustra hic haerent critici et interpretes. Salva sunt omnia, modo recte interpreteris verbum *Monstrat*, i. e. docet, hortatur, ut hoc faciant, exemplo Camillae pro Latio mori ausae. IX, 44.: „conferre manum pudor iraque monstrat." Itaque iunge: *de muris Tela manu iaciunt*, non *ut de muris videre Camillam*; quare comma posui post *matres*. Verba *ut videre Camillam* etiam Brunckius ab inepto sartore adsuta putat. Adiecta haec sunt a poeta, ut ardoris illius, qui repente matronarum animos invaserat, causa ab insigni exemplo, plane ad excitandam muliebrem fortitudinem comparato, repeteretur. Unum, quod merito reprehendas, affert Heynius in Not.; repugnant enim haec vss. 593. sq. Sed similes repugnantias multis locis vidimus; cfr. Q. V. XXXX. Ceterum cave totam versum 892. parenthesi includas; sic enim fiet, ut extrema eius pars langueat. Parum placet Ruhkopfii inventum; „Sensus est: *monstrat*, quales sint Latinae matronae, *amor verus patriae*, *ut*, i. e. ex quo, *viderunt* in urbe sua mulierem illam pro urbe et gente pugnaturam *Camillam*." *Wr.*) 893 *trepida* Bigot. *manu iaciunt*: *trepidaeque et* Ed. pr. Burm. 895 *ardent* recepit Heins., pro vulgato *audent*. Habet et hoc suam vim. Sed *ardent* de re bellica poetis quoque satis frequentatum.

propugnare volunt. (Expedivi sententiam huius et sequentis versus in V. L. ad vs. 892. *Wr.*) 892. *Monstrat amor verus patriae*, quemnam? putes, Latinas matronas: earum animum ac virtutem declarat: ita obscuriorem esse sententiam, quam pro poetae ingenio ac more, facile largiar; ergo sequendum alterum: *amor verus patriae monstrat Camillam* sc. pugnantem et occumbentem pro patria: quo exemplo inflammatae ipsae arma capiunt. Ita *virtus* aliquem *monstrat*, insignem reddit, ut conspiciatur inter ceteros et noscatur. Ita melius poetam declarari puto, quam aliis modis, quos antea tentaveram. 893. 894. Iunge *stipites robore duro*: quibus et sudibus pro ferro utuntur. 895. *Praecipites*, ut *trepidae*, festinationem ac studium declarat.

Digitized by Google

Interea Turnum in silvis saevissimus inplet
Nuntius, et iuveni ingentem fert Acca tumultum:
Deletas Volscorum acies, cecidisse Camillam,
Ingruere infensos hostis, et Marte secundo
Omnia conripuisse; metum iam ad moenia ferri. 900
Ille furens (et saeva Iovis sic numina poscunt)

Duplicis lectionis diversae duces: *ardent* Rom. et fragm. Vatic., tum Gud. Menag. pr. et Montalb. et ipse Medic. a m. pr., sed idem a m. sec., adeoque ex Aproniani emendatione, *audent*, quod plerique sequuntur, ex Gothanis quidem pr. et tert. nec male hoc, respectu sexus: *audent nunc mori*, h. e. discrimen mortis adire, etsi feminae. (*ardent*, quod etiam in 3. exstat, est prior lectio Medicei, *audent*, quod Palat. tuetur, altera. *Wr.*) 896 *in* abest Bigot. et Goth. pr. ac tert., et *Interea silvis Turnus* Ed. Ven. Burm., qui Virgilium *silvis* dicere maluisse, quam *in s.*, notat. (*Turnum in silvis*, i. e. qui in silvis tum subsidebat; quod non licet, omissa praepositione, ita efferre: *Turnum silvis. Wr.*) *densissimus* Moret. sec. *lenissimus* Franc. 897 *et* deest Mentel. pr., unde Heins. coni. *Nuntius, ingentem iuveni*; inde tamen nihil lucreris. *ingentem* vel *caecum* Hamb. 898 *Deiectas* pr. Hamb. a m. sec. Ed. pr. Burm. 899 *infestos* Edd. vett. et, haud dubie inde ductus, Goth. pr., a quibus discessit Naugerius in ed. tert. Ald. 900 *Omnia corripuisse metum*: *iam* sec. Moret., quod et ipsum ferri possit. (recte post *corripuisse* in Medic. interpungitur. *Wr.*) *metu* Menag. pr., sicque videtur legisse Iul. Sab. 901 *et saeva* codd. Pierii et Heinsii: sicque editum a Naugerio, et revocatum ab Heinsio: vett. edd. fere: *iam s.* Ita vero distingui debebat: *Ille furens iam, saeva I.*, idque non improbem. (Ego vero vehementer. Ceterum vid. Q. V. XXXV, 9. *Wr.*) Ed. Mediol. et

896. *Nuntius* pro re nuntiata. Hoc facile quisque videat. Malim illud observatum: *Nuntius implet Turnum*, ut absolute, *implere aliquem*, dictum sit. Sed res sic expedienda: usum esse poetam more suo, et id, quod adiiciendum erat: *implet Turnum ingenti tumultu*, in binas enuntiationes resolvisse: *Nuntius implet Turnum*, et *Acca fert iuveni ingentem tumultum*, perturbationem, rem nuntiat, quae turbet eius animum. (*implere* hic absolute positum, et dicitur de eo, cuius animus vel nuntio aliquo, vel sono, vel fama ita percutitur, ut vel perturbetur, vel stupeat, vel admiretur, vel alio modo afficiatur. Valer. Fl. II, 389 sq.: „Frena tamen dominumque velit, *equus*, si Martius aures Clamor, et oblitī rursus fragor implеat aeris.“ Ovid. Met. IX, 134 sq.: „actaque magni Herculis implerant terras odiumque novercae.“ adde ibid. vs. 665 sq. *Wr.*) *Marte secundo omnia corripuisse*, et victores pugna facta omnia loca occupasse.

901. Comparant illud Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή Iliad. α, 5. Pertinet autem hoc, ut toties vidimus, ad epicam oeconomiam, ne casu factum videatur, sed Iovis voluntate. *saeva*, ut alibi apud poetam, infesta, adversa: at mox

Digitized by Google

Deserit obsessos collis, nemora aspera linquit.
Vix e conspectu exierat, campumque tenebat:
Cum pater Aeneas, saltus ingressus apertos,
Exsuperatque iugum, silvaque evadit opaca.
Sic ambo ad muros rapidi totoque feruntur
Agmine, nec longis inter se passibus absunt;
Ac simul Aeneas fumantis pulvere campos
Prospexit longe, Laurentiaque agmina vidit;
Et saevum Aenean adgnovit Turnus in armis,
Adventumque pedum flatusque audivit equorum.
Continuoque ineant pugnas et proelia tentent;

aliae vulgg. cum Goth. pr. et cum codd. Ursin. *nam s.* Dorvill. a m. pr. *si saeva Iovis. nomina* Medic *sic n. pellunt* Rom. 902 *nemora avia* Bigot. et Goth. tert. *liquit* pr. Moret. *linquent* Goth. sec. (*colles* Medic. *Wr.*) 903 *camposq.* Medic., et pro div. lect. Rottend. (*campum* est altera lectio Medic.; vid. Q. V. VIIII, 3, XI. *Wr.*) 904 *Tum p.* Parrhas. 905 *invadit* aliquot Pier. *evasit* Ed. pr. Burmann. *silvasque — opacas* Sprot. alter Hamburg. et Scheffer. cum Parrhas. vid. sup. ad IX, 99. 907 *passibus ibant* pr. Moret. 908 *At simul* pars codd. Heins., sicque vett. edd. nonnullae, etiam Ald. tert., idque equidem malim; tunc vero v. 912 copula delenda et revocanda est lectio: *Continuo pugnas ineant.* Continuata enim oratio: *At, simul — equorum, Continuo pugnas ineant.* Nunc interpunxi post *equorum*; ut iungas: *feruntur — ac simul — simul Turnus.* (Servavi interpunctionem Heynianam. Iahnius, Vossium secutus, puncto post *absunt* posito, apodosin inchoat a vs. 912., et *que* voci *Continuo* adhaerens respondere vult sequenti *et.* Rectius fortasse ita statuas, ut apodosin utique a vs. 912. ordiendam dicas, *que* autem illud celeritatem rei indicare existimes, quemadmodum XII, 81.: „Haec ubi dicta dedit: rapidusque in tecta recessit." vid. Q. V. XXXV, 6. — *fumantes* Medic. *Wr.*) *Tum pater* Rom. et quatuor Heins., repetitum ex v. 904. 910 *cognovit* Zulich. *conspexit* Gud. pr. Menag. et pr. Moret. 911 *Adventusque* Medic., doctius. (at vid. Q. V. VIIII, 2, b. *Wr.*) *Adventusque virum* Ed. pr. Burm. *Adventumque virum* uterque Rottend. ex vs. 607 h. l. *flatumque* Rom. Montalb. et Voss. pr. 912 *Continuoque ineant p.*; ita iam editum inde ab Ald. pr., usque ad Pulman. et Steph., a quibus vulgari coepit *Continuo pugnas ineant*, adversantibus scriptis. Etsi id ipsum e MS. Fabricii revocat Cuninghamus. Scilicet laboratum

saevum Aeneam fortem, ut I, 99 et al. 902. Locorum notationem v. sup. 522. 527 sqq. et Nota ad e. l. 904. *saltus apertos* non obsessos amplius, vacuos ab hoste. 905. *exsuperat iugum*, conf. eod. loco. (— 907. *longis passibus*, vid. V. L. ad X, 549. *Wr.*) *Aenean in armis* iunge, armatum, cum agmine armatorum. 911. cf. sup. ad v. 607. *flatus*, hinnitus. 912. *Καὶ νῦ κεν — εἰ μή. ineant. tentent;* iniissent, tentassent, ni tinxisset h. e. mersisset equos Phoebus Oceano occiduo, qui ultra Hispaniam patet. Monuere olim Grammatici apud Servium: *tingat*,

Digitized by Google

Ni roseus fessos iam gurgite Phoebus Hibero
Tinguat equos, noctemque die labente reducat.
Considunt castris ante urbem, et moenia vallant. 915

est interpunctione et adscito *At* v. 908. *ineunt* Medic. a m. pr., reliqua idem *Continuoque i. p.*; tum Ed. pr. Berm. *ineunt* et *tentant*. Abest *que* ab aliis, et vett. edd. *pugnam*. Sed haec nulli usui sunt, adeoque ea monere piget. (vid. V. L. ad vs. 908. *Wr.*)

humiliter dictum esse. Poterat simile quid moneri paullo ante in v. 912 *ineant pugnas et praelia tentent*. Potest tamen defendi hoc, cum et discrimen habeant illa duo, et iungi fere sic soleant ab Homero: πολεμιζέμεν ἠὲ μάχεσθαι.

Digitized by Google

EXCURSUS I

De Diomedis sedibus in Apuliae littore.

Lib. XI, 243 *Vidimus, o cives, Diomedem Argivaque castra* etc., et supra VIII, 9 *Mittitur et magni Venulus Diomedis ad urbem, Qui petat auxilium.* Qua arte poeta septimo libro Graecas colonias et populos, quorum originem veteres fabulae a Graecis repetebant, Latinis et Rutulis in belli societatem adiunxit, eadem nunc ad Diomedem in extrema Italiae ora de auxiliis petendis legatos mitti narrat. Quorum auxiliorum adventum cum temporis angustiae, quibus reliqua belli eventa includuntur, non admittant: legatorum reditu et renuntiatione auxilii negati praeclare utitur Maro ad rerum exitum accelerandum et Latinorum consilia praecipitanda. Nam primum incidit (v. lib. XI, 225 sqq.) legatorum reditus in id tempus, quo ante paucos dies a Latinis parum prospere erat pugnatum, consiliaque eorum iam inclinatis animis ad pacem spectabant. Tum vero legati non modo negatum a Diomede auxilium renuntiant, verum etiam consilia eius et mandata exponunt, quibus ad componendam cum Aenea pacem gravissime hortatur. Erant autem de Diomedis in Daunia, quae Apuliae pars est, sedibus fabulae Graecorum antiquissimae. Ibycum auctorem Schol. Pindari ad Nem. X, 12 excitat, sed cyclicis probabile fit poetis illas esse tribuendas, iis inprimis, qui reditus Achivorum (*Νόστους*) carmine exposuerant. (cf. sup. ad v. 265. Ad eorum exemplum *Diomedea* libris XII scripta erat a Iulio Antonio: apud Schol. Horat. IV, 2, 33, uti *Phaeacis* a Tuticano, et *reditus Menelai et Helenae* a Lupo: Ovid. ex Ponto IV, 16, 26. 27.) Redux enim a Troia Argos factus Diomedes (vid. Odyss. γ, 180 sqq.), cognitis uxoris Aegialeae et adulteri Cometae, Stheneli f., insidiis, iterum naves conscendit, et post multos errores (cf. Ovid. XIV Met. 478 sqq.), quibus etiam Aetoliam adiisse ferebatur (v. c. Antonin. Metam. c. 37, ubi cf. Not., et ad ea add. Not. ad Apollodor. p. 129 sqq.), cum sociis Doriensibus, quos ad-

Digitized by Google

duxerat, in Sinum Adriaticum evectus, in Daunorum finibus consedit, et Dauni regis filia in matrimonium ducta urbem condidit, cui ab Argis Peloponnesi, quibus imperaverat et quorum antiquum nomen Ἄργος ἵππιον fuit, hoc ipsum nomen *Argos Hippium* imposuisse fertur; quod postea in *Argyrippam*, tandemque in *Arpos* contractum esse aiunt. Haec est *Diomedis urbs* lib. VIII, 9. XI, 226, et *Aetoli Arpi* lib. X, 28, et lib. XI, 246. 247 *Ille urbem Argyripam patriae cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis arvis.* cf. Serv. ad VIII, 9. Cluver. Ital. ant. p. 1215 sqq. Postea aliarum quoque urbium primordia ad Diomedem referri coepere: ut Brundisii, ap. Iustin. XII, 2, etsi alii (Strab. VI, p. 432 A.) Cretensibus hanc urbem vindicant; tum Beneventi et Aequitutici: Serv. ad Aen. VIII, 9. Venusiam, Canusium, Garganum, Beneventum, Venafrum idem ad XI, 246 memorat, Sipuntum Strabo VI, p. 435 B. Fuere etiam aliae terrae, quas adiisse narratus est Diomedes: nec modo in locis vicinis, ut insulam Corcyram (fragm. Heraclid. de rep. pag. 28), verum in Libyam adductus fuit a Iuba Libycorum III (Plutarch. Parallel. p. 311 D.). De Diomedis autem erroribus omnino videndi Strabo VI, p. 434. 435. 436. Lycophron v. 592 — 632 et ex eo Schol. Iliad. ε, 421.

Obiacent littori Apuliae, contra montem Garganum, qui in promontorium ad mare procurrit, insulae numero tres; cum tamen tertia saxosa sit, duae tantum numerari solent; quarum unam vetustas *insulam Diomedeam* appellavit (occurrit iam apud Scymnum Chium v. 430. 431. 432. Duas Strabo memorat, alteram habitatam, alteram desertam, lib. VI, p. 435 A.); nunc Isola *di Tremiti* est, a terrae motibus, quorum vestigia multa in ea occurrunt. In hac Diomedes hominum conspectui subductus ac pro deo cultus fertur, monumento quoque ac delubro ad seriorem aetatem prostante: vid. Plin. lib. III extr. X, 44 s. 61. Inter deos receptum iam Pindarus memoravit Nem. X, 12. Socios autem in aves mutatos vulgata satis fabula tulit: quibus hinc *avium Diomedearum* nomen. v. inprimis Ovid. Met. XIV, 457 sqq. et noster poeta XI, 271 — 274 *Nunc etiam horribili visu portenta sequuntur, Et socii amissi petierunt aethera pennis, Fluminibusque vagantur aves — et scopulos lacrimosis vocibus implent.* Ortum fabulae dedisse videtur certum avium genus, circa haec loca sola, ut volunt, visi solitum, de quo locus class. Plin. X, 44 s. 61 et auctor de Mirab. Auscult. c. 80 (p. 722. 723). Sociis errorum amissis cum consedisset in his locis ignotis, aves visae locum fabulandi praebuisse videri possunt. Plinium vel alium inde ductum scriptorem exscripsit Augustinus C. D. XVIII, 16. Non diversa admodum est narratio de Leuce Achillis insula in ostiis seu Borysthenis, seu Tyrae, seu Istri, ubi avium similis cura circa Achillis tumulum narratur ab Arriano in Periplo M. Eux. p. 22 et, qui primo loco erat commemorandus, a Scymno

Digitized by Google

Chio in Fragm. p. 45 Tom. II Geogr. Huds. it. Antigon. in Admir. c. 134 (ed. Beckman. p. 236.) et Plin. X, 41. cf. de hac insula Vauvilliers Notas ad Sophocl. T. II, p. 61. Tertium simile his avium genus nobilius forte ceteris fuit *Meleagridum*, ad tumulum Meleagri in Aetolia visarum: de quibus v. Aelian. H. A. IV, 42, ubi cf. Schneider et Antonin. Metamorph. c. 2. Antigon. Caryst. c. 11. et ibi Beckman., qui iudicium eorum firmavit, qui eas esse censent nostras *Perlhiuner*, *Pintades*. v. Plinius X, 26 s. 37. 38. quas iterum ex Africae occidentalibus oris in Europam apportarunt Franci Saec. XIV. Exornaverat fabulam in *Meleagro* suo Sophocles, de quo v. Pliu. XXXVII s. 11, 1. Tertium genus fabulosum est Memnonidum avium ex cinere Memnonis evolantium; notarum vel ex Ovid. Met. XIII, 576 sq. v. Aelian. H. A. V, 1. Quintus II, 569 sq. Moschus III, 44.

Habemus Benedicti Cochorellae descriptionem insulae Tremitanae in Thesauro Italiae repetitam; multa hic de avibus his, quas nunc *Artenas* appellant, narrantur; nec tamen inde certos avium harum characteres colligere licet, ut appareat, an ad larorum genus referendae sint. Nec Aldrovandus Ornithol. lib. XIX, 3, qui accuratius de his avibus egit, quemque alii fere sequuntur, quicquam definit: etsi ille habuit ad se transmissam ex insula avem ex hoc genere. Nunc tamen inter Procellarias, ex anserino genere, referunt naturae rerum auctores: apud Linnaeum *Procellaria Puffinus* est. Sed bene Willougbeius et Rayus monent, expectandos esse meliores auctores. Nunc vide Schneider. ad Reliqua Friderici II. Imp. Vol. II. in auctario p. 159. sq. Anatibus ampliores secundum Cochorellam, diem piscando in medio pelago exigunt, in scopulorum cavernis nidificant (quam recte itaque Virgilius posuerit *Fluminibusque vagantur aves*, non dicam. Sollertius Lycophron l. c. v. 595 οἳ θαλασσίαν δίαιταν αἰνήσουσι), solo adipe probantur incolis, quo pro medicamento illi utuntur: clamore imitantur vagitum puerorum et κιννρισμὸν, unde docte Maro: *scopulos lacrimosis vocibus implent*, eod. loc. XI, 274. Plinius l. c. *fulicarum similes* sit; oloribus assimilat Lycophron l. c. v. 597. Et Ovid. XIV Met. 509 *Si volucrum quae sit subitarum forma requiris, Ut non cygnorum, sic albis proxima cygnis.* At Servius ad XI, 271 et Tzetzes ad Lycophr. l. c. ἐρωδιοὺς interpretantur, quae *ardeae* essent; sed his vix accenseri possunt. (Nec plura de his allata sunt a Beckmanno ad Mirab. Audit. c. 80 p. 157 sq. Hoc unum addam, haberi quoque avium Diomedearum descriptionem et imaginem in *Veryard Account of divers choise Remarks taken in a Journey*, p. 359, 1701 fol.; sed nec is scientia naturae satis fuit instructus.) Varie ornata a poetis est fabula de sociis in aves mutatis seu vivo seu mortuo Diomede. Ita Illyriis accedentibus infestae, Graecis amicae aves esse narratae sunt: Antonin. l. c. Plin. l. c. Strabo VI, p. 433 A.

Digitized by Google

Aelian. H. A. I, 1, ubi v. Schneider. Recedit ab aliis auctor de mirab. Auscult. l. c., qui aves extitisse ait Diomede *ab Aenea, qui rex illa loca tenebat,* per insidias occiso. Potest ὑπὸ τοῦ Αἰνέου videri mutandum in ὑπὸ τοῦ Δαύνου: sic enim olim nonnulli tradiderant. v. Schol. Lycophr. ad v. 603; nam omnino diversae de Diomedis morte erant narrationes, monente Strabone l. c. p. 436. De Aenea cogitare non licet: nam congressum eum cum Diomede nemo veterum tradidit, Pausania teste lib. I, 11 f.

Unum adhuc commemorare iuvat, quod Plinius lib. XII, 3 notavit (ex Theophrasto H. Plant. IV, 7), primum *platanum* in hanc insulam ad Diomedis tumulum ornandum fuisse invectam, inde in Siciliam transgressam, mox Italiae donatam ad alias terras pervenisse. Quantum tamen ex Cichorella intelligitur, ex insula illa nunc exulat. Fuit similis fabula de *myrto* primum in Elpenoris tumulo enata. vid. Plin. XV, s. 36. cf. sup. Excurs. I ad lib. VII sub f. Late autem Diomedis nomen per Italiam pertinuit. Nam non Arpis modo sed Metaponti ac Thuriis pro heroe cultus fertur, vid. Schol. Pindari ad Nem. X, 12. Plurium idem urbium habitus conditor, ut supra commemoratum est. Et monstrata vetusta donaria Diomedis et sociorum arma Luceriae in templo Minervae: Strabo VI, pag. 434 C. et auctor Mirab. Narrat. 117, ubi ἱερὸν Ἀθηνᾶς Ἀχαΐας est; idem ap. Aelian. de H. A. XI, 5 ἐν τῇ Δαυνίᾳ νεὼς τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος. perpetua comes Diomedis Minerva ut Ulyssis; factus quoque ille deus per Palladem: Pindar. N. X, 12. torques aureus in templo Dianae in Peucetiis servabatur ibid. Mirab. Narrat. cap. 120. Quod vero multo etiam magis mireris, in intimo Sinus Adriatici recessu inter Venetos ad Timavum fuisse traditur fanum Diomedis. v. Strabo lib. V, p. 328. 329. VI, p. 435 B, aliudque inter Umbros circa Anconam, ut Scylax narrat in Periplo p. 6; apud Plin. III, 20 urbs Spina, ad ostium Padi Spineticum, *condita a Diomede.* Alias de Diomede narrationes v. ap. Strab. VI, p. 436. Vix videtur in his fides Graecis esse habenda: qui, cum heroem indigetem in iis locis coli audissent, forsan more suo Diomedem eum interpretati sunt. Verum a me haec eo nunc commemorantur, ut intelligatur, fabulam de Diomedis in Italia sedibus fuisse satis nobilem inter veteres, ut poeta ea uti potuerit; usum autem esse ea poetam ad narrationem variandam et ornandam accommodate.

Digitized by Google

EXCURSUS II

De Camilla.

XI, 532 sqq. 539 sqq. *Pulsus ob invidiam.* Episodium hoc poeta ex antiquis Italorum historiis seu fabulis contexuisse putandus est. Ex Servio ad v. 567 colligi potest, Catonem haec latius esse persecutum in Origg., quae ipsa res excusare poterat factum per se portento simile, ut hastae alligatam infantem trans amnem aliquis ita traiiciat, ut ripae adversae infigatur hasta, sine infantis noxa, quam cum illa humeris aut tergo illigata transnare amnem. Quod de Pyrrho, Epiri rege, puero narratum aiunt simile, plane diversum est, si Plutarchum inspicias. Diversus autem utique hic Metabus ab eo, qui ex Troia redux Metapontum in extrema Italia condidisse ferebatur. Is, de quo hic agitur, rex Priverni, quod Volscorum oppidum fuit (nunc vicus *Piperno*), per seditionem a suis pulsus, Camilla filia infante secum ducta, Amaseno traiecto, in silvis educavit filiam Dianae consecratam. Non importuna est fabula ad variandam narrationem de bellico apparatu, et tenet animum expectatione fatorum Camillae, de qua narrationem nunc instituit poeta. Interea huic episodio ultima poetae manus non admota esse videtur, cum narratio cum ipso Aeneidis argumento omnino non satis coaluerit, Opis autem a Iunone missae ministerium vix eum, quem expectabamus, effectum habeat. Non poterat a morte fatali vindicare Camillam suam Diana; ut nec Iupiter Sarpedonem, nec alii dii alios heroes; Quod tamen idem Iupiter in Sarpedone sibi licere ait, quodque etiam providet, ut eius corpus, victoris ludibrio subductum, in Lyciam abducatur, id hoc loco Diana curandum sibi sumit. Mittitur Opis, Dianae arcu instructa, ut Camillae interemtorem conficiat. Illa Aruntem caede Camillae exultantem sagitta transfigit, statimque ad Olympum evolat, v. 863. 867. Erat tamen, antequam discederet, corpus pugnae subducendum et in patriam deportandum, quod ipsa dea promiserat se facturam v. 593. 594, ne spoliaretur aut truncaretur. Atqui hoc poeta non attigit: in quo excusari forte potest; ad artificium tamen poetae referre hunc defectum nolim cum Servio ad v. 593. Ut autem haec narratio vim ad animos advertendos habeat, ponendum est, fuisse apud Volscos vetus Camillae monumentum: uti Sarpedonis in Lycia habebatur sepulcrum, quo delatum eius corpus Homerus narrare voluit Iliad. π, 453 sqq. Ceterum ex Camilla Clorindam Tassi tamquam exemplum esse expressam satis constat. vid *Gierusal. lib. Canto XII, St.* 20 *sqq.*

Digitized by Google

EXCURSUS III

De chlamyde in nodum collecta.

775. 6. De Arrunte Phryge: *tum croceam chlamydemque sinusque crepantes Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.* Plura sunt, quae dubitationem facere possint. Primo, sintne idem *chlamys sinusque*, an sint diversa: si diversa sunt, *sinus* sunt pallae, cui superinduta chlamys fuit; tum *sinus* proprie in palla dictus est, et *nodus* esse potest cingulum, seu balteus aureus, quo palla colligebatur, ut ilia ambiret; uti supra dictum accepi nodum: I, 320 *nodoque sinus collecta fluentes:* ubi v. Notam. idem quod IV, 139 *aurea purpuream subnectit fibula vestem:* etiam in balteo. Sicque Statius Theb. IV, 266 *undantemque sinum nodis irrugat Iberis:* vestem colligit et adstringit balteo purpureo. Claudian. in Prob. et Olyb. Cos. I, 89 *nodus, qui sublevat ensem, Album puniceo pectus discriminat ostro.*

Iam autem h. l. legimus, Arruntem *chlamydemque sinusque in nodum collegisse;* adeoque utrique idem tribuitur, ut *chlamys* non minus quam palla *balteo* fuerit adstricta. Atqui *chlamys non balteo* constringitur, sed *fibula:* id quod e marmoribus et poetarum locis satis constat. Notum est vel ex Cod. XI, 11, 1 *Fibulis quoque in chlamydibus his utantur, quae solo auro et arte pretiosae sunt.* Restat itaque, ut de *sola chlamyde* poetam agere et chlamydi improprie *sinus* tribui dicamus, et hos sinus de plicarum sinubus accipiamus; hactenus enim chlamys bene sinuosa dici potest. Manendum itaque in eo, quod in nota posui: „chlamydem e tenui linteo, croceo colore, constrinxerat Arruns in humero fibula aurea."

Hactenus ex verbis est disputatum. Atqui cum verbis exploranda erat ipsa res. Versamur scilicet *in amictu Phrygio;* atque hic erat primo loco consulendus. Extant autem eius exempla in priscae artis operibus. Nobile est signum, olim in Palatio Altemps servatum, postea in Museum Pio-Clementinum translatum (Tom. II, t. 37. et antea in *Raccolta* t. CXXIV), quod vulgo Paridis sedentis editur: potiore saltem iure quam tot alia nudum Paridem cum pomo in manu referre credita. Ut braccas et pileum Phrygium omittam, indutus ille est tunica duplici, interiore manicata, altera exteriore ei iniecta, et balteo supra femora adstricta; superinducta ei chlamyde ampla a tergo defluente; apparet in humero dextro fibula, qua chlamydem tamquam vinculo teneri facile exi-

Digitized by Google

stimus. Clarior res est in alio signo, Midae illud edunt, in Monimentis Matthaeianis t. XCVI, cuius truncus ex alabastrite temere refectus est capite manibusque ex marmore Numidico. Sed truncus praeclarum est exemplum habitus Phrygii. Conveniunt in eandem speciem duo signa eodem in loco reperta, simillima inter se, sibique respondentia, quorum alterum sub Paridis nomine exhibuit Guattani (*Monimenti inediti* ad a. LXXXVII. p. 37. III.) alterum, maiore cum sagacitate, sub ministri Mithriaci nomine Visconti Mus. Pio-Clement. Tom. III, tab. XXI.

Conspicitur similis, aut accedens iis, vestitus in aliis antiquis fragmentis. Ad maiorem mollitiem comparatus est alius vestitus tenuissimae materiae, ventre nudato. (v. c. in Mus. Flor. III, LXXX.) Male enim audiere Phryges antiquissimis aetatibus propter mollitiem, increbescente inter eos luxu ex opibus, scilicet, quas aurum in iis locis Phrygiae et Lydiae, etiam in amnibus, repertum invexerat. Multa alia addi possent, si his locus hic esset; verum ad rem sufficit, ex Phrygiis quoque operibus apparere, innui a poeta chlamydem Phrygiam fibula adstrictam in humero.

Sunt omnino in amictu Phrygio nonnulla notabiliora. Scilicet, etsi ille ad luxum et mollitiem accommodatus est, apparet tamen e borealibus locis eum deductum eiusque usum antiquiorem inter gelidae plagae incolas fuisse, quippe quibus totum corpus vestibus involvere, ipsaque femora et crura tegere mos est a natura monstratus. Spectat hoc ad Phrygum origines: quippe quos e locis borealibus cum Thracibus in Macedoniam descendisse hincque in Asiam traiecisse antiqua fama fuit. Itaque vestitus communis iis est cum habitu Dacorum, Parthorum, aliorumque barbarorum a septentrione ad mitius caelum solumque profectorum. Aliud est, quod ad illustrationem commemorabo. Multa sunt anaglypha Mithriaca, in quibus Mithres expressus est simili prorsus eius, qui Phrygum fuit, habitu: quo ipso firmatur id, quod viri docti docuerunt, religiones illas non a Persis esse traditas, sed in Asia occidentali inter barbaros repertas, interpolatis et permixtis sacris a Persis ductis; barbaros eos Phrygicae originis fuisse, ipso signorum habitu apparet. Simile iudicium, aut, si mavis, suspicionem facere licet de deo Luno, qui et ipse Phrygio habitu in numis, gemmis sigillisque occurrit; ut ad Phrygias superstitiones eius prima notio referenda esse videatur. Fuit enim, nescio quomodo, interior ille Asiae minoris tractus usque ad Euphratem fecundus superstitionum generibus variis varie permixtis et confusis: quibus pro fundo suberat frugum mater Terra cum puero Aty, antiquissima religio, per se sane simplicissima.

Digitized by Google

Post ista omnia elaboratissimum vidi Phrygium vestitum in anaglypho aereo expressum, quod Hawkins V. C. in Britanniam reportavit in Epiro repertum: cuius ampliorem notitiam dedi in nostris Recensibus litterariis (*Gött. Gel. Anz.* 1800. p. 1801 sq.). Fuere autem olim signa Phrygio amictu valde frequentata artificibus, quippe ipso habitu peregrino conspicua, et religionibus Phrygiis late disseminatis. Etiam Pelops expressus erat amictu Phrygio, ap. Philostratum Imag. I, 30.

Digitized by Google

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS
LIBER DUODECIMUS

ARGUMENTUM

Attritis duobus adversis praeliis Latinorum viribus, animisque eorum fractis, Turnus, ubi omnem spem suam in se sitam videt, frustra dissuadente Latino, reginaque multis eum cum lacrimis nequiquam retinente, singulari certamine cum Aenea dimicare statuit: eiusque rei Aeneam per quendam ex suis, Idmonem nomine, facit certiorem — 106. Accipit conditionem Aeneas, sollennique utrimque sacramento foedus sancitur — 215. Id Iunonis impulsu 134—160 a Iuturna Nympha, Turni sorore, in falsam Camertis imaginem conversa, perturbatur — 243: primusque omniam Tolumnius augur, falso augurio certam suis victoriam promittens, unum ex Gylippi filiis hasta traiicit — 276. Quo facto in conflictum armorum utraque pars ruit — 310. Aeneas quoque, dum subiti tumultus caussam ignorans suos revocare conatur, ab incerto auctore sagitta vulneratus, praelio excedere cogitur — 323. Qua re intellecta Turnus, magnam sibi rei bene gerendae occasionem oblatam ratus, ingentem hostium stragem edit — 388. Interim Venus, decerpto ex Ida Cretensi dictamno herba, filio suo medetur — 429. Refectis viribus Aeneas, Ascanium paucis suo exemplo ad virtutem cohortatus, suis auxilio occurrit, Turnumque nominatim ad pugnam deposcit — 445. Verum cum Turnus sui copiam non faceret (Iuturna enim, quae, excusso Metisco auriga, currum eius moderabatur, in diversam semper partem habenas deflectens, congredi eos non patiebatur) — 485, caede multorum facta — 558, oppugnandae urbis consilium capit: admotoque ad moenia exercitu, in pro-

Digitized by Google

pugnacula proximaque aedificia ignem coniicit — 592. Ibi Amata, cum Turnum occisum arbitraretur, doloris impatientia laqueo vitam finit — 613. His rebus Turno per Sacem nuntiatis, cum eo rem redactam videret, ut sibi necessario dimicandum esset, nisi perpeti mallet sociorum urbem, se inspiciente, in hostium potestatem pervenire, ultro Aeneam ex praescripto foederis ad singulare certamen provocat — 696. Ea pugna superior Aeneas, cum victi hostis precibus iam paene ad misericordiam flecteretur, conspecto in humeris eius balteo, quem occiso Pallanti Turnus detraxerat, repente ira accensus gladio per pectus adacto eum vita spoliat — ad fin.

Turnus ut infractos adverso Marte Latinos Defecisse videt, sua nunc promissa reposci,

Tela iam detexta, et rebus ad novissimum momentum adductis: cum pugna altero die expectanda sit, qua Turnum esse casurum facile quilibet praevidet: nova tamen rerum momenta excitavit poeta variavitque narrationem mirifice. Pugnae utriusque exercitus substituitur certamen inter Aeneam et Turnum singulare. Foederis conditiones ipsum Aeneidis argumentum ac finem continent, ut Troiani in Latio (v. 187 sqq. 202 sqq.) sedes certas accipiant. Nec tamen hoc exitum habet, turbato foedere. Ita nova rerum conversio exoritur. Increscit nostra sollicitudo, cum Aeneam vulneratum, eoque ex pugna subducto Turnum audacter, si unquam, se iactantem videmus. Praeter spem Aeneas sanatus in pugnam redux Turnum ad pugnam deposcit. Sed et hanc nostram expectationem intercipit Iuturnae fraus. Ad ultima perventum, cum Aeneas ad urbem exercitum ducit eamque oppugnare constituit. Procedit nunc Turnus in pugnam et victus interimitur. Sed et in his multa deorum interventu inciduut, quibus erigitur animus ac novitate delectatur.

1. *infractos:* „antea semper non fractos", interpretatur Servius, quem mirum est nunc demum in hac voce haerere potuisse, quam iam aliquoties poetae frequentatum vidimus, v. c. sup. IX, 499 *infractae ad praelia vires*. Monuerunt nunc satis multi *infractum* esse valde fractum. cf. vel Cerdam. *in* in his habet vim Graecorum *α* intensivi, si modo utrumque intendit, nec potius, ut saepe fit, otiosum vacat et *α* et *in*. (otiosum quidem esse, haud recte contenderis. *Wr.*) 2. *sua nunc promissa:* de meliore armorum successu, et de pugna cum ipso Aenea ineunda. v. sup. XI, 436 sqq. posci, expectari, ut iis sa-

Digitized by Google

Se signari oculis: ultro inplacabilis ardet,
Adtollitque animos. Poenorum qualis in arvis,
Saucius ille gravi venantum volnere pectus,
Tum demum movet arma leo, gaudetque comantis
Excutiens cervice toros, fixumque latronis
Inpavidus frangit telum, et fremit ore cruento:
Haud secus adcenso gliscit violentia Turno.
Tum sic adfatur regem, atque ita turbidus infit:

3 *oculos* Medic. a m. pr. 4 *Attollit se* alter Menag. (In fine huius ac sequentis vs. interpungitur etiam in Mediceo; cf. Q. V. XXI, 8.; vide tamen, ne utrumque comma delendum sit, coll. ead. Q. V. §. 6. extr. *Wr.*) 5 *v. v. corpus* alter Hamburg. (*venatum*, sed altera *n* superscripta, Medic. *Wr.*) 6 *movet ora* pr. Menag. *comata* Zulich. (*comantes* Medic. *Wr.*) 7 *Excutiet* Mentel. a m. pr., unde Heins. coni. *Excutier c. t.* Tum *f. Latinos* Parrhas. *Latinis* Goth. tert. 8 *fregit* Franc. 9 *adverso g.* Parrhas. *gliscet* Medic.

tisfaciat. 3. *ultro;* nullis adhuc probris et conviciis a quopiam factis. (cf. Q. V. XXVII, 2. *Wr.*) 4—9. Sumta comparatio ab Homero Iliad. ε, 136 sqq. ν, 164 sqq., quae inter splendidissima Homeri loca sunt, translata passim in Scut. Herc. v. 426 sqq., sed ad aliam rerum speciem deflexa et praeclare variata: Ut leo vulnere accepto multo magis furit, sic Turnus adverso rerum successu magis etiam quam ante irascitur: hoc enim est *attollit animos*, et *gliscit violentia Turno accenso:* quod Homero erat loco priore Iliad. ε, 135 Diomedem a vulnere recreatum, πρίν περ θυμῷ μεμαὼς Τρώεσσι μάχεσθαι, Δὴ τότε μιν τρὶς τόσσον ἔλεν μένος. (Illud vero, quod Iliad. χ, 96 Ὡς Ἕκτωρ ἄσβεστον ἔχων μένος οὐχ ὑπεχώρει, legitur, vix cum Valckenario ad Theocr. Adon. p. 252 huc commode trahi potest.) Ceterum, quae ad ornatum in his vss. spectent, facile pro se quisque observet. Nec sine fructu similes comparationes aliquis comparet, quae notatae sunt iam ab aliis: inprimis Stat. Theb. II, 128 sqq. Lucan. I, 205 sqq. VI, 220 sqq. Valer. III, 587 sqq. Q. Calab. III, 142 sqq. cf. quoque sup. lib. IX, 551 sqq. — 6. *movet arma*, a virorum pugna petitum; nihil amplius: ad pugnam se parat. cf. Ge. III, 236. Etsi Statius in tigride ornavit hoc: *Bella cupit, laxatque genas et temperat ungues* lib. II Theb. 130. *gaudet:* gravius quam, solet; voluit *exultare*, γαυριᾶν, exprimere, quod hic alacritatem animi indicat et ferociam. (*gaudet Excutiens*, Graeca structura; vid. Q. V. XXVIIII, 6. *Wr.*) *fixumque* sc. in vulnere, receptum corpore. *latronis* h. l. venatoris, qui ex

Digitized by Google

Nulla mora in Turno; nihil est quod dicta retractent
Ignavi Aeneadae; nec, quae pepigere, recusent.
Congredior. Fer sacra, pater, et concipe foedus.
Aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam,
Desertorem Asiae, (sedeant spectentque Latini)
Et solus ferro crimen commune refellam:
Aut habeat victos; cedat Lavinia coniunx.

11 *quo dicta* Parrhas. *dona r.* Sprot. *retardent* Zulich. a m. pr. Servius ad v. 13 „Quidam sane a *Nulla mora in Turno* usque ad *pepigere recusent* iungunt: ne, si distinctio intercesserit, languescat sententiae color." Nimis subtiliter; cum duo membra intercedant: nihil est — *nec* est, quod *recusent*. 12 *nec quod pepig.* Bigot. *nec quid* Goth. tert. 13 *tu c. f.* Oudart. *consere* Vratisl. *fidus* Goth. tert. 14 *Aut fac* Goth. tert. (Dubitabis fortasse, sitne incidendum in fine huius versus, necne. Id tamen statim vides, verba *Desertorem Asiae* non requirere adiectum tale quid. Nempe *Dardanium* sic nude cum contemtu ponitur, quemadmodum *Dardanus*, i. e. *Dardanius*, supra IV, 661 sq.: „Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus." Praeterea nec Dardanius nec Troianus simpliciter vocatur Aeneas, sed ductor, dux, vir Dardanius s. Troianus, etiam Dardanius Aeneas. *Wr.*) 16 *crimen ferro* pr. Voss. Parrhas. cum Rom., quod admisit Cuningham. (perperam. Adverte verba, in quibus maior quaedam vis inest, egregie sic collocata: *solus — crimen — refellam. Wr.*) *repellam* Parrhas. cum Leid. et Hugen. et a m. sec. fragm. ms. Helmstad. in Annal. litt. 1783, p. 195. 17 *victos* et *victor* agnoscit Iul. Sabinus. *victor* quatuor Heinsii, unde ille oni. *Aut abeat victor*: et erat hoc manifeste scriptum in Vratisl. et

insidiis eum agressus est: translate, ab iis, qui vias obsident praedandi caussa. Multa inepte Serv. et alii.

11. Repetit Turnus quae iam sup. XI, 434 sq. dicta, dum se pugnae singulari cum Aenea obtulerat. 11. 12. Respicit supra XI, 115 sq. Aeneae verba ad legatos Latinorum, sed in invidiam Aeneae translata. *retractent* non est, quod Serv. voluit, *repetant et revolvant*, sed, revocent, recantent; recedendo ab iis, de quibus iam conventum erat; nam sequitur *recusent*. (— 13. *Congredior*, stat congredi; vid. V. L. ad IX, 21. *Wr.*) 13. *Fer sacra* cf. inf. 118 sq. *concipe foedus*, verbis conceptis, ut Serv. (— 14. *Dardanium*, vid. V. L. ad hunc vs. *Wr.*) 15. *Desertorem Asiae*, invidiose, quasi transfugam; supra VII, 359 *exules Teucros* dixerat Amata. *sedeant spectentque Latini*, ad iguaviam exprobrandam accommodatum. (potius ad Homerica compositum dixerim, Iliad. III, 68.: „ἄλλους μὲν κάθισον Τρῶας καὶ πάντας Ἀχαιούς· αὐτὰρ ἔμ' ἐν μέσσῳ καὶ Ἀρηΐφιλον Μενέλαον συμβάλετ' ἀμφ' Ἑλένῃ καὶ πτήμασι πᾶσι μάχεσθαι." Adde Epitom. Iliad. vs. 267. *Wr.*) 16. *crimen commune*, criminationem Turni ab omnibus factam (cf. sup. lib. XI, 215 sqq.) abolere vult.

Digitized by Google

Olli sedato respondit corde Latinus:
O praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci
Virtute exsuperas, tanto me inpensius aequum est
Consulere, atque omnis metuentem expendere casus.
Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta
Multa manu; nec non aurumque animusque Latino est;
Sunt aliae innuptae Latio et Laurentibus agris,

Ed. pr. Burm. Alludunt Zulich. *quique abeat victor* a m. pr. *abeat* Goth. tert. Sed haec ipsa aspirationis omissio mutationi τοῦ *victos* in *victor* locum fecisse videtur. Habet utique maiorem vim et Turni ferociae magis consentaneum est: *aut habeat victos* sc. nos: sim pro victo; *cedat Lavinia coniux. cedatque Lavinia* pars codd. Pierian., forte eorum ausu, qui primam correptam mallent in *Lavinia*. conf. sup. ad lib. VII, 359. *Laurentia coniux* Franc. (— 18. *Latinos* Medic. a m. pr. *Wr.*) 19 *quoniam ipse f.* aliquot Pier., quod et ferri possit. *quam tu ipse* coni. Heins. 20 *tantum* aliquot Heins. *me* abest Ed. Ven. Burm., et *est* abest binis Burm. 21 *metuenti* Zulich. a m. pr. 22 (*Daunius* Medic. a m. pr. *Wr.*) *multa Capta m.* duo Rottend. 23 *animus aurumque* Zulich. et Gifan. Ind. Lucret. pag. 462. e Codd., tum plerique apud Pier. In iisdem *est* in fine subiectum, quod ab aliis Pier. abest. (Et divitem et liberalem se esse significat Latinus; hoc ex illo sequitur; itaque perverteret sententiam, qui *animus aurumque* scriberet; vid. praeterea Q. V. XII, 15. *Wr.*) Iac. Bryant, acutus iudex, haerebat in altero hemistichio: *nec non aurumque animusque Latino*; quod nunc repente de se Latinus, et quidem ex tertia persona, loquitur: aut itaque illud efficiendum censet tamquam aliunde illatum, aut legendum *auri argentique talenta*. De opibus tamen Turni minus bene ageretur: quarum hic nullus respectus esse potuit. Haesisse quoque in hoc loco Io. Schraderum video: qui et ipse expectabat, ut de Turno oratio continuaretur, quia *Sunt tibi* praecedit. Sed conf. Not. 24 *Laurentibus arvis* Medic., quod Heins. illustrat. (Potuit lectio *agris* ex XI, 431. *delectos Latio et*

17. aut ille vincat me, eoque ipsos Latinos in ditionem accipiat.

18. Decorum aetatis, τὸ ἦθος, in Latini sermone, hoc est, prudentia, moderatio et lenitas, in oculos incurrunt. (Videtur vs. 18. compositus ad similitudinem Enniani ap. Hessel. p. 17.: „Olli respondet rex Albaï Longaï." *Wr.*) 19. *quantum ipse* ornate: quo ferocior tu es, eo magis consentaneum est etc. Ex Attii Antigone expressa vult Macrob. VI, 2, pag. 545 *Quanto magis te istiusmodi esse intelligo, Tanto, Antigona, magis me par est tibi Consulere et parcere.* 22. *Sunt tibi — Sine me;* haec iungenda ad absolvendam sententiam. Callide senex Latinus ea praemittit, quae dolorem et iram lenire possint. Habes regnum paternum, cuius ditio nuper ca-

Digitized by Google

Nec genus indecores. Sine me haec haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis; simul hoc animo hauri.
Me natam nulli veterum sociare procorum
Fas erat, idque omnes divique hominesque canebant.
Victus amore tui, cognato sanguine victus,
Coniugis et maestae lacrimis, vincla omnia rupi:
Promissam eripui genero; arma inpia sumsi.
Ex illo qui me casus, quae, Turne, sequantur
Bella, vides; quantos primus patiare labores.
Bis magna victi pugna vix urbe tuemur
Spes Italas; recalent nostro Tiberina fluenta

Laurentibus agris huc transferri. Et *arvis* in *agris* corruptum videmus Ge. II, 341. Aen. VII, 537. X, 390. XI, 247. Sed nolim, tali quidem in re, unius, cui nunc accedit cod. 8. edit. Vinar. 1826., vel optimi libri auctoritate confisus textum corrigere. Atque *agris* cum *arvis* commutatum etiam Ge. III, 249. Aen. XII, 516. *Wr.*) 25 *haec* abest tribus Heins. et Ed. Ven. Burm. *haud haec* tres alii Burm. *me* deerat Franc. *fata* Franc. Ven. Erf. *fatis* alter Mentel. et a m. sec. Zulich. (*fatau* Medic., sed transfossa *a*. *Wr.*) 26 *hoc* reposuit Heins. e Medic. aliisque. Vulgo *haec*, quod modo praecesserat. *animo haec simul* Ed. pr. Burm. 27 *veterum nulli* e MS. Bersmanni refinxit Cuninghan. 28 *erit* Exc. Burmann. *homines divique* Goth. pr. (— 29. *cognati* cod. Gud. Arusiani p. 266. edit. Lindem. *Wr.*) 31 *generoque* vel *genero atque*, (sic Palat. *Wr.*) interposito fulcro, magna codd. et edd. pars: recte sustulit Pier., tum Heins. 32 *sequentur* Oudart. et Zulich. *sequuntur* Franc. *quae bella s., Turne, vides* Goth. pr. (*quae bella s.* etiam Serv. Dresd. *Wr.*) 33 *quantus pr. patiere* Parrhas. *patiere* etiam Medic. et Oudart. cum Rom. et plerisque aliis Pierianis, excepto Oblongo et Portio. (sed in Medic. superscripta est *a*; *patiare* Palat.; *patiere* etiam 7. 8. *Wr.*) 34 *turba vix* Goth. pr. (*pugnas* a m. pr. Medic. *Wr.*) 35 *nostro recalant* Goth. pr. (*Thybrina* Medic., inusitata antiquioribus poetis forma; qua ut uteretur, Claudianum Laud.

ptis aliquot oppidis aucta est; mihi aurum est (ut sup. XI, 213 *praedivitis urbe Latini*), et animus largiendi tibi quantum satis est (h. si aurum insuper cupis, habebis id a me. *animus*, propensa voluntas); sunt aliae puellae tuis nuptiis non indignae; verbo adsunt omnia, quae moderatis votis satis facere possint; sed meae filiae coniugio potiri non potes. 25. οὐκ ἀσχήμονες τὸ γένος, comparat Servius. Putant autem poetam in animo habuisse Iliad. ι, 399. 400. 27. *veterum procorum*: respectu advenae Aeneae dicti *veteres*, indigenae illi. De re vid. sup. VII, 54 sqq. 29. *cognato sanguine*, quia Venilla, mater Turni, soror erat Amatae. v. VII, 366. cf. ibi Excurs. VII extr. adde X, 76.

Digitized by Google

Sanguine adhuc, campique ingentes ossibus albent.
Quo referor toties? quae mentem insania mutat?
Si Turno exstincto socios sum adscire paratus:
Cur non incolumi potius certamina tollo?
Quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicet
Italia: ad mortem si te (Fors dicta refutet!)
Prodiderim, natam et connubia nostra petentem?

Serenae vs. 17. metri necessitas adegit. *Tyberina* Palat. et Lips. obl. Et quamquam, ut ad VII, 715. vidimus, *Thybris* fere poeta scripsit, admodum raro *Tiberis*, tamen *Tiberinus* praeter hunc locum ubique exstat in Mediceo ceterisque, ut videtur, melioribus codd. *Wr.*) 36 *ad hunc* Medic. *o. implent* Hugen. 37 *Quid* sec. Rottend. *referens* Sprot. *refero* Rom. (cum 8. *Wr.*) v. Pier. *refero mentem totiens, quae* Zulich. a m. pr., et sec. *referor. mutet* alter Hamb. *motat* Sprot. et aliquot Pier. *mittat* Goth. tert. *versat* Menag. pr. *cepit* Hugen. 38 *Turni exstinctu* Zulich. a m. pr. *Turno exterrito s. accire* Franc. *accire* vel *adcire*, vulgo editum. At ex melioribus suis et Pierianis Heinsius dedit *adscire*, h. e. adsciscere; etsi aliud exemplum vocis nec hic nec ad lib. XI, 308 attulit. Antiquam tamen vocem eius formae fuisse, docet τὸ *adscivi* et *adscitum*. Feram itaque etiam in Tacito Agric. c. 19, ubi vid. Ern. (Multum differunt haec verba: *adscire* est sibi adiungere; *accire*, s. *adcire* arcessere, μεταπέμψασθαι. Hinc menda aliquot adhuc in libris impressis residentia facile emendabis. De foedere ubi agitur, ut hic et supra, solum *adscire* habet locum. *accire* Palat. *Wr.*) 40 *dicent* Gud. a m. sec., quod Heinsio arridebat. *discet* Menag. pr. *dicit* Rom. 41 *Sors* tert. Rottend. *Sors d. resignet* Zulich. a m. pr. *Fors dura* Montalb. *recuset* Goth. tert., quod et ab Ursino praescriptum video notae, qua per formulam id illustrat: ὃ μὴ γένοιτο. 42 *Perdiderim* Bigot.

30. *vincla omnia rupi*, religionis et foederis. *Serv.*; quod sequens versus declarat. 31. *Promissam eripui genero*. Nam Aeneae per legatos promiserat filiam. Vid. sup. VII, 267 sqq. (— 33. *primus*, prae ceteris; vid. Q. V. XXVIII, 3, h. *Wr.*) 35. *Italas* ornat: simpl. spes nostras. *recalent* pro *calent*; aut *recalent*, iterum calent, magna quod bis victi pugna. *Serv.* (Verbum *recalent* non esse de iterata, sed tantum de priore pugna, quam crematio occisorum subsecuta, accipiendum, docet tum, quod levius est, *adhuc* et mentio Tiberis, tum, quod gravius, verba *campique ingentes ossibus*, puta combustorum, *albent*. Nempe *re-* in quibusdam verbis compositis significat rei alicuius in contrarium mutationem; itaque reddimus doctum, qui fuerat antea indoctus; replemus vacua; relevamus onustum; requiescimus labore fatigati; resipiscimus, qui insipientes fueramus; recalet flumen, quod antea gelidum fuerat. *Wr.*) 37. 38. 39. Cur toties consilium muto, foedere cum Troianis semel sancito? (nisi *referor* est retrahor, avocor, a consilio semel capto?) (Priorem explicationem veriorem esse, declarat altera pars

Digitized by Google

Respice res bello varias; miserere parentis
Longaevi, quem nunc maestum patria Ardea longe
Dividit. Haudquaquam dictis violentia Turni
Flectitur: exsuperat magis, aegrescitque medendo.
Ut primum fari potuit, sic institit ore:
Quam pro me curam geris, hanc precor, optume, pro me
Deponas, letumque sinas pro laude pacisci.
Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra

43 *belli* Menag. pr. 44 *moestum quem nunc* Goth. pr. 45 *Haud quicquam* aliquot Heins. et vett. edd. *Haud quamquam* Gud. a m. pr. 46 *ardescitque tuendo* Medic., quod repetitum ex lib. I, 713 videtur; (cf. V. L. ad XI, 93. *Wr.*) etsi defendat illud Iul. Sabinus, ut sit: intuendo Latinum, (appictum tamen *aegrescit* in margine Medicei. *Wr.*) *ardescitque* etiam Goth. sec., et *tuendo* etiam Colot. *videndo* Ed. pr. Burm., sed *medendo* passive ponere potuit, cum adeo *medendas valetudini* Suetonius dixerit, ut appareat, etiam *mederi* aliquando passivam vim habuisse. Recte Serv. *medendo*, dum ei medetur et medicina affertur. (vid. Ruddim. Institut. Gr. Lat. Vol. I, 307. sq. II, p. 254. sq. ed. Lips. Zumpt. ad Cic. Verrin. Act. I, 18, 54. Sed ne hoc quidem passive dictum accipias necesse est; medendo, i. e. eo, quod ille medicinam ei affert. Ecl. VIII, 71.: „cantando rumpitur anguis;" i. e. cantu, s. eo, quod quis incantat. Georg. II, 250.: „lentescit habendo;" i. e. dum habes, manu tractas. ib. III, 215.: „uritque videndo femina;" i. e. eo, quod taurus eam videt. ibid. 454.: „alitur vitium vivitque tegendo;" i. e. eo, quod pastor non rescindit, sed tectum sinit. vid. quae Vir Doct. — Ellendtius — disputat in Diariis liter. Halens. a. 1832. plag. 136. p. 447. sq. *Wr.*) 47 *sic incipit ore* vulgg. ante Commelin. cum Medic. Ven. Scheffer.; adde Goth. pr., sed ceteri *institit*, quod omnes Pieriani exhibebant: idque doctius. (*incipit* etiam 9., ex interpretatione, ut videtur; IV, 533.: „Sic adeo insistit." *Wr.*) 48 *causam geris* Parrhas. (*promte Deponas* scriptum malit Bothius; quod nemo facile probet. Recte Servius: „Bis quidem ait *pro me*, sed diversa affectione; namque haec dicit: Quam pro salute mea sollicitudinem geris, hanc pro mea fama et gloria quaeso derelinquas; vir fortis enim gloriosam mortem praeponit saluti." *Wr.*) 50 *dextram* Goth. tert.

versus. *Wr.*) Si, quod vides mihi faciendum esse extincto te, ad societatem cum Troianis antea initam redeundum est, cur idem non facio te vivo et incolumi? pro vulgari: quam insanum est, non statim te vivo facere, quod te sublato necesse erit mihi facere! 44. *longe Dividit;* ne dubita sic iungere; etsi Ardea non adeo longe aberat a Laurento. Non in geographo sed in poeta versamur: cui animus abducendus erat ab angustis finibus regni, in quo haec agebantur. Itaque amplificat omnia. Sic sup. XI, 317 ager *Longus in occasum.*

46. *Exsuperat*, felix delectu vocabulum pro vulgari crescit,

Digitized by Google

Spargimus, et nostro sequitur de vulnere sanguis.
Longe illi dea mater erit, quae nube fugacem
Feminea tegat, et vanis sese occulat umbris.

53. TEGAT;

52 *quem in urbe* Ed. pr. Burm. 53 In his: *quae nube fugacem Feminea tegat, et vanis sese occulat umbris*, incommode utique *sese* ad Venerem trahit sententiam: cum de Aenea id melius dicatur. Offendisse ad hoc olim viros doctos ex Cerda disco: cum adeo essent, qui pro *eum* positum putarent. Potest reponi: Si Venus se occuluit, eadem nube occultavit simul suum filium; licuit autem poetae ponere id, quod remotius esset. Sed ad interpunctionem attendere debebant interpretes: qua mutata omnia ordine suo procedunt: *Longe illi dea mater erit, quae nube fugacem Feminea tegat; et vanis sese occulat umbris* sc. ille. Nec autumes sic scribendum fuisse *occulet*, quod proprie sequi debebat. Nam alterum non modo recte sed etiam elegantius dicitur, variato post prius tempore: ut solet inprimis Maro noster. Pro *Feminea* Io. Schrader. coni. *Caerulea*; et mox *ut vanis*, hoc non male. (Nec interpunctionis mutatione opus erat, nec *occulat* dictum pro *occulet*, nec *sese* pro *eum*, nec *et* in *ut* convertendum. Nempe referuntur haec ad ipsius Aeneae animum et cogitationem; et verba *longe illi dea mater erit, quae* cet. ita accipienda: longe illi, puta auxilium imploranti, mater erit, s. frustra invocabit matrem, ut se, quum in fugam coniectus erit, tegat et occulat. Iam quum matrem, quae eum nube tegat, longe ei fore dicit, omnino negat Aenean ita tectum subductumque iri; quod ipsum adversatur Heynianae interpretationi; qui enim fieri ita potest, ut tamen sese umbris occulat? Ceterum observanda est acerbitas in eo posita, quod Turnus ridet originem Aeneae ut fictam; inde explicandae etiam vanae umbrae. *Wr.*)

praevalet; ut sup. II, 759 *flammae exsuperant;* est ex ὑπερίσχειν. (— 48. vid. V. L. *Wr.*)

49. *letum pro laude pacisci*, ἀντὶ κλέους mortem recipere, non recusare; h. leto redimere laudem, gloriam. *Letum* autem, cuius saltem discrimen subibat pugna suscepta, conf. inf. 74. Supra V, 230 eodem sensu *vitam pro laude pacisci* erat dictum. Scilicet pactione et damus aliquid et accipimus; utrumque *pacisci* designare potest: adeoque et vitam pacisci quis et mortem potest, illam reddendam, hanc ferendam. (Germanice dixeris: *das Leben für den Ruhm einsetzen. Wr.*) 51. *nostro vulnere*, quod ego infero. Color in his vss. idem, qui Iliad. ν, 435—437, at Iliad. δ, 510 non satis convenit. 52. *Longe illi erit:* formula minarum frequens inprimis poetis, v. Cerda, et ad Tibull. I, 5, 2, etiam Graecis exemplis illustranda. In vss. 52. 53. Homericam narrationem Iliad. ε, 311 sqq. respici, per se patet. 53. Vid. V. L. Distinximus post *tegat;* quo facto loci difficultas sublata est: *Longe illi dea mater erit, — et vanis* (h. e. in vanum) *sese occulat* (pro occulet) *umbris,* quibus ille antea nube a matre (unde materna et nunc *feminea* nubes) tectus, occultatus fuerat. (Immo obscuratam esse, non explanatam,

Digitized by Google

Respice res bello varias; miserere parentis
Longaevi, quem nunc maestum patria Ardea longe
Dividit. Haudquaquam dictis violentia Turni
Flectitur: exsuperat magis, aegrescitque medendo.
Ut primum fari potuit, sic institit ore:
Quam pro me curam geris, hanc precor, optume, pro me
Deponas, letumque sinas pro laude pacisci.
Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra

43 *belli* Menag. pr. 44 *moestum quem nunc* Goth. pr. 45 *Haud quicquam* aliquot Heins. et vett. edd. *Haud quamquam* Gud. a m. pr. 46 *ardescitque tuendo* Medic., quod repetitum ex lib. I, 713 videtur; (cf. V. L. ad XI, 93. *Wr.*) etsi defendat illud Iul. Sabinus, ut sit: intuendo Latinum, (appictum tamen *aegrescit* in margine Medicei. *Wr.*) *ardescitque* etiam Goth. sec., et *tuendo* etiam Colot. *videndo* Ed. pr. Burm., sed *medendo* passive ponere potuit, cum adeo *medendae valetudini* Suetonius dixerit, ut appareat, etiam *mederi* aliquando passivam vim habuisse. Recte Serv. *medendo*, dum ei medetur et medicina affertur. (vid. Ruddim. Institut. Gr. Lat. Vol. I, 307. sq. II, p. 254. sq. ed. Lips. Zumpt. ad Cic. Verrin. Act. I, 18, 54. Sed ne hoc quidem passive dictum accipias necesse est; medendo, i. e. eo, quod ille medicinam ei affert. Ecl. VIII, 71.: „cantando rumpitur anguis;" i. e. cantu, s. eo, quod quis incantat. Georg. II, 250.: „lentescit habendo;" i. e. dum habes, manu tractas. ib. III, 215.: „uritque videndo femina;" i. e. eo, quod taurus eam videt. ibid. 454.: „alitur vitium vivitque tegendo;" i. e. eo, quod pastor non rescindit, sed tectum sinit. vid. quae Vir Doct. — Ellendtius — disputat in Diariis liter. Halens. a. 1832. plag. 136. p. 447. sq. *Wr.*) 47 *sic incipit ore* vulgg. ante Commelin. cum Medic. Ven. Scheffer.; adde Goth. pr., sed ceteri *institit*, quod omnes Pierisni exhibebant: idque doctius. (*incipit* etiam 9., ex interpretatione, ut videtur; IV, 533.: „Sic adeo insistit." *Wr.*) 48 *causam geris* Parrhas. (*promte Deponas* scriptum malit Bothius; quod nemo facile probet. Recte Servius: „Bis quidem ait *pro me*, sed diversa affectione; namque haec dicit: Quam pro salute mea sollicitudinem geris, hanc pro mea fama et gloria quaeso derelinquas; vir fortis enim gloriosam mortem praeponit saluti." *Wr.*) 50 *dextram* Goth. tert.

versus. *Wr.*) Si, quod vides mihi faciendum esse extincto te, ad societatem cum Troianis antea initam redeundum est, cur idem non facio te vivo et incolumi? pro vulgari: quam insanum est, non statim te vivo facere, quod te sublato necesse erit mihi facere! 44. *longe Dividit;* ne dubita sic iungere; etsi Ardea non adeo longe aberat a Laurento. Non in geographo sed in poeta versamur: cui animus abducendus erat ab angustis finibus regni, in quo haec agebantur. Itaque amplificat omnia. Sic sup. XI, 317 ager *Longus in occasum.*

46. *Exsuperat*, felix delectu vocabulum pro vulgari crescit,

Digitized by Google

Spargimus, et nostro sequitur de vulnere sanguis.
Longe illi dea mater erit, quae nube fugacem
Feminea tegat, et vanis sese occulat umbris.

53. TEGAT;

52 *quem in urbe* Ed. pr. Burm. 53 In his: *quae nube fugacem Feminea tegat, et vanis sese occulat umbris*, incommode utique *sese* ad Venerem trahit sententiam: cum de Aenea id melius dicatur. Offendisse ad hoc olim viros doctos ex Cerda disco: cum adeo essent, qui pro *eum* positum putarent. Potest reponi: Si Venus se occuluit, eadem nube occultavit simul suum filium; licuit autem poetae ponere id, quod remotius esset. Sed ad interpunctionem attendere debebant interpretes: qua mutata omnia ordine suo procedunt: *Longe illi dea mater erit, quae nube fugacem Feminea tegat; et vanis sese occulat umbris* sc. ille. Nec autumes sic scribendum fuisse *occulet*, quod proprie sequi debebat. Nam alterum non modo recte sed etiam elegantius dicitur, variato post prius tempore: ut solet inprimis Maro noster. Pro *Feminea* Io. Schrader. coni. *Caerulea*; et mox *ut vanis*, hoc non male. (Nec interpunctionis mutatione opus erat, nec *occulat* dictum pro *occulet*, nec *sese* pro *eum*, nec *et* in *ut* convertendum. Nempe referuntur haec ad ipsius Aeneae animum et cogitationem; et verba *longe illi dea mater erit, quae* cet. ita accipienda: longe illi, puta auxilium imploranti, mater erit, s. frustra invocabit matrem, ut se, quum in fugam coniectus erit, tegat et occulat. Iam quum matrem, quae eum nube tegat, longe ei fore dicit, omnino negat Aenean ita tectum subductumque iri; quod ipsum adversatur Heynianae interpretationi; qui enim fieri ita potest, ut tamen sese umbris occulat? Ceterum observanda est acerbitas in eo posita, quod Turnus ridet originem Aeneae ut fictam; inde explicandae etiam vanae umbrae. *Wr.*)

praevalet; ut sup. II, 759 *flammae exsuperant;* est ex ὑπερ-σχεῖν. (— 48. vid. V. L. *Wr.*)

49. *letum pro laude pacisci*, ἀντὶ κλέους mortem recipere, non recusare; h. leto redimere laudem, gloriam. *Letum* autem, cuius saltem discrimen subibat pugna suscepta. conf. inf. 74. Supra V, 230 eodem sensu *vitam pro laude pacisci* erat dictum. Scilicet pactione et damus aliquid et accipimus; utrumque *pacisci* designare potest: adeoque et vitam pacisci quis et mortem potest, illam reddendam, hanc ferendam. (Germanice dixeris: *das Leben für den Ruhm einsetzen. Wr.*) 51. *nostro vulnere*, quod ego infero. Color in his vss. idem, qui Iliad. ν, 435—437, at Iliad. δ, 510 non satis convenit. 52. *Longe illi erit:* formula minarum frequens inprimis poetis, v. Cerda, et ad Tibull. I, 5, 2, etiam Graecis exemplis illustranda. In vss. 52. 53. Homericam narrationem Iliad. ε, 311 sqq. respici, per se patet. 53. Vid. V. L. Distinximus post *tegat;* quo facto loci difficultas sublata est: *Longe illi dea mater erit, — et vanis* (h. e. in vanum) *sese occulat* (pro occulet) *umbris*, quibus ille antea nube a matre (unde materna et nunc *feminea* nubes) tectus, occultatus fuerat. (Immo obscuratam esse, non explanatam,

Digitized by Google

At regina, nova pugnae conterrita sorte,
Flebat, et ardentem generum moritura tenebat: 55
Turne, per has ego te lacrimas, per si quis Amatae
Tangit honos animum (spes tu nunc una, senectae
Tu requies miserae; decus imperiumque Latini
Te penes; in te omnis domus inclinata recumbit):
Unum oro: desiste manum committere Teucris. 60
Qui te cumque manent isto certamine casus,
Et me, Turne, manent: simul haec invisa relinquam
Lumina, nec generum Aenean captiva videbo.

54 *novae* duo Moret., non male, nisi alterum elegantius esset. Utrumque periphrasin facit vulgaris orationis: *nova pugna* conterrita. *perterrita* tert. Rottend. a m. sec. *contraria* Goth. tert. 55 *m. monebat* Montalb. 57 *spes te* alter Hamb. 58 *spes imp.* Erf. (*requiem* Medic. a m. pr., idem *misere*, sed *a* superscripta. *Wr.*) 61 *casuus* Rom., ut solent veteres. v. Pier.

hac distinctione et interpretatione sententiam, docebunt, quae in V. L. disputavimus. *Wr.*)

54. *nova pugnae sorte.* Minus bene pro magna. Serv. et alii. Immo: nova pugnae conditione, novo genere: singulari sc. certamine. 55. *morituraq,* tamquam quae mori decrevisset, nisi ille flecteretur. cf. XI, 741 et saepe. 57. *honos; αἰδώς*; passive, qui habetur, reverentia. sup. VII, 401. 402 *gratia.* Comparant Intpp. modo Hecubae Il. χ, 82 modo Andromachae exemplum Iliad. ζ, sed sunt haec paullo remotiora. 58. *imperii* notionem ornat et auget τὸ *decus*, dignitas, auctoritas. *in te omnis domus inclinata recumbit;* ornate: nititur, tu columen es, tamquam futurus gener, ἐν οἰκίᾳ ἐρήμῃ. 60. *Teucris* pro Teucro, Aenea, positum esse unusquisque videat. Sed quorsum factum? ut a vulgari oratione eo magis recederet. (Aliter se res habet: quum quis non suo proprio nomine appellatur, sed communi aliquo, usitatus est et Graecis et Latinis scriptoribus pluralis; vid. Not. ad Aen. I, 4. et X, 79. *Wr.*) Ita mox 62 *haec lumina* pro, hoc lumen, vitam. (*haec lumina*, i. e. quod supra III, 600. dixerat „hoc coeli spirabile lumen;" quod quia late fusum est, propterea poetae plurali solent uti. Iam qui vivunt, versantur in lumine; hinc VI, 829.: „si lumina vitae Attigerint." VII, 771.: „ab umbris — infernis ad lumina surgere vitae." Contra qui mori cupiunt, oderunt, abrumpunt, relinquunt lumen s. lucem; VI, 435.: „lucem perosi." IV, 631.: „invisam abrumpere lucem." ibid. 451 sqq.: „Mortem orat; taedet coeli convexa tueri.

Digitized by Google

Adcepit vocem lacrimis Lavinia matris
Flagrantis perfusa genas: cui plurimus ignem
Subiecit rubor, et calefacta per ora cucurrit.
Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur, aut mixta rubent ubi lilia multa

64 *Excepit* maluit Heins., sed saepe alterum huic succedere vidimus. (*Accepit* est id, quod hic requiritur: audivit; sed apparet Heinsium iunxisse *Accepit lacrimis*. *Wr.*) Post *matris* in fine versus vulgo interpungi, a Cerda autem hoc etiam defendi video, ut sit: Accepit vocem matris una cum lacrimis. Quod et durum et ieiunum est. Imo vero *Lavinia* audivit matris querelas *perfusa genas lacrimis*. (Interpungitur in fine versus etiam in Medic. *Wr.*) 66 *per ossa* alter Voss. Scheffer. Bigot. Dorvill. a m. pr. Ed. Ven. Burm., accedit Goth. sec. et tert., ut subiectum nunc *ignis* sit: Nam *rubor* per ossa non bene *cucurrit*. Nisi illud durius fieret, me ita malle legi, ne iterum de genis idem repetat, haud diffiteor: Hoc enim sollenne; sic sup. VIII, 389 *notusque medullas Intravit calor et labefacta per ossa cucurrit*. IX, 475 *subitus miserae calor ossa reliquit*. it. III, 308 *calor ossa reliquit*. Utinam *rubor* et h. l. cederet voci *calor!* ita omnia bene sibi constarent: *cui plurimus ignem subiecit calor, et calefacta per ossa cucurrit*; nisi quod *calor* et *calefacta* sic proxime se excipiunt; et forte hoc animadverso Maro *rubor* pro calore maluit. (— 67. *violaverat* Serv. Dresd. *Wr.*) 68 *ebur vel* vulgg. ante Heins., qui cum Pierio codd. lectionem restituit. (*vel* Palat. et 7. 10. *Wr.*)

Quo magis inceptum peragat lucemque relinquat," *cet.* vid. etiam Ennium in V. L. ad IV, 452. laud. *Wr.*) 63. *captiva* ad invidiam adiectum: satis erat victa, cuius propositum exitu caruit; vel obnoxia, quae, marito mortuo, sub generi manu futura est.

64 — 69. Praeclare τὸ ἦθος in virgine servatum. Erubescit illa; animi sensa non eloquitur. Quandoquidem autem sive ex antiqui aevi more, sive ex carminis oeconomia, Laviniae nullae praecipuae partes esse in rerum actu poterant: multo magis in rubore puellae acquiescere debuit poeta. Sic supra quoque lib. XI, 479. 480. Erubuisse autem putanda est, cum praesente Turno nuptiarum esset facta mentio, quas mater cum ipso, non cum Aenea, factas esse vellet. Nam de amore Laviniae, in utrum illa animo inclinaret, nihil usquam, si bene memini, poeta meminit. 65. 66. Non est hypallage, quod volunt, inepta figura; sed utrumque dici et animo repraesentari potest; ut et ignis h. calor sanguinis ruborem faciat, et rubor, sanguine moto, calorem. (Statius ad hunc locum respiciens Silv. I, 2, 244 sq.: „Non talis niveos strinxit Lavinia vultus, Quum Turno spectante rubet." Lege *tinxit*, ex quo, adscita proxima *s*, factum est *stinxit*, inde *strinxit*. *Wr.*)

67. 68. Esse ductum ab Homero Iliad. δ, 141 omnes norunt; sed ibi de vulnere Menelai; et locus ille est haud paullo ornatior.

Digitized by Google

Alba rosa: talis virgo dabat ore colores.
Illum turbat amor, figitque in virgine vultus.
Ardet in arma magis, paucisque adfatur Amatam:
Ne, quaeso, ne me lacrimis, neve omine tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem,
O mater; neque enim Turno mora libera mortis.
Nuntius haec Idmon Phrygio mea dicta tyranno

70. VULTUS;

70 *tardat* Bigot. *fugitque* Medic. (sed priore hasta literae *u* abrasa. *Wr.*) *vultum* Sprot. *in vulnere vulnus* idem a m. pr. Maluit autem haec Maro sine copula, etsi duriora; quam *figensque in v. v.* vel *fixoque in v. vultu Ardet.* (Abrupta oratio animum Turni ex amoris perturbatione sese colligentem videtur indicare; quare consultius duxi, punctum in fine huius versus ponere. *Wr.*) 72 *Nec* Ven. cum Goth. pr. *Te q.* Zulich. et Ed. pr. Burm. *ne me omine* Parrhas., non male, cum Goth. sec. et tert. *om. duro* Sprot. 73 *diri* pr. Hamburg. *certamine* Goth. tert. *diro certamine* Oudart. v. ad X, 146. 74 *Turno est* pr. Hamb., et a m. sec. *libera Martis*, ut et sec. Hamb. Mirum autem, veteres in hoc loco adeo haerere potuisse; ut, quemadmodum Serv. docet, unus esse ex XII insolubilibus fuerit habitus. 75 *Agmon* Ven.

violaverit docte pro tinxerit: quia adscititius color omnino nativum φθείρειν, *corrumpere*, dicitur; et Homerus μιαίνειν ἐλέφαντα φοίνικι dixerat. (Reprehendit A. G. Schlegel in Biblioth. Indic. T. I. p. 144. epitheton *Indum* in comparatione ab Homero sumta. Sed communi poetarum, qui tum fuerunt, Romanorum consuetudine defendi, docuit Ge. Iacob *Disquisit. Virgil.* Part. I. p. 10 sq. cf. etiam Q. V. XXXX, 1. *Wr.*) 68. *rubent* int. de repercusso rubore vicino. Supplendum autem: *Indum sanguineo veluti — Alba rosa:* qualis tum color esse solet, *tales virgo dabat ore colores:* talis color erat in virginis ore.

70. Ut ipse rubor decebat puellam, Turnus Laviniae amore magis incenditur: nec tamen alloquitur eam, sed oculis in eam coniectis matri respondet. Aliter heroum vita, aliter nostri mores ferunt. *turbat amor.* Cerda bene laudat illud Livii III, 47 de Appio: *Tanta vis amentiae verius quam amoris mentem turbaverat.* 72. *omine tanto;* ipsis lacrimis ominosis (conf. ad Tibull. I, 3, 18) in exitu ad pugnam. Prorsus ad Homeri ductum Iliad. ω, 218. 219. cf. Il. ξ, 486 sqq. Ex posteriore loco et ex altero Apollonii inde ducto lib. I, 295 seqq. illustratur sententia verborum: *neque enim Turno mora libera mortis*, si mors fatalis instat, non liberum mihi est ei moras iniicere. Nisi illa exempla essent, simplicissimum erat, mortem de summo discrimine, ad quod pugna adducebat, accipere: non iam licet detrectare pugnam, vel morte certa ante oculos posita. Verior

Digitized by Google

Haud placitura refer: Cum primum crastina coelo
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit:
Non Teucros agat in Rutulos: Teucrum arma quiescant,
Et Rutuli: nostro dirimamus sanguine bellum;

77. RUBESCIT 78. RUTULOS. 79. RUTULUM. N.

76 *refert* aliquot ap. Burmann. *Primum cum* malebat Cuningham. 77 *rubescet* Parrhas. *rubebit* fragm. Helmstad. et Erf. (Obsedit recentiores editiones mendum Heynianae *rubescit*, quod miror unde natum fuerit. *rubebit* Medic. Lips. utq. et omnes, quos inspexerunt Dorphius et is, qui curavit edit. Vinar. 1826., praeterea, quae Heyniana antiquiores ad manum erant, editiones omnes; neque ulla ab Heinsio facta lectionis *rubescit* mentio. Similiter peccatum vidimus Aen. I, 153. VII, 715. — *convecta rot.* Serv. Dresd. *Wr.*) 78 (*agitat* a m. pr. Medic. *Wr.*) *Teucra arma* Leid. a m. sec. *quiescent* sec. Hamb. *quiescunt* sec. Menag. (Male interpungitur hoc et prox. vs., non satis perspecta horum enuntiatorum ratione. Respondent sibi haec *Non Teucros agat in Rutulos* et *nostro dirimamus sanguine bellum*; quod ut intelligatur, interpunctione interim ad Heynianam talia distinguendi consuetudinem accommodata, cola posui post *Rutulos* et *Rutuli*; quae media interposita sunt, *Teucrum — Rutuli*, illustrandae sententiae serviunt. Sic demum apparet, quare *Non*, quod proprium habet locum in distinguendis oppositis et contrariis, tum in enumerando, non *Ne* scripserit poeta. Male *non* pro *ne* accipitur apud Horat. Serm. II, 5, 91.: „Ultro Non etiam sileas;" quum haec praecedant: „Difficilem et morosum offendes garrulus." male item ap. Tibull. II, 1, 9. iisque locis, quos Heindorf. laudat ad Horat. l. l. Nam Epist. ad Pis. vs. 459. sq.: „licet, Succurrite, — Clamet, io cives! non sit, qui tollere curet;" i. e. non succurrat quisquam. Ovid. A. A. III, 129.: „Vos quoque non caris aures onerate capillis;" spectat hoc ad vs. 121. sqq.: „haec aetas moribus apta meis; Non quia nunc terrae lentum subducitur aurum, — Sed quia cultus adest, nec nostros mansit in annos Rusticitas." Et paulo post vs. 133.: „Munditiis capimur; non sint sine lege capilli." Epist. ex Pont. I, 2, 105.: „Non petito, ut bene sit, sed uti male tutius." Horat. Epist. I, 18, 72.: „Non ancilla tuum iecur ulceret ulla, puerve;" est hoc *Non* in enumeratione positum: non a percontatore fallendum, non ab ancilla aut a puero te esse capiendum, admonet poeta. *Wr.*) 79 *Et Rutulum.* Sic edd. et inde ab Aldo vulgatae, et antiquiores: inter codd. Heinsianos unus Menag. optimus, quem ille sequi se profitetur. At alii codd. eiusdem et Pierii omnes (cum Goth. sec. et eodem fragm.) adeoque Rom. et Medic. in eandem lectionem consentientes, *Rutuli*: quod praefero, ut oratio varietur: quod et Pierius vidit non invenuste fieri. Recepit nunc Brunck. (recepi et ipse et ante me Iahnius. *Rutulum* Palat. cum 7. 9. 10. 11.; vid. V. L. ad XI, 835. *Wr.*) *dirimamus* recepit primus Heins. codicum suo-

igitur altera apud Servium ratio: *neque enim in potestate mea est, moram inferre venientibus fatis.* Sic quoque Iul. Sab. (*euntem* vs. 73. i. e. ire volentem; vid. Q. V. XXVIII, 2, a. *Wr.*) 76. *Haud placitura* tamquam ignavo Aeneae, qui retractare vellet dicta, ut sup. vss. 11. 12. 78. Comparant Iliad. γ, 68 sqq. (Ceterum

Digitized by Google

Illo quaeratur coniunx Lavinia campo. 80
Haec ubi dicta dedit: rapidusque in tecta recessit;
Poscit equos, gaudetque tuens ante ora frementis,
Pilumno quos ipsa decus dedit Orithyia;

81. DEDIT, RECESSIT:

rum et Pierianorum auctoritate. Sic quoque iam vett. edd., usque ad Ald. Inde vulgg. *dirimatur*. (ita Palat. *Wr.*) 81 *trepidusque* Menag. pr. Sed *que* inutile est onus ac fulcrum versus. Tollendum arbitror. Sublatum quoque voluit Cuninghamus, et sustulit Brunck. (Bene senserunt superiores critici, rectius ab his *rapidus in t. recessit* initium apodosin capere. Sed *que* retinendum esse vidimus Q. V. XII, 15.; atque hanc particulam servire indicandae celeritati docuimus Q. V. XXXV, 6. vid. etiam V. L. ad XI, 908. Itaque pro commate post *dedit* colon posui, ut altera pars versus pro apodosi sit, in fine versus autem semicolon. *Wr.*) 82 *Pascit* Hamburg. a m. sec. *gaudensque* idem a m. pr. 83 *Orycyia* Mentel. pr. est Ὠρειθυια.

vid. V. L. *Wr.*) 80. Praeclare haec. Hinc Lucan. VII, 348 *medio posuit deus omnia campo.*

81 seqq. An Maro, si retractare licuisset carmen, probaturus fuisset narrationem, quae sequitur, dubito. Locus est per se elegantissimus, ad exempla veterum heroum armantium se attemperatus, inprimis ad locum de Achille armis Vulcaniis induto Iliad. τ, 367. Sed vix placere potest, quod Turnum et Aeneam haec omnia facere narrat *die, seu vespere, qui pugnam antecedit.* Induit arma, ut exploret, an humeris apte inhaereant, experitur hastam etc., ut iterum exuat et se quieti det. Nam sequitur v. 113 *Postera vix summos* etc. Non tamen quenquam haec offendisse video. Non male dicas, declarari a poeta summum ardorem Turni et pugnae studium. Recte utique; modo ne animum quis ad temporis notationem retulerit.

83. Poetico more equorum genus ornat. Sunt hi Turni equi ex Thracia, Boreae sede, cuius uxor Orithyia ex Attica: conf. Apollon. I, 211 sqq. A Boreae autem cura equorum laudes repetunt poetae; etiam Homerus. Nam Erichthonio, Dardani f., erant equae a Borea, adeo in equum mutato, prognatae: Iliad. υ, 223 seqq., quemadmodum Achillis equos ex Podarce Harpyia susceperat Zephyrus Iliad. π, 150 sq. Quae omnia celeritatem cursus adumbrare quis non videt? Non male autem Critici veteres apud Servium „culparunt hoc „loco Virgilium, dicentes incon„gruum esse figmentum. Nam„que Orithyia cum Atheniensis „fuerit, filia Terrigenae (Ere„chthei), et a Borea in Thraciam „rapta sit, quemadmodum potuit „Pilumno, qui erat in Italia, „equos dare?“ Scilicet exemplum hoc est usus mythorum poetici apud seriores poetas tam diversi ab usu antiquo. Maroni est merum ornamentum ac figmentum poeticum; nec de probabi-

Digitized by Google

Qui candore nives anteirent, cursibus auras.
Circumstant properi aurigae, manibusque lacessunt
Pectora plausa cavis, et colla comantia pectunt.
Ipse dehinc auro squalentem alboque orichalco

84 *Quo c.* alter Hamburg. (*nives· anteirent c. a.* interpungitur in Medic. *Wr.*) *c. amnes* Schol. Cruqu. Horat. I Sat. 7, 8. Quod simile esset illi: *cursu praevertitur Hebrum.* 85 *Et circum pr.* sec. Moret. *propere* Rom., et alii aliquot ap. Pier., ut inf. v. 573, et alibi variat lectio haec. *pueri aurigae* Obl. et Vatic. Pierii. 86 *pulsa* edd. vett. pleraeque cum Ald. pr. et sec., sicque Gud. et Menag. pr. Bigot. cum binis Goth. Melius ceteri cum Ald. tert. et seqq. *plausa.* Alter Hamb. et Ed. pr. Burm. *clausa. comantia* vel *minantia* in marg. Goth. tert. 87 *squalente* Goth. sec. *aurichalco* tert., noto errore, cum *ὀρειχάλκος* sit. cf. Not. et quos h. l. laudat Burmann., inprimis Spanhem. ad Callim. L. P. 19.

litate historica ille laborat: antiquis vero erat phantasma in sermone hominis *ἐνθουσιῶντος*, ut ventis natum diceret equum cursu rapido mirabilem. Progeniem modo memorati armenti Erichthonii huc vocat Iul. Sabinus: non magis commode. Probabiliore invento Penthesileae equos ab Orithyia donatos narravit Q. Calaber a Cerda iam laudatus lib. I, 165 sq. *decus* h. l. *γέρας*, munus honoris caussa datum; ap. Hom. *ἄγαλμα.* (*ipsa Orithyia,* vid. Q. V. XVIII, 3, c. *Wr.*) 84. *Qui c.* ornavit Homericum Il. *κ*, 437. cf. Il. *π*, 149. *τ*, 415. 85. *lacessunt plausa* ornate pro plaudunt. cf. Ge. III, 186. De voc. *lacessere* de quovis motu, alias res, vel alios, quo afficimus, v. ad X, 10. 87. *squalentem auro,* splendentem. v. sup. ad X, 314. *albo orichalco.* Cum de metallis omnino multa, fide parum explorata, crediderit vetustas: etiam pretiosum aliquod et auro proximum metallum narrant poetae *ὀρείχαλκον,* v. c. Hymn. Homer. V, 9, male a nonnullis redditum aurichalcum. cf. h. l. Serv. Aeris genus aliquod pallidius fuisse ex hoc Virgiliano loco colligitur. v. Bochart Hieroz. P. II. VI. 16. Hoc melius quam quod Servius affert, album dici auri comparatione; nam per se album non esse; nisi *album* simpl. ad splendorem spectat, uti Hesiod. Sc. H. 122 *ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ* dixit, quod iam Cerda aliique maluere. Adde Apollon. IV, 973, ubi cf. Schol. Winkelmann. *Monum. ined.* Tom. II, pag. 172 alia affert parum subtiliter dicta; in hoc tamen audiendus, quod albo eiusmodi metallo vasa in Museo Herculanensi extare narrat. Locus Plinii XXXIV, 2 accuratiore tractatione indiget; manifestum tamen ex illo fit, veteres nativum aliquod aes candidum notum habuisse, simile vulgari huic (*Messing*), ad quod nomen nunc vulgo est traductum. v. Beckmann. ad Aristot. Mir. Aud. p. 132. Etiam in *Mém. de l'Acad. de Bruxelles* T. III,

Digitized by Google

Circumdat loricam humeris; simul aptat habendo
Ensemque clipeumque et rubrae cornua cristae;
Ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti
Fecerat, et Stygia candentem tinxerat unda.
Exin, quae mediis ingenti adnixa columnae

88 *habenas* Zulich. 89 *Ensemque et clypeum et* vel *et clypeumque et* Ed. Iunt. et Ed. pr. Burm. et Zulich. (*clipeumque, que* primum abfuerat a Medic. *Wr.*) Deerat versus Parrhasiano. *cortina cristae* Goth. sec. 91 *intinxerat* Montalb. *finxerat* Ven. a m. pr. 92 *Exhinc* duo Moret. et Ed. pr. Burmann. (*Exim* Medic.; vid. V. L. ad VII, 341. Recte, puto; servavit *illim* apud Cic. Ep. ad Att. VII, 13, 7. et *istim* ibid. I, 14, 9. Orellius. *Wr.*) *in mediis* ante Heins., adversis libris. (*in med.* Palat. *Wr.*) *obnixa* pr. Moret. *columna* multi Heins. (Arusianus p. 215. ed. Lindem.: „Adnixus hac re. Virg. XII.: *Ingenti adnixa columna.*“ Et dubitabam, an reciperem. *Wr.*)

p. 372 de eo agitur. 88. *aptat habendo*, ad habendum, ut Serv., h. e. ut habere eum commode manu et tractare possit; explorat, an habilis sit ensis; quomodo alias efferre hoc solebat Maro. 89. capiti aptat galeam. *cornua cristae* nove dixisse videtur. Servius comas interpretatur, cornua enim proprie esse cincinnos: putes eum verba Diomedis Iliad. λ, 385 in Paridem κέρα ἀγλαὲ in animo habuisse. Sed a poeta designari videtur galea duplici vel triplici crista ornata, τρυφάλεια, quae explicita et discriminata in ternas diversas partes vergit ac nutat: Tales λόφοι, cristae, ex conis s. φάλοις suis prodeuntes, et in obliquum vergentes ac prominentes, seque inflectentes, potuere per *cornua* designari. 91. *tinxerat*, ad temperandum, seu indurandum ferrum. Sic sup. VIII, 450 *alii stridentia tinguunt Aera lacu*: et Georg. IV, 172 *Alii stringentia tinguunt Aera lacu. Stygia* autem *unda* tinxisse ferrum Vulcanum ait; nescio, an satis commode; quandoquidem diis superis Stygis adeundi nulla est data facultas; et magis sobrie Sophocl. Ai. 1056 de ferro, quo is occubuit: Ἆρ' οὐκ Ἐριννὺς τοῦτ' ἐχάλκευσε ξίφος; argute tamen et ingeniose; quandoquidem Styx non modo amnis ille est ipsis diis sacer et horrendus: et, cum aqua ad temperandum ferrum candens memoranda esset, nulla opportunior videri debebat; verum etiam, quoniam Styx et ipse ἄφθιτος amnis erat et incorrupta atque ab omni vi secura reddebat ea, quae in eo mergebantur. Nota est fabula de Achille Styge merso. Quemadmodum igitur alia aliam aquam meliorem esse ad ferrum temperandum (φαρμάσσειν, τὸ γὰρ αὖτε σιδήρου γε (non τε) κράτος ἐστί Odyss. ι, 393) res est notissima, observata quoque Plinio XXXIV, s. 41, ita isto quidem respectu Stygia aqua cum iudicio ac dilectu posita videri potest.

92. 93. Ad veteris aevi morem

Digitized by Google

Aedibus adstabat, validam vi conripit hastam,
Actoris Aurunci spolium; quassatque trementem,
Vociferans: Nunc, o nunquam frustrata vocatus
Hasta meos, nunc tempus adest; te maximus Actor,
Te Turni nunc dextra gerit. Da sternere corpus,
Loricamque manu valida lacerare revolsam
Semiviri Phrygis, et foedare in pulvere crinis
Vibratos calido ferro myrrhaque madentis.
His agitur furiis; totoque ardentis ab ore
Scintillae absistunt; oculis micat acribus ignis.

93 *corruit* Bigot. 94 *Arunci* pars codd. et edd. vett., quod recte ex melioribus emendatum a Pierio et Heinsio, et ab aliis aliis in locis. (vid. V. L. ad XI, 318. *Wr.*) Respicit locum Iuvenal. Sat. II, 99. 100. 96 Heins. corrigit: *nunc* (*tempus*) *ades*; ut ap. Statium Theb. X, 548 *ades o mihi dextera*. Commodius laudasset sup. lib. X, 773. 774 *Dextra — et telum, quod missile libro, Nunc adsint. Auctor* nonnulli; etiam Goth. tert. hic, et v. 94. 97 *d. petit*: *prosternere c.* Goth. tert. 98 *validam* Goth. tert. *celebrare* alter Menag., an *tenebrare*? inquit Burm. 99 *Semiferi Phrygii* Zulich. a m. pr. *Phrygii* etiam aliquot Pieriani. *foedare in p. c.* conf. sup. X, 832. 100 *Crispatos* Moret. qu. pro div. lect., quod interpretamentum alterius est; *vibratos*, h. crispatos calamistro, exponit quoque Servius. cf. Cerda. Burm. *mirraque* multi: melius *murraque* Medic. Mentel. pr.; et Rom. *muraque*. (sic apud Pier., sed apud Bottar. *murraque*. *Wr.*) 101 *Sic agitur* Erf. *loquentis ab ore* Moret. tert. et Macrob. IV, 1, mala interpolatio. 102 *existunt* Rom. Leid. et Parrhas. *abeliunt* Hamb. sec. et pro var. lect. Oudart. et Ed. pr. Burm.

omnia. v. Odyss. α, 127. cf. Guell. et Cerda ad h. l. 94. *Actoris Aurunci spolium*. Actori detractum; ne dubites. (Propert. IV, 12, 12.: „Et spolia opprobrii nostra per ora trahit;" vid. Lachmann. ad Propert. V, 1, 116. pag. 343. *Wr.*) Commode vero ponere potuit poeta, bellum Turno cum Auruncis, vicino populo, intercessisse: v. sup. Exc. ad VII, 726, pag. 172 T. III. Ad 95. 96 sup. X, 773. 774. (*te m. Actor*, sc. gessit; ut Ge. II, init.: „Hactenus arvorum cultus et sidera coeli; Nunc te, Bacche, canam." *Wr.*) 99. 100. Perpetua in Troianos tamquam molles homines iacta probra: conf. sup. IV, 215 seqq. IX, 614 sqq., partim ex fama de Troianorum opulentia; partim ex permutatione Troianorum cum Phrygibus facta. An vero comas iam Phryges illi calamistro crispare soliti fuerint, ex poeta probatum dare nolim: videtur heroici saeculi more deserto sui temporis morem substituisse. 101. 102. De ira nil frequentius his; praeivit Homerus Il. α, 104. ο, 607. praecipue autem in loco, quo Achilles se armat, τ, 365. 6. Od. δ, 662. Hesiod. Sc. Herc. 390,

Digitized by Google

Mugitus veluti cum prima in proelia taurus
Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
Ictibus, aut sparsa ad pugnam proludit arena.

106. ET SP.

(„Indubitabilis est, si alia quaevis, haec lectio.“ Haec Wakef. ad Lucret. III, 290., quem vide etiam ad IV, 609. Et ita, *absiliunt*, edidit Bothius. *Wr.*) *Absistunt scintillae* Sprot. et alius apud Pier. (*ignes* Medic. *Wr.*) 103 *cum primum* Rom. et alii Pier. cum parte Heins. et Goth. sec. (adde 8. 10. *Wr.*) *cum prima* haud dubie doctior lectio est, sed orta videtur ex vitio Medicei *cum primam*, emendato ab Aproniano, *cum prima*. (Quod in Medic. a m. pr. legitur *primam*, ortum non est ex *primum*, sed ex sequente vocula *in*; ac plane alienum ab h. l. *cum primum*; vid. Q. V. XXVIII, 3, d. et Not. ad XII, 735. *Wr.*) 104 *ciet*, *aut* Rom. et alii Pier. cum parte Heins., sic quoque Goth. sec. et tert., et Medic. a m. sec. *autque*, perperam tamen. (*u* in Medic. supra *atque* pictum recentioris est formae. *Wr.*) *atque* etiam Ge. III, 232, unde repetit versus 104. 105. 106. 105 *adnixus* Hugen. *obnisus* Mentel. pr. 106 *Actibus* Zulich. a m. pr. *aut sp.*, quod hoc loco ferri poterat, omnes Pier. et Heins., nec tamen receptum: inter Goth. tantum tertius cum Erf. (*et sp.* Palat. Hic quidem recepi *aut*; et prudens ita scripsit Virgilius, quia iam praecessit *in proelia* vs. 103. *Wr.*) *aut sparsa pugna* Sprot. Dorvill., hic et male *praeludit* cum aliis apud Burm., quem vide. („Utrumque verbum a Latinis usurpatum erat, sed bonus quisque auctor certo iudicio unam maxime scripturam comprobasse videtur.“ Haec Hand. ad Stat. Silv. T. I. p. 15., quem vide; adde, quos laudat Arntzen. ad Panegyr. vet. p. 180. *Wr.*)

sed *scintillae* h. fulgores *μαρμαρυγαί*, rem augent mirifice. Praetulit signa Apollon. I, 1296. 1297. (Silius XI, 329.: „vibrat ab ore Ignis atrox.“ *Wr.*) In ceteris praeivit Lucret. III, 290 de calore: *Cum ferviscit, et ex oculis micat acribus ardor.* 103. 104. 105. Ornatum comparationis ex Ge. III, 232. 233. 234 petiit, ubi v. Not. *irasci in cornua*, iram exercere cornibus; quod paullo post, *et se suscitat ira.* ut, surgere in cornua: erigere se cornibus. Adscriptum ibid. *θυμοῦσθαι εἰς κέρας* ex Euripide. (Aliter haec interpretatus fueram ad Ge. l. l. Nunc comparato versu Calpurn. Ecl. IX, 34.: „Qui nunc pro nivea coiere in cornua vacca,“ nescio an *irasci in cornua* sit i. q. iram colligere ad proelia cornibus ineunda; et *meditari in proelia* supra legimus X, 455. *Wr.*) Versum graecum in Epp. ad Attic. VIII, 5 Cerda adscripsit et iam Guell. *ῥῖψαι Πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα*: ut hic: *ventos lacessit ictibus.* (vid. quae scripsimus in Not. ad Georg. l. l. *Wr.*) Illud alterum: *sparsa ad pugnam proludit arena* proprium taurorum naturae esse iam Plinius VIII, 45 s. 70 notavit. Add. Oppian. Cyneget. 56. 57. 58. Q. Calab. IV, 237 sqq. (Ceterum si praegressa consideraveris, non satis

Digitized by Google

Nec minus interea maternis saevus in armis
Aeneas acuit Martem, et se suscitat ira,
Oblato gaudens conponi foedere bellum.
Tum socios maestique metum solatur Iuli,
Fata docens; regique iubet responsa Latino
Certa referre viros, et pacis dicere leges.
Postera vix summos spargebat lumine montis

108 *acuit mentem* Ven. *se suscitat ira*: non *iras*, ad iram; sed ira excitat animum, vires animi, virtutem. Sic sup. V, 454 *vim suscitat ira.* 110 *maestumque* Erf. 112 *Cuncta* edd. Iunt. et Ald. pr. *discere* Oblong. Pierii, perperam. 113 *Postera lux* Goth. tert. *summo spargebat lumine* aliquot Heins., et apud Diomedem lib. II, in quo etiam *terras* legitur. (*summosparg.* ita iunctim scriptum in Medic., cf. V. L. ad V, 531. — *montes* idem Medic. *Wr.*)

aptam esse hanc comparationem facile intelliges. Est videlicet hic quoque locus unus de imperfectis. *Wr.*)

107. *saevus*, fortis: ut toties iam poetae dictum vidimus *saevum, crudelem, atrocem, ferum. acuit Martem:* ut *acuisse furores* VII, 406. Doctius enim poetae dicunt θήγειν, h. e. ὀξύνειν, παροξύνειν, et acuere virtutem, iram, curas, quam acuere se ad vel in iram etc. Etiam pro *acuere alicuius famem*, acuere aliquem, noster poeta ausus est dicere: *Auditisque lupos acuunt balatibus agni*, Ge. IV, 435. 109. *foedere;* pugna singulari ex foedere. Idem v. 112 *pacem* dixit. 111. *Fata docens.* Non veretur hoc ipso detrahere aliquantum virtuti herois sui. Qui enim novit fatale sibi esse, ut vincat, non adeo magna virtute indigere videtur, quam qui incerto, multo magis qui certo, vitae discrimine ad pugnam procedit. Sed fecit hoc, an recte non dixerim, exemplo Homeri: apud quem Helenus Hectorem ad certamen hoc ipso argumento excitat Iliad. η, 50. 52. (Certe non est alienum hoc ab instituto Virgilii, qui Aenean fatis diisque ducibus ad omnia intrepidum esse voluit. *Wr.*) 112. *viros.* κατὰ σὸ σιωπώμενον, intelligitur missos legatos, ut Serv. monet: etsi sup. vs. 75 tantum unus Idmon memoratus est; nisi dicas, missos nunc esse ab Aenea alios, comites datos redeuntibus Latini legatis.

113. Bene Servius: „Et scien„dum, nunquam diem sic po„tenter descripsisse Virgilium, „sicut in IV, 522 noctem, ubi „Dido pervigilans deliberat.“ Oritur scilicet dies, *qui fatum rebus in aevum Conderet humanis*, quoque summa belli et carminis exitum suum inveniret. (Haud scio tamen an Virgilius, si retractare opus suum licuisset, haec *cum — — efflant* deleturus aut mutaturus certe fuerit. Commemorandus tantum ortus diei hic erat, non ornandus; aut si ornare volebat, orationem aliter instituere oportebat. *Wr.*) Ordo:

Digitized by Google

Orta dies; cum primum alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemque elatis naribus efflant:
Campum ad certamen magnae sub moenibus urbis
Dimensi Rutulique viri Teucrique parabant;
In medioque focos et dis communibus aras
Gramineas. Alii fontemque ignemque ferebant,
Velati limo, et verbena tempora vincti.

114 *Visa dies cum p. a. se g. tollit* alter Hamb. Ita reliqua sic iungenda: *Solis equi lucemque — efflant.* (quod non licere vidimus V. L. ad Ge. I, 142. *Wr.*) 115 *e latis* perperam sunt qui legant. De elato equorum in altum eluctantium capite cogitandum. *afflant* Ven. et Ed. pr. Burmann. 117 *Demensi* Medic. Gud. Leid. Hugen. Par. *Dimissi* Zulich. *campum parare* h. instruere, κοσμεῖν, puta aequando et purgando ab arbustis, ut inf. v. 770. 771 simile quid subiicitur. (cf. Xenoph. Anab. IV, 8, 26.: „ἠγεῖσθαι ἐκέλευον ὅπου τὸν δρόμον πεποιημὼς εἴη. Ὁ δὲ — Δρακόντιος —, δείξας οὗπερ ἑστηκότες ἐτύγχανον, Οὗτος ὁ λόφος, ἔφη, κάλλιστος τρέχειν ὅπου ἄν τις βούληται. Πῶς οὖν, ἔφασαν, δυνήσονται παλαίειν ἐν σκληρῷ καὶ δασεῖ οὕτως;" *Wr.*) Moneo, ne quis malit interpungere: *Campum — Dimensi, Rutulique viri Teucrique parabant In medioque focos et Dis communibus aras Gramineas.* Etsi enim *que* facile ad *focos* sic retrahi potest: tamen contortior haec videtur esse ratio. 118 *In medioque faces* Oudart. *aris* sec. Rottend. *arces* Menag. pr. 119 *fontesque* Zulich. *Aliique ignem fontemque* Leid. *parabant* Goth. tert. 120 Legebatur: *Velati lino.* Ad haec verba Heinsios et Burmannos expectabam disputantes; sed alter ad Ser-

Postera vix summos spargebat lumine montes Orta dies: Campum — Rutuli Teucrique parabant; pro: cum pararent. Reliqua in medio declarant ortum diei. 115. *lucemque elatis naribus efflant.* Exquisitius vocabulum captavit poeta, *lucem* pro flamma, igni. Nam equos Solis ignem efflare, πῦρ πνέειν, commune est: cf. Cerda. Ovid. Met. II, 119. 154. 155. Praeiverat autem etiam in vocis dilectu Ennius: *funduntque elateis naribus lucem*, ut Servius monuit, et Lucilius apud Victorinum: *efflantque elatis naribus lucem.* 116. In seqq. potuit ante oculos versari simile inter Troianos et Achivos foedus de pugna singulari Iliad. γ, 314 sqq. Campum *parabant*, instruebant, aequando, purgando ab arbustis etc. v. Var. Lect. 118. 119. Argutantur Servius, Iul. Sabinus et alii. In *ara*, quae h. l. e cespite fuit, puta esse *focum*, qui *ignem* recipit. *Dii autem communes*, per quos utrique iuraturi erant Latinus et Aeneas; ut in loco Propertii, I, 11, 16, ubi puella *perfida* non meminit *communes deos.* Sicque sup. lib. VIII, 275 *communemque vocate deum.* conf. Valer. Fl. IV, 761 *Festa dehinc mediis ineunt convivia tectis Communesque vocant superos.* (vid. Gronov. Obs. IV, 17. init. Burmann. ad Anthолog. T. I. p. 299. quaeque ipse scripsi ad Eleg. ad Messal. p. 56. adde Not. ad Cir. vs. 358. *Wr.*) 120. Legeba-

Digitized by Google

Procedit legio Ausonidum, pilataque plenis

vium remittit, alter tacet. Subieci iam interpretationem vulgatae lectionis, qualis illa instituenda sit. De infula seu vitta est accipienda; qua *velari* toties dicuntur qui vittati sunt. Consonant ea, quae sequuntur: *et verbena tempora vincti*: ut vitta verbenis seu herbis sacris implicita fuerit. Occurrunt quoque coronae gramineae in monumentis veterum. Iam Servius: „Atqui, monet, Feciales et Pater patratus, per quos bella „vel foedera confirmabantur, nunquam utebantur vestibus lineis.“ Argutatur inde multa, ut solet Grammaticus, inepte. Verum nec de Feciali (nam prisca aetas praecones, κήρυκας, habet: ut in eodem loco Homer. Iliad. γ, 116 sq.) nec de *veste linea* hic agitur, sed de ministris sacrorum et de vittis. Iam autem fateor *vittam lineam* mihi nondum auditam esse. *Lanea* est *vitta*, *infula*; potuit quoque poeta *Velati lana* dicere: sed id in *lino* vix corruptum esse potuit. *Linearum* autem, seu lintearum, *vestium* usus multo magis a vetere religione alienus est, ut Aegyptiis sacris proprius habitus sit. Recte sic Silius III, 24 in religione Herculis Gaditani: *veluntur corpora lino Et Pelusiaco praefulget stamine vertex.* Audiamus iam Grammaticos: „Caper et Hyginus hoc loco dicunt lectionem esse corruptam; nam Virgilium ita reliquisse confirmant: *Velati „limo*: limus autem est vestis, qua ab umbilico usque ad pedes teguntur „pudenda poparum; haec autem vestis habet in extremo sui purpuram „*limam*, hoc est flexuosam, unde et nomen accepit: nam *limum* obliquum „dicimus; unde et Terent. Eun. III, 5, 53. *limis oculis* dicit, i. e. obliquis.“ Expeditam tenemus rem. Agitur de sacrorum ministris, victimariis et popis, qui sacra adducunt: hos ex Romano more, quem v. c. in Titi arcu cognoscere licet, ubi victimae ducuntur, poeta exhibet seminudos, licio pudenda praecinctos, cui nomen fuit *limi*, seu quod transversum femoribus tamquam *cingulum* implicari solebat, seu a purpura transversa, quae ambiebat hoc cingulum, ut Grammatici tradunt. *Limum* enim pro obliquo dictum esse, nota res est vel ex Terentii Eunucho: *ego limis adspecto.* Simili modo praecincti quoque erant servi publici, ut ex Gellio XII, 3. constat, et omnino servi subligari seu subligaculo: nam eo tandem ipsa *limi* notio redit: *περίζωμα.* (Hinc iidem servi limocincti appellantur in Inscriptione Veronae reperta, quae legitur in Reines, Syntagm. cl. VI. n. 44., in Maffei Museo Veron. p. CXVI. et in Collect. Orell. n. 3219. Non esse *limus*, vel, ut etiam volunt, *limum*, substantivum, discitur e Servio et Gellio l. l., pleneque dici *limus cinctus* probat Hyginus in Rei agrar. auct. a Goes. ed. p. 151.: „limum cinctum ideo dixere, quod purpuram transversam habebat;“ et vid. Goesii Not. pag. 162. *Wr.*) Est adeo *velati limo*, subligari cincti. Neglecta fuit haec lectio ab edd., nisi quod in margine Stephani memorata est ex Servio. Nunc video *limo* etiam esse repositum in ed. Cuninghami: nec idem nunc sequi dubitavit Brunck. (et *limo* nunc e Paris. 7. 11. enotatum est a Potterio. Ceterum *Vellati*, sed priore *l* abrasa, Medic. *Wr.*) In fine versus: *tempora cincti* alter Hamb. pro var. lect. *compti* Goth. tert. 121 *Processit* Zulich. *Ausonium* Rom. In Mediceo *pila* in litura: et superscriptum *taque.*

tur: *Velati lino:* vitta linea cincti, cui frondes sacrae erant implicitae. Feciales descriptos volunt. Sed cf. Var. Lect. *limus* est subligare, *περίζωμα*, quo cincti erant ministri sacrorum.

121. *pilata agmina*, pilis armata. Recte hoc armorum genus Romanis proprium (cf. Ge. I, 495) nunc tribuit *Ausonidarum* h. Latinorum agmini; ut supra Aventini copiis lib. VII, 664. Mi-

Digitized by Google

Agmina se fundunt portis. Hinc Troius omnis
Tyrrhenusque ruit variis exercitus armis;
Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis
Pugna vocet. Nec non mediis in millibus ipsi
Ductores auro volitant ostroque superbi,
Et genus Assaraci Mnestheus, et fortis Asilas,
Et Messapus equum domitor, Neptunia proles.
Utque dato signo spatia in sua quisque recessit:
Defigunt telluri hastas, et scuta reclinant.

126. OSTR. DECORI 127. ASYLAS 130. TELLURE

122 *procedunt portis* pr. Moret. *Hic T.* Rom. *Troicus* Zulich. 123 *variisque* Goth. tert. 124 *instructi bello* Medic. et Colot., quod recepit Cuningham. (at vide V. L. ad VI, 553. Et *bello* hic valeret i. q. *ad bellum*, in quo inesset consilii significatio, aliena ab his, quae modo geruntur. *Wr.*) *ferrum* Leid. *quod si* alter Menag. 125 *mediis in nubibus* Hugen. 126 *auro volucres* Zulich. a m. pr. *ostroque superbi* Medic. et Colot., quod idem recepit Cuningham. Sane *ostroque decori* iam editum erat V, 133. (V, 132. sq.: „ipsique in puppibus auro Ductores longe effulgent ostroque decori." Vides tantam inter hunc et nostrum locum intercedere similitudinem, ut vix dubium esse possit, quin *decori* ex illo in hunc illatum sit; vid. V. L. ad XI, 93. Itaque revocavi *superbi*, quod, si adventicium esse putes, non apparet, unde petitum sit. Et quamquam viris quidem hoc epitheton a Virgilio tribui non solet, nisi iis, qui aut victoria, aut insolentia et crudelitate insignes se reddiderunt, tamen, quum ostrum dixerit superbum I, 639., nihil obstat, quominus eum, qui fulget ostro, ipsum appellaverit superbum. *Wr.*) 127 *et acer A.* Vratisl. *Asilas* multi et h. l. (et ita exarandum curavi; vid. V. L. ad IX, 571. *Wr.*) 128 Idem versus repetitus sup. VII, 691, et IX, 523. (*prolis* in Medic. invenio. *Wr.*) 129 *spatia infra quisq.* Oudart. 130 *Effigunt*, *Diffiguntˇ*, *Diffugiunt* lapsus librariorum apud Burmann.

rum tamen Grammaticorum veterum acumen fuit, quo *pilatum*, a pilando πιλοῦν ductum, confertum, densum, esse vellent. Docta est Servii nota ad h. l. super antiquo hoc verbo: etsi ipsa vocis notio parum recte ab eo constituitur. Quod inf. v. 130 *hastae* memorantur, nihil obest; nam genus hoc *pila* tamquam speciem comprehendit. Quod si *pilatus* alias non occurrit, ad analogiam tamen aliarum vocum: *hastatus*, *clipeatus*, recte se habet. Martialis auctoritate lib. X, 48 uti vix licet, cum de lectione non satis liquido constet. (Satis tueri hanc vocem proprium Pilati nomen videtur. *Wr.*) 127. Mnestheum, Asilam, et Messapum excitat nominatim, primum ut poeta, quandoquidem singula enarrata plus ἐναργείας habent quam per summam annumerata; tum quia hi inter viros principes maxime memorabiles, quorum etiam mox opera erit praecipua. De Mnestheo Troiano vid. sup. ad lib. V, 116. 117, de Asila Etrusco lib. X, 175

Digitized by Google

Tum studio effusae matres, et volgus inermum,
Invalidique senes, turris et tecta domorum
Obsedere; alii portis sublimibus adstant.
At Iuno e summo, qui nunc Albanus habetur,
Tum neque nomen erat, nec honos aut gloria monti,
Prospiciens tumulo campum adspectabat, et ambas,

Dignius notatu est *telluri*, quod multi Heins. (cum Goth. tert.) et Pieriani habent; quam familiam Romanus ducit, alteram Mediceus. Videtur tamen Maro *tellure* (quod e Parisinis 2. 7. tuentur, item Arusianus p. 225. edit. Lindem. *Wr.*) amplexus esse, si alia loca et similes formas compares. (*telluri* etiam codd. Servii ad vs. 564. et inter Heinsianos uterque Mentel.; idque, ut exquisitius, mutationi magis obnoxium erat; quapropter revocandum putavi; recepit etiam Iahnius; vid. V. L. ad VI, 84. *Wr.*) 131 *inerme* Zulich. 132 *turrisque* Goth. tert. *ac t.* Ed. Mediol. Parrhas. Rom. et e cod. Coll. Iesu Wakef. (quod hic reposuit, item Iahnius, qui *et* e superiore versu huc illatum suspicatur; at verisimilius est, *ac* ex II, 445. repetitum esse; vid. Q. V. XXXV, 21. Et quum l. II. turres et domi unius sint regiae Priami, hoc loco turres diversae esse a domibus, et, quae in muris exstructae sunt, significari videntur. Sic utroque loco *ac* atque *et* suam quodque potestatem tuebuntur. *ac* e Paris. unus 8., fere ubique cum Rom. conspirans. *Wr.*) 133 *Obsidere* Mentel. tert. vide lib. VII, 343. ita Reg. quoque. *instant* Zulich. a m. pr. Montalb. et Ed. Burm. pr. cum Rom. et aliis. (idque Iahnius recepit; at potior codicum pars commendat *adstant*; quod quum de eo dicatur, qui est in exspectatione, praeclare convenit nostro loco; supra I, 152. et II, 303.: „adrectis auribus adstant." cfr. etiam Cic. in Catil. IV, 2.: „neque ille, qui exspectans huius exitum diei adstat in conspectu meo gener." Et *adstant* librarii aliquoties mutarunt in *instant*, ut III, 194. IX, 550. 677. *Wr.*) 134 *ex s.* ante Heins. (vid. Q. V. II, 4. *ex s.* Palat., *e s.* 7. 8. 11. *Wr.*) 135 *neque honos* itidem ante Heins., utrumque mutatum ex libb., sed revocavit *neque* Cuningham. (vid. Q. V. XXXII, 9. *Wr.*) *nec honor nec gl.* alter Menag. et Oblongus ap. Pier. *neque gl.* Rom. et Ed. Mediolan. *monte* pr. Hamb. *genti* Bigot. et Goth. tert. *montis* Ed. pr. Burm. 136 *Aspiciens* Bigot. et Goth. tert. *spectabat* vulgg. ante Heins., qui *adspectabat* recepit ex praestantioribus

—178. Messapus in Latinorum auxiliis erat. cf. sup. VII, 691. 130. Ut ad v. 116 diximus, possunt in his nonnulla ex Iliad. γ esse adumbrata: ut hic ex v. 134 sqq. Sed ἀσπίσι κεκλιμένοι ibi diversum est ab hoc, quod *scuta reclinant*: ibi innixi sunt scutis, ut sup. lib. IX, 229 *Stant longis adnixi hastis et scuta tenentes:* at h. l. reponunt in terra, κατατίθενται, ἀνακλίνουσι πρὸς τῇ γῇ scuta. (cf. Terent. Heautont. I, 1, 36.: „at istos rastros interea tamen adpone;" i. e. ad pedes pone. *Wr.*) 131 sq. Ornate: cupiditate spectandi domo egressae feminae, pueri et senes, aedium tecta et muros adscendunt.

134. *At Iuno;* de formula hac, qua deorum interventum orditur poeta, v. Excurs. ad lib. IX, 638. De eius prospectu hoc ex monte Albano v. Excurs. II,

Digitized by Google

Laurentum Troumque, acies urbemque Latini.
Extemplo Turni sic est adfata sororem,
Diva deam, stagnis quae fluminibusque sonoris
Praesidet; hunc illi rex aetheris altus honorem
Iuppiter erepta pro virginitate sacravit:
Nympha, decus fluviorum, animo gratissima nostro,
Scis, ut te cunctis unam, quaecumque Latinae
Magnanimi Iovis ingratum adscendere cubile,

suis et Pierianis. Adde Donatum et Servium: qui, amat, inquit, usurpare auctoritatem: nam potuit *spectabat* dicere. 137 In Gud. *Latini* in litura exaratum erat, unde Heinsius ante lectum putabat *Latinam* vel *Latinorum*: fac fuisse; erat ex errore ita scriptum. (— 138. Non interpungitur in Medic. in fine versus. *Wr.*) 141 *arrepta* aliquot apud Burm. pro *abrepta*. 142 *N. decens* Goth. sec. *carissima* Rom. et alii Pier. Gud. et pr. Menag., sed alterum doctius esse videtur. ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ ex Iliad. ε, 243 iam Servius comparavit. Idem Odyss. δ, 71. *O germana mihi atque eadem gratissima coniux* de Iunone sup. X, 607. At ipsa ad Iovem: VIII, 377 *carissime coniux*. (Recepit *carissima* Iahnius. At si verba Homerica, ut videtur, obversata sunt Virgilio, κεχαρισμένη est *gratissima*, non *carissima*. Et *gratus* etiam alibi in *carus* mutatum; cfr. V, 28. Burm. ad Ovid. Ep. IV, 108. *Wr.*) 143 *Scis unam cunctis ut te* Leid. *Scis ut te e cunctis* Waddel. Animadv. crit. p. 38. coni. et Heins. *Latinis* Gud. a m. pr. (— 144. Terent. Maurus vs. 1708. sq.: „Apud Maronem talis incurrit mihi: *Magnani|mi Iovis | ingra|tum ascen|dere cubile.*“ vs. 1718.: „Nec est notandus unus in tot millibus.“ Bothius, ut versus recto stet talo, transpositione facta scribit *M. ingratum Iovis.* Sed quod ingratum in hoc vs. haberi potest, fegitur quodammodo et occultatur elisione; vid. similia quaedam Q. V. XXXV, 18.; nec deest quaedam caesurae species, si post *ad*, primam syllabam verbi *adscendere* incideris. Utitur hac caesura aliquoties Silius, XII, 146.: „Rumpere compagem impositam, *ex|*pallescere coelum.“ XIV, 631.: „In morem pecudum *ef|*fudere cubilibus atris.“ XV, 104.: „Prosequitur labor, *An|*nitendum intrare volenti.“ vid. etiam exempla e Lucretio petita a Dawes. Misc. crit. p. 20. ed. Burg. Utuntur eadem interdum, qui alia metra usurparunt, ut Phaedrus V, 7, 19.: „Ipso ludorum *os|*tenderet sese die.“ Ex Horatio similia attulit Bentl. ad Od. IV, 8, 17. Nec illum

ad hunc lib. XII. 135. *neque nomen:* nam hoc demum ab Alba condita habuit: *ne honos,* qui per ferias Latinas in eo haberi solitas accessit. 139. *Iuturna* proprie unius fontis Nympha est, qui non longe a Numicii fonte aberat, ex montis Albani radicibus progressus, mox in lacum diffusus, et in Tiberim delatus. Habita nympha inter deas Latinorum indigenas. De ea conf. Excurs. III extr. ad lib. VII. *Diva deam,* h. dea deam, nihil amplius: nec Grammatici audiendi, qui distinguunt. (Nymphas quoque deas appellari, quod fuerunt qui negarent, docuit Paldamus ad Propert. p. 270. sq. *Wr.*) 141. *sacravit:* cum dilectu positum verbum, pro, *dedit.* 142. *decus fluviorum* simpl. pro aquarum, fontium. 144. *ingratum cubile:* h. invisum, quatenus stuprum

Digitized by Google

Praetulerim, coelique libens in parte locarim:
Disce tuum, ne me incuses, Iuturna, dolorem.
Qua visa est fortuna pati, Parcaeque sinebant
Cedere res Latio, Turnum et tua moenia texi:
Nunc iuvenem inparibus video concurrere fatis,

145. LUBENS

versum Aeschyli Pers. 170. ed. Blomf.: „ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄ|φραστός ἐστιν ἐν φρεσίν," qui ipsi Hermanno Elem. Doctr. metr. p. 82. vitiosus videtur, mendo laborare iudicaverim, praesertim quum ipsa res et significatio voc. ἄφραστος commendare videatur rhythmum insolentiorem. Quid? quod *in|dignum* inter duo versus divisum legitur apud Terent. Ad. II, 1, 11. sq. *Wr.*) 145 *Pertulerim* tert. Rottend. *lubens* Gud. (Medic. ubique *libet*, *libeat*, *libens*; et sic praeter hunc locum ubique editur; nec usquam praeterea talem varietatem e codd. Virgilianis enotatam video. Itaque incuria hic relictum puto *lubens*, quod iam in *libens* mutavi. *Wr.*) 146 *nec me* tres apud Burm. et aliquot Pier.; f. *non*, inquit Cuningham. 147 *Quoad* olim hic lectum Arusianus Messius agnoscit, et scholion Servio adsutum; Probus autem *Quod* maluit. *Qua* tuetur Servius:, ut sup. XI, 293 *Qua datur*. Uterque Mentel. *Quā* h. quam: et *Quam* aperte in scriptis invenerat Pierius. (vid. Q. V. XVI, 6. Orta est haec lectio haud dubie ex interpretatione veterum Grammaticorum, merito hac compositione *qua visa est ... sinebantque* offensi; ipsa enim horum Temporum diversitas indicat ita dicendum fuisse: *qua visa est et quoad sinebant*. Illud *qua* rationem modumque rei gerendae spectat, in quo fortuna vim exserit suam; at Parcae definiunt tempus ac terminum, qui per *quoad* designatur. Itaque non videntur veteres Grammatici contendisse, poetam scripsisse *Quoad visa e. f. pati*, sed illud ipsum *Qua* duplicem potestatem sustinere, et propriam, quam prius enuntiatum, et alienam quandam, quam alterum requirat. Quod qui non recte intelligerent, videntur illud ipsum *quoad*, vel, quod ex eo ortum, *quod*, in versum intulisse. Recentiores critici aut non senserunt, aut, quia, quomodo expedirent, non haberent, non curarunt hanc difficultatem. Nempe est hoc quoque ad poetae nostri consuetudinem inaequalia orationis membra per copulas iungendi referendum; ex praegresso enim relativo *qua* aliud, quod alteri enuntiato conveniat, i. e. *quoad*, repetendum est; vid. Q. V. XXXIIII, 4. Similiter Ge. IV, 9. sqq.: „Quo neque sit ventis aditus, — — neque oves haedique petulci Floribus insultent;" i. e. et ubi non insultent. — *visa at* Medic., sed super *at* pictae literae *es*. In eodem et hic et vs. 150. voci *Parcae* superscripta est adspiratio, ut fiat *Parchae*. *Wr.*) 148 *numine texi* Zulich. (Medic. *Caedere—s re* L. litera *a* abrasa. *Wr.*) 149 *Nunc video imparibus iuvenem* c. Goth. sec. *conc. telis* pr. Mentel. et Rot-

Iunoni invisum a Iove in eo exercetur. Ita malim accipere quam aut ad *Iovem ingratum* aut ad *Latinas ingratas* retrahere. Servius varie tentat. (Paldamus ad Propert. p. XLV.: „*Ingratum cubile* est pro quo nulla merces data est;" potius „dari solet." Eodem redit, quod Serv. primo loco posuit: „de quo pellici nulla gratia." Quod si accipies de Iunone malam gratiam Iovis pellicibus referente, id menti reliquaeque orationi Iunonis bene

Digitized by Google

Parcarumque dies et vis inimica propinquat.
Non pugnam adspicere hanc oculis, non foedera possum.
Tu, pro germano si quid praesentius audes,
Perge; decet. Forsan miseros meliora sequentur.
Vix ea: quum lacrimas oculis Iuturna profudit;
Terque quaterque manu pectus percussit honestum.
Non lacrimis hoc tempus, ait Saturnia Iuno:
Adcelera, et fratrem, si quis modus, eripe morti;
Aut tu bella cie, conceptumque excute foedus.
Auctor ego audendi. Sic exhortata reliquit
Incertam, et tristi turbatam volnere mentis.

tend. uterque, etiam Gud. pro div. lect. (adde 2. 4. 8. *Wr.*) *factis* sec. Hamb. *votis* Erf. a pr. m. (— 150. vid. V. L. ad vs. 147. extr. *Wr.*) 151 *nec foed.* Goth. pr. et Erf. *in foedere* Medic. a m. pr. 152 *praestantius* quatuor apud Burmannum, male. *praesentius*, efficacius, maius, opportunius. 153 *sequantur* pr. Hamb. et duo Leid. cum Goth. tert. (et Serv. Dresd. *Wr.*) 154 *tum l.* aliquot Pier. *cum lacrimis* Ed. pr. Burm. *profundit* Medic. Montalb. Dorvill. et alter Hamb., quod Heinsio arridebat. (sed Medic. a m. sec. *profudit. Wr.*) *profugit* Rom. Cuninghamus malebat *profundens.* Sed est plena interpunctio post *profudit* appingenda, ut nunc fecimus. Tum vs. sq. nova sententia. 155 *perfudit* Parrhas. a m. pr. 156 *Non lacrimis, i, tempus, ait* tert. Moret., venuste, Heinsio iudice, ut sit: *i, accelera*; non assentiar equidem. *haec tempus* sec. Moret. *hoc t. eget* Dorvill., felici lapsu. *hoc t. erat* Bigot. a m. pr. Heins. coni. *hic t. ait.* (Withofius, *Kritische Anmerkk.* fasc. IV. p. 38. coni. *lacr. tere tempus.* Nemo haesisset, si scripsisset poeta *Non l. nunc t.*; at id ipsum *nunc* continetur pronomine *hoc*; vid. Q. V. XX, 6, a. *Wr.*) 157 *eripe morti*: deerant haec verba tertio Mentel. et Regio. *morte* Gud. et alter Menag. 158 *Ac tu* Goth. tert. *At tu* Goth. sec., aliquot Pier. et Menag. pr.; idem *excipe f.*, tum *inceptum* Goth. tert., male. *conceptum* elegantius. cf. sup. v. 13. 159 *exorata* Hugen. *relinquit* Leid. a m. pr. 160 *vulnere mortis* duo Hamburg. sed *vulnus mentis* pro dolore, ut statim Aen. I, 36.

convenire, cum Paldamo existimabis. — 147. vid. V. L. ad h. vs. *Wr.*) 151. Comparant Il. γ, 305. 306. 307, saltem ad verba. Ad rem nota Servii facit, qui numina, quoties morituros viderint eos, quibus favent, ab iis recedere monet: vid. Stat. VII Theb. 789. et Iliad. χ, 213. (— 152. *audes*, i. e. audere vis; vid. V. L. ad X, 801. Et *Perge* prox. vs. est fere i. q. age, fac; IV, 113 sq.: „tibi fas animum tentare precando; Perge; sequar." *Wr.*) 153. *decet*; plus est quam licet; ἔοικεν. *forsan.* Bene Serv., ut forte possit fatorum ordo mutari. 155. *honestum*, pulcrum ex καλὸν, v. Ge. II, 392 *caput honestum.* 157. *si quis modus*, exquisite pro, quocunque modo; etiam docte

Digitized by Google

Interea reges, ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radii fulgentia cingunt,
Solis avi specimen: bigis it Turnus in albis,

161 Ad figuras Virgilio nove usurpatas refert Macrob. VI, 6, quod de duobus incipit dicere, et in unum desinit. Quod tamen ex Homero laudat, Odyss. μ, 73. 74, alienum est. Conveniret schema Alcmanicum apud Pindarum obvium. Hyperbaton esse dixit Servius, ut ordo sit: *Interea reges procedunt castris*, cetera in parenthesi dicta sint. Hoc sequuntur, quantum video, interpretes; quibus tamen non accedam. Ponit ab initio poeta genus, et tum individua subiungit, inflexa ad id oratione. Interpungo itaque: *Interea reges* (et quidem primo loco) *ingenti mole Latinus vehitur* etc. *bigis it Turnus* etc. *Hinc pater Aeneas — Romae*: *Procedunt* (sc. omnes) *castris*. (Probat hanc rationem Wakef. ad Lucret. IV, 525. vid. Koen. ad Gregor. Corinth. p. 83. ed. Lips. Conferri iubet Iahnius Aen. XI, 690. XII, 277.; quamquam, quae ibi leguntur, non sunt prorsus eiusdem generis; praeterea Garaton. ad Cic. Philipp. X, 6. p. 334. *Wr.*) 161 *Continuo reges* ap. Carisium. v. Heins. *Interea* (non, ut Burmann. tradit, *Continuo*) *rex ingenti de mole* a m. pr. Medic. 162 *Quadriiuge* Papias in *Prolepsis* ap. Burm. *invehitur* pr. ac qu. Moret. et Goth. tert. Aliter vett. Grammatici et scripti c. edd. 163 *Auratis* pr. Menag. 164 *speciem* Goth. tert. et Serv. ap. Burm., eodem errore, quem emendavit Broukh. in Propert. IV, 11, 93, sed *specimen* hic non est exemplum, sed documentum: id quod argueret patrem

mox *excutere* pro concutere, turbare, συγχέειν. sup. VII, 339 *disiicere pacem*. Consilium autem Iunonis ex Homero petitum Iliad. δ, 64 sqq. 160. *Incertam*: s. utrum tentaret quod Iuno inserat, s. de eventu incerta. Nam vs. 153 *forsan miseros meliora sequentur*.

161 sqq. Multum superavit Maro Homerum in sollennibus foederis exponendis: cf. Iliad. γ, 259 sqq. *ingenti mole*, magna molitione, apparatu. Servius: pompa, ambitu. (*ingenti mole*, i. e. ingenti corpore; sic II, 557. de occiso Priamo: „Iacet ingens litore truncus;" alia prudens praetereo. Nec moles tantum eiusmodi monstris, qualia Polyphemus et Cacus, tribuitur a Virgilio, sed etiam Acestae V, 481.: „Hic membris et mole valens." Ceterum vid. V. L. ad h. vs. *Wr.*) 164. Corona radiata ornatus Latinus, ut sit stirpis a Sole ductae argumentum. *specimen* est δεῖγμα, documentum. v. Var. Lect. *Solis avi* ad maternum genus et Circen, Solis filiam, hic esse recurrendum, nullus dubito. Interea Latinum ipse poeta sup. VII, 47 Fauno et Marica genitum prodidit. Quod Maricam eandem ac Circen fuisse Servius contendit, grammaticum acumen sapit. Etsi verum est, Circes et Ulyssis filium habitum Latinum, auctore ipso Hesiodo Theog. 1011—1015, tamen necessitas nulla est, ut, quod alii arbitrantur, Maronem sui ipsius oblitum nunc aliud sequi dicamus. Sed, cum tam multimode fabulae veteris Italiae narratae et ornatae fuerint, potuerunt esse utique, qui vel Faunum vel

Digitized by Google

Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Hinc pater Aeneas, Romanae stirpis origo,
Sidereo flagrans clipeo et coelestibus armis,
Et iuxta Ascanius, magnae spes altera Romae,
Procedunt castris, puraque in veste sacerdos
Saetigeri fetum suis, intonsamque bidentem,
Adtulit, admovitque pecus flagrantibus aris.

Solem. δεῖγμα. ἀνάδειξις. Sic iam Ge. II, 241 *Salsa autem tellus — Tale dabit specimen.* (*Solis qui sp.* Serv. Dresd. Valerius Argonaut. VI, 58.: „dracones, Matris Horae specimen." vid. ib. Burm. *Wr.*) *biiugis* Ald. v. Pier. *in altis* aliquot Pier. 166 *Tum* apud Caris. et Diomedem. *Hic* Parrhas. 168 *spes a. proles* Zulich. a m. pr. Legerunt olim nonnulli *magna*, teste Servio. (vid. Q. V. XVI, 6. et XII, 14. *Wr.*) 170 *Saetigeri* Heins. post Pier. e libb. asseruit, (quibus accedit Serv. Dresd. *Wr.*) pro vulgato altero: *Saetigerae.* In Sprot. erat *Setigerum.* 171 *Appulit* coni. Heinsii apud Burmann., quae vix debebat ex ora libri Heinsiani enotari. *flagrantibus* potiore iure poterat tentari: cum modo

Picum (nam *avum* simpliciter de uno ex progenitoribus accipere licet) e Circe sublatum traderent. Ita Picum a Circe amatum ex Ovidii Metam. XIV, 320 sqq. novimus. Circes et Telemachi filium Latinum alii ediderant, quos Hyginus fab. 127 exscripsit: ubi conf. Muncker. Ceterum radiatam coronam, qualis in Regibus et Imperatoribus conspicitur, exprimere utique voluit poeta; an vero ostentum Augusto post necem Caesaris urbem ingresso oblatum (v. loca iam laudata a Cerda, Sueton. cap. 94, et Vellei. II, 59, 6) respexerit, dubito. Feram, si quis honorem Caesari et Augusto habitum huc retulerit: *distinctam radiis coronam:* v. c. ap. Flor. III, 2, 91, de Caesare v. Intpp. ad Vellei. l. c. Primo tamen loco fabulam spectavit Maro de Circe, Solis filia, cuius caput radiatum ab Argonauticis celebratur: vid. Apollon. IV, 727. Orph. 1216 sqq. Corona radiata pro insigni habita est primo regum Aegypti et Syriae, inde Caesaris, Augusti et successorum, sed post mortem; a Nerone vero inde, etiam viventium. Notabile h. l. est, quod corona Latini radiata XII radios habet, non dicam consilione et respectu ad XII mensium vel signorum caelestium numerum; alias computantur modo septem radii modo pauciores vel plures. Docte de his nuper egit elegans veterum monimentorum interpres Millin (*Monumens antiques inedits*) ad gemmam Septimii Severi Imp. To. I. p. 178. 165. *Bina:* ex more heroum. v. Cerda et sup. lib. I, 313. 167. habens clipeum et arma a Venere matre accepta. *Sidereus* h. l. vel divinus vel fulgens, coruscus; sideris instar; ἀστερόεις; frequens poetis; alterum hoc cum *flagrans* convenit. (— 168. *magnae spes altera Romae:* esse hanc vocem Ciceronis, arreptam a Virgilio, tradunt Serv. ad Ecl. VI, 11. et

Digitized by Google

Illi ad surgentem conversi lumina solem
Dant fruges manibus salsas, et tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisque altaria libant.
Tum pius Aeneas stricto sic ense precatur:
Esto nunc Sol testis et haec mihi Terra vocanti,

v. 167 praecessisset *flagrans*; cur non *flammantibus*, aut, ultima in *pecus* recte producta, *ardentibus* placebat? 172 *ad surgentis — solis* vett. edd., nisi quod *ad surgentem* Koberg. *ad surgentem — solem* emendate Ald. tert. et Fabric., quod firmatum codicum consensu ap. Pier. et Heins. *conversi lumine* aliquot Heins., sed amat Maro graecam rationem *conversi* (κατὰ) *lumina*. (potius: conversa lumina habentes; nec supplendum κατά. *Wr.*) 173 *manibus fruges* Goth. tert. *ferri* alter Menag. 174 Laudat Burm. not. ad Lucan. III, 404, ubi aestuat in interpretatione satis expedita: *structae diris altaribus arae*: h. arae, quibus, tamquam basibus, dira altaria superstructa, imposita sunt. Est enim ara fundus et crepido altaris. Alias in altari etiam ara h. focus esse potest. Quotics non vidimus hoc: viris summis facilius fuisse scite emendare, quam locum commode interpretari. 175 *Tum pater A.* Parrhas. *precatur* vel *profatur* pr. Hamb. 176 *et hoc mihi* Ed. pr. Burm. *precanti* secundum Servium vulgata erat lectio. Sed e Pier. et suis libb. potioribus Heins. recepit *vocanti*; ne ter *precatur*, *precanti*, et *precor* succederent. In Dorvill. *petenti* erat. (Antiquissimi testes, Servius, Donatus, tum Mediceus tuentur lectionem *precanti*; nam Heinsium, qui *vocanti* in Mediceo exstare scribit, errasse, luculenter ostendit litura, quae in hoc verbo et hic et alibi deprehenditur; aliquoties enim *praecari* in illo codice exaratum videmus, transfossa tamen plerumque, aut,

Donat. Vit. Virg. c. XI, 41. — 169. *pura in veste:* Donat.: „Pura, colore albo, nec purpurae variata picturis.“ vid. etiam Iacob. Disquisit. Virgil. P. I. p. 9 sq. Addit Donatus: „Qui sacrorum ritus scrupulosius intuentur, puram vestem malunt contagione omni et criminum macula liberam et immunem.“ vid. Serv. *Wr.*) 170. In foedere iungendo porca mactatur more Romano. cf. sup. VIII, 641; agna Troiano et Graeco. v. Iliad. γ, 246 sq.

172—174. Notandus mos horum sacrorum. Orientem spectantes molam salsam iniiciunt victimae, pilos e fronte eius exscindunt ense (*tempora summa notant ense.* conf. sup. VI, 245. 246), quos in flammam coniiciunt: tum vinum in aram libant. Fieri haec ad consecrationem victimae putanda sunt. Inde inf. 213 *rite sacratae pecudes.* Graecis uno verbo est κατάρχεσθαι. Rem pluribus locis Homericis illustratam vide apud Feithium et alios. conf. Cerda. *pateris altaria libant* exquisite, libando rigant. 176. Formula ad ductum Homericae concepta Iliad. γ, 276 sqq., in qua, antiquissima numina quae fuerint, observa. Formula similis etiam in Odyss. ε, 184 sqq. Iliad. ο, 36 sqq. τ, 258 sqq. occurrit. Nec iniucundum hoc observare in poeta ex decoro personarum va-

Digitized by Google

Quam propter tantos potui perferre labores,
Et Pater omnipotens, et tu Saturnia coniunx,
Iam melior, iam, diva, precor, tuque inclute Mavors,
Cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques;
Fontisque, Fluviosque voco, quaeque Aetheris alti
Religio, et quae caeruleo sunt numina ponto.
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno:
Convenit, Euandri victos discedere ad urbem;

178. S. IUNO

quod de nostro loco diserte testatur Fogginius, abrasa vocali *a*. Nec curo brevi intervallo ter repetitum idem verbum; vid. V. L. ad XI, 93. Nihilo tamen secius, quum admodum probabile sit illatum esse *precanti* a librariis temere ad finem superioris versus respicientibus, non ausim receptam lectionem loco movere. Accedit, quod *vocanti* pulchre convenit deos testes adhibenti, cfr. vs. 181. Sil. It. VI, 467. sqq.: „Iustitiae rectique dator, — — Fides, Sarranaque Iuno, Quos reditus testes iurata mente vocavi." Valer. Fl. II, 577.: „tum vero plura vocatis Adnuit ille deis." *Wr.*) 177 *Qua pr.* Ed. pr. Burm. 178 *Saturnia coniunx* vel *coniux*, duce Romano codicum pars (et Goth. pr. ac tert.) cum vett. edd., usque ad Naugerium, qui *Saturnia Iuno* recepit: idque Oblongus, Medic., et alii Pierii firmabant, etiam Medic. Fogginii, sed voce *Iuno* punctis subnotata: sicque Donatus legerat. *Coniunx* iterum revocavit Cuningham. (Quum ubique praeter hunc locum *Saturnia Iuno*, non *coniunx*, vocetur, III, 380. V, 606. IX, 2. 745. 802. X, 760. et paulo ante vs. 156., apparet librarios, ad notas loquendi formulas pleraque revocantes, expulisse veram lectionem *coniunx*, quam recepi; receptam etiam ab Iahnio video; cf. V. L. ad XI, 93. *Wr.*) 179 *inclute* scriptum cum Medic. et Gud., nam al. *inclyte*, quibus dux Rom. (Malis fortasse Virgilium scripsisse *iam nostra*, p., coll. Not. ad Ge. IV, 22. Sed repetitum *iam* prodit animum sollicite precantis. *Wr.*) 180 *tenes sub* Dorvill. a m. sec. *tenes qui n.* Goth. pr. *nomine* aliquot Heins. 181 *Et fontes fluviosque* Oudart. (*Fontes* Medic. *Wr.*) *quoque* Exc. Burm. *teque* Zulich. 182 *R. est quae* Leid. *quae et* pr. Moret. *est et quae* Dorvill., qui et *omnia*, et Mentel. pr. a m. pr. *nomina*. 184 *decedere* Medic. (sed superscripta *s*, quo fit *descedere*, i. e. *disced. Wr.*)

riatum: Aeneas stricto ense, tamquam periurium ulturus, Latinus sceptro protenso precatur. 177. Comparant verba ex Iliad. α, ᾧ ἔτι πόλλ' ἐμόγησα. 179. *iam melior*, propitia, placata: ad Heleni monitum respicere putatur sup. lib. III, 435 sqq. 180. *torques* h. l. regis, moderaris, proprie, flectis, ut currum. (vid. Not. ad IX, 93. *Wr.*) 181. *quaeque Aetheris alti Religio.* Variavit orationem; h. Aetherem invoco. Si numen ei est, si religiose colitur, etiam religionem aetheris esse necesse est; hinc

Digitized by Google

Cedet Iulus agris; nec post arma ulla rebelles
Aeneadae referent, ferrove haec regna lacessent.
Sin nostrum adnuerit nobis Victoria Martem:
(Ut potius reor, et potius di numine firment),
Non ego nec Teucris Italos parere iubebo,
Nec mihi regna peto; paribus se legibus ambae
Invictae gentes aeterna in foedera mittant.
Sacra deosque dabo; socer arma Latinus habeto,
Imperium sollemne socer: mihi moenia Teucri
Constituent, urbique dabit Lavinia nomen.

descendere Goth. tert. et aliquot Heins. et Burm. *accedere* Vratisl. *ab urbe* alter Menag. *ad urbes* Goth. tert. 185 *Cedat* aliquot libri vett. apud Pier., inter quos Rom. et quatuor apud Burmann. cum Goth. tert.; idem *ulla arma*. 186 *referant* et *lacessant* Oudart. *ferroque* Gud. et pr. Menag. (vid. Q. V. XXXVI, 11. *Wr.*) *belloque* pro var. lect. pr. Hamb. et Dorvill. *nec ferro* Zulich. a m. pr. *lacessunt* sec. Hamb. 187 *Si nostrum* Ed. pr. Burm. et plerique codd. Pier. cum Rom. (et 2. 8. *Wr.*) *Sin vestrum* Bigot. *adnuerint* Ven. *Mavors* alter Hamb. 188 *Ut potius* etiam altero loco e Medic. et Huls. dedit Cuningh. (Foggin.: „UT. Literam *u* a recentiori, ut videtur, manu in *e* commutari tentatum est.“ *Wr.*) *numina* Rom. Gud. et Sprot., quod defendi potest. *potius munimine* Zulich. *propius di numina firment* vetus liber ap. Pier., qui ipse ille Romanus esse videtur. (ex qua ipsa lectione intelligitur, *numina* adscitum esse ex VIII, 78. *Wr.*) 189 *te Teucris* sec. Hamb. *non T.* alter Menag. 190 *Non mihi* Parrhas. *paribus sed legibus* sec. Moret. et Dorvill. 191 *Iniunctae* Hugen. *mittent* tres ap. Burm. et Oblong. Pierii. *mutant* Goth. sec. *se mittere*, est coire, convenire. 192 *habebit* Zulich. a m. pr. 194 *Constituant* Parrhas. *dedit* Goth. tert.

suum *quaeque* etc. petiit. 184. *Convenit: σύγκειται*; conventum esto in hoc, ut. 187. *Sin nostrum adnuerit nobis Victoria Martem:* Per hypallagen dictum, pro, sin noster Mars adnuerit nobis victoriam, accipit Servius, alii tacent. Enimvero est doctior ratio loquendi, pro vulgari: si annuerit Victoria, faverit, nostrae pugnae: quod fit fausto eius exitu; nunc, cum pro pugna Mars memorari soleat, pro pugnae eventu secundo *nostrum Martem* dixit, h. exitum secundum, qualem nos optamus. Ita Mars non modo pugnam, sed et fortunam et successum pugnae, in noto illo denotat: *aequo Marte*, ut sup. VII, 540 et al. *secundo Marte*, X, 21. (Hoc dicit poeta: si Victoria Martem voluerit esse nostrum, i. e. propitium; quemadmodum dii, qui nobis favent, nostri vocari solent; vid. Not. ad Ge. IV, 22. *Wr.*) 188. *reor* h. l. pro spero. 189 sqq. Haec egregie ex eo, quod vere factum esse ex historiis constat, adumbrata sunt. v. inf. Exc. III ad h. l. 190. *Paribus legibus.* Hoc iam praemunierat poeta oraculorum veterum auctoritate: sup. VII, 256 *Et veteris Fauni volvit sub pectore sortem* — paribusque *in regna vocari* Auspiciis. 192.

Digitized by Google

Sic prior Aeneas; sequitur sic deinde Latinus,
Suspiciens coelum, tenditque ad sidera dextram:
Haec eadem, Aenea, Terram, Mare, Sidera, iuro,
Latonaeque genus duplex, Ianumque bifrontem,
Vimque deum infernam et duri sacraria Ditis;
Audiat haec Genitor, qui foedera fulmine sancit;
Tango aras; medios ignis et numina testor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec foedera rumpet,
Quo res cumque cadent; nec me vis ulla volentem

195 *Tum*, *Tunc*, *Dum* aliquot apud Burm., et mox *cum deinde*, *sed deinde*, *tum deinde*. Erf. *Haec prior — sic deinde*. 196 *Suscipiens* Gud. et Sprot. *tendensque* Menag. (vid. Q. V. XXXIIII, 3. *Wr.*) 198 *Ianumque biformem* Goth. tert. 199 *inferna et* Zulich. *inferium* Sprot. Ven. et Exc. Burm. *deum infernum* Goth. sec. *duri* legi in omnibus iam Pier. monuerat: recepit Commelin. et Pulm. et firmavit Heinsius, pro vulg. *diri*. Ad sensum vel ornatum nil refert, seu *durum* h. inexorabilem, seu *dirum* dixeris. (vid. Cort. ad Lucan. VI, 772. Exsecramur dira; quare hoc epitheton in eiusmodi precatione ferri non potest. *Wr.*) 200 *qui sidera* Sprot. *numine sancit* sec. Hamb. *numina fulmine* Zulich. *sanxit* Ed. pr. Burm. *firmat* Leid. 201 *mediosque ignes* vulgo lectum. Sustulit copulam codicum iussu Heins. post Pier. (*mediosque* Palat.; melius convenit ἀσύνδετος oratio iurantis gravitati; atque haec ipsa, quae iam sequuntur, gravius pronuntiasse putandus est Latinus. *Wr.*) 202 *nec foedere* Medic. a m. pr. *rumpat* Gud. 203 *cadet* Goth. sec, et Rom. (cum 8. *Wr.*) *cadant* alter Hamb. *nec me cara*

Sacra deosque, intell. Penates ac Vestam. vid. sup. Exc. IX ad lib. II. Latinus habebit summum imperium cum iure belli: ut adeo sub eo legibus suis vivant Troiani. (Tyrrhenorum Cascorumque coniunctionem hoc versu indicari statuit Niebuhr. *Roem. Gesch.* Vol. I. p. 211. *Wr.*) *sollenne* accipio legitimum: ut solent ea, quae legitima sunt, sollenni ritu suscipi, tradi. (*sollemne*, nisi fallor, hic est i. q. solitum, proinde integrum: salvum sit Latino, quod ante habuit, imperium. *Wr.*) 198. Deos in Italia vetustissima religione, Pelasgica scilicet, cultos nominat. conf. Exc. V ad lib. VII. 199. *vim deum*, deos inferos et Ditem. Nil amplius. κράτος θεῶν pro θεοὺς κρατερούς. (*infernam vim d.*, i. e. *vim deorum inferorum*, quae est poetarum tum Graecorum, tum Romanorum consuetudo Adiectivi, quando metrum poscit, non suo Nomini iungendi, ut Ecl. IX, 46. Ge. I, 52. 211. Aen. I, 169. VIII, 526. Multa eius rei exempla congessit Obbarius in *Diariis Scholast. Darmstad.* 1832. plag. 150. p. 1201 sqq. *Wr.*) 200. *fulmine*, tamquam ostento: aruspicinam spectat. Nisi malis cum aliis de Iove periurii ultore cogitare. 201. *medios ignes*, in medio positos: ut saepe. Elegantior tamen Hein-

Digitized by Google

Avertet; non, si tellurem effundat in undas,
Diluvio miscens, coelumque in Tartara solvat; 205
Ut sceptrum hoc (dextra sceptrum nam forte gerebat),
Numquam fronde levi fundet virgulta nec umbras,
Cum semel in silvis imo de stirpe recisum

207. VIRGULTA, NEQUE 208. SILVIS, RECISUM,

ulla ferentem a m. pr. Zulich. 204 *Avertit* Gud. *tellure effundat et undas* Medic. a m. pr. (est ea prior lectio; et interpunctio post *effundat*, nulla post *undas* facta in eodem. *Wr.*) *fundat* Dorvill. *effundet* Goth. sec. 205 *Diluvium miscens* Dorvill. *coelumque* Heins. post Pier. e codd. pro vulg. *coelumve*. (vid. Q. V. XXXVI, 9. *Wr.*) Tum *in T. vertat* codex Pierii, quidam Heins. Ven. et Ed. pr. Burmann. (*solvit* a m. pr. Medic. *Wr.*) 206 *hoc* deerat Mentel. pr. *sceptrum dextra* Bigot. *dextra hoc sceptrum nam* Hugen. *ferebat* Zulich. *regebat* Montalb. doctius sane; et reposuit e cod. Coll. Iesu Wakef. (*regebat* etiam Serv. Dresd. Sed in eiusmodi sententia simplicissima utendum est oratione. *Wr.*) 207 *neque* Heins. e codd. pro *nec*; (*nec* ipse Medic. cum 2. 7. 9., idque restitui; vid. Q. V. XXXII, 9. *Wr.*) tum *umbram* pr. Moret. et Macrob. V Sat. 3. 208 Perperam Servius et Donatus, cumque iis Pierius, argutantur supra genere vocis *stirps*: in, *imo de stirpe*. vid. Heins. conf. sup. Ge. II, 379, et inf. XII, 770 et 781. Nulla necessitate coactum poetam alterum maluisse *imo*, observat Quinctil. I, 6, 1, forte quia doctius erat. *ima de stirpe* Sprot. *uno de* Parrhas. *una de* Zulich. (Ricci commata; et iunge *in silvis recisum*, non *in silvis matre caret*. *Wr.*)

sii interpretatio, ut sint tamquam sequestres et conciliatores pacis. (Heynii interpretatio, ut simplicior, praeferenda. *Wr.*) 203. *volentem* bene adiectum; nam potest foedus rumpi eo nolente et invito, ut factum sup. VII, 586 sqq. 204. 205. non, si vis ulla Terram, Mare, Caelum ac Tartarum misceat. Exquisite autem hoc extulit. *Diluvium* pro aquis inundantibus, quibus misceantur tellus et undae. *effundat tellurem in undas*. Ex vulgari modo loquendi effunduntur undae in tellurem: unde per hypallagen dictum putavit Servius et alii. Sed constituenda est notio τοῦ *effundat* ex altero *solvat*. Tellurem mari obrutam et dissolutam ac liquefactam vis maior diluat et effundat in mare: tamquam glebam illam, βῶλον ὑγρὰν, Medeae apud Pindarum Pyth. IV, 67 sq. *caelum in Tartara solvi*, h. resolutum cum Tartaro misceri. Ad 206—211 vix necesse ut moneamus, haec ex Iliad. α, 234 sqq. esse adumbrata. Comparent studiosi ipsa verba. Valerii Flacci alia est imitatio lib. III, 707 sqq. 208. *cum semel ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν* (h. stirpem, unde recisum fuit) *ἐν ὄρεσσι λίλοιπε matrem*, de terra, ut sup. XI, 71 *Non iam mater alit tellus*. Potest tamen, quod malim, de ipsa stirpe, trunco cum radicibus, accipi. Est haec Pindari arbos *ἐὸν ἐρημώσασα χῶρον*. (Equi-

Digitized by Google

Matre caret, posuitque comas et brachia ferro;
Olim arbos; nunc artificis manus aere decoro
Inclusit, patribusque dedit gestare Latinis.
Talibus inter se firmabant foedera dictis,
Conspectu in medio procerum. Tum rite sacratas
In flammam iugulant pecudes, et viscera vivis
Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras.
At vero Rutulis inpar ea pugna videri
Iamdudum, et vario misceri pectora motu;
Tum magis, ut propius cernunt non viribus aequis.

218. CERNUNT,

209 *Matre cadet* Medic. (quod tempus non convenit ei, quod sequitur, *posuit*. *Wr.*) 211 *certare* Goth. *Latinus* Leid. 213 *in* abest tribus Heins. et Burm. item Goth. tert. *Prospectu* Medic. (et prox. vs. *Im fl.*, ut *Im puppim* in eodem I, 115.; vid. V. L. ad XI, 609. Praepositio *in* superscripta legitur in Medic. *Wr.*) 214 *flammas* Mentel. pr. a m. pr. et Parrhas. 215 *cumulantque altaria donis* repetitum ex lib. XI, 50 Vratisl. Tamen et alterum occurrebat iam sup. VIII, 284. 216 *Rutulisque* aliquot Pier. 217 *Miscentur* Zulich. a m. pr. 218 *ut propius cernunt, non viribus aequis.* Servius: eos congressuros esse,

dem surculum dici putarim, qui ex radicibus maioris arboris, tamquam matris, progerminavit; commode laudat Servius Ge. II, 19.: „Parva sub ingenti matris se subiicit umbra.“ *Wr.*) 210. Aere ornatum sceptrum cogita. Vis autem comparationis in hoc: ut hoc sceptrum, haec hasta, nunquam repullulabit, sic nunquam ab hoc foedere recedam. Aliter res se habet apud Homerum, ubi Achilles tam certe sui desiderium subiturum esse Achivis pronuntiat, quam certe sceptrum, quod gestabat, nunquam iterum esse repullulaturum. Utrique poetae iniuria facta a viris doctis, qui alterum alteri anteferre voluere. (Mira profecto comparatio, in qua nihil rebus collatis inter se commune, nisi quod neutrum futurum esse contenditur. Nempe *ut* hic est graviter asseverantis, nostrum *so wahr;* nec offendor, quod non praecessit, id quod praecedere solet, *ita*. *Wr.*) 213. 214. *rite sacratas* cf. sup. ad v. 172—174. *In flammam iugulant*, ut saepe iam vidimus, verbo motus resoluto in alterum verbum, pro in *flammas* proiiciunt iugulatas. 215. *cumulantque oneratis*, cumulate imponunt aris: eadem sup. VIII, 284. *viscera* sunt exta, quorum primitias (ἀπαρχάς) lanci impositas ad aram allatas in flammam immittebant cremandas: non vero, ut lancibus super flammis tamquam coquenda exta apposuerint. Ge. II, 194 *Lancibus et pandis fumantia reddimus exta*. conf. Dionys. Halic. VII, 72 extr.

216. Comparare solent Iliad.

Digitized by Google

Adiuvat incessu tacito progressus et aram
Suppliciter venerans demisso lumine Turnus,
Tabentesque genae, et iuvenali in corpore pallor.

219. ADIUVAT, PROGRESSUS, 220. LUMINE,

subaudit. Burmannus: *ut cernunt* scilicet adstare Aeneam, et Turnum non esse aequis viribus. Simplicissimum erat supplere ὄντας: *ut propius cernunt* eos, quod erant, *haud viribus aequis, ἐπειδὴ ὁρῶσιν αὐτοὺς* (ὄντας) *οὐκ ἰσομάχους, ἰσοσθενεῖς*. Aut, servata verborum iunctura: *ut propius cernunt* pugnam, quae futura erat *haud viribus aequis*. (Hoc sequitur Iahnius; „Eos congressuros, subaudis," inquit Servius. *Wr.*) Hunc in modum bene exponitur locus. Alioqui ultima adsuta putem versu imperfecto relicto: *Tum magis, ut propius cernunt*. Et hoc amplexus est Brunckius. Io. Schraderus corrigit *haud viribus aequos* e v. 230: nec male. (atque sic edidit Bothius. Ruhkopfius post *aequis* comma ponendum et *Tum magis adiuvat* iungendum putat; unde quid proficiamus, non video. Simplicissima ratio haec est: *ea pugna* vs. 216. est i. q. eorum, Aeneae et Turni, pugna; unde huc revocabis *eos*: ut cernunt eos non viribus aequis. Et sustuli comma post *cernunt* collocatum; nihil enim hic opus supplendo Graeco participio ὄντας, nec apud Tacitum Annal. I, 13.: „Tiberio nulla vetus in Arruntium ira; sed divitem, promtum, artibus egregiis et pari fama publice, suspectabat." Quodsi cui nondum omnem scrupulum exemero, is velim meminerit, in re plana, ut haec est, non raro veteres scriptores minus curare, quo modo, quam ut aliquo modo id, quod senserint, expressum sit. Ceterum *Iamdudum* i. e. antequam in propinquo constitutum utrumque viderant, metientes scilicet Aeneae fortitudinem ex factis, quae hic in pugna l. X. descripta ediderat. *Wr.*) 219 *ingressu* Oblongus Pierii, cum Donato, Gud. et tres alii Burmanni, qui recte defendit *incessum* adversus Pierium, qui alterum malebat. Nam *incessus* de quocunque modo incedendi dicitur, non modo de illo regio et ad maiestatem comparato: et *ingressu tacito progressus* iniucundum foret. *incensu* duo apud Burm. *incessu tardo* coni. Io. Schrader. *progressus ad aram* duo Moret. et Zulich. cum Goth. sec. („*Adiuvat* sc. varium motum pectoris. Perperam Bothius corr. *Haud iuvat*." Haec Iahn., vid. etiam Not. Heyn. Ceterum eieci tria commata ab Heynio hic et prox. vs. posita. Iungendum enim, quod vel vs. 221. docet, *Adiuvat progressus*, i. e., ut hoc voc. utar, progressio Turni. Satis notus hic participii usus; adi, si videtur, not. Baueri ad Sanct. Minerv. Vol. II. p. 67. *Wr.*) 221 *Tabentesque* recte receptum: sed a quo primum factum ignoro. Paullum Manutium esse puto. Vett. edd., etiam Ald. tert., *Pubentesque* legunt, quod et Rom. et Medic., hic tamen, quantum intelligo, in litura; cum his Erf. Sunt tamen codices Pierii et Heinsii, qui *Tabentes* exhibent: adde Goth. tert. (*Tabentes* ex Heinsianis duo praestantissimi, uterque Mentel.; idem legit Donatus; utrum legerit Servius, non constat; nec satis convenit ceteris lectio *Pu-*

η, 215 sqq. 218. *ut propius cernunt* scil. pugnam, *non viribus aequis* ineundam. cf. V. L. (ubi aliam interpretationem proposui. *Wr.*) 219. *Adiuvat*, facit, ut ita iis videretur; auget metum. (vid. V. L. Non constat sibi h. l. Virgilius, qui Turnum, alias ferocem et magni animi iuvenem, nunc fractum fingit et humilem; scilicet ut redintegrato pugnae spectaculo liber duodeci-

Digitized by Google

Quem simul ac Iuturna soror crebrescere vidit
Sermonem, et volgi variare labantia corda:
In medias acies, formam adsimulata Camerti;
Cui genus a proavis ingens, clarumque paternae
Nomen erat virtutis, et ipse acerrimus armis;
In medias dat sese acies, haud nescia rerum,
Rumoresque serit varios, ac talia fatur:

bentes; quam qui ex eo, quod sequitur, *iuvenali*, defendat, eum adtendere velim, hoc *iuvenali* adiectum esse non aliam ob causam, quam quod pallor magis insignis est in iuvenili corpore, quod multo rubore suffusum esse solet. *Wr.*) *Pallentesque* Bigot. *Rubentesque* Exc. Burmanni, qui coni. *Labentes* fuisse. *Tabescentes* Reg. *iuvenali* cum melioribus scripsit Heins., pro vulgari: *iuvenili*. (quod est in Palat. et 7. 9. *Wr.*) *in* deest Sprot. *languor* vel *torpor* malebat Io. Schrader., scilicet quia *in corpore* praecessit: pro *ore*. 222 *simul ut* pars libb. Heins. et Burm. (vid. V. L. ad IV, 90.; *ut* originem sono primarum proximi voc. literarum *Iut* videtur debere; vid. V. L. ad XI, 609. *Wr.*) *crebrescere* et hic ubique: v. ad Ge. I, 359. 224 *Per medias* Parrhas. *forma* sec. et tert. Rottend. cum cod. Thuan. ap. Macrob. V, 15, minus bene. *assimulata* scribere iubet Diomedes, lib. I, p. 362, monente Heinsio, non *assimilata*: argute magis quam vere; etsi usus alterum illud consecravit. (*adsimilata* in nonnullis duntaxat codd. invenit Heins.; *adsimulata* certe praebet Medic. et hic et X, 639., quo loco nihil diversitatis ab Heins. adnotatum video. Formam *similare*, *adsimilare*, e Latinitate eiectum ivit I. F. Gronov. Diatr. Stat. pag. 36. sqq., cui adstipulantur Burmann. uterq., Ernestius, alii. Rectius videtur Handius in Not. ad Gronov. Diatr. p. 73. ita statuere, antiquiore aevo tantum *simulare* et *adsimulare* in usu fuisse, et ita scripsisse Ciceronem, Virgilium, alios; sed recentiores scriptores, i. e. qui post Augusteam aetatem fuerunt, ipsam pronuntiationem secutos non abstinuisse altera forma *similare*, *adsimilare*. Iure etiam negat Vir D. in Novis Annalibus philolog. et paedagog. a Seebod., Iahn. et Klotzio ed. Vol. VII, fasc. II. p. 234. significatione diversas esse formas *assimilo* et *assimulo*. Idem ita disputat: quum simile quid sonuerint apud Latinos vocales *u* et *i*, factum esse, ut et praeterea *u* saepe in *i* transierit, et maxime ante syllabam *li*; ita ex *consul* natum esse *consilium*, ex *exsul exsilium*, e *facul*, *facilis*, e *difficul difficilis*; causam eius rei fuisse studium quoddam *εὐφωνίας*. Sic videtur intelligi posse, quamobrem, quum in Adiectivo *similis* media vocalis, quae esse *u* debebat, mutationem subierit, eadem in Verbo *simulo* immutata manserit. *Wr.*) *Camertis* Aldd. pr. et sec. Vratisl. et Leid. cum Goth. sec. *Camerte* Mentel. pr. et tert. Moret. *Camertae* ap. Priscianum et Macrob. l. c. legitur. (*formam* et *Camerti* Arus. Mess. p. 215. ed. Lindem. *Wr.*) 227 *haud inscia* pr. Mentel. et pr. Menag. (*haud nescia rerum*: ad explendum versum haec adiecta sunt a poeta, satis otiosa post ea, quae vs. 222. sq. legimus. Haud tamen propterea in suspicionem adducta velim; vid. Not. ad I, 678. *Wr.*)

mus expleatur. *Wr.*) 222 sqq. Scilicet sic apud Homerum Iliad. δ, 86. Pandarus Minervae monitu foedus turbat. conf. sup. V, 496. 497. (— 227. vid. V. L. *Wr.*) 228. Macrob. comparat e Furii

Digitized by Google

Non pudet, o Rutuli, pro cunctis talibus unam
Obiectare animam? numerone, an viribus aequi
Non sumus? En, omnes et Troes, et Arcades, hi sunt,
*Fatalisque manus, infensa Etruria Turno.

229 *cunctis pro talibus* Goth. pr., ut Aldd. sec. et tert. et hinc aliae edd. cumque iis Cuningham. Vetustiores vero cum Ald. pr. *cuncti pro*, vitiose. *pro cunctis* codd. vett. ap. Pier. et Heins., itaque hic recepit, etsi minus elegante verborum iunctura. Io. Schrader. tentabat: *proh! cunctis casibus.* (*cunctis pro talibus*, ut exstat in Palat., est i. q. pro talibus, quales cuncti sunt, s. iisque cunctis; *pro cunctis talibus* i. q. pro cunctis, qui tales sunt, s. iisque talibus; atque hoc solum aptum esse huic loco facile intelligitur; cfr. etiam V. L. ad XI, 298. *Wr.*) 230 *numerone hanc* Goth. pr. *an viribus aequis* aliquot Pier., tum Gud. a m. pr. Menag. pr. sec. Rottend. Moret. qu., quod commendat Heins. (adscitum *aequis* e vs. 218. *Wr.*) *aequae* nonnulli apud Pier. 231 *hic Troes* Parrhas. *hi sunt* Heinsius recepit e melioribus. (vid. Q. V. XX, 2. *Wr.*) Apud Pier. vetus liber: *En omnes hi Troes et Arcades hi sunt.* Vulgo lectum: *hic sunt.* (ita Palat. *Wr.*) Rom. *hinc sunt*, perperam scriptum; lib. Brunck. *adsunt*, quod non praeferam. 232 *Fatalesque manus* aliquot Pier. et Medic. cum aliis Heins. (quod tenet Bothius; sed deberi hanc mutationem iis, qui de metro solliciti essent, in promtu est. *Wr.*) *Mortalesque* Montalb. pro div. lect. *Etruria mater* Ed. pr. Burm. Sed totum versum suspectum haberi necesse est: quem aliquis subiunxit, qui Etruscorum auxiliorum mentionem factam desiderabat. Certe sententia commoda expediri vix potest. (Tuentur hunc versum Weichert. Epist. crit. p. 74, Iahnius, qui *fatalis* per *exitialis* interpretatur, — rectius certe Ruhkopfius „exitio destinata," — denique Bothius, qui in Virgilio Virgiliano p. 24. ita scribit: „Fatales autem manus Etruscorum dicuntur propterea quod fato iniquo factum esse videbatur, ut Mezentium hospitio Turnus excipiens odia in se totius Etruriae converteret, Aeneae iam opem ferentis, cum Diomedes a foedere cum Latinis iungendo abhorruisset." Ipsum poetam, ut par est, si sequimur, quae sit fatalis manus, ex loco ab Heynio in Not. laud. explicandum erit. Proinde haec ita accipi necesse est: manus, quae duce homine extraneo secundum fatorum monita Rutulos superatura est. Quae res plane abhorret a mente Iuturnae. Fac autem, cum irrisione ita dictam esse ab Iuturna; tamen vel sic mali ominis aliquid infertur, quod ne fieret utique cavendum erat;

Annal. X *Rumoresque serunt varios, et multa requirunt.*. 229. *pro cunctis talibus:* in laudem dictum ne dubita vel propter vs. seq. pro his, pro omnibus his viris fortibus, qui et ipsi pugnare poterant, *numero et viribus aequi.* 232. *Fatalis manus:* De Troianis, qui fataliter ad Italiam venerant, vix bene cum Servio accipias: propter copulam, quae hoc ad Etruscos revocat: quos vel omnino epitheto hoc ornavit, ut sint agmen dirum, tetrum, exitiale; vel ut respexerit sup. lib. VIII, 497 sqq.; ut quoque Cerdae visum; etsi hoc molestum satis et longe petitum est; ut et

Digitized by Google

Vix hostem, alterni si congrediamur, habemus.
Ille quidem ad superos, quorum se devovet aris,
Succedet fama, vivusque per ora feretur:
Nos, patria amissa, dominis parere superbis
Cogemur, qui nunc lenti consedimus arvis.
Talibus incensa est iuvenum sententia dictis

238. DICTIS,

atque id ipsum premit explicationem a Bothio propositam. Itaque, nisi exstiterit, qui felicius propugnet hunc versum, non removebo asteriscum ab Heynio appictum. Quo consilio confictus videatur, bene divinavit Heynius; nec necesse erat Etruscorum nominatim mentionem fieri, quum Troum eos nomine, ut horum socios, complecti liceret. *Wr.*) 233 *alternum* Bigot. *alternis* alter Menag. *vix alterni hostem* Leid. (In Mediceo post *alterni* interpungitur: vix habent bini nostrorum singulos, quibuscum congrediantur. Res eodem redit, nisi quod coniunctivus *congrediamur* vulgatae favet interpunctioni et *alterni* in principio incisi collocatum plus roboris nanciscitur: vix est satis hostium, ut alterni nostrorum cum singulis congredi possint. *Wr.*) 234 *equidem* alter Hamb. 235 *Succedens* Hugen. *Succedit* Mentel. pr. *vivosque* Rom. *vivisque* Montalb. (quod Wakef. praefert ad Lucret. V, 1122.; vid. Not. *Wr.*) Burmannus videtur malle *vivûmque*. 236 *admissa* Dorvill. et duo Goth. 237 *quis nunc* coni. Heins. *laeti* Vratisl. *leti* Zulich. *lentis consedimus armis* Gud. a pr. m., quod minime esse contemnendum iudicabat Heins. Bonum factum, quod non recepit! etsi etiam Medic. a m. pr. *armis*. (*v* superscripta recentioris est formae; sed *arva* et *arma* sexcentis locis sunt confusa; vid. Drakenb. ad Sil. It. IV, 295. *Wr.*) Praestat haud dubie *lenti* et *arvis*, quod quemque suus sensus docebit. *considimus* Gud. a m. sec. et aliquot alii Heins. 238 *accensa* aliquot Pier. Heins. et Goth. tert. (*incensa* firmatur vs. 216. sqq.; inde etiam intelligitur iungendum esse *iam magis atque magis incensa est*; itaque sustuli comma in fine versus positum. *Wr.*)

illud, si fatis debitam manum intelligas, ut *fatis debitus Arruns* erat XI, 759. (vid. V. L. *Wr.*) *infensa* propter receptum a Turno hospite Mezentium ibid. v. 492 sqq. 233. *Vix hostem;* breviter exposuit, quod Homerus ornatum dederat Il. β, 123—130. (vid. V. L. *Wr.*) 234. Augusta rei species: *superos, quorum se devovet aris:* sententia tamen obscurior: *Aris deorum* proprie *se devovere* dicitur is, qui aut sacerdotio consecratur, aut sacris templisque tuendis se consecrat ac devovet, adeoque pro aris: ut sup. XI, 440 *vobis animam hanc soceroque Latino Devovi:* vobis tuendis, pro vobis, pro vestra salute. Neutrum hic locum habet. Erit igitur *aris deorum* absolute, pro *in aris*, ad aras; devovet ille se, vitam suam, morti, pro Latinis, foedere facto ad aras deorum: re omni in maius aucta. (Apparet hoc Iuturnam dicere: Turni se solum morti obiicientis tanto maior erit gloria, quanto foedius nostrum, pugnam quiete spectantium, dedecus. Iam *aris*

Digitized by Google

Iam magis atque magis; serpitque per agmina murmur.
Ipsi Laurentes mutati, ipsique Latini.
Qui sibi iam requiem pugnae rebusque salutem
Sperabant: nunc arma volunt, foedusque precantur
Infectum, et Turni sortem miserantur iniquam.
His aliud maius Iuturna adiungit, et alto

239 *Tum magis* Gud. (fortasse e vs. 218. *Wr.*) *Tunc* Zulich. 240 *mutari* Zulich. Totus versus aberat a Goth. pr. Quod ad interpunctionem attinet, nescio an melius distinguatur: *Ipsi — ipsique Latini, Qui — sperabant, nunc arma volunt.* (Non necesse quidem dixerim ita distingui; tamen, quae sequuntur, de Laurentibus Latinisque dici, quod etiam Donatum sensisse ex eius scholio cognoscitur, illud maxime videtur indicare, quod ea res ad horum potissimum salutem spectabat; vid. vs. 241.; tum non satis recte haec etiam ad Rutulos referas post ea, quae supra vs. 218. sqq. leguntur. *Wr.*) 241 *Quisquis iam* Parrhas. *Et sibi iam* sec. Rottend. *cui iam* Leid. 242 *nunc iam arma* alter Hamb. 243 *et* aberat Ven. (— 244. *et ab alto* Serv. Dresd., unde suspicari liceat, scripsisse Virgilium *adiungit*: *ab alto*; atque *et* aut ex ultima praegressi verbi syllaba natum, aut ex ipso scholio illatum videri possit, qua de re vid. V. L. ad Ge. III, 254. Sed melius abest praepositio, quum ipsa Iuturna in terris constiterit; quamquam illam tueri fortasse liceat ex I, 394. *Wr.*)

pro *ad aras* dictum accipere non licet, propterea maxime, quod loci notio abest a verbo devovendi. Itaque aut sextum casum esse *aris* dicemus et breviter locutum poetam hoc significare existimabimus: per quorum aras foedus sanciens, cfr. vs. 220., morti se devovet; aut ita haec explicabis: quorum sacra religionemque tutaturus in mortem ruit; id quod insignem ad commovendos animos vim habiturum erat. Huc ea ducunt, quae supra Aeneas professus fuerat vs. 192.: „Sacra deosque dabo.“ Id vero omniam gloriosissimum haberi debebat; ac nescio an solum hoc facinus tanta praedicatione, quanta hic extollitur, dignum fuerit. Inde demum intelligi etiam videtur, quare ad ipsorum Deorum immortalem honorem accessura Turni gloria dicatur, et quare tritum illud *ad coelum, astra, sidera ferri laudibus*, novo hic modo expresserit poeta. *Wr.*) 235. *vivusque per ora feretur*, ad notum illud Ennianum: *volito vivus per ora virum:* feretur sermonibus. (*vivus* ex eo explicandum, quod, quorum etiam post mortem superstes est memoria, ii vivere dicuntur; Tibull. I, 4, 65.: „Quem referent Musae, vivet, dum“ *cet. Wr.*) 238. *iuvenum sententia*, ut γνώμη, pro animo. (— 240. vid. V. L. *Wr.*) 241. Comparant Intpp. Iliad. β, 453. γ, 112.

244 sq. In his manifesta vestigia Homerici prodigii Iliad. μ, 200 sqq., expressum a Cicerone in Mario: v. de Div. I, 47. et Θ,

Digitized by Google

Dat signum coelo; quo non praesentius ullum
Turbavit mentis Italas, monstroque fefellit.
Namque volans rubra fulvus Iovis ales in aethra
Litoreas agitabat avis, turbamque sonantem
Agminis aligeri; subito cum labsus ad undas
Cycnum excellentem pedibus rapit inprobus uncis.
Adrexere animos Itali, cunctaeque volucres
Convertunt clamore fugam; mirabile visu;

245 *praestantius* vulgo lectum; (ita 2. 7. 8. 9. *Wr.*) nisi quod iam Ge. Fabricius emendavit *praesentius*: unde in edd. Pulmann., sicque libri Pierii et Heinsii praestantiores. Etiam Servius: *praesentius*, efficacius. Intellige ostentum clarum, manifestum, ἐναργὲς, quo deorum voluntas tam manifesta fit, ut dubitari de ea nequeat. 246 *Italis* Montalb. *montes Italos* Bigot., interpolate. Ornate expressit poeta, quod vulgo dicimus: signum, quo nullum aliud clarius Italis h. Latinis visum erat: seu clarissimum quod unquam viderant. Nec emphasis quaerenda est in *mentes Italas*. (*mentes* Medic. *Wr.*) 247 *Iamque* alter Hamb. et Hugen. *rubea* Vratisl. *fulvus rubra* Medic. (suavius hoc ad sonum; et dubitabam, an ita exarari iuberem; sed adiecta in Mediceo Foggin. super *fulvus* lineola, quae tamen in quibusdam exemplaribus negligentius exaratis non visitur, videtur indicare, non suo loco *fulvus* esse collocatum. *Wr.*) *fulvos* Gud., quod idem in plerisque invenerat Pierius, et Heinsius adeo receperat. *fulvis* Parrhas. *in aethra*: alias, ab aethra; ab aethere. conf. sup. Var. Lect. ad V, 254. (Recte *in aethra*; cfr. vs. 249. *Wr.*) Vocem *aethram* iam Ennius usurpaverat, Macrobio observante lib. VI, 4, pag. 597; addit *et Ilius in Teuthrante*: leg. *Atilius*. 248 *Litoreasque* Leid. et Reg. *agitavit* sec. Rottend. (*aves* Medic. *Wr.*) *turbamque sequentem* Exc. Burmann. 249 *collapsus* Parrhas. 251 *Erexere* Goth. tert., male: nam attenduntur h. l. animi. *iunctaeque* Zulich. a m. pr. 252 *miserabile* aliquot Pier.

247 sqq., cum altero Od. o, 160, ut tamen accommodatum illud sit ad eventum praesentem. 245. *praesentius;* h. non aliud tam clarum et manifestum unquam visum fuerat a Latinis. vid. Var. Lect. *monstro,* h. l. ostento, augurio ipso. 248. Fuere cygni, ut ex seqq. patet: hos, quam ornate designavit! *littoreae aves,* pro flumineis, palustribus. *improbus* h. l. audax: v. sup. XI, 767 et al. (at parum in ea re audaciae. Est hoc commune bestiarum nocentium et rapacium epitheton, aviditatem indicans: Ge. III, 480 sq. de angue: „piscibus atram Inprobus ingluviem ranisque loquacibus explet." Aen. II, 355 sqq.: „lupi ceu Raptores atra in nebula, quos inproba ventris Exegit caecos rabies;" et iterum lupus IX, 62.; leo X, 727.; anser Ge. I, 119. cfr. etiam Interpp. ad Phaedr. Fab. I, 1, 3. *Wr.*) 252. *Convertunt clamore fugam:* redeunt cum clamore, ait Servius, quod in exercitu fieri solet. Accepit itaque fugam de dispersis aquilae adventu cygnis: ut sit pro, convertunt se a fuga. Nec improbo:

Digitized by Google

Aetheraque obscurant pennis, hostemque per auras
Facta nube premunt: donec vi victus, et ipso
Pondere defecit, praedamque ex unguibus ales
Proiecit fluvio, penitusque in nubila fugit.
Tum vero augurium Rutuli clamore salutant,
Expediuntque manus; primusque Tolumnius augur,
Hoc erat, hoc, votis, inquit, quod saepe petivi;
259. HOC VOTIS

253 *pinnis* aliquot apud Burmann. et hic, ut semper alias. 254 *donec convictus* Bigot. et Dorvill. *et ipse* aliquot Burm. cum Erf. *ab ipso* Sprot. 255 *deficeret* aliquot Pier., quod pedestrem efficeret orationem. *deficere* in eo latere coni. Heinsius. 256 *P. fluvium* tert. Rottend., mox *que* abest Medic. et tribus aliis. (male; vid. Q. V. XII, 15. *Wr.*) 257 *nutu*, pro *Rutuli*, Parrhas. 259 *Hoc erat in votis* Oudart. et Zulich. a m. pr. (addidi comma post alterum *hoc*. Ad *saepe* mireris neminem offendisse; vid. Not. *Wr.*)

nisi malis *fugam* de volatu simpliciter accipere; sic *convertimus iter*, non modo, quod mutamus, ut sup. V, 581, sed etiam simpliciter, ut sit dirigere, intendere, et h. l. volatum, in abeuntem aquilam, quam persequuntur. (Recte Servius; nam quae modo fugerant, si convertere fugam dicuntur, existimandae sunt a fuga desistere. Atque in tali quidem orationis habitu boni est scriptoris et interpretis non desciscere a verborum proprietate. Iam convertit se, qui fugit; fugam autem qui convertit, desinit fugere et instat etiam. — 254. *facta nube*, translatum ab exercitu, qui facto agmine, i. e. densis ordinibus, hostem adoritur; sup. de ventis I, 82.: „venti, velut agmine facto, Qua data porta, ruunt.“ Ceterum observa alliterationem in his: *vi victus*, quae intendit vim orationis, ut ap. Cic. pro Mil. c. 11.: „*vi victa vis.*“ supra II, 494.: „Fit *via vi*;“ adde Not. ad XI, 160. vid. Naekii Dissertat. *de Alliteratione sermonis lat.* Musei Rhenani Vol. III. fasc. III. insert. p. 375 sq. *Wr.*) 256. *Penitus:* in interiora nubium. Vide v. 263.

257. *salutant:* venerantur, ut bene Serv., cum acclamatione omen accipiunt. 258. *Expediunt*, ad arma capienda, *manus*, quas, utpote otiosi, palliis vel togis involutas habebant. (Haec „*quas — habebant*“ rescissa malim. Expediuntur proprie arma; sed hoc quia per manus fit, ipsae manus hic expediri dicuntur. *Wr.*) Servius eo refert, ut dimicare se velle significent: Cerda cum Guellio, ut manus ad caelum extollant. Videtur naturalis hominum motus, qui sponte fit, cum re inopinata vehemen-

Digitized by Google

Adcipio, adgnoscoque deos; me, me duce ferrum
Conripite, o miseri, quos inprobus advena bello
Territat, invalidas ut avis, et litora vestra
Vi populat. Petet ille fugam, penitusque profundo
Vela dabit. Vos unanimi densate catervas
Et regem vobis pugna defendite raptum.

260 *sine me duce* Goth. tert. 261 *o Rutuli* edd. vett. et vulgg., etiam codd. plerique sic, vel *o Rutili*. (*o Rutuli* Palat. cum 2. 7. 9. *Wr.*) Verum *o miseri* reposuit Heins. ex auctoritate Romani, Medic. et aliorum, etiam Donati. *o famuli* alter Hamb. 262 *invalidus, ut a.* Ed. pr. Burmann. (*aves* Medic. *Wr.*) *et l. nostra* vett. edd., donec in Ald. tert. *vestra* apparuit, quod codd. Pier. et Heins. firmant. 263 *Ne pop.* Parrhas. (natum hoc fortasse ex eo vitio, quo contaminatus est Medic. apud Foggin., *Ut pop.* Saepe autem ex syllaba *vi* factum *ut* a librariis; v. Drakenb. ad Liv. IV, 51, 6.; cfr. etiam Diar. literar. Halens. 1827. 59. p. 468., ubi vulgatam lectionem ap. Catull. XIX, 4.: „Nutrivi, magis et magis ut beata quotannis," ex contrario ortam vitio, coll. Drakenb. Not. ad Liv. XXX, 3, 7., cui adde V. L. ad Aen. V, 531., ita emendandam esse suspicatus sum: „Nutrivi, ut magis et magis sit beata quotannis." *Wr.*) *Petat* alter Hamb. 264 *unanimes* Medic. et alii ingrato sono. *unanimis* edidit Cuningham. (*unanimis* Medic., *unanimes* etiam 10.; accommodato scilicet ad proximum substantivum epitheto; vid. Q. V. VIIII, 1. Sonus quidem, quominus ita legas, nihil impedit. *Wr.*) *densete* Rom. cum parte Heinsii librorum, qui et receperat, tamquam exquisitius verbum. Defenderat quoque olim Brissonius apud Guellium. Sed iam Pierius monuerat, *densate* esse numerosius. Recte itaque revocavit hoc Burm. Firmat quoque Medic. cum aliis. (vid. V. L. ad Ge. I, 248. *densete* etiam 2. 8. 10. *Wr.*) 265 *nobis* Ed. pr. Burm. cum cod. Coll. Iesu reposuitque Wakefield.; placet, inquit, ob varietatem atque efficaciam. (aliis fortasse, ut mihi ipsi, efficacius videbitur *vobis*. *Wr.*)

ter percellimur, ut ad agendam et suscipiendam rem nos accingamus, exprimi. (— 259. *saepe petivi*, qui tandem saepe in tam brevi spatio? Nempe *saepe* eam hic fere habet potestatem, quam tritum illud *ter, ter quaterque*, i. e. valde, multum, magnopere; vid. Hand. ad Stat. Silv. I, 2, 150. pag. 275. *Wr.*) 260. pro vulgato: accipio omen. (Iunge *adgnosco deos*, non etiam *accipio deos*; et *accipere* simpliciter pro *accipere omen* tum alii dixerunt, tum Ovidius Met. VII, 620.: „Accipio, sintque ista, precor, felicia mentis signa tuae." Agnoscit vero deos, qui deorum numen in aliqua causa intercedere persuasum habet, ut I, 406. VI, 193. XII, 869. *Wr.*) Facile autem vides, Tolumnium augurium per se ambiguum et in utramque partem varie interpretandum, in eum sensum interpretari, ut aquilam de Aenea, cygnum de Turno, accipiat. (Ceterum singula, quae sequuntur, ad speciem istius portenti exegit poeta: vs. 262. invalidas ut

Digitized by Google

Dixit, et adversos telum contorsit in hostis
Procurrens; sonitum dat stridula cornus, et auras
Certa secat. Simul hoc, simul ingens clamor, et omnes
Turbati cunei, calefactaque corda tumultu.
Hasta volans, ut forte novem pulcerrima fratrum
Corpora constiterant contra, quos fida crearat
Una tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gylippo,
Horum unum, ad medium, teritur qua sutilis alvo

266 *adversus* Leid. et Reg. *telumque intorsit* sec. Mentel. *coniecit* aliquot ap. Pier. 267 *Praecurrens* Leid. et Exc. Burm. *Percurrens* Zulich. a m. pr. *Proterrens* Montalb. *et aras* Dorvill. a m. pr. 268 *Simul haec* Ven. *Simul hoc ingens et clamor* Zulich., unde Heins. coni. *it clamor.* in Oudart. aberat *Simul hoc.* Sed est: *simul hoc* factum, *simulque* factus *clamor.* 272 Male scriptum *Gilippo.* Toties occurrit Γύλιππος, notissimum nomen ex Thucydide et aliis, ut mirer non emendatum ab Heinsio, cum praestantiores libri, etiam Rom., adstipulentur. *Gylipso, Gylyppo*, aberrationes. (*Gylipspo* Medic., sed *s* expuncta. *Wr.*) 273 *ad mediam alvum* tres Moret. unus Hamb. Leid. et Scheffer. cum Goth. tert., per se non male; nisi forte nata lectio ex vitio, quale in Medic. a pr. m. est, *ad mediam.* (*mediam* est prior lectio Medicei, *u* in eodem superscripta recentioris est formae. *Wr.*) Sed in hoc Mediceo diversitas lectionis est, quam ab Heinsio, qui codicem tam diligenter (immo satis negligenter, *Wr.*) enotaverat, et ab aliis non animadversam mireris: *sutilis auro Balteus*, ut ex aureis lamellis seu catenulis esset compactus; ita *teritur* referendum ad fibulae morsum, qui ipse verbum illud explicat. Nunc avide hoc amplexus est Wakefield. *in mediam alvum* Zulich. a m. pr. *ad medium alvum* Hamb. sec. et Exc. Burmann. *futilis* Goth. tert.

aves, quemadmodum cycnos aquila; litora vestra respondent avibus litoreis vs. 248.; vs. 263. penitusque profundo Vela dabit, respicitur vs. 256. penitusque in nubila fugit; versum 264. conferes vss. 252 sqq.; vs. 265. regem raptum defendite pugna, compones cum vss. 250. et 254. sqq. Cycnum excellentem rapit, vi victus praedam proiecit. Neque vero id putidum esse dices in augurio quidem interpretando. De hac orationis structura *quos territat et litora vestra populat* vid. Q. V. XXXIIII, 4. *Wr.*) 268. *Certa;* directo. *Simul hoc, simul*, variat id, quod alias est *simul simulque*, ἅμα τε καί. Saepe iam vidimus. conf. Serv. 269. *cuneos* e theatro petitos ornate pro consessu et consessus ordinibus dixit.

270. *Hasta — transadigit unum costas.* (similis appositio infra vs. 412. sq.: „Dictamnum——, Puberibus caulem foliis;“ i. e. dictamni caulem. Rarum hoc loquendi genus apud Virgilium, satis frequentatum Homero, ut Il. VII, 14.: Ἴφι ἰνοον

Digitized by Google

Balteus, et laterum iuncturas fibula mordet,
Egregium forma iuvenem, et fulgentibus armis,
Transadigit costas, fulvaque effundit arena.
At fratres, animosa phalanx, adcensaque luctu,
Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrum
Conripiunt, caecique ruunt. Quos agmina contra
Procurrunt Laurentum; hinc densi rursus inundant
Troes Agyllinique et pictis Arcades armis.

275 *Egregia forma* pr. Moret. *iuvenum* Rom. *praestantibus* vel *fulgentibus* codex Koel. 276 *Transadiit* Parrhas. vid. inf. 508. *effundit* meliorum codicum omnium consensu recepit Heins., pro vulgari *extendit*, meliorum codicum omnium consensu recepit Heins., pro vulgari *extendit*, quod Mentel. pr. Dorvill. et Goth. pr. retinent. (cum Palat. et 2. 7. repetitum ex V, 374. IX, 589. *Wr.*) *effudit* Zulich. et Parrhas. *infundit* Bigot. *et fulva effundit* Ed. pr. Burm. 278 *gladium* Hugen. *gl. stringunt, manibus pars* distinguunt Montalb. et pr. Hamburg. 280 *Hinc depressi* ed. pr. Burm. 281 *Agillini, Agilleni, Agilini*, aberratt., ut sup. VIII, 479.

βάλε δουρὶ ὦμον." remotioris obiecti accusativum appellant Grammatici recentiores. *Wr.*) 273. 274. secundum exemplum in Iliad. δ, 132 ἴθυνεν, ὅθι ζωστῆρος ὀχῆες χρύσειοι σύνεχον καὶ διπλόος ἦντετο θώρηξ, ἐν δ' ἔπεσε ζωστῆρι ἀρηρότι πικρὸς ὀϊστός. Hinc duxit poeta balteum fibula adstrictum, *in medio corpore*, in *alvo*. balteus est *sutilis*, seu laneus seu coriaceus, forte tamen aereis laminis munitus. *laterum iuncturas* ipsum balteum dicere vix potuit; non enim is iungit latera; saltem iungitur lateri. Igitur *laterum iuncturas* aliter vix accipere licet, quam ut sint *latera*, h. orae baltei, ζωστῆρος ὀχῆες, quas *fibula mordet*, colligit, iungit: hincque ornate *iuncturas laterum* dixit. Vulnus igitur h. l. acceptum est *ad medium*, in medio corpore, ea ipsa parte, qua coit in alvo balteus, fibulaque inserta constringitur. *balteus* ita *teritur*, adstrictu fibulae, in alvo. Alii malunt teri balteum *alvo*, quam attingit. Cerda imitationem ex Silio notavit, lib. VII, 624 sq. *qua fibula morsus Loricae crebro laxata resolverat ictu, Accepit lateri — ferrum.* (*q u a ... alvo*, expositum de hoc appositionis genere in V. L. ad Ecl. I, 54. *Wr.*)

277 sqq. Praelio iam pedestri et equestri iusto descripto, restabat poetae, ut tumultuariam pugnam describeret. Hoc in h. l. fecit, qui sequitur. Comparent studiosi harum rerum pugnam Centaurorum et Lapitharum Ovid. Met. XII, 210 seqq. 280. *inundant* campum, felix voc. ad co-

Digitized by Google

Sic omnis amor unus habet decernere ferro.
Diripuere aras; it toto turbida coelo
Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber;
Craterasque focosque ferunt. Fugit ipse Latinus
Pulsatos referens infecto foedere divos.
Infrenant alii currus, aut corpora saltu
Subiiciunt in equos, et strictis ensibus adsunt.
Messapus regem, regisque insigne gerentem,

282 *amor omnis* Dorvill. Goth. pr. 283 *et* pro *it*, sec. Menag. et Gud. a m. pr. (in Mediceo prius fuerat *id. Wr.*) 284 *irruit i.* Montalb. (*ingravit* Medic. a m. pr. In fine huius versus punctum ponendum et *ferunt* vs. prox. ita intelligendum videtur: auferunt sacrorum ministri; focos putabimus esse altaria ex aere facta, vel etiam batillos. Exposuissem rationes huius opinionis, si mihi iam satis liqueret de omni hac re. *Wr.*) 285 *F. ille* pr. Hamb. 286 *infectos* sec. Rottend. *infesto* Zulich. et pr. Menag. 287 *et c. s.* Medic. (ut prox. vs. *aut* e superiore, ita hic *et* ex inferiore versu adscitum videtur; idem Medic. *saltus*; *Instaurant* Dorph. II. *Wr.*) 288 *aut strict. ens.* Gud. a m. pr. cum Lutatio et Serv. ap. Burmann. *adstant* Leid. et Medic. a m. sec. (Hoc qui tenere velit, ei retinendum erit *et* superiore versu, tum *equos* pro curru ab equis vecto accipiendum, ut adstare in curribus pugnatores dicantur. Sic infra vs. 736.: „cum prima in proelia iunctos Conscendebat equos." et supra vs. 164.: „bigis it Turnus in albis." Cfr. praeterea vs. 326.: „saltu Emicat in currum." Sed stricti enses parum conveniunt παραβάταις. *Wr.*) 289 *que* aberat Dorvill. *ferentem* sec. Rottend. *regentem* Ed. P. Dan. et Goth. pr. (item Medic. apud Foggiu.; scripserunt ita librarii sono praegressorum vocc. *regem*, *regis*, decepti; vid. V. L. ad XI, 609. *Wr.*)

piam declarandam; *Agyllini*, conf. sup. VIII, 478 sqq. *pictis Arcades armis:* ad diversorum metallorum mixtionem retuli sup. lib. X, 181 *versicoloribus armis.* Nisi poeta simpliciter γραφὰς ἀσπίδων designare voluit: quae tamen *picta* quidem sed non *versicoloria* possunt dici *arma.* (picta arma etiam Pallanti tribuuntur supra VIII, 588., ubi vid. Not. Heyn.; quare veri est simile propria fuisse Arcadum. Audiendus igitur Servius, qui ad XI, 93. Bacchylidem in Dithyrambis referre scribit, Arcades usos esse scutis, in quibus imagines deorum pictae essent. *Wr.*) Ad 284 Macrob. VI, 1, pag. 578. laudat ex Ennii VIII *Hastati sparguntur hastas, fit ferreus imber.* (— 285. vid. V. L. ad vs. 284. *Wr.*)

286. *Pulsatos deos*, gravius verbum posuit, quod αἰκίζεσθαι Graecis esset, ut violatos et ignominiose habitos designaret. Morem autem fuisse necesse est, ut foederibus faciendis ipsa deorum signa ad aram statuerentur: quippe quae h. l. attulit Latinus et secum revehit. 287. *Infrenant currus*, ut ἅρματα, pro equis iugalibus. cf. I Ge. 514 et al., ut contra Homer. ἵπποι pro curru. *Sub-*

Digitized by Google

Tyrrhenum Aulesten, avidus confundere foedus,
Adverso proterret equo: ruit ille recedens,
Et miser oppositis a tergo involvitur aris
In caput inque humeros. At fervidus advolat hasta
Messapus, teloque orantem multa trabali
Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur:
Hoc habet; haec melior magnis data victima divis.
Concurrunt Itali, spoliantque calentia membra.
Obvius ambustum torrem Corynaeus ab ara
Conripit, et venienti Ebuso plagamque ferenti
Occupat os flammis; olli ingens barba reluxit,

290 *Aulestem* al. *avidum* olim lectum apud Serv. *ausum conf. f.* Parrhas. 291 *Averso* Medic. *proteret*, vitiose codd. et edd. vett. *prosternit* ed. Mediol. *ille recumbens* Parrhas. 292 *misere* Ed. Ven. Burm. *appositis* Bigot. et Zulich. *obvolvitur* pr. Moret., quod illustravit Heins., et videtur esse elegantius. (ortum hoc e praegresso *oppositis*; vid. V. L. ad vs. 289. *Wr.*) *volvitur* sec. et tert. Moret. Bigot. Dorvill. Parrhas. cum ed. Ven. Burm. 293 *atque humeros* Parrhas. et Goth. tert. *inque humeris* pr. Mentel. *ac f.* edd. vett. *avolat* alter Hamb. 296 *Hoc habe*, male ed. Catroeana. (Fogginii notula pag. 457. dubitare me facit, an in Mediceo scriptum sit *Hoc habe et. Wr.*) *datur hostia* Oudart. 297 *cadentia* pars codd. ap. Burmann. cum Goth. sec. 298 *Corynaeus* Heins. e melioribus: et nomen hoc passim alibi obvium ex *Κορύνη*: sup. VI, 228. IX, 571, etsi is *Corynaeus* diversus ab hoc est: quod perperam reprehenditur apud Macrob. Male vulgo et h. l. *Chorinaeus*, et alii *Chorineus*, *Corinaeus*. 299 *Ebyso* Rom. Medic. et bis apud Nonium. (*Ebuso* Palat. *Wr.*) *Hebeso* Zulich. *Abulo* Bigot. *Eubuso* Dorvill. 300 *Olli* e Medic. Heins. pro vulg. *Illi*. (*Illi* Rom. et ceteri, ut videtur,

iiciunt sursum, in altum, more Virgiliano. cf. Ecl. X, 74. Ge. II, 19. IV, 385. III, 241. 289. *regis insigne*, diadema, Serv. Potuit regem edere Aulesten, quia singulae civitates suos habebant magistratus, *Lartes* dictos, seu reges. Fuit ille inter Aeneae auxilia.

290. *confundere foedus* ex Homerico *συγχέειν ὅρκον* pro turbare. Iam supra lib. V, 496, ubi vide. 291. *proterret* elegans et efficax verbum, ut bene Burm. monuit: pro, proturbat: irruit in eum. 293. in sinciput et tergum: *ἐπὶ βρεγμόν τε καὶ ὦμους* Iliad. ε, 586. 294. *telum trabale*, magnum, instar trabis, ab Ennio sumsisse Maronem testatur Serv. 296. *Hoc habet*, sollenne verbum de accepto vulnere. Nota res: illustrat Cerda. *haec melior* fere, ut lib. V, 482 *Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis Persolvo.*

Digitized by Google

Nidoremque ambusta dedit; super ipse secutus
Caesariem laeva turbati conripit hostis,
Inpressoque genu nitens terrae adplicat ipsum;
Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum,
Pastorem, primaque acie per tela ruentem,
Ense sequens nudo superinminet: ille securi
Adversi frontem mediam mentumque reducta
Disiicit, et sparso late rigat arma cruore.

304. ALSUM P.

omnes, etiam quibus usus est editor Vinar. 1826. et Lips. utq.; nisi forte, quod ex Ambrogii, sed parum idonei testis, silentio colligas, etiam in Palat. exstat *Olli*; quam formam etsi hic admitti posse non negaverim, vid. Q. V. XXI, 9., tamen haud mirabor, si quis vocalem *o* ex praegressis „Occupat *os*" adscitam suspicetur. *Wr.*) *relusit* Dorvill. *refluxit* Bigot. 301 *ille* pr. Hamburg. *locutus* Parrhas. 303 *Impressosque* Dorvill. *Impressuque* Goth. sec. 304 *Podarilius* Medic. *Polidarius* multi. *Polidorius* Parrhas. et Goth. tert. (*feret* a m. pr. Medic. Post *Alsum* distinxi; vid. V. L. ad prox. vs. *Wr.*) 305 *in prima a.* aliquot ap. Burm. *que* si abesset, comtior exiret iunctura verborum. (at vitiosum hoc foret, *prima acie*, vid. Q. V. XI, 3. Nihil autem hic incomtum, si, commate post *Alsum* posito, duo esse apposita, *Pastorem* et *ruentem*, animadverteris; neque offendet substantivum a participio per copulam disiunctum, coll. Q. V. XXXIIII, 2. *Pastorem* non temere adiecit poeta, sed propter teli, quo ille utitur, genus; vid. Not. ad XI, 659. *Wr.*) *primamque aciem* Oudart. et Dorvill. 306 *supereminet* Goth. pr. et tert. cum vett. edd. 308 *Dissicit* multi, etiam vett. edd., ut et alibi; idque recepit Cuningham. cumque eo Wakef. tamquam antiquum voc. *dissicere*, dissecare. (*dissice* cum aliis Medic. I, 70., idem *disice*, superscripta altera *s*, hic et VII, 339. Sed perperam hoc pro antiquo aliquo verbo habetur, vide quos laudat Drakenb. ad Sil. It. IX, 538, adde Burmann. ad

300. 301. Forte ad nimis tenuia descendisse videri potest poeta. Sed de vulneribus et ferendum hoc est, et alibi factum iam vidimus, ut varia, interdum satis mira et prodigiosa vulnera, narrentur. (De vi pronominis *ipse* vs. 301. et 303. vid. Q. V. XVIII, 2, b. et n. *Wr.*) 300. *Occupat:* cum adiuncto accipiendum: occupando ferit: φθάνει πλήξας. Valerii Fl. III, 160 imitationem notavit Burm. *Occupat os barbamque viri, clavamque superne Intonat.* 303. videtur Ebusus, Etruscus gente, e Mezentii copiis (saltem barbam more Etrusco alebat 300. 301. Secus Troiani), fuisse: tum alter, Corynaeus, qui e Troianis fuisse putandus, a tergo comam corripit et genu a tergo impresso eum prosternit, prostratum caedit. At Alsus Rutulus, vss. 306. 307, ex fuga conversus, Podalirii, Troiani, os securi elata ferit. (vid. V. L. ad vs. 305. — *securi reducta*, vid. Heyn. V. L. ad IX, 423. *Wr.*) 307. Comparant simile vulnus Iliad. δ, 460.

Digitized by Google

Tyrrhenum Aulesten, avidus confundere foedus,
Adverso proterret equo: ruit ille recedens,
Et miser oppositis a tergo involvitur aris
In caput inque humeros. At fervidus advolat hasta
Messapus, teloque orantem multa trabali
Desuper altus equo graviter ferit, atque ita fatur:
Hoc habet; haec melior magnis data victima divis.
Concurrunt Itali, spoliantque calentia membra.
Obvius ambustum torrem Corynaeus ab ara
Conripit, et venienti Ebuso plagamque ferenti
Occupat os flammis; olli ingens barba reluxit,

290 *Aulestem* al. *avidum* olim lectum apud Serv. *ausum conf. f.* Parrhas. 291 *Averso* Medic. *proteret*, vitiose codd. et edd. vett. *prosternit* ed. Mediol. *ille recumbens* Parrhas. 292 *misere* Ed. Ven. Burm. *appositis* Bigot. et Zulich. *obvolvitur* pr. Moret., quod illustravit Heins., et videtur esse elegantius. (ortum hoc e praegresso *oppositis*; vid. V. L. ad vs. 289. *Wr.*) *volvitur* sec. et tert. Moret. Bigot. Dorvill. Parrhas. cum ed. Ven. Burm. 293 *atque humeros* Parrhas. et Goth. tert. *inque humeris* pr. Mentel. *ac f.* edd. vett. *avolat* alter Hamb. 296 *Hoc habe*, male ed. Catroeana. (Fogginii notula pag. 457. dubitare me facit, an in Mediceo scriptum sit *Hoc habe et. Wr.*) *datur hostia* Oudart. 297 *cadentia* pars codd. ap. Burmann. cum Goth. sec. 298 *Corynaeus* Heins. e melioribus: et nomen hoc passim alibi obvium ex *Κορύνη*: sup. VI, 228. IX, 571, etsi is *Corynaeus* diversus ab hoc est: quod perperam reprehenditur apud Macrob. Male vulgo et h. l. *Chorinaeus*, et alii *Chorineus*, *Corinaeus*. 299 *Ebyso* Rom. Medic. et bis apud Nonium. (*Ebuso* Palat. *Wr.*) *Hebeso* Zulich. *Abulo* Bigot. *Eubuso* Dorvill. 300 *Olli* e Medic. Heins. pro vulg. *Illi*. (*Illi* Rom. et ceteri, ut videtur,

iiciunt sursum, in altum, more Virgiliano. cf. Ecl. X, 74. Ge. II, 19. IV, 385. III, 241. 289. *regis insigne*, diadema, Serv. Potuit regem edere Aulesten, quia singulae civitates suos habebant magistratus, *Lartes* dictos, seu reges. Fuit ille inter Aeneae auxilia.

290. *confundere foedus* ex Homerico συγχέειν ὅρκον pro turbare. Iam supra lib. V, 496, ubi vide. 291. *proterret* elegans et efficax verbum, ut bene Burm. monuit: pro, proturbat: irruit in eum. 293. in sinciput et tergum: ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὦμους Iliad. ε, 586. 294. *telum trabale*, magnum, instar trabis, ab Ennio sumsisse Maronem testatur Serv. 296. *Hoc habet*, sollenne verbum de accepto vulnere. Nota res: illustrat Cerda. *haec melior* fere, ut lib. V, 482 *Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis Persolvo.*

Digitized by Google

Nidoremque ambusta dedit; super ipse secutus
Caesariem laeva turbati conripit hostis,
Inpressoque genu nitens terrae adplicat ipsum;
Sic rigido latus ense ferit. Podalirius Alsum,
Pastorem, primaque acie per tela ruentem,
Ense sequens nudo superinminet: ille securi
Adversi frontem mediam mentumque reducta
Disiicit, et sparso late rigat arma cruore.

304. ALSUM P.

omnes, etiam quibus usus est editor Vinar. 1826. et Lips. utq.; nisi forte, quod ex Ambrogii, sed parum idonei testis, silentio colligas, etiam in Palat. exstat *Olli*; quam formam etsi hic admitti posse non negaverim, vid. Q. V. XXI, 9., tamen haud mirabor, si quis vocalem *o* ex praegressis „Occupat *os*" adscitam suspicetur. *Wr.*) *relusit* Dorvill. *refluxit* Bigot. 301 *ille* pr. Hamburg. *locutus* Parrhas. 303 *Impressosque* Dorvill. *Impressuque* Goth. sec. 304 *Podarilius* Medic. *Polidarius* multi. *Polidorius* Parrhas. et Goth. tert. (*feret* a m. pr. Medic. Post *Alsum* distinxi; vid. V. L. ad prox. vs. *Wr.*) 305 *in prima a.* aliquot ap. Burm. *que* si abesset, comtior exiret iunctura verborum. (at vitiosum hoc foret, *prima acie*, vid. Q. V. XI, 3. Nihil autem hic incomtum, si, commate post *Alsum* posito, duo esse apposita, *Pastorem* et *ruentem*, animadverteris; neque offendet substantivum a participio per copulam disiunctum, coll. Q. V. XXXIIII, 2. *Pastorem* non temere adiecit poeta, sed propter teli, quo ille utitur, genus; vid. Not. ad XI, 659. *Wr.*) *primamque aciem* Oudart. et Dorvill. 306 *supereminet* Goth. pr. et tert. cum vett. edd. 308 *Dissicit* multi, etiam vett. edd., ut et alibi; idque recepit Cuningham. cumque eo Wakef. tamquam antiquum voc. *dissicere*, dissecare. (*dissice* cum aliis Medic. I, 70., idem *disice*, superscripta altera *s*, hic et VII, 339. Sed perperam hoc pro antiquo aliquo verbo habetur, vide quos laudat Drakenb. ad Sil. It. IX, 538, adde Burmann. ad

300. 301. Forte ad nimis tenuia descendisse videri potest poeta. Sed de vulneribus et ferendum hoc est, et alibi factum iam vidimus, ut varia, interdum satis mira et prodigiosa vulnera, narrentur. (De vi pronominis *ipse* vs. 301. et 303. vid. Q. V. XVIII, 2, b. et n. *Wr.*) 300. *Occupat:* cum adiuncto accipiendum: occupando ferit: φθάνει πλήξας. Valerii Fl. III, 160 imitationem notavit Burm. *Occupat os barbamque viri, clavamque superne Intonat.* 303. videtur Ebusus, Etruscus gente, e Mezentii copiis (saltem barbam more Etrusco alebat 300. 301. Secus Troiani), fuisse: tum alter, Corynaeus, qui e Troianis fuisse putandus, a tergo comam corripit et genu a tergo impresso eum prosternit, prostratum caedit. At Alsus Rutulus, vss. 306. 307, ex fuga conversus, Podalirii, Troiani, os securi elata ferit. (vid. V. L. ad vs. 305. — *securi reducta*, vid. Heyn. V. L. ad IX, 423. *Wr.*) 307. Comparant simile vulnus Iliad. δ, 460.

Digitized by Google

Olli dura quies oculos et ferreus urguet
Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem.
At pius Aeneas dextram tendebat inermem
Nudato capite, atque suos clamore vocabat:
Quo ruitis? quaeve ista repens discordia surgit?
O cohibete iras! ictum iam foedus, et omnes
Conpositae leges; mihi ius concurrere soli;
Me sinite, atque auferte metus. Ego foedera faxo
Firma manu; Turnum debent haec iam mihi sacra.

317. T. IAM DEBENT HAEC M.

Anthol. Lat. T. I. p. 154., Oudend. ad Appulei. Met. l. VIII. p. 582., ortum ex eo, quod, quum pro geminata *i* simplicem scribere solerent, de quo dictum in V. L. ad XI, 625., inseparabile autem illud *dis* natura breve sit, librarii de metro solliciti alteram *s* addiderunt. *Wr.*) *Discidit* Rom. *Dissicat* Leid. *Dissidit* Exc. Burmann. *arva* Leid. a m. sec., sed vid. Cerdam. τεύχεα βεβροτωμένα. *cerebro* codd. Ge. Fabricii, et aliquot Heins. et Burm., idque recepit Cuningham. conf. sup. V, 413, IX, 753. (—309. *Olli* hic quoque Medic., etiam Lips. utq. et, ut videtur, ceteri. *Wr.*) 310 *conduntur* duo Rottend. *mortem* Dorvill. et Goth. tert. cum aliis apud Pier. 311 *inertem* Medic. (a m. pr.), perpetua varietate. 313 *quove* Rom., aliquot ap. Pier. cum Ed. pr. Burm. *quaene* Ven. *quaenam* Sprot. *quae ista* alter Hamb. *recens* aliquot Pier. Sprot. et pr. Hamburg. cum Goth. sec. *repit disc. surgens* Zulich. 314 *nam f.* Sprot. *sic tum iam f.* Rom. 315 *mihi sit* alter Menag. 316 *atque* aberat aliquot Pier. et a m. pr. Sprot. *metuus* Rom. et Ed. pr. Burm., antique. conf. sup. 61, ubi *casuus*, Leid. *manus*. 317 *debent haec iam mihi sacra* edidit Cuningham. et Brunck., sicque Rom. et scripti

461. Iliad. ν, 611 sqq. π, 502. — 309. 310. Iam sup. X, 745. 746. Homerica confer in locis modo laudd.

312. *Nudato capite.* In causis rei argutantur Interpp. Praestat saltem Servii ratio: scilicet deposita galea, ut posset agnosci. Verum tot exempla et ipsa res docent, galeam non impositam capiti, nisi ultimo loco, et re iam ad discrimen adducta; in negotiis vitae communibus incedere ac discurrere armatos thorace, nudo adhuc capite, et manu sine hasta, ut h. l. *manum inermem.* (Sed illud tamen iure quaeritur, quo consilio hoc addiderit poeta *Nudato capite,* ne videatur otiosum. Voluit, puto, hac ipsa re declarare Aeneae erga deos pietatem, tantum scilicet foederis religione confisi, ut vel in foedissima rerum perturbatione non cogitarit de se aut tegendo, aut armando. Cui explicationi convenit ipsius Aeneae oratio. Ceterum eadem via hoc assecutus est poeta, ne armatus videretur vulnerari Aeneas, quod si non ignominiosum ipsi, certe tamen parum conveniens esset armis, qui-

Digitized by Google

Has inter voces, media inter talia verba,
Ecce, viro stridens alis adlapsa sagitta est,
Incertum, qua pulsa manu, quo turbide adacta;
Quis tantam Rutulis laudem, casusne, deusne,
Adtulerit. Pressa est insignis gloria facti;
Nec sese Aeneae iactavit volnere quisquam.
Turnus, ut Aenean cedentem ex agmine vidit,

Heins. Parrhas. et Goth. sec., et sine *haec* Reg. *Turnumque haec debent iam mihi sacra*, Menag. pr., at alter *Turnum debent haec ultima sacra.* (Servatum ab Heynio ordinem qui tueatur, unum adhuc novi certum testem, Palatinum. At Medic. cum reliquis codd. Heinsii, tum Lips. utq. et quibus usus est editor Vinar. 1826. eo, quem et a me et, nihil tamen monito lectore, ab Iahnio restitutum vides, ordine haec collocata exhibent *T. deb. haec iam m. s.* Nam quod ex suis codd. unum tantum laudat Heynius, non multum curabis, quum idem Erfurtensis libri, in quo haec eodem legi ordine nunc ex editione Vinar. novimus, nullam mentionem fecerit. Refert autem nonnihil, utro modo haec collocaveris. Nam *Turn. iam debent h. m. s.* i. e. his sacris effectum, ut iam debeatur mihi Turnus; at *Turn. debent haec iam m. s.* i. e. his iam sacris effectum, ut mihi debeatur Turnus, sive, non opus est vestris armis, quum iam haec sacra Turnum mihi debeant. Atque ut haec ita intelligamus, cum reliqua oratio, tum illud suadet, quod vs. 314. legitur: „ictum iam foedus." *Wr.*) 319 *est* deest Parrhas. et binis Goth. 320 *adacta est* Ed. Ven. Burmann. *missa* Dorvill. in marg. 321 *tantum* Reg. *casusne deusne* Heins. e libb. praestantioribus magno numero restituit pro vulgari *ve ve.* (Medic. quidem *casusve deusve*, repetitum hoc ex IX, 211., vid. Q. V. XXXVI, 13. Triplex est, quarum prima vs. 320. absolvitur, interrogatio: utrum, data scilicet opera, hostium quis, an casus, an deus? unde intelligitur *casusne deusne* legendum esse. Similiter per *ne—ne* interrogatur V, 95.: „Incertus, Geniumne loci, famulumne parentis Esse putet;" ibi quoque in aliquot libris *ve—ve*; adde I, 308. II, 738. sq., et quae notavit Bach. ad Tibull. IV, 5, 20. Apud Sil. Ital. IX, 639. repone: „Quem ——, Varronem Hannibalemne." *Wr.*) 322 *ingentis gloria facti* tert. Rottend. *fati* Goth. tert.

bus utebatur, divinis. *Wr.*) 316. 317. Nolite timere pro me: ego firmabo, ratum faciam foedus, pugna cum Turno ineunda ex foederis conditionibus, sacro hoc sancitis. (*faxo*, vid. V. L. ad IX, 282. — De vs. 317. vid. V. L. *Wr.*)

318 sqq. Ad pactionis inter Achivos et Troianos turbatae morem haec esse adumbrata, iam monitum est; sed pleraque docte variata. 319. *alis adlapsa* iungendum, h. advolavit. Docet alter locus sup. lib. IX, 578. *alis adlapsa sagitta, Et laevo infixa est lateri manus.* 320. *pulsa*, inf. 856 *impulsa*, pro, emissa: sagitta impellitur nervo, cornu, manu. *quo turbine*, docte, pro motu, sed vehemente, magno. 322. *Pressa*, suppressa, ut Serv. 323. Oblique hoc ipso amplificat Aeneae laudem ac virtutem.

Digitized by Google

Turbatosque duces, subita spe fervidus ardet; 325
Poscit equos atque arma simul, saltuque superbus
Emicat in currum, et manibus molitur habenas.
Multa virum volitans dat fortia corpora leto;
Semineces volvit multos, aut agmina curru
Proterit, aut raptas fugientibus ingerit hastas. 330
Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri
Sanguineus Mavors clipeo increpat, atque furentis

326. EQUOS,

325 *ardet*: Zulich. a m. sec. *instat.* 326 *superbo* Dorvill. in marg. *superbos* Goth. alter. (Comma, quod erat post *equos*, cur sustulerim, docebit V. L. ad I, 144. *Wr.*) 327 *in curra* tres Goth. 328 *f. pectora* sec. Moret. 329 *cursu* apud Diomedem, sed frustra, notante Heinsio. 330 *Protrahit* ed. pr. Burm. (*Proteret* a m. pr. Medic. *Wr.*) *et r.* Rom. *fulgentibus* Goth. pr. 332 *Sanguineos* Goth. sec., sed *equos* nimis retractum est. *Sanguineum* Heins. coni., ingeniose. Sed nihil est quod in recepta reprehendas. *concitus* est pro adverbio, concitate. (concitate volans, vid. V. L. ad V, 24. *Wr.*) *intonat* Rom. Medic., adeoque veterrimi, tum Montalb. Vratisl., nec deterius illud, ut facile feram id praeferri a Wakef.; doctius tamen alterum. Vide ad VIII, 527. (*intonat* recepit Iahnius. Pro utraque lectione multa pugnant. *increpat* agnoscunt Servius, Donatus, et, excepto Mediceo, praestantissimi Heinsiani cum Palat.; et *increpat* mutatum in *intonat* supra vidimus VIII, 527.; contra etiam *intonat* in *increpat* VI, 607., et qui verbis *crepare*,

324. Nunc recedente Aenea Turnus conscenso curru redintegrat pugnam, multis virtutis editis speciminibus. 326. *superbus*, nunc pro, animosus, audax; et *molitur* poetae simpl. pro movet, adeoque tractat, regit. (Solus quum Turnus conscenderit currum, unde infra vs. 469. tam repente auriga eius, Metiscus? Nempe ut ibi esset, in cuius locum succedere Iuturna posset. Mutaturus hoc quoque fortasse erat, si licuisset, poeta; nec confugerim ad illud τὸ σιωπώμενον, toties in simili causa a Servio decantatum; quo enim discessisse putabimus Metiscum? *Wr.*) 330. *hastas raptas*, simpl. correptas, arreptas. Sic saepe. Curru vectus non poterat hastas e vulneribus eductas et raptas iacere. (Sed iam pervelim scire, unde tot hastas — nam plures fuisse consentaneum est — sumserit Turnus, aut quorsum adiecerit poeta illud *raptas?* Apparet non satis haec elaborata poetam reliquisse; vid. Not. ad vs. 327. *Wr.*)

331 seq. Mirifice exornat comparationem Homericam, etsi simplicitate et gravitate non minus insignem, Iliad. η, (ν? *Wr.*) 298 sqq. Adde Iliad. η, 208 sq. Aliter expressit locum Silius apud Cerdam (lib. I, 433 sqq.). Marti sedes proprie assignata Thracia; ergo h. l. in ripis Hebri. *Sanguineus:* gaudens sanguine, αἱμοχαρής. Ita Servius: qua au-

Digitized by Google

Bella movens inmittit equos: illi aequore aperto
Ante Notos Zephyrumque volant; gemit ultima pulsu
Thraca pedum; circumque atrae Formidinis ora,

335. PEDUM,

crepitus, armorum sonum proprie significari meminerit, vid. Drakenb. ad Liv. XXXVIII, 17, 4., ei fortasse *intonat*, non *increpat*, exquisitius videbitur; Silius IX, 423.: „clipei tonitru praenuntiat iram." Rem dirimit idem Silius, qui duos versus Virgilianos, hunc et vs. 700.: „horrendumque intonat armis," imitatione amplexus est XII, 684. sq.: „clipeoque tremendum Increpat, atque armis imitatur murmura coeli." Itaque retinui *increpat*. *Wr.*) *increpit atque f.* Leid. et Goth. tert. *frementis* Medic. a m. pr., quod quorsum exemplis congestis commendet Heinsius non facile dixeris; nam *equos frementes* dici posse nemo neget: sed in lapsu calami, eoque ab ipso librario forte damnato, operam consumere piget. (Medicei prior lectio est *prementi*, super *p* appictae literae *fu*, sed *u* recentiore forma, tum *n* super *m* et *s* super *i*. Bene autem *furentis inmittit*, ut XI, 609. „furentisque Exhortantur equos;" vid. ibi V. L. Et *immittere equos* i. q. immissis habenis agit; quod ornatius elocutus est poeta V, 146.: „Nec sic inmissis aurigae undantia lora Concussere iugis. *Wr.*) 333 *emittit*, quod damnat Heins., ex editt. Pulmann. et Dan. Heinsii est. Nam in aliis ubique, quantum video, *immittit* legitur. 334 *Gemit excita* Gud. pro var. lect., forte ex lib. VII, 722, et sic Ed. pr. Burm. *pulsa* Reg. et edd. vett. Ven. 1484. 1486. 335 *Tarcha* eaedem edd. *Thraica* Rom. (an forte retenti *i* subscripti vestigium in hac scriptura latet? *Wr.*) *atra ora* Rom., male. *Form. aura* male olim coni. apud Guell. et Cerdam. Burmannus laudat Markland. ad

ctoritate nescio. Nam alias esset cruentus, sanguine respersus, αἱματόεις. *concitus*, concitate, (sed v. V. L. ad vs. 332. *Wr.*) *clipeo increpat*, docte, pro clipeum movet, quatit, rotat: quod faciens alliso clipeo sonitum facit, clipeum facit crepare. Nam diversum est, clipeum pulsare hasta: Sic aliquis *hasta* increpat; non clipeo. (Nimis argutus hic Heynius. Nec docte locutus est poeta, nec *increpat* est i. q. movet, quatit, rotat; proprie enim arma crepare, increpare, concrepare, dicuntur; vid. V. L. ad hunc vs. Quae verba quum ad eum, qui talem strepitum excitat, referuntur, ut h. l. ad Martem, tum ea res, qua fit strepitus, per sextum casum efferri solet, ut *digitis crepare*, *alis increpare*, et quae sunt plurima huius et similis generis. Sonitus autem fit concusso, id quod per se intelligitur, clipeo; sed quomodo is concutiatur, nihil refert; nec hastam ad clipeum allisam rectius dixeris increpare, sed clipeum, quum vehemens ille sonus, qui tali conflictu hastae et clipei editur, resonante clipeo fiat, non hasta. *Wr.*) *Bella movens*, simpl. pro faciens, pugnans. (*inmittit equos*, vid. V. L. ad vs. 332. *Wr.*) *Thraca* ex Θρήκη

Digitized by Google

Iraeque, Insidiaeque, dei comitatus, aguntur.
Talis equos alacer media inter proelia Turnus
Fumantis sudore quatit, miserabile caesis
Hostibus insultans; spargit rapida ungula rores
Sanguineos, mixtaque cruor calcatur arena.
Iamque neci Sthenelumque dedit, Thamyrimque, Pholumque,
Hunc congressus et hunc; illum eminus: eminus ambo
Imbrasidas, Glaucum atque Laden, quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lycia, paribusque ornaverat armis,

342. HUNC, CONGRESSUS, 344. ARMIS;

Stat. II Silv. I, 215. (Iungendum: *illi volant — — circumque aguntur*; quod ut clarius appareat, pro commate, quod erat post *pedum*, semicolon posui. *Wr.*) 336 *insidiaeque dei* male iungit Servius. 337 *acer* a m. pr. Mentel. pr. 338 *miserabile* Ge. Fabric. et alii parenthesi includunt. Sed iam Servius exposuit: *miserabiliter insultans.* 339 *sparsit rara ungula* ed. Pontani Macrob. Sat. V, 12. vid. Heins. 341 Varietatem lectionis, seu potius aberrationem, in nominibus hic et mox vs. 343 videat, qui volet, apud Pier. Heins. et Burm. Nomina satis constituta sunt per se: Σθένελος, Θάμυρις, Φόλος, Ἴμβρασος. (*Thamyrumque* Medic. cum 7. 8. 9., ex vicinis nominibus similiter cadentibus. *Polumque* Rom. *Wr.*) 342 *ambo* Heins. cum Medic. Mentel. pr. et Menag. pr. vid. ad Eclog. VI, 8., pro vulg. *ambos.* (Eieci commata, quibus *congressus* inclusum erat, recte ab ipso Heynio omissa X, 540. Videt quivis repetendum esse e superioribus *neci dedit.* Mutavi etiam infra vs. 510. interpunctionem. Falso enim putant *congredi* etiam quartum casum adsciscere; nec movet me, quod Gellius, non optimus Latinitatis auctor, scripsit I, 11. *in congrediendis hostibus*; nec, quod in participiis fut. pass. sibi indulserunt scriptores quidam, continuo transferendum est ad verba finita. — *eminus* semel legitur in Rom., etiam in Medic., sed alterum in hoc superscriptum. *Wr.*) 343 Vid. ad v. 341. De *Laden* forte dubitari potest. Alii *Laben*, *Hyadem*, *Iadem*, *Iaden*, *Caden*, *Eladen*, *Raden*, *Icidem.* Sed Λάδης nihil habet, quod repugnet. Ladonem supra quoque vidimus; et nota Lade insula, Mileto praetenta. (In Mediceo, quod mireris, litera *m* voc. *Imbrasidas* ferme abrasa est et superscripta *n*; vid. V. L. ad X, 123. *Wr.*) 344 *Lyciae* pr. Moret., non male. *Lycia*, in

pro Thracia. *circumque*, circa deum, (rectius: circa currum; aliter languet *dei comitatus*; vid. etiam V. L. *Wr.*) *aguntur*, discurrunt, incedunt, Formido (pro qua *Formidinis ora* dici obvia res est), Ira, Insidiae. Variavit et ornavit Comites Martis apud Homerum: Φόβον, Δεῖμον, Ἔριδα, v. c. Iliad. δ, 440. Hesiod. Scut. 195.

337—340. Talis rerum species saepe ab Homero oculis obiicitur: v. Iliad. λ, 531. 534—536. ν, 498 sq. (— 341. *Iamque*, vid. Q. V. XXIIII, 9. *Wr.*)

Digitized by Google

Vel conferre manum, vel equo praevertere ventos.
Parte alia media Eumedes in proelia fertur,
Antiqui proles bello praeclara Dolonis;
Nomine avum referens, animo manibusque parentem:
Qui quondam, castra ut Danaum speculator adiret,
Ausus Pelidae pretium sibi poscere currus.
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Adfecit pretio; nec equis adspirat Achillis.
Hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto:

Lycia. *ornaverat* Heinsius maluit ex Medic. et aliis; sicque iam Ald. tert. Vulgo, quae perpetua est diversitas, *oneraverat*: quod pari iure defendi possit. (Semicolon in fine huius vs. mutavi in comma, quum sequentes infinitivi ex praegressa oratione pendeant: pariter eos instituerat et manum conferre et *cet.* Ceterum vides abhorrere ab hac sententia verbum *oneraverat*. *Wr.*) 345 *manus* Zulich. *manu* Leid. *equis* aliquot Pier. *praev. gentes* tres Burm. 346 *Eumenes*, *Eumenides*, *Eumeneus*, aberratur. *Eumeles* Gud. Est *Εὐμήδης*. 347 *Antiqua* Goth. tert. *belli* Zulich. *doloris* Reg. 348 *Nomen avi* Oudart. *avom* lib. Pier. *animo moribusque* Ed. pr. Burm. 349 *spoliator* Ed. pr. Burm. 350 *currum* Ed. Mediol. (et aliae vett. edd.), tum Goth. pr. (vid. Q. V. VIIII, 3. IX. *Wr.*) Servii inepta ad h. l. est nota. (— 351. 352. Hos versus Heinrichius ab alio insertos putat. *Wr.*) 352 *Defecit pretio* Goth. tert. *neque equis* Cuningham. e MS. Bersm. (vid. Q. V. XXXII, 13. *Wr.*) *assultat* Zulich. a m. pr. *Achilles* Medic., unde Heins. coni. *Achillei.* coll. Georg. III, 91. (vid. V. L. ad I, 30. II, 476. *Wr.*) 353 *et c.* alter Mentel. *in c.* alter Menag. *e campo* sec. Moret. *prospexit* Heins. re-

342. *congressus* cum illo, cominus. *συνάψας τὰς χεῖρας*. (vid. V. L. *Wr.*) 345. ut seu peditis seu ex equo pugnarent.

346 sqq. Ingeniose Eumedem nunc in carmen suum produxit et ornavit, tamquam avo Eumede et patre Dolone natum: cf. Iliad. *κ*, 314. Homerus quidem de Dolone *ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσιν*, sed qui tot alia meminerit, in quibus versandis et ornandis poetae, inprimis tragici, seu ut novitate et varietate delectent, seu pro consilii diversitate, ab Homero suo recedunt, non mirabitur, Maronem h. l. sibi tantum licere putasse, ut et nobilem et fortem faceret Dolonem. Vidit hoc idem Macrob. V, 16, nec placet Cerdae commentum, qui *animum manusque* ad ignaviam trahit. Multo minus inter ea referam, quae Maro superstes operi emendaturus fuisset. (Dictum hoc contra Valcken. Diatr. in Eurip. p. 100. laud. ab Iahn. *Wr.*) Nec pro Homericorum heroum more Dolon adeo ignavus homo videri debet. *Antiqui* pro nobilis et magni. Serv. 352. *nec equis adspirat Achillis* mutato tempore, pro *adspiravit*,

Digitized by Google

Ante levi iaculo longum per inane secutus;
Sistit equos biiugis, et curru desilit, atque
Semianimi labsoque supervenit, et, pede collo
Inpresso, dextrae mucronem extorquet, et alto
Fulgentem tinguit iugulo; atque haec insuper addit:
En, agros, et, quam bello, Troiane, petisti,
Hesperiam metire iacens: haec praemia, qui me
Ferro ausi tentare, ferunt; sic moenia condunt.
Huic comitem Asbuten coniecta cuspide mittit,

posuit e Rom. Medic. et Gud. (adde 8.; *procul prospexit* etiam XI, 838 sq.; probat hanc lectionem etiam Cort. ad Lucan. III, 88., quem vide. *Wr.*) Idem tamen iam vett. edd. Venetae nostrae omnes exhibent: primum *conspexit* apparet in edd. Ald. (*conspexit* Palat. *Wr.*) 355 *curru desilit alto* Goth. tert., ad aurem plenius et suavius: alterum tamen pronuntiatione adiuvandum. (aegre hic desideres copulam; et vide ornatum ex crebro repetita copula, ad exprimendam celeritatem et alacritatem Turni in gerendo negotio apta. *Wr.*) 356 *Semanimi* Rom. (est haec varietas petita ex Bottarii indice variantium in Rom. lectionum; sed is *Semianimi* in eo cod. exstare testatur. *Wr.*) *Semianimo* Goth. pr., ut alibi quoque. (vid. V. L. ad III, 578. et IV, 8. *Wr.*) *elapsoque* Serv. magna codd. pars ap. Heins. cum Goth. pr. et tert., et non modo Mediol. sed vett. edd. nostrae omnes, usque ad Ald. pr., in qua *lapsoque*. (vid. Q. V. XVI, 2. *Wr.*) 357 *Expresso* Medic. a m. pr. (est ea prior Medicei lectio, orta ex verbo *extorquet*; vid. V. L. ad XI, 609. *Wr.*) *dextrae* inde ab Ald. tert. editum firmavit Heins. e codd. pro vulgari, *dextra*. 358 *tinguit* Commel. e Palat. edidit et firmavit Heins. e libb. suis et Pier. pro *tinxit*; tum *iaculo* vitium ed. Dan. Heinsii. Dixit poeta exquisite *tingere iugulo*, h. sanguine inguli, vel immittere, demergere in iugulum, ut Serv. *haec* nonnullis excidit. 361 *condant* Vratisl. et ed. pr. Burm., minus belle. 362 *Asbuten* primum emendavit Naugerius: si recte video. Antea lectum *Buten*, vel *Butem*. In Medic. *Asbyten*; in aliis: *Asbiten*, *Hasbiten*, *Hasbuten*, *Albuten*, *Hasputin*, *Astuben*, *Ason-*

paullo durius. Dictum cum respectu ad *ausus*; ut iam a Diomede deprehenso ei exciderit magna illa audacia, qua Achillis equos sibi pro mercede explorationis pactus erat: nec tum ille amplius adspiravit ad Achillis equos. (*nec adspiravit* foret: noluit adspirare; *nec adspirat*, desiit adspirare. *Wr.*) conf. vss. l. c. Iliad. ϰ, 401. 402. 354. Per longum spatium iaculo insequutus (ut recte Serv.) e longinquo vulnerasse putandus est. Hinc ille *semianimis lapsusque*: et Turnus, qui hastam nunc non haberet, *mucronem*, seu gladium illius manu extorquet, quo eum iugulet. 355. Desilit Turnus curru, ut saepe pugnantes de curribus cominus congressuri, v. c. Iliad. γ, 29. inf. v. 681. 358. *tingit* ensem *iugulo*, immittit alte in iugulum, ut sanguine tingatur. 360. Amara irrisio; *metire* agros corpore, quos novis co-

Digitized by Google

Chloreaque, Sybarimque, Daretaque, Thersilochumque,
Et sternacis equi labsum cervice Thymoeten.
Ac velut Edoni Boreae cum spiritus alto 365
Insonat Aegaeo, sequiturque ad litora fluctus;
Qua venti incubuere, fugam dant nubila coelo:

366. FLUCTUS, 367. INCUBUERE;

tem. Sed *Asbytes* iam vindicatum nomen ab Heinsio et Drakenb. apud Silium II, 58. (Apud Silium *Asbyte* est Africum nomen; quare, *Asbyten* an *Asbuten* apud Virgilium scribendum sit, adhuc in medio relinquitur. *Wr.*) 363 Vitia librariorum in nominibus scribendis vide apud Burm. Sunt ex ratione linguae Χλωρέα τε Σύβαρίν τε Δάρητά τε Θερσίλοχόν τε. Tum mox Θυμοίτης. Pro *Sybarim* sunt qui habeant *Fabarim*, quod arridere potest: sed in Troianorum partibus nulli erant populi, qui Fabarin in Sabinis accolerent. conf. sup. VII, 715. (— 364. *Thymotem* Medic. *Wr.*) 365 *Aedonii* Ald. pr., emendatum *Edoni* iam in sec. *Edonii* fere omnes Pier. et alii apud Heins. et Burmann. Male: nam Ἤδωνοὺς esse satis constat. v. Bentl. ad Horat. III Od. 25, 9, et Intpp. ad Theocr. VII, 111. Editum quoque *Edoni* iam in vett. edd. et defensum in Servianis adversus Donatum: etsi ibi mons Thraciae *Edon* obscura fide editur, cum de populo Thraciae Edonis tantum constet: unde nunc *Edonus Boreas*, pro Edonicus, Thracius. (*Edoni* in suis invenisse videtur Heinsius; nihil enim ille, nisi, Giphanium in Ind. Lucret. p. 464. *Edonii* ex scriptis proferre. At in Medic. exstat *Edonea*, et superscriptum *ii*; *Edonii* exstat in cod. 6. edit. Vinar., quo accedit, quod in cod. 8. legitur, *Edomi*; *Edonii* etiam cod. Potter. 11.; *Edonei*, sed *e* puncto infra notata, alt. Lips., *Edoni* Lips. obl. cum Palat. Correptam esse *o* in hoc nomine a posterioribus poetis Latinis, dudum docuerunt viri docti; vid., praeter Bentlei. mox iterum laudand., Drakenb. ad Sil. IV, 778. Oudend. et Cort. ad Lucan. I, 675. et, ut omittam alios, Weichert. Poetar. Latinor. vitae et carm. reliqu. p. 424. sq. not. Retinui *Edoni* tum quod alterius formae *Edonius* nullum videtur, quod quidem certum sit, exstare exemplum, vid. Bentlei. ad Horat. III, 25, 9., tum quod non memini Virgilium usquam, nisi metri necessitate coactum, a propria Graecorum mensura recedere, exceptis, quod non mirabere, vocc. *Orion* et *orichalcum*. *Wr.*) 366 *Insonat*. Etiam hic, quod facile expectares, intulit Wakefield *Intonat* ut ceteris fere locis. Placent enim τὰ τραγικώτερα, etsi in epico poeta. (In fine huius versus semicolon pro commate, contra prox. vs. med. pro semicolo comma posui. — 367. Reddidi hunc versum, mutata interpunctione, ex ignavo nervosum; languent enim haec

lonis Troiani metiri et assignare volebant. (— 364. *sternacis equi*, ferocis, qui facile sternit sedentem; ita Serv. Silius I, 261.: „Idem correptis sternacem ad proelia frenis Frangere equum.“ v. Wernsd. ad Avien. Perieg. 203. P. L. M. T. V. p. 934 sq. *Wr.*)

365. Velut boreas nubes fugat, sic Turnus late ante se Troianos agit. *Edonus* boreas, Thracius. cf. Var. Lect. Incumbunt autem aquilones mari Aegaeo inprimis graviter, sunt enim hi etesiae, de quibus v. sup. Exc. II ad III p. 566. Adde Apollon. Arg. II,

Digitized by Google

Sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt,
Conversaeque ruunt acies; fert inpetus ipsum,
Et cristam adverso curru quatit aura volantem.
Non tulit instantem Phegeus animisque frementem:
Obiecit sese ad currum, et spumantia frenis
Ora citatorum dextra detorsit equorum.
Dum trahitur, pendetque iugis, hunc lata rectum
Lancea consequitur, rumpitque infixa bilicem

Qua v. incubuere praegressis, quae tale additamentum minime desiderant, adiecta; sic etiam voc. *venti*, quod fere otiosum erat antea post *Boream* et *spiritum*, satis nanciscitur roboris. *Wr.*) 369 *Conversaque — acie* pr. Moret. *ipse* a m. pr. Zulich., et *illum* a m. sec. et Goth. sec. 370 Ne quis coniciat, *adverso cursu*; nam *curru* eodem significatu doctius. *quatit arva* Goth. tert. 371 *animoque* Oudart. *furentem* pr. Hamb. 372 *Obiicit ad currum sese* pr. Moret. *O. sese currui* Bigot., ex interpretamento: vulgari forma poeticae substituta. 373 *contorsit*, quod Pier. laudat, Aldd. et hinc aliae habent, usque ad Commelin., a quo e Palat. *detorsit* legitur: in quod libri consentiunt, nisi quod Goth. sec. *commovit*. 374 *Dum pendet trahiturq.* pr. Moret. Tum *hic* Rom. *hinc* aliquot Heinsiani: quod esset, alia ex parte, ab alio, quam a Turno. conf. Notam nostram. Gud. *huic*. *pendetque iugis hic* Rom. et aliquot Pier. et Mentel. pr. *alta* Montalb. *relictum* aliquot Pier. *retractum* pro div. lect. Scheffer. 375 *trilicem* Bigot. ex supp. locis lib. III, 467. V, 259. VII, 639.

527 sq. *fugam dant*, faciunt, ut iam alibi vidimus. 369. *Conversae*, seu versae in fugam, seu turbatae; ex κλονεῖσθαι. (prior explicatio vera, quod tum vs. 367., tum ipsius verbi potestas declarat; potuit tamen eodem verbo Graecum κλονεῖσθαι exprimi, quod ex fuga turba oritur. *Wr.*) 370. Poterat poeta vulgari more efferre: *fert impetus ipsum Adverso curru, et cristam quatit aura volantis*. Sed vides Maronis studium exquisitioris et doctioris orationis, cristam *volare adverso curru* absolute posuit: dum currus adversus ventum fertur. 371. 372. Vero proximum est iungere: *spumantia frenis ora*, h. in frenis, circa, per frena. Nam frenum spuma oris madet. Variavit poeta, quod sup. IV, 135 dixerat: *Stat sonipes ac frena ferox spumantia mandit*. 374. 375. Non a Turno, sed a tergo immissam Phegeo fuisse hastam arbitror ab alio. (Non a tergo, sed a latere immissam esse hastam Phegeo, indicat vox *retectum* vs. 374. Non enim tergum, sed pectus et latera teguntur clipeo. Quum autem Phegeus equos dextra detorquere adniteretur, dextrum eius latus

Digitized by Google

Loricam, et summum degustat volnere corpus.
Ille tamen clipeo obiecto conversus in hostem
Ibat, et auxilium ducto mucrone petebat:
Cum rota praecipitem et procursu concitus axis
Inpulit, effunditque solo; Turnusque secutus
Imam inter galeam summi thoracis et oras
Abstulit ense caput, truncumque reliquit arenae.
Atque ea dum campis victor dat funera Turnus:
Interea Aenean Mnestheus et fidus Achates
Ascaniusque comes castris statuere cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide gressus.

378 *educto* aliquot Pier. et tres Burmann., quod vulgare esset. *adducto* Parrhas., perperam. *ducto a mucrone* alii apud Pier. cum Rom. *stricto* Donatus, tum Zulich. Goth. pr. et non modo Mediol. a Burmanno laudata, sed omnes nostrae vett. edd., usque ad Ald. pr., in qua primum *ducto* comparet. Zulich. a m. pr. *parabat.* 379 *Cum rota* Heins. e Medic. et aliis; adde Goth. sec. pro vulgato: *Quem.* (ita Palat.; sed *Cum* vigorem conciliat orationi. *Wr.*) 380 *effundit* idem e melioribus suis et Pierianis: vulgo *effudit.* 381 *summas — oras* Goth. sec. 382 *relinquit* Ven. et aliquot Pier. *arenae* secundum plerosque Pierianos et complures suos recepit Heinsius, tamquam exquisitius (praeiverat tamen et in hoc, ut in innumeris emendationibus Heinsianis, Commeliniana editio): vulgo: *arena*, quod Romanus tuetur. 385 *Ascaniusque puer* Romanus, quod praefero. Accedunt ei Bigot. et Goth. sec. et Donatus. *comes* friget. (Mnestheo et Achatae Aenean in castra reducentibus Ascanius se addit comitem. In his nihil video, quod frigeat aut non satis expeditum sit, nisi forte quod verbum *statuere* proprie ad duos priores tantum pertinet. *puer* etiam 8. retractum ex II, 598. aut simili loco; vid. V. L. ad XI, 93. *Wr.*)

nudatum esse apparet. Sic facile fieri potuit, ut paululum procurrens ad ictum ipsius Turni se exponeret. *Wr.*) Phegeus *pendet iugis* ab equis, quos frenis apprehenderat, cumque iis luctatur, dum illi obnituntur et procurrunt. Inter haec *lancea consequitur retectum*, h. in loco corporis patenti nec clipeo tecto percutitur. Tum ille *conversus* stricto gladio in *hostem* ibat, qui eum vulneraverat, qui adeo alius ac diversus ab Turno esse debuit. Tum equis eius manu dimissis Turnus invehit eumque prostratum obterit. 375. *bilicem*, binis liciis, filorum ordinibus, seu ex lino seu ex aere, (bracteolis, catenulis, squamis) factam. ut *trilicem* sup. III, 467. V, 259., ubi Not. 376. *degustat*, ut bibere: sic iam γεύεσθαι pro stringere Il. υ, 258. φ, 60. 61; alibi alia figura ἐπέγραψε χρόα. *rota et axis procursu concitus*, Turni puta. 381. 382. De vulneris sede ac modo in ipsa cervicis vertebra illati; conf. sup. XI, 691—693, et ibi Var. Lect.

383. Redit ad Aeneam vulneratum, cuius curationem, ut *epi-*

Digitized by Google

Saevit, et infracta luctatur arundine telum
Eripere, auxilioque viam, quae proxima, poscit:
Ense secent lato volnus, telique latebram
Rescindant penitus, seseque in bella remittant.
Iamque aderat Phoebo ante alios dilectus Iapis

(— 387. *caelum* a m. pr. Medic. pro *telum*. *Wr.*) 389 *secet* Medic. a m. pr. *latebras* Medic. et alii Heins. cum Goth. sec. et tert. (etiam 7. 9. 11.; *latebram* Palat. et, ut videtur, ex Heinsianis praeter alios Gud. et Mentel. utq. Utrum praeferendum sit, difficile est dictu. In Mediceo *latebras* a m. sec. exaratum esse tradit Heinsius, in apographo Fogginiano *latebras* legitur sine ullo mutationis factae vestigio. Nec praeterea apud Virgilium Singularis huius voc. exstat; quamquam ita facilius fieri potuit, ut Singularis h. l. in Pluralem verteretur. Ac si reliquos versus, in quibus hoc vocabulo usus est poeta, cum hoc contuleris, nullum huic ita similem esse intelliges, ut eum tamquam testem ad coarguendam fidem lectionis *latebram* adhibere possis. Ceterum nescio an parvo telo, quale est sagitta, nec ei, ut videtur, altissime adacto, melius latebra conveniat, quam latebrae. — 390. *remittat*, superscripta tamen *n*, Medic. *Wr.*) 391 *Iamque erat ante alios Phoebo dil.* Leid. *Phoebi* Exc. Burm. *delectus* Gud. Mox *Iapis* vulgata erat lectio. Sic codicum pars; ut tres Gothani. (cum 11. Mediceus quidem ubique *Iapyx*. Ita etiam Ge. III, 475. pro *Iapydis* in bonis libris quibusdam

cum poetam decebat, *mirabili modo factam* exponit. 386. nitentem (quoad) gressus alternos cuspide, ἔγχει ἐρειδόμενον, alternis, cum altero pede claudicaret, vulnere in femore, ut probabile fit, accepto. (Nove hoc dictum *gressus niti cuspide*. Explicandum hoc ex confusa duplici significatione huius verbi. *Niti* enim quum saepe sit i. q. sesustentare, adiectum habet ex vulgari usu ablativum eius rei, cuius ope in ea re utimur, *cuspide;* idem autem *niti* quum etiam valeat i. q. ingredi, potest etiam eiusmodi accusativum sibi adiungere, qualis h. l. *alternos gressus*, quemadmodum pro *ire iter* etiam *ire viam* dicimus; vid. de hac re quae disputavimus in Not. ad III, 56. Imitatur Virgilium Val. Fl., re ad claudicantem Vulcanum translata, II, 93.: „Alternos aegro cunctantem poplite gressus;" i. e. cunctanter incedentem. Paulo timidius Virgilii vestigia sequitur Silius It. VI, 79.: „Lapsantes fultum truncata cuspide gressus." *Cuspide* autem, puta, inferiore, conversa, Aen. I, 81., σαυρωτῆρι· vid. Boettig. De Raptu Cassandrae p. 56. not. 54. *Wr.*) 387. *Saevit*. Bene, inquit Serv., viro forti servat dignitatem: indignatur hominum perfidia, exardescit, quod a pugna abstrahitur: ipse telum tractat, labefactat: fracto ligno poscit, ut vulnere ampliato ferramentum exsecetur. Omnia haec ad nostros sensus accommodatiora, quam quae de Glauco Homerus Iliad. π, 508 sqq., sed Homerica propiora sunt ad naturae veritatem.

Digitized by Google

Iasides: acri quondam cui captus amore
Ipse suas artis, sua munera, laetus Apollo
Augurium citharamque dabat celerisque sagittas.
Ille, ut depositi proferret fata parentis, 395
Scire potestates herbarum usumque medendi
Maluit, et mutas agitare inglorius artis.
Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam,
Aeneas, magno iuvenum et maerentis Iuli
Concursu, lacrimis inmobilis. Ille retorto 400

Iapygis. Wr.) *Iapyx* Heinsius recepit vetustiorum utique codicum auctoritate. Rationi tamen in nominibus propriis plus tribuendum arbitror, et lapsus proclivis erat, cum *Iapyx* notior esset librariis. *Iapidis* nomen haud dubie accommodatius medico, quam Iapygis ex Apulia petitum: et facit auctoritatem Ausonius in epigrammate XIX, quod corrigere volebat Heinsius: *Idmona quod vatem, medicum quod Iapida dicunt, Discendas artes nomina praeveniunt.* Ludit poeta in etymo: sed ut Iapygem ex Ἰᾶσθαι deducat, multo minus alicui in animum veniat, quam si Iapidem audiat. Natus error ex *Iapix*, quod et vitiose scriptum apud Nonium et Macrobium legitur. *Iaspis* Edd. vett. apud Burmann. *Iapis* Venetae et cett. nostrae. *Iapix* Ald. tert. cum aliis inde profectis; Paullus Manutius, Commelin. cum al. retinuere *Iapis*, hocque revocavi. 393 *sua numina* Ed. pr. Burm. *mittit Apollo* pr. Hamburg. (*artes* Medic. *Wr.*) 394 Duplex hic lectio iam antiquitus codices insedit. *dedit* Aproniana fuit lectio, quam Medic., tum a m. pr. Gud., et a m. sec. Zulich. exhibebant: item Goth. tert. cum ed. Florent., teste Heinsio. Sed communis lectio est *dabat*, quam Servius tuetur, nec satis explicat. Nam conatus dandi intelligendus est: dare volebat. conf. Not. (et V. L. ad X, 383. *Wr.*) 395 *deferret* quartus Moret., forte pro *differret*. 397 *multas artes* perpetuo errore pars codd. apud Burmann. *mutatas* Dorvill. conf. Exc. (*artes* Medic. *Wr.*) 398 *fixus* Medic. 400 *Conversu* qu. Moret.

391 sqq. Iapis, Iasi f., inducitur exemplo Machaonis vulnus Menelai sanantis Il. δ, 213. vid. Excurs. ad h. l. 394. *dabat*, dare volebat: nam Iapis, optione sibi a Phoebo data, praetulit et *maluit* medicam artem (quam, ut poeta, *usum* dixit) addiscere. (Sueton. Caes. c. 15.: „rogatione prolata, qua curationem eam in alium transferebat;" i. e. transferre instituebat; vid. ibi Goes. ap. Burm. et Casaub. ad c. 29.; adde V. L. ad X, 801. et Matth. Gr. Gr. §. 497. c. p. 988. edit. sec. et quos idem laudat. Silius XI, 554.: „en dextera, quam tu Aeneadis lacerare dabas;" i. e. dare volebas; ipse Virgilius IX, 525.: „adspirate canenti." *Wr.*) *ut depositi proferret fata parentis*, ut patris sui iam conclamati mortem differret. Idem, sed diversa ratione, est *proferre vitam*, h. producere. Et quam ornate et ad pietatem declarandam potenter: maluit *mutas agitare inglorius artes*. *De mutis artibus*, de quibus tam varie statuerunt viri docti, v. Excurs. ad h. l.; scilicet non sunt artes, quae silent, sed quae silentur; et fa-

Digitized by Google

Paeonium in morem senior succinctus amictu,
Multa manu medica Phoebique potentibus herbis
Nequidquam trepidat, nequidquam spicula dextra
Sollicitat, prensatque tenaci forcipe ferrum.
Nulla viam Fortuna regit; nihil auctor Apollo
Subvenit; et saevus campis magis ac magis horror
Crebrescit, propiusque malum est. Iam pulvere coelum
Stare vident; subeuntque equites, et spicula castris

lacrimisque ante Heinsium, qui, libris auctoribus, copulam eiecit: quam Romanus (cum Palat. *Wr.*) tuetur. *lacrimisque in mollibus* Goth. pr. *reperto* Leid. et Exc. Burm. *reporto* Rom. An: *Inde r.* 401 *Paeonidum* Medic., non inelegantter, putem, pro Paeonidarum. Probat quoque Cuningham. Enimvero sic in legem metricam peccatur: Est *Παιών, ῶνος*, unde *Παιώνιος, Παιωνίδης*. conf. sup. VII, 769 var. lect., ibi *Paeoniis herbis* scribebamus *PaeonIs*. At h. l. haeremus. An Paeonjum trisyllabum? (ita statuit Weichert. Poetar. Lat. vitae et carm. reliqu. p. 425. not.; et vid. V. L. ad I, 2. Not. ad I, 698. Bothius *Paeonem in m.* poetam scripsisse opinatur. *Wr.*) 402 *hermis* a m. pr. Medic. *armis* Dorvill., sed *herbis* in marg. 403 *trepida* e Mediceo laudatur. Sed a Fogginio *trepidat* expressum est. 404 *prensantque* sec. Moret. *pressat* aliquot Pier., inter quos Rom. Montalb. *forfice* pr. Hamb. pro var. lect., et sic Romanus. cf. Pier. 406 *At saevus* malim legi. Sicque Moret. sec. (Bene *et* in hac trepidatione; vid. Q. V. XXXV, 7, e. *Wr.*) 407 *est* abest Goth. tert. 408 *subeuntque* e Pier. et suis codd. rescripsisse Heinsius videtur. *que* ab aliis abest: et, puto, melius. (Altum de

ciunt, ut ii, qui eas tractant, et ipsi sileantur; eoque obscurae; unde *inglorius*. At in vita heroum artes augurandi, iaculandi et canendi claritatem dabant. (Imitatus est Silius It. III, 579.: „mutum volvens inglorius aevum.“ *Wr.*) 398. *acerba fremit*, ut supra *saevit* v. 387. 400. *immobilis* ad lacrimas eorum. Ille et *senior* et *succinctus retorto amictu:* egregie ad *ἐνάργειαν* narrationis. Imitatur Maronem Silius in Magonis medico lib. V, 367. (Ille——senior, vid. Q. V. XXI, 7. et Not. ad XII, 728. *Wr.*) 401. *Paeonium*, Apollineum. v. sup. ad VII, 769. 402. *Multa*, multum, *manu trepidat:* novavit egregie: pro multa tentat, sed turbato animo et cum trepidatione. Servius non male et ipse: „trepidanter facit.“ 405. Pro vulgari: Viam hanc ac rationem ferramenti extrahendi fortuna nullo modo secundat: frustra omnia experitur Iapis, nulla via res successum habet. (*Nulla Fortuna*, vid. Not. ad IV, 232. *Wr.*) 406. *horror*, nunc pro caussa horrendi, terror. 407. *malum* cum dilectu: est pugna, fuga, terror. *Iam pulvere caelum stare vident.* Aer pulvere plenus et quasi condensatus potenter sic describitur a poetis. Exempla dant Cerda, alii. Praeiverat Ennius p. 145. Hessel.:

Digitized by Google

Densa cadunt mediis. It tristis ad aethera clamor
Bellantum iuvenum, et duro sub Marte cadentum. 410
Hic Venus, indigno nati concussa dolore,
Dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida,

hac lectionis diversitate silentium apud Heinsium. Sed quum et in editione Dan. Heinsii, vid. V. L. ad IV, 529., et in ipsius Nic. Heinsii editionibus exstet *subeunt equites*, admodum probabile est, Heinsium in suis libris copulam non invenisse: deest eadem in Lips. obl. Dorph. I. II. et cod. 6. edit. Vinar., etiam in cod. Iesuit. apud Wakefieldium, qui eam expulit. Atque in ipso Mediceo *subeunt*, quod omissum primo fuerat, absque copula superscriptum visitur, ita tamen, ut utraque *u* formae sit recentioris. Romanus quidem *subeuntque*, quod Burmannus, nihil tamen admonito lectore, restituit. In ipsa copula nihil est quod reprehendas; vid. V. L. ad vs. 406.; sed codices ancipitem reddunt optionem. Mediceus quidem eo ducit, ut verbum *subeunt* cum ipsa copula in antiquissimo aliquo exemplari omissum esse suspiceris; quo facto facile fieri potuit, ut, qui verbum ex aliis libris restituerent, negligerent copulam ob similitudinem proximarum literarum *equ*. Itaque consultius duxi eam retinere. — 409. *sit trist*. a m. pr. Medic. — 410. *caeco sub M*. in membranis se reperisse ait Cort. ad Lucan. VII, 111. *Wr*.) 411 *Tum* Goth. pr. 412 *Dictamnon* malebat Cuningham. *Dictamum* vitiose passim scriptum. *Dictamnum genetrix* omnes ubique codd. agnoscunt: Donatus tamen legit et exposuit: *Ipsa manu genetrix Dictaea carpsit ab Ida*. Lectionem hanc utique veram esse censendum est, quatenus a poeta id profectum esse credere licet, quod orationi poeticae maxime convenit. Decebat poetam designare herbam et ornare: nomen vulgare apponere vix decebat. Ex *Dictaea*, epitheto Idae, multo facilius Dictamnum assequi licebat. Ex Statii loco, qui Silv. I, 4, 102 *Dictamni florentis opem*, respectu huius loci, dixit, vix quicquam conficias. (Audiamus ipsum Donatum: „Caeterum vero nomine dictamni in regione sua dicitur appellari. Unde nonnulli sic reponunt hunc locum, ut asserant Virgilium dixisse *Dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida*; quod usque adeo non est, ut, si sequentia coniungas, fiat vitium: dictamni enim caulem dicere debuit, non dictamnum caulem.“ Non immerito dixeris inventum hoc esse haud inficeti Grammatici, qui aut vitium in hoc *Dictamnum caulem*, de quo vid. Not. ad vs. 275., deprehendisse sibi visus ad corrigendum descenderit; aut, quum librarius aliquis sive, ut fit, imprudentia, sive etiam ignorantia lapsus *Dicta manu* scripsisset, ex *Dicta* fecerit *Ipsa*; — nam crebro hoc *Ipse* vel *Ipsa manu* apud Virgilium legi noverat,

stant pulvere campi; pro vulgari, stat pulvis in campis, qui escenderat in aerem: quod est Homericum: ποδῶν δ' ὑπένερθε κονίη ἴστατ' ἀειρομένη Iliad. ψ, 365. 366. (Recte contrarium in modum Ge. III, 354 sq.: „Sed iacet aggeribus niveis informis et alto Terra gelu late.“ *Wr*.) Non multo aliter sup. VI, 300 *stant lumina flamma*, h. e. stat flamma in luminibus, sunt oculi ignei; et Horatianum: *Stat Soracte nive*. Nonnus voc. *stare* e Lucilio: *Interea stat sentibus pectus*.

411 sqq. Lineae loci forte ductae in Iliad. π, 523. 527 sqq. de

Digitized by Google

Puberibus caulem foliis et flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres haesere sagittae. 415

vid. Q. V. XVIII, 2, 1.; — quumque idem notam nominis huius herbae certiorem aliquam requiri perspexisset, *Cretaea* mutaverit in *Dictaea*. Neque adeo mirer, si qui etiam codex praebeat *Dictaea*, quod facile ex prima syllaba vocis *Dictamnum* fieri poterat; v. V. L. ad XI, 609. Illud quidem fere pro certo haberi potest, quum tam memorabilis discrepantiae nulla facta sit mentio apud Servium, hanc ipsam lectionem *Ipsa manu ... Dictaea* esse illo recentiorem. Iam, quod omnium gravissimum videtur, non designare tantum herbam istam voluisse Virgilium, ex ipsis, ni fallor, quae subiiciuntur, clare apparet, quippe ita comparatis, ut non certam aliquam perfectamque imaginem ipsius adumbrent dictamni, sed tantum definiant, quale esse debeat dictamnum, si ad medendum eo uti velis, adultum scilicet et florens, quod ipsum affirmat Statius, nec aut lactens adhuc, aut iam senescens. *Wr.*) *carpsit* plerique Pieriani, inter quos Romanus, et tres apud Burm. 413 *flore comante* Ed. pr. Burm. 414 *capreis* duo Leid. *captis* a m. pr, Zulich. Exc. Burm. et Goth. tert.

Glauco ab Apolline recreato. 413. De *Dictamno* (Δίκταμνος et Δίκταμος a Dicte monte Cretae, qui Idae partem facit) inter locos classicos hic ipse Virgilii. Inter *origana* retulit Linnaeus. v. Exc. cit. *Pubera folia,* si per se consideras, sunt efflorescentia, exuberantia: nihil aliud. Servius folia adulta exponit. (idque tenendum erat; vid. V. L. *Wr.*) *Pubescentem vitem* varie tentat Salmas. Exerc. Plin. p. 364, modo interpretando nigrescentem, modo viridantem, et sic porro. Est autem *pubescere* translatum a pubertate, adeoque flore aetatis, florem arborum, herbarum, sollenni tamen aliqua ratione vitium, designat; modo omnino, ut h. l. et *pubentes herbae* sup. Ge. III, 126. Aen. IV, 514, modo, ut in aliis locis, cum adiuncta notione exuberantiae, vel maturitatis vel instantis vel expectandae: ut Ge. II, 390 *Hinc omnis largo pubescit vinea fetu.* Hoc nisi usu constante mihi constaret: pronior essem in sententiam virorum doctorum, qui censent, poetam respexisse lanuginem foliorum huius herbae: nam, sunt ea γναφαλώδη καὶ ἐριώδη καί τινα ἐπίφυσιν habentia: secundum Dioscorid. l. c. Unum me hoc tenet, quod usum huuc loquendi nullo exemplo aperto declaratum vidi; ubique *pubere* et *pubescere* est florere: etiam in *genis* et *malis pubescentibus:* etsi in his re ipsa lanugo intelligenda est. (— 414. *non incognita,* usurpari solita. *notus, cognitus,* ad usum rerum et consuetudinem refertur; hinc quae tractare, usurpare, gerere, vid. Not. ad XI, 195., audire, quo ire soliti sumus, vid. Not. ad Ecl. I, 52., et quae sunt similia, haec omnia nota, cognita, dicuntur. Exempla sunt per totum Virgilium sparsa. Hinc Cir. vs. 168.: „cognita teneris pedibus Sicyonia.“ ibid. vs. 176.: „Nulla colum novit.“ Auctor carminis Catal. XI, 1.: „non incognita Phoebo carmina,“ pe-

Digitized by Google

Hoc Venus, obscuro faciem circumdata nimbo,
Detulit; hoc fusum labris splendentibus amnem
Inficit, occulte medicans; spargitque salubris
Ambrosiae succos, et odoriferam panaceam.
Fovit ea volnus lympha longaevus Iapis 420
Ignorans; subitoque omnis de corpore fugit
Quippe dolor; omnis stetit imo volnere sanguis.
Iamque secuta manum, nullo cogente, sagitta
Excidit, atque novae rediere in pristina vires.

416 *Hanc* sec. Moret. 417 *fusum* e Pier. et suis Heins. est tuitus: idem vett. edd., etiam Aldd. et hinc vulgg. habent: cum in nonnullas alias ex Commelin. irrepserit *fuscum*; quod ex nostris nulla habet praeter Ven. Scoti 1544 et Guell. (*fuscum* Palat. *Wr.*) *D. infusum* Leid. *labiis* Hugen. et a m. pr. Zulich. *pendentibus* aliquot Pier. 418 *sparsitque* plures Pier., at *spargit* vett. edd., etiam Aldd. et hinc reliquae quoque tuentur. Utrumque Priscianus agnoscit apud Heins. *salubris* idem firmat pro *salubres*. (*occultae* a m. pr. Medic. *Wr.*) 419 *sucos* Rom., ex more. (etiam Medic.; vid. V. L. ad Ge. I, 90. — 420. *Iapyx* Medic.; vid. V. L. ad vs. 391. *Wr.*) 421 *cessit* pro *fugit* sec. Rottend. pr. et tert. Moret. Zulich. et Parrhas. 422 *imo in v.* Rom. et alii Pier. et Heins. cum Burmann. (*in v.* ex Heinsianis etiam Gud. et Mentel. alt., qui in optimis numerantur. Sed tuetur defectum praepositionis XI, 377.: „rumpitque has imo pectore voces," et ib. 840.: „deditque has imo pectore voces." Nempe raro eliditur haec vox, propterea, puto, quod syllaba residua *im* nimis ad sonum tenuis videbatur. Iam quod V, 178. X, 23. *imo est* et VI, 459. *ima est* legitur, id ex ipso elisionum numero eximendum esse, alio tempore docebitur. Manet igitur Ge. III, 240.: „Monte minor procumbit; at *ima exaestuat* unda," et Aen. XII, 381.: „*Imam inter* galeam;" quorum alterum orationis concitatione, alterum ipso, quem tenet, loco excusatur. *Wr.*) *uno v.* duo Burm. et Goth. tert. 423 *manu* Gud. et Moret. qu. 424 *subiere* sec. Moret. *in corpora* Hugen. *in praelia* Sprot.

tisse haec videtur ex Ecl. VII, 22 sq.: „Proxima Phoebi Versibus ille facit." Itaque *non incognita Phoebo* sunt, qualia fere Phoebus facere solet, i. e. Phoebeis non dissimilia, sive quae ille non improbet. *Wr.*)

416. Qua igitur simpliciter usus dici poterat medicina Iapis: hanc poeta a Venere allatam narrat; quae succum expressum, ambrosia et panacea admixta, clam adstantibus, aquae infundit, qua Iapis vulnus absterget ac fovet. Ornavit poeta singula, utpote in re mirabili: pro aqua *amnem*, pro vase *labrum splendens* aere, seu lebetem, pro miscere *inficere* ponit, et sic porro. (*inficere* non est simpliciter i. q. miscere, sed ita miscere cum aliqua re, ut ea vires, vel saporem, vel colorem quendam inde trahat; hinc pocula veneno infecta, lana infecta, *cet. Wr.*) 419. *Ambrosiae* succus, qua dii utuntur, pro unguento est, quod vulnus levat et lenit. *panacea*, *πανάκεια*, est

Digitized by Google

Arma citi properate viro! quid statis? Iapis
Conclamat, primusque animos adcendit in hostem.
Non haec humanis opibus, non arte magistra,
Proveniunt, neque te, Aenea, mea dextera servat;
Maior agit deus, atque opera ad maiora remittit.
Ille avidus pugnae suras incluserat auro
Hinc atque hinc, oditque moras, hastamque coruscat.
Postquam habilis lateri clipeus loricaque tergo est:
Ascanium fusis circum conplectitur armis,
Summaque per galeam delibans oscula fatur:

428. PROVENIUNT. N.

425 *viri* aliquot Heins. et Burm. Eadem varietas supra occurrebat. (*Iapyx* Medic. *Wr.*) 426 *incendit* Hamb. alter. *in hostem* Heins. e libb. praestantioribus. Vulgo: *in hostes. ad hostem* Goth. tert. 428 *Neque Aeneam* Hugen. et a m. pr. Medic. (hic certe *Aenean* a m. pr. Ceterum punctum, quod erat post *Proveniunt*, in comma mutavi. *Wr.*) 430 *avidus pugna* Mentel. pr. a m. pr. *surasque* pr. Hamb. 431 *kastaque* Hugen. 433 *c. c. hamis* Menag. pr. (In Mediceo super *fusis* hoc signum ⊥ visitur, quo admoneri lector videtur, vel legendum, vel iungendum esse *circum fusis*. *Wr.*)

inter fabulosos succos iam ap. Callim. in Apoll. 40. 421. 422. Comparant Iliad. π, 528. 529. *Quippe*, pro utique, δή, ut alias *scilicet. rediere in pristina*, in pristinum, *vires*, restitutae sunt.

425. Exclamationis repentinae vim facile sentis. Egregium narrantis hoc artificium. (*arte magistra*, vid. N. ad VIII, 442. *Wr.*) 428. *Proveniunt*, pro vulgari, fiunt, eveniunt. 429. *agit*, non accipio cum Servio, Apollo facit haec, nam id tenue; sed προπέμπει, mittit ad pugnam, concitat, idem quod mox *remittit*. (Maior deus, non quod etiam sunt dii minorum gentium; sed ita accipe: Maior aliquis Iapide, deus. *Wr.*) 430. Mira festinatio etiam in Aenea et praeclare tempus praeteritum: *incluserat*. (Similiter VIII, 219 sq.: „Hic vero Alcidae furiis exarserat atro Felle dolor: rapit arma" *cet. Wr.*) 432. *est habilis lateri*, ἄρηρεν, εὖ ἀρηρώς (ἐστιν,) ἤρμοστο, vel, ut Iliad. γ, 332. 333, thorax ἤρμοσε δ' αὐτῷ, sedit in corpore, adaptata, habilis reddita est lorica corpori. *habilis hasta* supra fuit, quae manu facile haberi, tractari, potest; *lorica*, quae membris commode respondet. 435 sqq. Eminentissimus locus patris affectu, sententiae gravitate, vi ac veritate; quocum comparanda loca pulcerrima, primum Hectoris ad puerum Astyanactem verba Il. ζ, 474 sqq., tum Aiacis ad Eurysacem apud Sophocl. 550 sq., unde Attius

Digitized by Google

Disce, puer, virtutem ex me, verumque laborem;
Fortunam ex aliis. Nunc te mea dextera bello
Defensum dabit, et magna inter praemia ducet.
Tu facito, mox cum matura adoleverit aetas,
Sis memor, et te, animo repetentem exempla tuorum,
Et pater Aeneas, et avunculus excitet Hector.
Haec ubi dicta dedit, portis sese extulit ingens,

435 *veterumque* Leid. et Montalb. *iuvenumque* alter Hamburg. 436 *Non te* Ed. pr. Burm. 437 *magnum* Hugen. et Ed. pr. Burmann. *praelia* aliquot Pier., tum Menag. pr. et Goth. tert. cum secundo. Sed *praemia* sunt victoriae, ut in Notis dictum. Sup. *praemia pugnae*, XI, 78. 438 *Tum* et *adoleverat* Medic., (sed superscripta *i. Wr.*) *maturo* aliquot Pier. 439 *exempla virorum* Goth. tert. 440 *excitat* Goth. tert. *extulit* sec. (*praeter* pro *pater* Medic. a m. pr. *Wr.*) 441 *Haec tibi* Goth. pr. et Ed. Ven. 1484. *portis sese extulit altis* edd. vett. et pars codd., sed Pierii et Heinsii meliores *ingens*, quod iam ed. Ald. tertia exhibet, sed male cum aliis ad *telum* refert: nam sic poeta iungere debebat: *telum ingens immane*. Immo vero cum Donato ad Aeneam referendum: *ipse sese extulit ingens*, ut sup. IX, 597. (non ante, sed post *ingens* distinguitur in Medic. *Wr.*)

suum sumserat apud Macrob. VI, 1 extr. *Virtute sis par, dispar fortunis patri.* Cum hac simplicitate quandoquidem luctandum erat Maroni, sententiam paullo argutius expressit, quam par erat. 435. *verum laborem*, Servius ait: „quem per me ipse „suscipio: non qui ex aliorum „virtute imperatoribus adscribi „consuevit." Friget sic sententia. Accipio *laborem* de ipsa laboris toleratione, patientia, καρτερία, ἀνδρεία. Dixit autem pro vulgari: disce ex me veram virtutem in tolerando labore; exemplum verae virtutis me tibi habe propositum; at fortunae secundae exempla pete ab aliis. Altero loco: *Fortunam ex aliis:* vocabulum *discere* non aeque appositum erat. Forma tamen orationis inde existit exquisitior pro vulgari: utere fortuna meliore, quam ego expertus sum, per tot casus et aerumnas iactatus. 437. *Defensum dabit* pro defendet, ut iam similia vidimus. *magna inter praemia ducet*, per magna belli decora, victorias. (*inter praemia*, i. e. ad praemia; vid. Not. ad Ecl. I, 52. *Wr.*) Friget aliorum interpretatio: magno pretio habebo, si te defendero. 438. 439. 440. Versus aurei infigendi puerorum animis, quibus illustres parentes providentiae munere contigerunt. Similes erant sup. III, 342 in Andromaches verbis de Ascanio: *Ecquid in antiquam virtutem animosque viriles Et pater Aeneas et avunculus excitat Hector?*

Digitized by Google

Telum inmane manu quatiens: simul agmine denso
Antheusque Mnestheusque ruunt; omnisque relictis
Turba fluit castris. Tum caeco pulvere campus
Miscetur, pulsuque pedum tremit excita tellus.
Vidit ab adverso venientis aggere Turnus,
Videre Ausonii, gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor. Prima ante omnis Iuturna Latinos
Audiit adgnovitque sonum, et tremefacta refugit.
Ille volat, campoque atrum rapit agmen aperto.

443 *Antheusque* reposuit Heinsius e Medic. et tribus Moret.; adde aliquot alios apud Burm. An bene factum sit, ne dubita. Nam ex Ἄνθεύς iam frequentaverat *Anthea* media brevi sup. lib. I, 181. 510, estque is ex Aeneae sociis. Nec tamen Mediceus aliter quam *Anthaeus*. Et vulgatum ubique *Antaeus* vel *Anteus*. Ἀντα῀ος, *Antaeus*: idem nomen iam sup. lib. X, 561 vidimus. *ruit* Gud. pro div. lect. *omnesque* Medic., teste Heinsio: sed Foggin. *omnis*. (*omnes* utique Mediceus, testante ipso Fogginio pag. 457. *Wr.*) 444 *ruit* c. Menag. pr. (vid. V. L. ad XI, 236. *Wr.*) *caeco vulnere* alter Menag. *campis* pr. Moret. 445 *fremit* Leid. pro var. lect. *plausuque tremit magno e. t.* Zulich. a m. pr. 446 *Vidit ut* Zulich. a m. sec. *agmine* aliquot Pier., inter quos Rom. et Sprot. conf. IX, 375. (*venientes* Medic. *Wr.*) 448 *Latinis* Gud. et duo alii Burm. 449 *Avehit* alt. Hamb. *adiit* Exc. Burm. *agnoscitque* Goth. tert. 450 *actum* Dorvill. *campumque atrum rapit agmine aperto* Goth. sec., elegans lectio: modo graviorem auctorem ha-

441. Verba comparant Il. *v*, 1, et 443. 444 Iliad. λ, 723. 444. Vulgare est: pulvis miscetur, turbatur in campo: et quia obscurat aerem, hinc caecus; ut solet poeta pro eo, qui visum eripit, caecum dicere. 445. *excita*, doctius quam concita, concussa. (concita certe, quod celerem motum significat, tellus dici nequit. Excitur tellus, aut quia resonat pedum pulsu; Lucret. II, 328 sq.: „subterque virum vi Excitur pedibus sonitus;“ unde ad ipsam terram, quae concussa sonitum edit, excita referre poetae licebat; aut, ni fallor, ipse est sui interpres poeta, VII, 722.: „pulsuque pedum conterrita tellus;“ pro *conterrita est* hic dicens *tremit excita*, i. e. tremit quasi terrore exsultans. Proprie enim exciri ipse terror dicitur, ut apud Liv. X, 4.: „Nuntiata ea clades terrorem excivit;“ hinc transfertur hoc verbum ad ipsum, qui exterretur, ut VII, 376.: „ingentibus excita monstris furit;“ coll. III, 307.: „magnis exterrita monstris.“ *Wr.*) 449. *Iuturna refugit*, Camerti assimu-

Digitized by Google

Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus
It mare per medium: miseris, heu, praescia longe
Horrescunt corda agricolis; dabit ille ruinas
Arboribus, stragemque satis; ruet omnia late;
Ante volant, sonitumque ferunt ad littora venti: 455
Talis in adversos ductor Rhoeteius hostis
Agmen agit; densi cuneis se quisque coactis

451. QUALIS,

beret. Transferunt poetae praedicata, adeoque h. l. ad campum, quod agmini debetur: *rapit campum agmine.* (illud certe intolerabile auribus *campúmque atrúm*; ferres, si saltem ita legeretur: *campumque atro rapit agmine apertum. Wr.*) 451 *obrupto* Montalb. *adrupto* nonnulli. vid. Notam. (Delevi comma, quod erat post *Qualis*: vid. V. L. ad Ge. I, 303. *Wr.*) 452 *heu tristia* sec. Rottend. 453 *ruinis* Goth. tert. (Wakefield. ad Lucret. VI, 260. ita interpungi hunc locum iubet: agricolis: „*Dabit — — venti.*" ut poeta ipsos agricolas ita exclamantes faciat; quod alienum est ab epici carminis simplicitate; certe eximere W. debebat vs. 455. *Wr.*) 454 *ruit* in multis, in aliis *volans*, tum in nonnullis: *ruit omnia*, *late Antevolans*: eleganter et hoc: sic Medic. Leid. Zulich. Parrhas. cum Goth. tert. (in Mediceo nec ante, nec post *late* interpungitur; *ruet* requirunt praegressa Futura; *volans* ortum ex prima litera proximi voc.; vid. infra vs. 477. Et *ruet*, ne post superiora langueat, postulat tale quid adiectum, quale *late*, quod idem friget cum sequentibus iunctum. *Wr.*) 455 *Ante sonant* Mentel. pr. *ad l. fluctus* Parrhas. 456 *victor* alter Hamb. et Leid. *victor R. heros* Goth. tert. *Retheus in hostes* Dorvill. Alii aliter peccant. Est τὸ Ῥοίτειον, inde Ῥοιτήϊος. 457 *densis* Sprot. (In Medic. extrema litera voc. *coactis* transfossa; ac nescio an *coactis* repetitum sit ex VII, 509.; *cuneis coacti*,

lata supra 224. Eadem mox, Turno fratre in discrimen adducto, iterum in aciem prodit v. 468. In quo nihil erat, quod minus probabile videri debebat. Potest quis subito terrore fugere, idem recipere animum et in discrimen redire.

450. *rapit*, ducit concitate: elegantius quam ducit. *atrum* ad pulverem refer. (*Ille*, Aeneas; vid. Q. V. XXI, 5. *Wr.*) 451 sqq. Iterum οἷος, τοῖος, pro ὡς, οὕτως. Comparatio ex Homero ducta: sed variata egregie et ornata novis accessionibus: Iliad. δ, 275 sqq., non vero Iliad. ν, 334 seqq. comparari et Maroni obtrectari debebat. *abrupto sidere*, magnifice, pro abrupta nube, quae nimbum, procellam, facit. Ausus hoc videtur poeta, cum semel *sidus* de tempestate dicere sollenne sit, quoniam sub certorum siderum ortu vel occasu tempestates fiunt. *abruptis procellis* Ge. III, 259. *abruptis nubibus* Aen. III, 199 dixerat. Similiter *praeceps* dictum occurrere memini. *dabit ille:* tempore futuro haec ἐναργῶς extulit: quo ipso nos in expectationem rei rapit tamquam adhuc futurae. 456. *ductor Rhoeteius*, Troianus: v.

Digitized by Google

Adglomerant. Ferit ense gravem Thymbraeus Osirim,
Archetium Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates,
Ufentemque Gyas; cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in adversos telum qui torserat hostis.
Tollitur in coelum clamor, versique vicissim
Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
Ipse neque aversos dignatur sternere morti;

i. e. in cuneos. Servius: „in cuneorum modum compositi.“ Donatus: „unusquisque se stipabat in cuneum.“ *in cuneos agi* dixit Lucan. VII, 497. Neque offendet *densi coacti*; vid. V. L. ad VIII, 559. *Wr.*) 458 *Agglomerat* alter Hamb. et Goth. pr. *Ferit ante* Goth. pr. 459 Corruptelas nominum vid. apud Burm., nam enotare piget post tot millena inutili forte opera enotata. Suspicor tamen sine adspiratione scriptum fuisse *Arcetium*. (In Mediceo est *Epulon*, sed ultima hasta extremae literae lineolam habet transversam, ⁻, i. e. *nt*; denique superscriptae sunt literae *em*, ut plenum nomen sit *Epulontem*. *Wr.*) 461 *torsit in* Rom. *torserit* Leid. *hastis* Bigot. 463 *per hostes* alter Menag. 464 *adversos* aliquot Pier. et edd. vett., usque ad Ald. tert. a Naugerio castigatam, quae *aversos* dedit: recte. Nam membra haec sunt: fugientes — sup. III, 108. 457. Bene Servius: densentur, ut cuneatim dimicent. 458. *gravem* non satis definiit poeta, quo sensu accipi vellet, nec refert: nam simpliciter ornat; fortem exponit Servius. Refero ad auctoritatem, dignitatem, annos. (G. Iacob *Disquisit. Virgil.* P. I. p. 10. nihil referre ait, utrum Servii, an Heynii interpretationem sequaris. Scholiastes Maii: „Gravem Osirim: Utrum aetate? an magnitudine corporis? an fortitudine, *ut* non facile pelleretur, hostibus gravem?“ Quum alibi, quid sit *gravis*, ex adiunctis cognoscatur, ut *aevo* Aen. II, 436, *annis* IX, 246. cfr. etiam V, 178. sq., *pietate* et *meritis* I, 151., *ictu* V, 274., hic autem tale quid non sit additum, gravis Osiris dictus mihi videtur propter vastam corporis magnitudinem, quod probat V, 447. de Entello: „Ipse gravis graviterque ad terram pondere vasto Concidit.“ de eodem vs. 437.: „Stat gravis Entellus nisuque immotus eodem;“ gravis stat, i. e. quod X, 771.: „mole sua stat;“ et VII, 589.: „rupes,— Quae sese — Mole tenet.“ Hunc in modum recte explicat ipse Heynius X, 207.: „It gravis Aulestes.“ gravis igitur fere i. q. ingens. *Wr.*) Qui caedunt, *Thymbraeus* et ceteri, e Troianis sunt. 460. Comparant verba Iliad. π, 558. De Tolumnio sup. 258. 266. (— 464. *Ipse*, Aeneas; vid. Q. V. XVIII, 2, e. coll. vs. 450. — *sternere*

Digitized by Google

Nec pede congressos aequo, nec tela ferentis
Insequitur; solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.
Hoc concussa metu mentem Iuturna virago
Aurigam Turni media inter lora Metiscum

congressos cominus — eminus petentes se telo: omnes omittit. Ge. Fabricius verum vidit; etiam Cuninghamus; Heinsius post Cerdam non aeque. (*adversos*, quod in suis non videtur Heinsius invenisse, tamen exstat in apographo Medicei Foggiaiano. *Wr.*) *adversus* Leid. (Rectius puto facturum, qui in eiusmodi dictione *Morti* maiore litera initiali exarandum curet; ac facerem nunc ipse, si non supra pluribus locis minorem literam retinuissem. Apparet non esse inter se diversa *demittere Orco*, quod legitur II, 398. IX, 527. et *demittere Morti* V, 691.; id quoque apertum videtur, imitatum esse Virgilium Homericum illud Ἀΐδι προΐαψεν. Hinc *sternere morti* non erit ita explicandum, ut *morti* sextum casum esse statuas; quae ratio loquendi haud scio an sit nimis insolens; sed ita, ut sibi constet poeta: sternendo ad Mortem demittere; quare etiam supra VIII, 566., ubi vid. Not., et X, 319. *Leto*, non *leto*, scribendum censeo. Neque vero necesse est per metonymiam quandam Mortem pro Orco dictam accipere; sed habitat ipse Θάνατος, ut Erebi Noctisque filius, apud inferos; Soph. Al. 854. sq. Br.: „ὦ Θάνατε, Θάνατε, νῦν μ' ἐπίσκεψαι μολών· καίτοι σὲ μὲν κἀκεῖ προσαυδήσω ξυνών.“ coll. Aen. VI, 277. *Wr.*) 465 *aequo* iam Commelin. ex Palat. dedit. *Nec pede congressos nec equo* vett. edd, nisi quod Ven. 1484 *congressos equo*. Monuit iam Pierius fere omnes Codd. habere: *congressos aequo*; saltem pauci scripti, ut Parrhas. Ven. et Goth. tert., *nec equo* exhibent. (quibus accedit 9. *Wr.*) Ita tamen Servium, quem habemus, legisse manifestum est. (Originem vitiosae lectionis *nec equo* ostendit Mediceus, in quo primum fuerat *congressos ego*, sed superscriptae *a* et *u*; nam quod apud Fogginium legitur *nec* ante *ego*, id in codice non exstare, scribit ipse Foggin. p. 458. Hinc factum, ut *nec* insereretur. Et pro *aequus* etiam alibi exaratum *equus* in Medic., Ge. II, 225. Aen. VII, 540. IX, 56. XI, 861. XII, 218., ubique superscripta *a*. Quamquam nec illud tacendum, in eodem X, 858. *aequum* a m. pr. pro *equum* exstare, item a m. pr. XII, 616. *aequorum* pro *equorum*. Sed quum id solum sibi dicendum sumsisset poeta, nec aversos, nec adversos insecutum Aeneam esse, nihil attinebat pedites et equites singulatim commemorare. *Wr.*) *congressus* Goth. sec. et Ed. pr. Burm. 466 *denso* Rom. *in* aberat Goth. pr. Sprot. et edd. vett. pr. et Mediol. 467 *in certamine* sec. Hamb. 468 *Hinc* Oblong. Pierii. *Haec* alii apud Pier. *Hic* Parrhas. et Ven. *c. manu* Goth. tert. 469 *Metiscum* tuentur vett.

morti, vid. Not. ad VIII, 566. *Wr.*) 466. Sic Hector Patroclum insequitur Iliad. π, 731. *tela ferentes*, inferentes, ut sup. quoque XI, 872, h. adortos se, contra stantes.

468. *Iuturna virago*. Servius: virago dicitur mulier, quae virile implet officium. Eum sequuntur alii. Argutius dictum puto quam verius. Virago et virgo prorsus eandem vim habent: sed alterum antiquius adeoque epico carmine dignius. Hinc apud poetas virago Pallas, Diana, Nympha: ut παρθένος, παρθε-

Digitized by Google

Excutit, et longe labsum temone relinquit;
Ipsa subit, manibusque undantis flectit habenas,
Cuncta gerens, vocemque et corpus et arma Metisci.
Nigra velut magnas domini cum divitis aedis
Pervolat et pennis alta atria lustrat hirundo,
Pabula parva legens, hidisque loquacibus escas;
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum
Stagna sonat: similis medios Iuturna per hostis

edd. et codd. cum Grammaticis apud Heins. Solus Fulgentius de continentia *Methysæum*, *Μέθυσκον*, interpretatur, ebriosum. vid. ad Auson. Epist. XIV, 16. 470 *longo* Dorvill. *lapsum a. t.* Goth. tert. *reliquit* Heins. codd. praeter duos Rottend. (Rom. quoque et Medic. *reliquit*, sed in hoc superscripta *n*; probum *relinquit*, nam subit, dum relinquit, non postquam reliquit. *Wr.*) 472 *et vocem* Zulich. (— 473. *aedes* Medic. *Wr.*) 474 *et pennis* constans libb. scriptorum et edd. lectio. *pinnis* Ed. Iunt. *pennas* alter Menag. *pernix* sec. Rottend. *penitus* Parrhas., quod Masvic. expressit. (*p. atratria* a m. pr. Medic. *Wr.*) 475 *p. petens* Hugen. *n. l. aufert* a m. pr. Rottend. sec. *escam* Goth. pr. 476 *p. variis* Goth. tert., perperam. vid. Not. Bene Iul. Sabin. vacuis, id est, magnis vel altis. Aliter sup. II, 761. 477 *volat* Parrhas. et Leid. a m. pr. cum Goth. tert., sed *sonat* exquisitius: volat cum cantu. *sonant* Medic. a m. pr. *sonans* duo Burmann.

νιχή. Quod vero Iuturnae h. l. tribuit Maro, sublectum est Homeri exemplo Iliad. ε, 835 sqq., ubi Pallas, deiecto Sthenelo, Diomedis currum simili modo regit. Sed locus ille plus dignitatis habet, quam hic, in quo versamur. (Videtur ad hunc vs. respexisse Auctor Epitom. Iliad. vs. 514.: „Ille ruens ictu media inter lora rotasque Volvitur.“ Virgilius tamen nescio an ita haec intellecta voluerit: in media aurigatione. Ceterum vid. Not. ad vs. 327. *Wr.*)

473. Exemplum huius comparationis, quantum quidem constat, ante Maronem non occurrit aliud. Nisi itaque poeta is, unde ductum est, intercidit: est hoc inter inventa Maronis. Observanda autem ars in re tenui et humili ornanda et amplificanda. *Nigra hirundo:* ut domesticam designet, non ripariam, ut Scaliger observavit. Dicam potius hirundinem rusticam describi, *ἀχανθυλλίδα*, quae dorso nigro caerulescente est: et agi hic non de palatio urbano, sed de villa aliqua, illa docent: *nunc porticibus vacuis, nunc humida circum Stagna volat:* quae in urbe non facile quaeras. *penitus* in interiora domus penetrando. cf. sup. v. 256. 263. (explicat hic Heynius, quod Masvic. expressit, non, quod ipse, *pennis*. *Wr.*) 475. Suavis versus: *parva* cum dilectu! ut paullo ante *vacuis* decla-

Digitized by Google

Fertur equis, rapidoque volans obit omnia curru;
Iamque hic germanum, iamque hic ostentat ovantem;
Nec conferre manum patitur; volat avia longe.
Haud minus Aeneas tortos legit obvius orbis,
Vestigatque virum, et disiecta per agmina magna
Voce vocat. Quoties oculos coniecit in hostem,
Alipedumque fugam cursu tentavit equorum:
Aversos toties currus Iuturna retorsit.
Heu, quid agat? Vario nequidquam fluctuat aestu,

486. AGAT, V.

478 *rapit omnia* Parrhas. a m. pr. et alter Hamburg. *cursu* aliquot Pier. et Burm. cum eiusdem Ed. pr. 479 *Atque hic* eadem Ed. pr. *ostendit* eadem et ceterae vett. edd. Primus Pierius e Rom. notat *ostentat*, receptum ab Heinsio, cum Goth. a m. sec. Gud. et Leid. idem offerrent: adde Goth. pr. (et 8.; in Mediceo quum primum fuisset *ostendit*, *d* in *t* mutata et *a* superscripta est. *ostendit* Palat. — 481. *orbes* Medic. *Wr.*) 482 *et* abest Ed. pr. Burm. *deiecta* Oudart. a m. sec. Sprot. et Hamb. pr. cum Goth. pr. edd. vett. Ven., usque ad Egnatianam emendationem. In fine *magna* Medic. et ceteri Heins. omnes, Goth., tum edd. vett. omnes: ut *magna voce* iungatur. At *agmina longa* primus Pierius ex aliquot suis notavit: in quibus tamen Romanus non erat: hinc recepit prima, ni fallor, ed. Commel. e Palat., inde edd. Pulmann., et hinc cett. vulgg., in his Dan. Heinsius: adversus codicum, ut vidimus, auctoritatem: ideoque nunc alterum retraximus. (utique *longa* ex Palat. enotavit Ambrog., cui accedit 10. *Wr.*) 484 *fuga cursum* ap. Schol. Horatii Cruqu. I Od. 27. *tentabat* Zulich. a m. pr. 485 *Adversos* Goth. tert. et aliquot scripti ap. Burm. cum ed. pr. (*Aversos* etiam Medic., sed superscripta *d. Wr.*) *quotiens* Zulich. *curruus* vett. apud Pier., ut sup. v. 671. *cursus* sec. Menag. *recessit* Montalb. 486 *quid agam* alii apud Serv. ex Aeneae persona. (*Heu, quid agat?* absoluta est his verbis sententia, ut supra IV, 283.; et sunt haec ex eo interrogationum genere, quod servit exclamationi; quare comma, quod erat post *agat*, in signum interrogandi mutavimus, quod Iahnius quoque fecit. *Wr.*)

rat spatia porticus et amplitudinem, *nidis loquacibus* pro pullis, *νεοσσοῖς τρύζουσιν*.

480. *Nec conferre manum:* cum Aenea, ait Serv. Nam alios persequitur. 481. Ut *legere vestigia, oras, vias*, est persequi, sic *legit* h. l. *Aeneas tortos orbes*, obliquas et implicitas vias, ut Servii verbis utar (cf. inf. 743), pererrat ac pervagatur. 482. *disiecta per agmina* impetum ruentis currus declarat, quo dissipati cedunt ordines. 483. 484. Quoties e longinquo Turnum animadverterat eumque insequebatur sic, ut iam aggredi vellet etc. *tentare* h. l. pro assequi, attingere: saltem in eo esse, ut assequaris. Videtur autem (conf.

Digitized by Google

Diversaeque vocant animum in contraria curae.
Huic Messapus, uti laeva duo forte gerebat
Lenta, levis cursu, praefixa hastilia ferro,
Horum unum certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Aeneas, et se collegit in arma,
Poplite subsidens: apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasque excussit vertice cristas.
Tum vero adsurgunt irae; insidiisque subactus,
Diversos ubi sentit equos currumque referri,
Multa Iovem et laesi testatus foederis aras,

495. SENSIT 496. TESTATUR ARAS;

487 *animo* tert. Rottend. 489 *levi curru* Bigot. et pr. Hamburg. *levi cursu* Gud. et alii ap. Burm. cum Goth. sec. *levis lato* alter Hamb. *praefixo* alter Menag. conf. sup. V, 557. 490 *uno* Parrhas. *torquens* Dorvill. *derigit* Medic. cum Romano. 492 *subsistens* alter Menag. *summam* Rom. 494 *insurgunt* Vratisl. *subactis* pars codd. ap. Burm. cum eiusd. ed. pr. et Mediol. In Mentel. pr. adscripta glossa: id est *repulsis*, quod non assequor; sed nec vulgatum satis diserte exponunt Intpp. Nam, si *subactus* est coactus, ieiuna fit oratio. Accipio *subactus*, ut domitus, victus, δαμασθείς, de ira, propter insidias, quibus petitum se viderat. Sic alias *adactus*, permotus. 495 *Diversos subsensit* Gud. *ubi sentit* Medic. et aliquot alii cum Goth. tert. (Revocavi *sentit*; crebro rediens litera sibilans fecit, ut Praesens in Perfectum mutaretur; vid. Q. V. VII, 10. Lectionem *sensit* aspernatur ipsa sententia; nam *ubi* Perfecto iunctum fere idem est, quod *postquam*, remque denotat semel ac certo quodam tempore factam; quod facile probabunt loci, qui per metri rationes et Praesens et Perfectum admittunt, Aen. IV, 474 sq.: „Ergo ubi concepit furias evicta dolore, Decrevitque mori," *cet.* VII, 542.: „ubi — primae commisit funera pugnae," *cet.* adde Ge. IV, 50. Aen. I, 405. V, 816. VI, 340. XI, 737. Sed quod h. l. narrat poeta, id iterum iterumque fit; quoties enim Turnus in conspectum venit Aeneae, toties luturna currum in diversam partem flectit, vid vs. 483. sqq., propterea*que currumque referri*, non *relatum*, scripsit poeta. *Wr.*) *Diversos*, in diversam partem actos: quis dubitet? 496 *laesas* Menag. pr. *saevi* Oudart. *testatur* Heins. secundum Pierium e libb. potioribus. Vulgg. *testatus*, unde lenior erat oratio. (*testatus* editiones Dan. et Nic. Heinsiorum, quod hic in plerisque ac praestantissimis libris mss. videtur invenisse; et ita exstat in Mediceo, etiam in utroq. Lips. omnibusque, quibus usus est editor Vinar.; *testatur* Rom. cum 2. Ac *testatus*, quod reposui, flagitat ipsa oratio; aliter enim non intelligitur, quorsum ita testetur deos Aeneas. Testatur illos quippe

v. 465) Aeneas pedes incedere. 491. *se collegit in arma*, int. in clipeum, quo texit se, ὑφιζάνων, *subsidens*. Res passim obvia. (vid. Not. ad X, 412. *Wr.*) 492. Ennium, Annal. XIV *tamen induvolans secum abstulit hasta Insigne*, ante oculos fuisse Macrobius contendit IV, 1, pag. 578. 494. *insidiis subactus*, ira pro-

Digitized by Google

Iam tandem invadit medios, et Marte secundo
Terribilis, saevam nullo discrimine caedem
Suscitat, irarumque omnis effundit habenas.
Quis mihi nunc tot acerba deus, quis carmine caedes
Diversas, obitumque ducum, quos aequore toto
Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tanton placuit concurrere motu,
Iuppiter, aeterna gentis in pace futuras!
Aeneas Rutulum Sucronem (ea prima ruentis
Pugna loco statuit Teucros), haud multa morantem,

503. TANTON' 506. MORATUS

iamiam invasurus hostilem exercitum; infra de eodem 581.: „Testaturque deos, iterum se ad proelia cogi;" itaque *testatus invadit*. Tum demum *testatur* recte dixisset poeta, si, quae sequuntur, per copulam subiungerentur, ut VIII, 346., ubi aut ita scribendum erat, ut scripsit poeta: „Testaturque locum, et letum docet Argileti;" aut sic: „Testatusque locum, letum docet Argileti;" illud quare ibi maluerit, manifestum est. Nihil huc attinet IV, 519., ubi *testatur* i. q. *obtestatur*. Iam vero ipse videris, quam commode praegressis, quae forte aliquod consilium exspectari iubent, talis apodosis respondeat: Multa Iovem testatur. Ac nisi casu, ut fit, *testatus* abiit in *testatur*, quum ipsae illae particulae *Iam tandem* indoctioribus librariis videri possent novum et plane separatum a praegressis enuntiatum incipere, non mirabimur, si illi Participium in Verbum finitum mutandum censuerint; sed vid. Q. V. XXV, 7. Nec VII, 593. casu dixeris, an consilio *testatur* pro *testatus* ab iis scriptum sit. *Wr.*) 497 *et Marte secundo, Terribilis*, interpungi posse in Servianis notatum est: et hoc praeferam. 499 *effudit* aliquot codd. et edd. *perfundit* Parrhas. (Vss. 499. sq. in Medic. omissi et in margine inferiore non ab eadem, ut videtur, antiqua tamen et ipsa, manu appicti sunt. *omnes* Medic. *Wr.*) 500 *Qui mihi — qui carmine* Leid. 503 *tanto* Rom. et alii apud Pier. et bini Goth. (cum 7. 9. *Wr.*) *tanto'*, ed. pr. Burmann., sed *tanton* tuentur Medic. et alii: tum Servius. Conf. sup. ad X, 668. (*tanton'* erat apud Heynium aliosque; vid. V. L. ad VI, 780. — 504. *gentis* Medic., sed *i* in *e* mutata. *Wr.*) 506 *morantem*, qui Aeneam haud multum moraretur adversus eum pugnando,

pter insidias sibi factas victus. vid. Var. Lect. h. vs. Sic sup. X, 813. 814. 499. Servius: „et „hic moderate locutus est. Nam „Ennius dixit: *irarumque effunde* „ *quadrigas*."

500. Erant superanda nunc tot alia loca de congressibus pugnantium, ipsius quoque Aeneae et Turni. Hinc invocatio dei alicuius. Servius laudat Statium X Theb. 827 sqq. (— 502. *Inque vicem*, vid. Q. V. XXXIIII, 2. *Wr.*) 503. 504. pro vulgari: Fierine potuit, ut gentes duae mox in unum coaliturae tam atroci

Digitized by Google

Excipit in latus, et, qua fata celerrima, crudum
Transadigit costas et crates pectoris ensem.
Turnus equo deiectum Amycum, fratremque Diorem,
Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa, 510

510. PEDES:

Rom. et pars Pierianorum et Heinsiani omnes, interque eos Medicens cum Goth. tert. *moratur* Goth. sec. *moratum* Sprot. a m. pr., a sec. *moratus*. *moratum* etiam Servius agnoscit et interpretatur. Est igitur etiam hic locus ex iis, in quibus sententiae ratio et natura omnem librorum auctoritatem evicit. Requiritur enim *moratus*: idque iam a vett. inde edd. vulgatum per Aldd. et cet. (*moratus* Palat., quod haud dubie ex similibus locis, III, 610. V, 381., huc translatum; vid. V. L. ad XI, 93. Potuit prava lectio etiam ex omissa casu litera *n* oriri; vide similes corruptelas II, 114. et infra vs. 746.; cf. Oudend. ad Appulei. Met. l. XI. p. 768. Itaque revocavi optimam lectionem *morantem*, repositam etiam ab Iahnio, recteque ab ipso Heynio explicatam. Augetur autem Aeneae gloria eo, quod vir fortissimus, qualem fuisse Sucronem consentaneum est, non ita multum negotii illi facessivit; eodem spectat, quod infra legitur vs. 514.: „Tris uno congressu." — 507. *latum* a m. pr. Medic. *Wr.*) 507. 508 *crudo — ense* Aldd. et quae hinc profectae, invitis libris omnibus, usque ad Commelin., qui meliorem lectionem e Palat. induxit. *ensem Transadigit costas* exquisitius dictum, h. adigit trans costas: sic quoque sup. v. 275. 276. Sic *transfigere hastam*, *exigere ensem per costam*, et alia dixit Maro. *Transadiit* aliquot Burmann. conf. sup. 274. 509 *Dioren* aliquot Burm. 510 *Congressos* Goth. alter. (Colon, quod erat post *pedes*, in comma mutavi, ne quis iungat *congressus Amycum — Diorem*; vid. V. L. ad vs. 342. et 161. *Wr.*)

pugna concurrerent? 505. 506. *ea prima ruentes Pugna loco statuit Teucros*, h. e. Aeneam cum comitibus per ordines ruentem, cum impetu discurrentem, dum insequitur Turnum, nunc autem, eo dimisso, cum proximo quoque congressum, *ea pugna* primum *loco statuit*, consistere fecit: sollennis orationis inversio, pro communi: ad eam primum pugnam Teucri, fuse adhuc per ordines ruentes, substiterunt. (Ne forte *ruentes* putes esse i. q. fugientes, vetant vss. 457—463. *Wr.*) 507. *Excipit in latus* docte, pro, excipit, vulnerat, in latere. *qua fata celerrima*. ὅθι — μάλιστά τε καλριόν ἐστι. *crudum* pro cruento: ut et sup. X, 682. (*crudum*, „nudum" ait Servius; sed *durum* legitur in cod. Dresd., et ita *crudus* explicatur a Servio ad Ge. III, 20. Aen. V, 69.; rursus idem *crudum ensem* „crudelem, cruentum," interpretatur ad X, 682., cui explicationi videtur convenire id, quod crudescere pugna dicitur VII, 788. XI, 833. Et *crudus* quum haud dubie factum sit a *cruor*, *cruidus*, cruda autem proprie dicatur caro recens mactatae bestiae, i. e. stillans ad-

Digitized by Google

Hunc mucrone ferit; curruque abscisa duorum
Suspendit capita, et rorantia sanguine portat.
Ille Talon Tanaimque neci fortemque Cethegum,
Tris uno congressu, et maestum mittit Onyten,
Nomen Echionium, matrisque genus Peridiae; 515
Hic fratres Lycia missos et Apollinis agris,
Et iuvenem exosum nequidquam bella Menoeten,

517. MENOETEN A.

511 *cursuque* Ed. pr. Burm. *abscisu* Medic. (apud Fogginium tamen est *abscissa*; vid. V. L. ad Ge. II, 23. *Wr.*) *abscissa* apud Serv. ad II Aen. 533, et sic Dorvill. cum nonnullis edd. vett. etiam Aldinis. *accisa* Goth. tert. 513 *Thalon* Medic., et a m. pr. *Tanamque*: *Talum*, *Tagum*, et *Talaing*. *Tanaing*. *Thalaimq*. *Thalarumq*. *Taganumq*. *Talarimque* alii. Vera nomina vix habemus: nam in istis nihil est Latinae indolis. Debent autem esse Latinorum nomina, ut *Cethegus*. (vid. Q. V. IV. extr. *Wr.*) 514 *Onyten*, *Ὀνύτην*, melius quam *Oniten*, (ut est in Medic. et Rom. *Wr.*) *Onithem*, *Orontem*, *Omentem*. (*Tres* Rom. *Wr.*) 515 *Nomine Echionium* plerique Pier. cum Medic. et aliis. Sed *nomen* (κατὰ) doctius iam antiquitus editum. *Nominechionium* Rom. *nomine chionium* Leid. et Goth. sec. (cum 8. *Wr.*) *Thionium* Leid. alter. Perperam Catroeus a Burm. laudatus: *Erichthonium*. (*Nomine* revocavit Iahnius; *Nomen* tamen plerique apud Heins. cum Palat., tum Serv. ad II, 89., utriusque lectionis h. l. ab eodem mentio facta. Recte vero *Nomen*, vid. V. L. ad VI, 242.; tuetur hanc lectionem etiam id, quod ei respondet *genus*; male etiam III, 614. in aliquot codd. *Nomine Achemenides* pro *Nomen Ach.* Atque ut supra VI, 763. *Silvius Albanum nomen*, i. e. Silvius Albanus, sic h. l. *Nomen Echionium* idem, quod Echionius s. Echionides, quemadmodum X, 123. *Hicetaonius*, i. e. Hicetaonides, ubi vid. Not. *Wr.*) Mox *Perideae* Parrhas. (et Medic. a m. sec. *Wr.*) *Pericliae* Exc. Burm. et Goth. tert. *Perrichiae* pr. Hamb. Est *Περιδία*. 516 *Tunc* Zulich. *Et frat.* Serv. ad III, 8. *arvis* pr. Hamb. pro var. lect. (*arvis* etiam Serv. Dresd. *Wr.*) Non recitat duorum iuvenum nomina. (Mirum hoc quidem. Sed quum iam supra vs. 343. sq. duos fratres Lycios, Imbrasidas, commemoraverit poeta, eosque ab eodem Turno interfectos, videtur ea re inter ipsum scribendi impetum in memoriam revocata repente manum cohibuisse. Quare haec quoque in iis, quae imperfecta reliquit poeta, numeranda censeo. *Wr.*) 517 *Menoctem* Arusian. *Menoten*, *Menontem*, *Meontem*, *Monentem*,

huc sanguine, adsentior Heynio per crudum ensem cruentum significari censenti. *Wr.*)

509. Ergo Amycus et Diores filii Priami: ut patet sup. V, 297. I, 222. Diversi ab hoc Amyco sunt, quos lib. V, 373. IX, 772. X, 704 vidimus. 510. 511. Comparare solent Iliad. *v*, 461. 462. 513. *Ille*, Aeneas. 514. *maestum*, ipsa morte, puto, quam subiturus erat. Servius tristem, severum, σκυθρωπὸν, exponit. *Nomen Echionium*: quoad nomen, nomine, Echionis filium. Ita tandem fieri potest, ut nomen per filium explicetur: uti et *genus* mox. (Sed vide Var. Lect. ad h. vs. *Wr.*) Nec vero de Echione Thebano co-

Digitized by Google

Arcada; piscosae cui circum flumina Lernae
Ars fuerat, pauperque domus; nec nota potentum
Munera; conductaque pater tellure serebat.
Ac velut immissi diversis partibus ignes
Arentem in silvam et virgulta sonantia lauro;

520. LIMINA

Moventem, depravationes. (Distinxi post *Menoeten*; vid. V. L. ad II, 341. *Wr.*) 518 *qui c.* Dorvill. 519 *Lar fuerat* conl. Heinsii: ab ipso spreta. *Advenerat* Dorvill. *parentum* Ed. pr. Burm. et Goth. tert. Zulich. a m. sec. 520 *Limina* e Colot. et Mediceo iam ab Ursino, Cerda, Heinsio et Marklando commendatum, receptum est a Burmanno: etiam a Cuninghamo pro eo, quod per scriptos et editos vulgatum: *Munera*. Satis utique frequentia *potentium limina*, vel ex Horatii Epod. II nota; sed ea ipsa res dubitationem facit, an h. l. in sedem exquisitioris vocis venerit *potentum munera*, h. obsequia, officia salutandi, comitandi, et sic porro. Sic etiam Servius interpretatur. (*Limina* etiam 2. Mediceum autem et Colotianum unius instar esse codicis iam vidimus aliquoties. *Munera* Donatum quoque legisse probant eius verba: „nesciens prorsus, quid divites agerent." Unde *Limina* ortum sit, non ausim pro certo affirmare; quamquam Romano homini ex salutandi more utique satis nota erant potentum limina; hoc certe dubitari non potest, *Limina* hic ferri non posse. Apparet quippe poetam illustrare voluisse hominis istius tenuitatem opposito potentum splendore; at qui limina potentum adeunt, ii non sunt ipsi potentes, sed beneficii aliquid ab illis captaturi veniunt; quod infinitis locis significatur a veteribus; vid. quae Interpretes ad h. l. congesserunt, non videntes, iis ipsis, quae pro tuenda lectione *Limina* attulerunt, exemplis confutari eandem. Recte vero *Munera*, modo recte explices: fuit ille pauper piscator, in humili negotio occupatus, nihil curans artes, quibus potentes excellere inter cives student; ipse exosus erat bellum, potentes contra nihil magis cupere solebant, quam imperia. Haec sunt potentum munera. Revocavi igitur *Munera*, merito etiam ab Iahnio defensum. — In fine versus *sedibat* a m. pr. Medic. *Wr.*) 521 *At* Goth. sec., et hoc malim. (ita etiam Dorph. II.; quod ferri nequit; spectat enim haec comparatio non solum ad ea, quae sequuntur, sed magis etiam ad praegressa. *Wr.*) 522 *Ardentem* Medic. cum Leid. et Reg. (sed *d* in Medic. transfixa. *Wr.*) *lauri* alius Leid., minus docte. v. Not.

gitandum. 516. *Hic*, Turnus. *Lycia et Apollinis agris*: respicit Patara cum templo Latonae et liberorum. 517—520. Egregie ad miserationem faciendam ornavit locum: idque eo sagacius fecit, quod statim atrox rerum facies succedit: *Ac velut* etc. Similis elegantiae locum vide apud Ovid. Met. III, 582 sqq. *Lerna* autem etsi Argivi agri, fluvius et palus, non tamen a confiniis Arcadiae multum abest. Ex Euandri autem copiis fuisse putandus.

521 sqq. Hic iam variavit ea, quae sup. lib. II, 304 sqq. posuerat, ubi vide Notam. Comparatio utraque in Homero et Apollonio obvia. cf. loca sup. ad II, 304 sq. laudata. De priore inprimis cf. Iliad. λ, 155. Apollon. I, 1026 sq. vid. sup. X, 405. 522. silvam lauream intellige:

Digitized by Google

Aut ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes, et in aequora currunt,
Quisque suum populatus iter: non segnius ambo
Aeneas Turnusque ruunt per proelia; nunc, nunc
Fluctuat ira intus; rumpuntur nescia vinci
Pectora; nunc totis in volnera viribus itur.
Murranum hic, atavos et avorum antiqua sonantem
Nomina, per regesque actum genus omne Latinos,

523 *procursu* uterque Hamb. et Parrhas. *percursu* Goth. tert., utrumque vitiose. 524 *aequore* Hugen. et Zulich. a m. pr., et a m. sec. *ad aequora. verrunt* Parrhas. 525 *populatur* tres apud Burmann. 526 *in praelia* aliqui apud Burmann. et Pier. 527 *rapiuntur* Parrhas. *nesoia rumpi* Zulich. a m. sec. 528 *in pugnam* alter Hamb. 529 *sonantes* Hugen. (*Murrani* Serv. Dresd. *Wr.*) 530 *que* abest Parrhas. Zulich. et Exc. Burm.

posito generi subiungit formam seu speciem, ex more; (vid. Q. V. XXXIII, 4. *Wr.*) pro virgultis laurorum, lauris, doctius dixit *virgulta lauro*, ut *virgulta sonantia silvis* sup. III, 442. VI, 704. ubi vid. Var. Lect. (Non licet haec *virgulta sonantia lauro* cum iis comparare, quae supra leguntur VI, 704.; cfr. ibi Not.; *sonantia lauro* dicuntur haec virgulta, quia laurus incensa valde crepitat: Plin. Hist. Nat. XV, 40.: „Laurus quidem manifesto abdicat ignes crepitu et quadam detestatione." Ovid. Fast. I, 344.: „non exiguo laurus adusta sono." Tibull. II, 5, 81.: „Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis." adde Interpp. ad Ecl. VIII, 82. — 524. Wakef. ad Lucret. V, 264. vocabulo *aequora* planitiem sub illis montibus iacentem significari statuit, coll. II, 305 sq. et Hom. Il. δ, 453. *Wr.*) 525. *quisque suum populatus iter:* graviter pro, decurrens, sed cum vastatione agrorum. 526. *per praelia*, ordines pugnantium, aciem. 527. *Fluctuat ira:* Iam sup. IV, 530 Dido *magno irarum fluctuabat aestu:* petita rei imagine ab aqua effervescente et aestuante: quae, dum vas eam non capit, luctatur et allaborat, ut erumpat. conf. Lucret. III, 298. 299. Hinc plenum aqua vas *rumpitur:* vocabulo solenni de copia; cf. ad Tibull. II, 5, 84. Sic *rumpuntur horrea messibus.* Itaque nunc *rumpuntur pectora*, exaestuante ira, quam vix continere possunt.

529. *hic*, Aeneas esse debet, nam Latinum occidit: et cf. inf. v. 638. *sonantem* h. crepantem, iactantem, dixit: ut alias *sonare*,

Digitized by Google

Praecipitem scopulo atque ingentis turbine saxi
Excutit, effunditque solo; hunc lora et iuga subter
Provolvere rotae: crebro super ungula pulsu
Incita, nec domini memorum, proculcat equorum;
Ille ruenti Hyllo, animisque inmane frementi, 535
Occurrit, telumque aurata ad tempora torquet:
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.
Dextera nec tua te, Grajum fortissime, Cretheu,

538. CRETEU

531 *ingenti* Rom. et Donat. cum Goth. sec. *immanis* Zulich. *turb. montis* pro var. lect. Oudart. 532 *Excipit* Medic., quod malim amplecti. *Excutit* accipiendum pro, percutit. (minime; sed excutit curru. *Wr.*) *Hinc* sec. Rottend. 533 *Involvere* Goth. sec., ut sup. v. 292 *oppositis a tergo involvitur aris.* In fine versus idem: *cursu*, tert. *passu.* (*crebro snotant u.* a m. pr. Medic.; an obversabatur Ge. III, 88.: „sonat ungula"? *Wr.*) 534 *memorum domini* Parrhas. (Haud scio an commata, quibus includuntur haec *nec domini memorum*, rectius omittantur; Servius: „Id est, equorum domini immemorum." vid. Q. V. XXXII, 12. *Wr.*) 535 *Ilo* vel *Hilo* ante editum. *Hyllo* Heinsius e Medic. et Mentel. restituit: notum nomen; accedit aliorum: *Hylo.* (Sed a m. sec. *Hylo* legitur etiam in Medic., transfixa altera *l.* Et geminata *l* videri potest pronomini *Ille* deberi, pro quo versa vice in eodem Mediceo *Illo* a m. pr. exhibetur, transducta *o* ex *Hylo*; vid. V. L. ad XI, 609. Et reponerem *Hylo*, si mihi de tali nomine constaret. *Wr.*) 536 *aerata* tentabat Io. Schrader., quia sollennius hoc. *in tempora* Zulich. 537 *fixa* aliquot Pier., ex interpolatione eorum, qui non viderunt, *fixo* esse ex Virgilii more pro *transfixo* cerebro. Recepit tamen *fixa* Cuningham. (vid. Q. V. XII, 14. *Wr.*) 538 *Rheteu* alii apud Pierium; alii *Reteu*, *Rhoeteu*, quod esset Ῥοιτεύς, *Crethau*, *Cereu.* *Creteu* statim a principio

est loqui, commemorare. 530. *actum*, exactum, ductum, procedens; omnes eius maiores regia fuerant dignitate. Mirifice argutantur Intpp. 531. *turbine* docte pro iactu, sed cum rotationis notatione. 532. provolutus ille est subter currum; impeditus habenis et rotis: his quidem equorum impetu ruentibus, illis autem seu manu elapsis seu manui implicitis: ita duplex caussa fuit, qua provolveretur subter iuga, sub currum: et *lora* et *rotae* eum provolverunt subter iuga, currum. (Rectius Heinrichius verba ita ordinat: *hunc rotae provolvere subter lora et iuga*; rotis, i. e. curru, excussus habenis impeditus est et subter equos provolutus; proprie dixit *subter iuga*, minus proprie *subter lora*, *subter*, quod lora ipsa ad terram defluxerant. *Wr.*) Equi *nec memores domini* ad miserationem dicti sunt. (vid. V. L. ad h. vs. *Wr.*)

535. *Ille*, Turnus. 536. *aurata ad tempora*, aurata galea tecta, ut vs. sq. 537. *fixo* h. l. transfixo. 538. Graecum Crethea puta fuisse ex Arcadibus. *dii*

Digitized by Google

Eripuit Turno; nec di texere Cupencum,
Aenea veniente, sui; dedit obvia ferro
Pectora; nec misero clipei mora profuit aerei.
Te quoque Laurentes viderunt, Aeole, campi
Oppetere, et late terram consternere tergo;
Occidis, Argivae quem non potuere phalanges
Sternere, nec Priami regnorum eversor Achilles;
Hic tibi mortis erant metae, domus alta sub Ida;
Lyrnesi domus alta, solo Laurente sepulcrum.
Totae adeo conversae acies, omnesque Latini,

547. LYRNESSI

editum. Praeferendum tamen hic erat *Cretheu*, quod Rom. et Medic. tuentur; et est notum nomen Κρηθεύς; alius eiusdem nominis iam supra IX, 774 erat memoratus. Bis autem poetam eodem nomine uti in obscurioribus his viris quid vetuit? (reposui igitur *Cretheu*, ut est etiam in Serv. Dresd. *Wr.*) 539 *Cupencum* ex scriptis Pier. et suis restituit Heinsius. Accedit Servius: „Sane sciendum, Cupencum Sabinorum lingua sacerdotem vocari.“ Est adeo Italicum nomen: et repetiit Silius IV, 537. Vulgo *Cupentum* legebatur: (et ita Palat. *Wr.*) *Tupentum* Ed. pr. Burm. 541 *miseri* Goth. tert. *aeris* Rom. Medic. et alii Pier. et Heins., omnesque Goth. Erf. cum edd. vett. et Schol. Statii Theb. I, 102. Erroris caussa in promtu est. *aerei* lectum est iam inde ab Ald. pr. (Qui audacior esse velit, coniiciat fortasse, poetam scripsisse *profit et aeris*; certe qui *defit*, *confit*, *effieri*, dixerunt, quidni et *profieri* dixerint? *aerei* Palat. *Wr.*) 542 *campis* Medic. (sed *s* transfossa. *Wr.*) 543 *lato* pr. Hamb. et Exc. Burm. cum Goth. sec., sicque olim coni. Heinsius: minime probandum. Nam τὸ *late* efficacius ad magnitudinem declarandam, et amat id poeta. *terrae* Ven. (arripuit et hoc et illud Wakefield. ad Lucret. V, 1332. Virgiliumque sibi persuadet scripsisse *latum terrae consternere tergum*. *Wr.*) 545 *versor* pr. Hamb. *aversor* Leid. (— 546. *mortes* a m. pr. Medic. *Wr.*) 547 *Lyrnessi*, verum. Quis non ex Homero novit? Depravationes vide apud Burmann. (Scripsi *Lyrnesi*, sic Medic. Mentel. pr. Gud. Rom. Serv. Dresd. et reliqui fere, ut videtur, codd.; vid. V. L. ad Ecl. VI, 29. *Wr.*) 548 *Tota* Par.

**sui* s. propitii, ut alibi; seu, quorum in tutela erat; seu, quod suspicari licet, quod ille sacerdos erat. (vid. Serv. in V. L. laud. *Wr.*) 543. ἐναργέστερον prae hoc est Homericum: πολλὸς ἔχευτο καρήατος ἔνθα καὶ ἔνθα Il. η, 156. In tota autem narratione hac a v. 538 variatae orationis ars observanda est. 542. Aeolus ex Lyrnesso Mysiae sub Ida, qua parte postea Aeolis regio patuit: cf. Burm. ad Ovid. Met. XII, 109, ut videatur poeta fabulam ignotam etiam h. l. esse sequutus. Ex Lyrnesso capta erat Briseis, Hippodamia. *mortis metae*, θανάτου τέλος, vel τέκμαρ; quatenus ipsa mors pro meta est. Alias etiam *vitae meta* recte di-

Digitized by Google

Omnes Dardanidae: Mnestheus, acerque Serestus,
Et Messapus equum domitor, et fortis Asilas,
Tuscorumque phalanx, Euandrique Arcades alae.
Pro se quisque viri summa nituntur opum vi.
Nec mora, nec requies; vasto certamine tendunt.
Hic mentem Aeneae genetrix pulcerrima misit,
Iret ut ad muros, urbique adverteret agmen
Ocius, et subita turbaret clade Latinos.
Ille, ut vestigans diversa per agmina Turnum
Huc atque huc acies circumtulit, adspicit urbem
Inmunem tanti belli, atque inpune quietam.

550. ASYLAS 552. QUISQUE,

(— 550. *Asilas* Medic., quod reposui; vid. V. L. ad IX, 571. *Wr.*) 551 *phalans* Zulichem. et h. l., scilicet ex corrupto pronuntiandi genere superiorum aetatum. *Arcades* reposuit Heins. e codd. suis et Pier., ut supra XI, 685, dederat tamen iam idem Commelin. e Pal. Vulgo: *Arcadis*. 552 *Pro se quisque viri*: verba repetita ex lib. V, 501. Exemplum ex Attio in Meleagro laudat Ursin., ubi etiam *Pro se quisque*: quod inter imitationis exempla perperam refert. (*Pro se quisque*, quantum quisque potest; vid. Ruhnken. Dictata ad Terent. Heautont. I, 1, 74. Sustuli comma, quod erat post *quisque*. *Wr.*) Etiam alterum hemistichium Ennianum esse Servius monet: *summa nituntur opum vi*: etiam Macrob. VI, 1. p. 573. cf. sup. IX, 532. 553 *summo c.* Bigot. e sup. versu. 554 *Hinc* duo Mentel. 555 *everteret* Goth. tert. 556 *caede* duo Rottend. *Latinus* Goth. pr. 558 *aciem* multi apud Burm., propius ad vulgarem formam de acie oculorum. Sed *ad nostras acies* Lucret. aliquoties. 559 *quietem* Rom. (*belli tanti* Serv. Dresd. *Wr.*)

citur. *Hic tibi mortis erant metae.* colorem orationis comparant cum Iliad. η, 104. ν, 390. Sed proprie huc spectat Iliad. π, 787 ἔνθ' ἄρα τοι, Πάτροκλε, φάνη βιότοιο τελευτή. 548. *conversae* h. l. inter se ad pugnandum: ut συστρεφθείς. (—552. vid. V. L. *Wr.*)

554. *Hic mentem — misit,* ἔνθετο θυμὸν, consilium immisit, indidit, Venus: *pulcerrima*, tantum ornans epitheton. Male repugnat Cerda cum al. Ceterum in sqq. cum iam novissima totius belli et carminis parentur: ea quidem ipsi urbi Laurentum propius admovere voluit poeta, ut omnia essent ipsa rerum specie et hominum frequentia augustiora; utque peripetia aliqua etiam haec esset, cum antea Troianorum castra oppugnata essent a Latinis, ut nunc eadem fortuna transferretur ad Latinos. Bona etiam Servii observatio: „Sane „bona, inquit, usus est oeconomia, ut diceret instinctu numinis profectum esse Aeneam ad „civitatis excidium: nam inconsultum fuerat, occupatum bello „per se tale cepisse consilium."

Digitized by Google

Continuo pugnae adcendit maioris imago;
Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Serestum,
Ductores, tumulumque capit; quo cetera Teucrum
Concurrit legio; nec scuta aut spicula densi
Deponunt. Celso medius stans aggere fatur:
Ne qua meis esto dictis mora. Iuppiter hac stat.
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Urbem hodie, caussam belli, regna ipsa Latini,
Ni frenum adcipere et victi parere fatentur,

560 *accendit pugnae* Goth. tert. *accedit* Ed. pr. Burm. *Mavortis* Hugen. *origo* Zulich. a m. pr. 561 *Serestumque v. f. Cloanthum* Parrhas., interpolate ex Aen. I, 222. 510 et al. locis. cf. ad I, 611. IV, 288. *Serestus* indubitate legitur X, 541. (*Cloanthum* iniuria praefert Brunck. *Wr.*) 562 *rapit* Ed. Ven. Burm. 563 *scuta et sp.* Ed. pr. Burm. *haut sp.* Goth. tert. *fessi* Zulich. a m. sec. 564 *medio* pr. Menag. et Goth. tert. Sic saltem *Celsus medio* esse debebat. 565 *hic stat* Donatus ad Terent. Phorm. II, 1. *astet* Zulich. a m. pr. *astat* Erf. 566 *Ne*, *Nec*, *Heu quis*, aberratur. 568 In Oblongo vs. 569 ante hunc erat collocatus. *et dicto p.* Sprot. et alii apud Burm.

Immo incongrua est caussa. Sed facit poeta hoc, ut ipsi consilio maior auctoritas accedat deae monito. 556. *clade:* proprie, metu cladis, captae urbis.

560. In seqq. adumbratur Allocutio militum. Brevitas et asperitas in ea commendanda venit. (— 563 sq. Mireris, quod nemo quaesivit, quorsum haec adiecerit poeta: „nec scuta aut spicula densi Deponunt;“ quae vix dubito quin multi, si uno conclusa essent versu, rescindenda, ut plane otiosa, iudicarent. Itaque haec fortasse aliquis ad illud genus referet, de quo dixi in Not. ad I, 678. Sed, ni fallor, fecit hic idem Virgilius, quod aliquoties, ut instituta Romana ex aevi antiquissimi consuetudine repeteret, ac proinde morem illum Romanorum militum imperatorem concionantem sub armis audientium, de quo vid. Lips. de militia Rom. l. IV. Dial. IX. Tom. III. p. 216. edit. Vesal., isti iam aetati adscriberet. Hinc *densi* interpretaberis: densis ordinibus; neque enim temere confusi, sed in manipulos compositi, circumstare tribunal milites in concione consueverant. *Wr.*) 565. *Iupiter hac stat:* hac parte; h. pro nostra parte. Respicit scilicet foedus a Latinis violatum. Enniauum esse Macrobius VI, 1 monuit, ex Annal. VII *Non semper vestra* (an *nostra?*) *evertit: nunc Iupiter hac stat.* 567. *caussam belli.* Servius ait: quia illic erat Lavinia. Cerda ad Amatam refert: ut inf. v. 600. Immo vero, ut in *regna ipsa Latini* pro re-

Digitized by Google

Eruam, et aequa solo fumantia culmina ponam.
Scilicet exspectem, libeat dum proelia Turno
Nostra pati, rursusque velit concurrere victus?
Hoc caput, o cives, haec belli summa nefandi.
Ferte faces propere, foedusque reposcite flammis.
Dixerat, atque animis pariter certantibus omnes
Dant cuneum; densaque ad muros mole feruntur.
Scalae inproviso, subitusque adparuit ignis.
Discurrunt alii ad portas, primosque trucidant;

cum binis Goth. Petitum ex lib. III, 189, ubi vide. *Urbem* et *victi* ad sensum, non grammatice, positum. Ceterum hunc versum quosdam per figuram Graecam exposuisse, observat Servius, ut esset: ὁμολογοῦσι μέλλειν λαβεῖν. Sane ad vulgarem formam erat: *ni fatebuntur se velle accipere.* Sed mutato tempore et omissione τοῦ *velle* opus erat, ut a vulgari recederet oratio. (Non magis poeticum Praesens *fatentur*, sed nervosius, in tali scilicet comminatione. Liv. VI, 15.: „Quod nisi facis, — in vincula te duci iubebo." et XXXVI, 28.: „Ni propere fit, quod impero, vinciri vos iam iubeo." *Wr.*) 569 *f. fulmina* Vratisl. 571 *rursumque* Zulich. 572 *Haec* qu. Moret. *Hic* pr. Hamb. *Hoc capit* Goth. tert. *O capita, o cives* Zulich. *o duces* Mentel. pr. *hoc belli* sec. Rottend. et Dorvill. Mira vitia, quae adscribere piget. vid. Not. 573 *properi* plerique Pier., doctius; ut sup. v. 85. item Menag. pr. et a m. pr. pr. Hamb. cum Erf. et obtemperavit Wakefield. (sed aliud est, quod supra legitur, *Circumstant properi*, aliud, quod hic, *Ferte propere. Wr.*) *reponite* Ed. pr. Burmann. 575 *cuneos* sec. Moret. 577 *primosque fatigant* pr. Moret. alter Hamburg. cum Oblongo Pierii.

gia, graviore usus est verbo poeta, pro auctore belli, h. urbe Latinorum, qui bellum intulerant. Quod Latinis tribuendum erat, urbi tribuit. Sic et v. 572 accipiendus. 568. *Urbem* et *victi* ad sensum, non grammatice, positum. conf. Var. Lect. (— 569. *ponam*, faciam, Graecorum poetarum more, qui saepe verbo θεῖναι ita utuntur. *Wr.*) 570. *praelia nostra pati*, suaviter dictum, tamquam hortatu et precibus admittere pugnam cum Aenea. 572. *caput belli et summa* est ipsa Laurentum urbs, quatenus illa caput est populi bellum gerentis. conf. ad 567. De Turno quis tandem hic cogitet? 573. *foedusque reposcite flammis.* Nescio, an nimis argute dixerit poeta, si flammam sacrorum foederi feriundo respexit. Malim accipere simpliciter: illato urbi igni reposcite id, quod foedere iam pepigerant Latini.

575. Ipsi certatim, certantes inter se, *Dant cuneum*, faciunt, ut toties *dare* nostro poetae. 576. *Scalae improviso:* nota figura verbum petendum ex altero membro, *apparuerunt, prolatae, admotae sunt.* 577. *primos:* Bene Servius: qui primi ad portas erant

Digitized by Google

Ferrum alii torquent, et obumbrant aethera telis.
Ipse inter primos dextram sub moenia tendit
Aeneas, magnaque incusat voce Latinum;
Testaturque deos, iterum se ad proelia cogi;
Bis iam Italos hostis; haec iam altera foedera rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia civis:
Urbem alii reserare iubent, et pandere portas
Dardanidis, ipsumque trahunt in moenia regem;
Arma ferunt alii, et pergunt defendere muros:
Inclusas ut cum latebroso in pumice pastor

582. HAEC ALTERA

578 *intorquent* Idem Hamb., et in fine *pennis*. 579 *dextra* Ven. 581 *Testaturque Deos se invitum ad* lectio e Donato a Ge. Fabricio illata recte iterum eiecta est ab Heinsio. *in proelia* Goth. tert. 582 *Bis victos hostes* Oudart. *haec iam altera* Medic. a m. sec., nervosius utique Heinsio iudice. (Non inutile est alterum *iam*, indicat enim gradationem quandam: non satis hoc erat, quod bellum bis intulerunt Latini; intulerunt etiam bis contra foedera. Et alterum hoc *iam* per elisionem facile potuit intercipi; nec probabile est, si non erat a poeta relictum, temere illatum esse; itaque recipiendum putavi. Ac videtur duplex *iam* etiam Donatus legisse. *Wr.*) 585 *trahant* pr. Moret., quod Heinsio impense arridebat, et Wakefield cupide arripuit, ut *iubent* modo cum infinito iungatur, nunc cum coniunctivo. Est sane prior iunctura Maroni perpetua; occurrit tamen quoque altera: X, 54 *magna ditione, iubeto, Carthago premat Italiam.* Ecl. V, 15 *tu deinde iubeto certet Amyntas.* (sed ibi nunc legitur *iubeto ut certet. Wr.*) *in praelia* alter Hamb. 586 *Arma fremunt* Bigot., ut simile sit illi: *fremit arma iuventus.* Lapsus librarii non infelix! lapsus tamen. nam h. l. tumorem habet Statii aut Claudiani. Placuit tamen Wakefield. *et* deest Hugen. et Parrhas. 587 *Inclusas veluti l.* Medic. et pr. Hamburg. (e vs. 749.: *Inclusum veluti*; vid. V. L. ad XI, 93. *Wr.*) *in* abest Hamb. sec. et Ed. pr. Burmann.

obvii, scilicet stationem agentes. (II, 334.: „vix primi proelia tentant Portarum vigiles." ib. 612.: „Iuno saevissima portas Prima tenet." *Wr.*) 582. Variat orationem: *haec iam altera*, pro bis ruptum foedus, bis Italos hostes factos: cf. sup. 212 sqq. et VII, 263. 285. 585. trahunt regem ad muros, haud dubie dedendae urbis et renovandi foederis caussa. Nihil apertius.

587 sqq. Accipiendum de fumigatione, qua, ut favos eximat mellarius, expelluntur alvearibus apum examina: cf. Ge. IV, 229. Comparationem Apollonio sublegisse Maronem satis iam monuerunt Intpp. Locus est de Bebrycum fuga lib. II, 130 sqq., ubi Brunck. laudat Lycophron. 293, noster vero ad urbanorum discursationem et trepidationem transtulit, et ornamenta varia adiecit:

Digitized by Google

Vestigavit apes, fumoque inplevit amaro;
Illae intus trepidae rerum per cerea castra
Discurrunt, magnisque acuunt stridoribus iras;
Volvitur ater odor tectis; tum murmure caeco
Intus saxa sonant; vacuas it fumus ad auras.
Adcidit haec fessis etiam fortuna Latinis,
Quae totam luctu concussit funditus urbem.
Regina ut tectis venientem prospicit hostem,
Incessi muros, ignis ad tecta volare;

588 *Investigat opes* a m. sec. Hamb. pr. (*amore* a pr., *amare* a sec. m. Medic., sed superscripta *a* videtur manus esse recentissimae. *Wr.*) 589 *per cerea claustra* Goth. tert., minus eleganter. *Cerea castra* hinc petivit Claudian. de R. P. II, 125. 126. 590 *alas* Zulich. a m. sec. Qui lectionum varietatem captat, potest huc advocare Ge. IV, 202. 203, sed est vitium ex altero natum: *aras*, quod alter Menag. adhuc habet. *iram acuere* etiam pedestris oratio frequentat. 591 *Solvitur* Goth. tert. *intus odor* sec. (*acer odor* corr. Wakef. ad Lucret. IV, 123.; sed qui modo amarus dictus fuerat, eum non convenit paulo post rursus acrem dici. *Wr.*) *castris* alter Menag. *nunc* ante Heins. lectum. *tunc* nonnulli: *et* alii. Sed *tum* iam Pier. e suis commendaverat. 592 *in auras* tres apud Burmann. 593 *hic fessis* Goth. sec. 594 *totam in l.* Parrhas. *tanto in luctu* Hugen. 595 *venientes p. hostes* Dorvill. *conspicit* Oblong. et alii Pier., perperam. 596 Turbatum in prima voce. *Incessi* vett. edd., et in his Egnat. e Servio. *Incendi* propagatum inde ab Ald. pr. Hinc utrumque passim editum, a nonnullis, ut a Cerda, *Inscendi*, ex emendatione Canteri non mala, si ex libris nihil haberemus, quod probari posset. (*Inscendi* scholio Serv. in cod. Dresd. praescriptum. *Wr.*) In multis Pier. et in Heins. fere omnibus, add. Erf., *Incendi* occurrit; (etiam in 2. 9. *Wr.*) quod ex *Inscendi* natum videtur; in Rom. *Incensi*, in aliis Pierianis *Incessi*, quod et in Medic. a m. sec. (nam pr. *Incedi* dederat) et unus Mentel. pro var. lect., item bini Goth. (in tert. *Incendi*) exhibent. Firmat id Servius: *Incessi*, invadi, cum Arusiano Messio et Eutyche apud Heins. et imitatio Statii XI Theb. 361, iterum oc-

v. c. πέτρῃ ἔνι est *latebroso in pumice*; καπνιᾷν est *fumo implere amaro*; *vestigavit* est pro invenit: et ἀορίστως accipiendum, in latebra, antro, detegit; *trepidae rerum*, sollenni (conf. sup. I, 178) ornatu, pro *trepidae* simpliciter: trepidae de rebus, propter res, propter casum repentinum; in trepidis rebus constitutae, ἀμηχανοῦσαι. (*trepidae rerum*, suarum rerum incertae. *Wr.*) 591. 592. tantum ad exornandam comparationem valere debent: subnati ex verbis Apollonii: ἐπιπρὸ δὲ λιγνύοντι Καπνῷ τυφόμενοι. Studium ornatus videmus vel in his *fumus amarus*, *ater odor*. Omissa in fine ad v. 591 applicatio comparationis: Similis fortuna et trepidatio nunc erat in urbe Latinorum.

593. Nova calamitas afflixit Latinos casu Amatae. *fessos* dixit, sc. malis, ut iam toties vidimus,

Digitized by Google

Nusquam acies contra Rutulas, nulla agmina Turni:
Infelix pugnae iuvenem in certamine credit
Exstinctum; et, subito mentem turbata dolore,
Se caussam clamat, crimenque, caputque malorum;
Multaque per maestum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus,
Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.
Quam cladem miserae postquam adcepere Latinae:
Filia prima manu flavos Lavinia crinis

cupavit edd. per Commel. Steph. Plant. *ignis ad* Heins. e Medic. et al. Vulgo *ignesque ad.* In Zulich. erat *ignem ad t.* 598 *iuvenem pugnae* pr. Hamb. et Gud., quem verborum ordinem malim, ne ambigua sit sententia. Iungendum enim *in pugnae certamine.* (Neque est periculum, ne quis hic iungat *Infelix pugnae. Wr.*) Tum *in* abest Gud. et quibusdam Pier. *a certamine* Rom. *in certamina* Ven. 599 *et* abest Gud. et pr. Menag. *dolore est* Goth. tert. 600 *exclamat* ed. Iunt. 601 *efflata* vel *afflata*, item *dolorem* in nonnullis Pier. 602 *discingit* Goth. sec. 603 *Ac* apud Lactant. de Persec. c. 30. *infamis* Vratisl. et Dorvill. *informem* Zulich. a m. pr. *ab alto* Gud. a m. pr. 604 *postquam miserae* Goth. tert. 605 *flavos* omnes Pier. et, quantum video, Heinsiani omnes. *floreos* ex scriptis nulli praeterquam quos Giphan. Ind. Lucret. p. 465. excitat, et quod in Leid. ac Mentel. pr. *floros* fuisse suspicatur Burm. et retulit in areolas suas Wakef. Servius tamen: „Antiqua, inquit, lectio *floreos* habuit, id est florulentos, pulcros; et est sermo Ennianus. Probus sic adnotavit: neotericum erat *flavos*; ergo bene *floreos*: nam sequitur: *et roseas laniata genas.* Accius in Bacchis: *Nam florei crines, vide, ut propexi iacent.* In iisdem: *Et lanugo florea nunc demum inrigat.* Pacuvius Antiopa: *Cervicum floreos dispergit crines.*" Hactenus Servius; cui adde quos laudat Burmann. (qui praeteriit Colv. ad Appul. Met. l. VIII. p. 550. edit. Oudendorp. *Wr.*) Probi acumen nihili est: et omnino vix inducor, ut cultissimum poetam duram et antiquatam vocem probasse credam. *Floreos*, puta dissyllabum factum, unus Egnatius recepit, quantum video, et e recentioribus Cuningham. (cod. Dresd. cum

et iam animis fractos. 600. *caput;* auctorem, ut sup. XI, 361 de Turno: *o Latio caput horum et caussa malorum.* et *crimen,* reum, qui culpam meruit. 603. Mortem Amatae iam expectare nos fecerat sup. vss. 62. 63. Nec pro odio illa suo in Aeneam superstes Turno esse debebat. Sed infame hoc mortis genus poetam maluisse mirum videri debet. Scilicet nec hoc ad sui saeculi sensum attemperavit, nec ad nostram opinionem est diiudicandum; est enim hoc genus mortis heroicum ac tragicum, h. e. carminibus et tragoediis Graecorum frequentatum. Multa exempla in iis sunt, quae congessit Cerda. Nobile adeo leti genus ex antiquo more,

Digitized by Google

Et roseas laniata genas, tum cetera circum
Turba, furit: resonant late plangoribus aedes.
Hinc totam infelix volgatur fama per urbem.
Demittunt mentis; it scissa veste Latinus,
Coniugis adtonitus fatis, urbisque ruina,
Canitiem inmundo perfusam pulvere turpans,
Multaque se incusat, qui non adceperit ante
Dardanium Aenean, generumque adsciverit ultro.

611. TURPANS: 612. *MULTA — ANTE* 613. *DARDANIUM — ULTRO.*

aliis codd. Serv. exhibent in ipso scholio *floros*; praescriptum tamen eidem *flavos*. Relinquemus inventum suum Probo, qui etiam aliis locis videtur suas quasdam hariolationes obtrusisse Virgilio; vid. Q. V. XVI, 6. *Wr.*) 606 *lacerata* sec. Moret. (*rosea*, sed *s* in fine superscripta, Medic. *citera* idem a m. pr., et sic *citera* in eodem VII, 614., quo ipso vitio firmatur scriptura *cetera*, de qua vid. V. L. ad Ge. III, 8. *Wr.*) 607 *latae*: haud dubie vitiosa lectio, quam miror Heinsium revocasse. Burmannus observat iam Cerdam et P. Danielem aliosque sic edidisse: sine codicum utique auctoritate, et verba saltem Donati notae praefixa sequutos: *latae clamoribus aedes*; nam Medic. unus laudatur, is vero emendatus a sec. m. *late*; hocque poetae usus et rei natura postulat: *resonant late*. (*latae* pro *late* Medic. etiam Ge. III, 477., et a m. pr. his locis: Ge. I, 319. IV, 30. 359. *Wr.*) Tum *clangoribus* Oblong., item Mentel. sec. et Hugen. cum Goth. tert. *clamoribus* Medic. Pierii. (— 609. *mentes* Medic. — 610. *factis* Arusian. Mess. s. v. *Attonitus*. *Wr.*) 612. 613 Hi duo versus desiderantur in Rom. Medic. et aliis vetustis, (etiam 8. *Wr.*) translati huc ex lib. XI, 471. 472, omissi etiam a Cuninghamo, Brunckio, ed. Parm. *Multum se* Zulich. *incusans* duo Burm. et Goth. tert. *quod* Zulich. *acceperat* alter Hamb. *adc. ultro* Oudart. pro var. lect. (— Quum ea, quae ad tuendos hos versus scripseram, tam copiosa esse intelligerem, ut modum notularum longe excederent, reieci totam hanc disputationem in Excursum IV †, qui est eorum, quos huic libro subiunctos vides, penultimus. *Wr.* —) 613 *acciverit* Ed. Ven. Burmann., item Zulich. Hugen. Leid. Sprot.

inprimis in feminis. Sic Iocasta laqueo spiritum interclusit, Epicaste Homero dicta Od. λ, 277 sqq. Sic mater Ulyssis, Anticlea, ap. eund. Sic Clite apud Apollon. I, 1063. Sic Phaedra et aliae. Hanc adeo mortem praetulit poeta historiarum fidei, qua apud Servium Fabius Pictor Amatam inedia se interemisse tradiderat. At Piso apud Victor. O. G. R. 13 simpliciter: *interfecto Latino* (in pugna cum Rutulis) *mortem* Amatam *sibimet conscivisse*. *Nodum leti* egregie dixit pro nodo letifero; et *letum informe* pro turpi, foedo, eximie! 611. Pathos habet versus et miserationem facit; *immundo* simpliciter ornat, ut Ge. I, 81. Scilicet κόνιν αἰθαλόεσσαν reddidit, quae non modo de cinere

Digitized by Google

Interea extremo bellator in aequore Turnus
Palantis sequitur paucos, iam segnior, atque
Iam minus atque minus successu laetus equorum.
Adtulit hunc illi caecis terroribus aura
Conmixtum clamorem, adrectasque inpulit auris
Confusae sonus urbis et inlaetabile murmur.
Hei mihi! quid tanto turbantur moenia luctu?
Quisve ruit tantus diversa clamor ab urbe?
Sic ait, adductisque amens subsistit habenis.
Atque huic, in faciem soror ut conversa Metisci
Aurigae currumque et equos et lora regebat,
Talibus occurrit dictis: Hac, Turne, sequamur
Troiugenas, qua prima viam victoria pandit;
Sunt alii, qui tecta manu defendere possint.
Ingruit Aeneas Italis, et proelia miscet;

617 *huc* pr. Hamb. a m. sec. *caecis illi* Rom. a m. pr. *clamoribus* Zulich. a m. sec. et Goth. tert. 618 *que* abest Parrhas. *arreptasque* Ed. pr. Burmann. (*auris* Medic., sed *i* in *e* mutata. *Wr.*) 620 *Ei* vel *Heu* multi. (vid. V. L. ad II, 274. *Wr.*) *quod t.* Zulich. a m. pr. 621 *Quidve* Zulich. et Parrhas. *Quis venit t.* Erf. *tantos* tres Burm. *ad urbem* tert. Rottend. et Hugen. 622 *et ductis* Zulich. a m. pr. 623 *hic* Gud. a m. pr. *hinc* alter Hamb. 624 *currusque* vett. edd. *currumque* ed. Ald. tert. dedit: idque libb. Pier. et Heins. tuentur cum binis Goth. conf. IX, 12. *currum qui* duo Rottend. *tenebat* Gud. a m. pr. et pr. Moret. 625 *Ac* Dorvill. (— 626. Heinrichio *Victoria*, maiore litera initiali, scribendum videtur. *Wr.*) 627 *possint* e praestantioribus Pier. et suis Heins. pro vulg. *possunt*. (ut est in 7. 8. 9. 10. *Wr.*) 628 *Ingruet* Hugen. *Irruit* Montalb. et a m. pr. Zulich. Tum *I. A. ar-*

foci in propinquo stantis (ut Iliad. σ, 23 de Achille) sed et de pulvere occurrit Odyss. ω, 315. *Canitiem terra atque infuso pulvere foedans:* praeiverat iam Catullus LXIII, 224, ut etiam monitum a Guellio.

614. Revocandum in animum, quod Turnum Iuturna ad extremos ordines deduxerat: sup. 483 sqq. 616. tristis et sollicitus *successu equorum*, quos viribus ac cursu deficere tandem videbat. Ergo *successus* h. l. non est fortunae, sed processus, procursus equorum, cuius velocitas sensim sensimque imminuebatur. Videtur poeta vocem exquisitiorem ad significatum minus frequentem traduxisse. (*successu*, pugnae, puta, sc. equestris, ob tarditatem utique, quod sponte intelligitur, equorum. *Wr.*) 617. *caecis terroribus*, quorum causam ignorabat. 621. *diversa ab urbe*, in diversa parte sita: cla-

Digitized by Google

Et nos saevâ manu mittamus funera Teucris.
Nec numero inferior, pugnae nec honore recedes.
Turnus ad haec:
O soror, et dudum adgnovi, cum prima per artem
Foedera turbasti, teque haec in bella dedisti;
Et nunc nequidquam fallis dea; sed quis Olympo
Demissam tantos voluit te ferre labores?
An fratris miseri letum ut crudele videres?
Nam quid ago? aut quae iam spondet Fortuna salutem?
Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem

632. DUDUM,

mis ap. Serv. ad XI Aen. 311. *I. A. et talis* Zulich. *praemia* Goth. sec. *miscent* sec. Moret. 629 *multa manu* Zulich. 630 *neque* e Bersm. MS. Cuningham. (vid. Q. V. XXXII, 8 *Wr.*) *recedens* Gud. a m. pr. *recedas* Bigot. 631 *Turnus ad haec.* Desunt haec Gud. et Exc. Burm. Contra Leid. supplet: *humili respondet talia voce.* 632 *O soror o d.* Goth. pr. et tert. Vulgata accipienda: *O soror agnovi, et dudum quidem, c.* (minime! opponuntur sibi *et dudum — et nunc* vs. 634., καὶ πάλαι ᾐσθόμην, καὶ νῦν οὐ λανθάνεις, sive οὔτε νῦν λανθ.; quapropter eieci comma, quod erat post *dudum. Wr.*) 633 *atque haec* Oudart. 635 *Praemissum* Hugen. *perferre* quatuor Burm. et Goth. tert. cum Rom. quod et ipsum ferri potest; et reposuit Wakef. (Sed idem ad Lucret. 1, 142. legendum hic esse censet *te efferre. Wr.*) 636 *miseri fratris* apud Macrob. IV, 2. 637 *Nam quid ego?* Montalb. pr. Hamb. a m. sec., sicque Ed. P. Danielis; et placere potest. Cf. tamen X, 675. *aut quam iam* Mentel. a m. sec. *spondit* Gud. *spondet iam* Dorvill. et Goth. pr. Totus versus deerat Regio. 638 *oculos ipse ante meos* Zulich. *oculis meis* quidam editi apud Quinctil. IX, 3, p. 812,

mor enim ei a tergo oritur. 627. Verborum color comparatur cum Iliad. ν, 312 sqq. 629. *mittamus funera;* alias adiectum: neci, Orco: et *mittamus f. Teucris*, pro Teucrorum funera: h. corpora. 630. *numero* sc. funerum, h. caesorum. Ita Servii interpretatio lucem accipit. Durius esset: *mittamus funera*, immittamus mortes.

632. Non est acerbe a poeta exigendum, ut argumenta exponat diserte, quibus agnoverit Turnus deam sororem. Sufficit evenisse multa inopinato et a caussis obscuris inde a v. 225 seqq. Potuit quoque in habitu vel motu corporis aliquid esse, quod deam argueret. cf. sup. Excurs. XIII extr. ad lib. I. Similiter res se habet in loco, quem comparare solent, Iliad. ε, 815. (*agnovi*, sc. te; similiter Tibull. I, 2, 31. sq.: „Non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis, Non mihi, quum multa decidit imber aqua." Bene Wunderlich. in Obss. in

Digitized by Google

Murranum, quo non superat mihi carior alter,
Oppetere, ingentem, atque ingenti volnere victum.
Occidit infelix, ne nostrum dedecus Ufens
Adspiceret; Teucri potiuntur corpore et armis.
Exscindine domos, id rebus defuit unum,
Perpetiar? dextra nec Drancis dicta refellam?
Terga dabo? et Turnum fugientem haec terra videbit?
Usque adeone mori miserum est? vos o mihi Manes
Este boni: quoniam superis aversa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque istius inscia culpae

quo Burmannus remittit super hoc loquendi genere. 639 *quod* Reg. *non fuerat* Medic. a m. pr. et pars codd. apud Burm. cum Goth. sec. Vulgare pro doctiore: *superat* pro est. cf. III, 339 et al. 640 Idem fere versus sup. lib. X, 842. 641 *nostrum ne* Wakef. e cod. Coll. Iesu, utpote suavius. (Refert, utrum gravius sit, *nostrum*, an *dedecus*. Recte autem Virgilius *dedecus* vim habere voluit, ac proinde *ne nostrum* scribere maluit; vid. V. L. ad XI, 298. *Wr.*) *Urens*, *Ufeus*, aberratt. (— 643. *ideribus* a m. pr. Medic. pro *id rebus*; apparet librarium, adiuncta, quae praecesserat, litera *s*, legisse *sideribus*. *Wr.*) 644 *ne D.* Menag. pr. *dextra Drancis haec* Parrhas. *Dranci* maluerat olim Heins., forte tamquam magis poeticum. 645 *et* aberat Leid. Mentel. pr. Moret. sec. et Reg., quod placet. (sed vid. Q. V. XXXV, 7, b. *Wr.*) *videbo* Rom. 646 *est* abest Goth. tert. 647 *adversa* Medic. Gud. et multi alii apud Burm. cum tribus Goth. et Ed. pr. et Mediol., perperam. *aversa* recte iam in edd. Venetis. Sensus: quoniam deorum superorum voluntas, numen aversum est, vos, o dii inferi, sitis mihi propitii. (Crebrum hoc etiam in optimis libris vitium. Serv. quoque Dresd. *adversa*; sed iam supra II, 170.: „aversa deae mens.“ *Wr.*) 648 Pro *Sancta* Goth. tert. *Causa*, forte pro *Casta*; sed alterum eodem sensu plus dignitatis habet. Sic et eum loc.: „Subiectum vel obiectum omittitur, ubi membrum a particula *quum* incipiens sequitur.“ *Wr.*) 634. *fallis*, λανθάνεις, latere vis. 638. Non reprehendendum erat a Grammaticis, in superioribus, vss. 529 sqq., Murrani caede narrata non adiectum esse hoc, quod Turni ante oculos eiusque nomine invocato ea facta est. Potest utique poeta nunc illud factum fingere, et phantasma est praeclarum, quod animo Turni obversatum dici poterat. Sic sup. IV, 460, 461 de Didone; et saepe alii poetae. Ornatius autem extulit Maro, quod simpliciter Iliad. ε, 467 κεῖται ἀνὴρ etc. (*voce vocantem*, vid. V. L. ad VI, 186. *Wr.*) 641. *Ufens*, v. sup. 460. De eo lib. VII, 744 sqq. 646. *Usque adeone mori*. Neronis voce celebratum hemistichium ap. Sueton. Ner. 47. *Manes* hic sunt dii inferi, ut alibi quoque; *boni*, propitii, ut Ecl.

Digitized by Google

Descendam, magnorum haud umquam indignus avorum.
Vix ea fatus erat; medios volat, ecce, per hostis
Vectus equo spumante Saces, adversa sagitta
Saucius ora, ruitque inplorans nomine Turnum:
Turne, in te suprema salus; miserere tuorum.
Fulminat Aeneas armis, summasque minatur
Deiecturum arcis Italum, excidioque daturum;
Iamque faces ad tecta volant. In te ora Latini,
In te oculos referunt; mussat rex ipse Latinus,
Quos generos vocet, aut quae sese ad foedera flectat.
Praeterea regina, tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua, lucemque exterrita fugit.

ὅσιος pro ἁγνός. *nescia* idem Goth. tert. cum altero Menag. Macrob. III, 3 et Ed. pr. Burm. Reliqui scripti et editi constanter *inscia*, quod cur poeta, metro vi illata, maluerit, equidem ignoro. (vid. Q. V. XI, 3. et XII, 10. *Wr.*) 649 *Descendet* Dorvill. (*numquam* Medic. a m. pr. *Wr.*) 650 *volat ille* Hugen. (*hostes* Medic. *Wr.*) 651 *Saces* Heins. e Medic. et aliis vetustioribus. Vulgo *Sages*. (sic 7. 9. *Wr.*) aliquot *faces*. 655 *Disiecturum* Sprot. et Leid., vitiosius Ven. *Devecturum*. *Italis arces* Montalb. (*arces* Medic. *Wr.*) *excidiumque* pr. Moret. 656 *Ad te ora* Ed. pr. Burmann. 658 *in foedera* pr. Hamb. a m. sec. *flectet* Leid. *mittat* Oblongus, non male: *se mittat*, demittat, inclinet. 659 *tua f.* alter Hamb. *tuis* Bigot. (*tibi* corr. Bothius. *Wr.*)

V, 65. Sententia vss. 646. 647 fere eadem quae sup. XI, 51. 52, quoniam deorum superorum voluntas, numen, aversum est: vos, o dii inferi, sitis mihi propitii. 648. *culpae*, ignominiae, fugae. *sancta*, incorrupta; Macrob. III, 3. ut sup. XI, 158 *sanctissima coniux*.

650. Labefactum Turni animum nunc impellit, utque Aeneae occurrat, permovet, nova res: Sacae vulnerati et orantis miseratio. Expressit locum Statius XI Theb. 239 sqq. (— 653. *suprema salus*, summa, omnis. Cic. Catil. I, 5.: „Non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae.“ vid. Ernest. Clav. Cic. sub v. *Summus*. Sil. Ital. II, 283.: „postrema salus rerum patriaeque.“ *Wr.*) 654. *Fulminat:* grave vocabulum, cuius vim nulla vulgari voce assequaris. Stragem eum late facere significat. Voce iam Ge. IV, 561 usus est. cf. inf. v. 700. 657. *mussat* h. l. tacite deliberat. Manet tamen notio, quae sup. XI, 345 et 454 atque inf. 718 redit, ut mussare sit, non audere aperte dicere. Eodem redeunt alia apud Cerdam et al. 659. *tui fidissima*, pro vulgari,

Digitized by Google

Soli pro portis Messapus et acer Atinas
Sustentant aciem. Circum hos utrimque phalanges
Stant densae, strictisque seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine versas.
Obstupuit varia confusus imagine rerum
Turnus, et obtutu tacito stetit. Aestuat ingens
Uno in corde pudor, mixtoque insania luctu,
Et Furiis agitatus amor, et conscia virtus.
Ut primum discussae umbrae, et lux reddita menti:
Ardentis oculorum orbis ad moenia torsit

661 *Atinas* iam sup. XI, 869 commemoratus: in aliquot Pier. et Burm. *Asylas*. quia is et supra cum Messapo iungebatur, v. c. v. 550; et hinc in aliis corrupte *Asilas*, *Asilus*, *Asillas*, *Atiras*. 662 *acies* Medic. et alii apud Burmann. (cum 7. Utrumque, si per se spectas, recte dixeris. Sustentat aciem, i. e. pugnam, qui impedit fugam; Tacit. Ann. I, 65.: „Caecina sustentat aciem." II, 17.: „Arminius manu, voce, vulnere, sustentabat pugnam." At *acies*, Pluralis, semper significat exercitum, vel unum, vel plures; proinde *sustentare acies* est i. q. sustinere vim, impetum hostium; ut apud eund. Tac. Ann. XV, 10. *hostem sustentare*. Sed retinui *aciem*, quia verisimile est *acies* deberi crebro et ante et postea redeunti literae *s*; et *acies* si praeferas, desidero hic epitheton aliquod. Ceterum *sustineant* a m. pr. Medic. *Wr.*) 663 *Sages* Zulich. 664 *diverso in* Ven. Interrogationem alii apponunt. (*diserto* a m. pr. Medic. *Wr.*) 666 *obtuitu* aliquot apud Burmann. conf. VII, 250. 667 *Uno in corde* recepit Heins. e melioribus etiam h. l., ut supra X, 871, ubi iidem versus legebantur. Vulgo, *Imo in c.*, quod maiorem vim habere in tali loco nemo dubitet, etsi alterum exquisitius dictum concedam, pro, una in eodem corde. Cumque ea lectio *unus* et *imus* semper incerta fluctuare soleat: alteri non tantum tribuendum arbitror, ut *Imo* expellatur. Nolui tamen iterum mutationem inferre, et lectorem turbare. (*Imo* Palat. Vide, quae scripsi in V. L. ad X, 871. Ac si ibi *Uno* retinendum fuit, multo magis hic, ubi etiam plures satisque diversos affectus in uno corde aestuasse refert poeta. *Wr.*) *Una* Sprot. sec. Moret. Dorvill. *in corde dolor* uterque Hamb. a m. sec. Bigot. Goth. tert. *mixtaque* Goth. sec. *vesania* Reg. 668 *At F.* tert. Goth. *agitatur* alter Hamburg. 669 *et vox* aliquot Burm. In fine *est* Medic. et aliis deerat: hincque sublatum ab Heins. (vid. Q. V. XV, 10. *Wr.*) 670 *oc. acies* Goth. tert. et Dorvill., sed hic alterum in marg.) *Ar-*

in te, tibi; ad formam illius: tui amantissima: inflexum. 660. *exterrita*: quod sup. 599 dixerat: *subito mentem turbata dolore*, in furorem acta. 664. *deserto in gramine*, extremo campo: sup. v. 614. (vid. Not. ad II, 714.— 667. vid. Heyn. Not. ad Ecl. X, 55. *Wr.*) 668. *Furias* ad desperatas Laviniae nuptias refer.

669. *umbrae*, quia in vulgari sermone *caligo mentis* dicitur.

Digitized by Google

Descendam, magnorum haud umquam indignus avorum.
Vix ea fatus erat; medios volat, ecce, per hostis
Vectus equo spumante Saces, adversa sagitta
Saucius ora, ruitque inplorans nomine Turnum:
Turne, in te suprema salus; miserere tuorum.
Fulminat Aeneas armis, summasque minatur
Deiecturum arcis Italum, excidioque daturum;
Iamque faces ad tecta volant. In te ora Latini,
In te oculos referunt; mussat rex ipse Latinus,
Quos generos vocet, aut quae sese ad foedera flectat.
Praeterea regina, tui fidissima, dextra
Occidit ipsa sua, lucemque exterrita fugit.

ὄσιος pro ἀγνός. *nescia* idem Goth. tert. cum altero Menag. Macrob. III, 3 et Ed. pr. Burm. Reliqui scripti et editi constanter *inscia*, quod cur poeta, metro vi illata, maluerit, equidem ignoro. (vid. Q. V. XI, 3. et XII, 10. *Wr.*) 649 *Descendet* Dorvill. (*numquam* Medic. a m. pr. *Wr.*) 650 *volat ille* Hugen. (*hostes* Medic. *Wr.*) 651 *Saces* Heins. e Medic. et aliis vetustioribus. Vulgo *Sages*. (sic 7. 9. *Wr.*) aliquot *faces*. 655 *Disiecturum* Sprot. et Leid., vitiosius Ven. *Devecturum*. *Italis arces* Montalb. (*arces* Medic. *Wr.*) *excidiumque* pr. Moret. 656 *Ad te ora* Ed. pr. Burmann. 658 *in foedera* pr. Hamb. a m. sec. *flectet* Leid. *mittat* Oblongus, non male: *se mittat*, demittat, inclinet. 659 *tua f.* alter Hamb. *tuis* Bigot. (*tibi* corr. Bothius. *Wr.*)

V, 65. Sententia vss. 646. 647 fere eadem quae sup. XI, 51. 52, quoniam deorum superorum voluntas, numen, aversum est: vos, o dii inferi, sitis mihi propitii. 648. *culpae*, ignominiae, fugae. *sancta*, incorrupta; Macrob. III, 3. ut sup. XI, 158 *sanctissima coniux*.

650. Labefactum Turni animum nunc impellit, utque Aeneae occurrat, permovet, nova res: Sacae vulnerati et orantis miseratio. Expressit locum Statius XI Theb. 239 sqq. (—653. *suprema salus*, summa, omnis. Cic. Catil. I, 5.: „Non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae.“ vid. Ernest. Clav. Cic. sub v. *Summus*. Sil. Ital. II, 283.: „postrema salus rerum patriaeque.“ *Wr.*) 654. *Fulminat:* grave vocabulum, cuius vim nulla vulgari voce assequaris. Stragem eum late facere significat. Voce iam Ge. IV, 561 usus est. cf. inf. v. 700. 657. *mussat* h. l. tacite deliberat. Manet tamen notio, quae sup. XI, 345 et 454 atque inf. 718 redit, ut mussare sit, non audere aperte dicere. Eodem redeunt alia apud Cerdam et al. 659. *tui fidissima*, pro vulgari,

Digitized by Google

Soli pro portis Messapus et acer Atinas
Sustentant aciem. Circum hos utrimque phalanges
Stant densae, strictisque seges mucronibus horret
Ferrea: tu currum deserto in gramine versas.
Obstupuit varia confusus imagine rerum
Turnus, et obtutu tacito stetit. Aestuat ingens
Uno in corde pudor, mixtoque insania luctu,
Et Furiis agitatus amor, et conscia virtus.
Ut primum discussae umbrae, et lux reddita menti:
Ardentis oculorum orbis ad moenia torsit

661 *Atinas* iam sup. XI, 869 commemoratus: in aliquot Pier. et Burm. *Asylas*. quia is et supra cum Messapo iungebatur, v. c. v. 550; et hinc in aliis corrupte *Asilas*, *Asilus*, *Asillas*, *Atiras*. 662 *acies* Medic. et alii apud Burmann. (cum 7. Utrumque, si per se spectas, recte dixeris. Sustentat aciem, i. e. pugnam, qui impedit fugam; Tacit. Ann. I, 65.: „Caecina sustentat aciem." II, 17.: „Arminius manu, voce, vulnere, sustentabat pugnam." At *acies*, Pluralis, semper significat exercitum, vel unum, vel plures; proinde *sustentare acies* est i. q. sustinere vim, impetum hostium; ut apud eund. Tac. Ann. XV, 10. *hostem sustentare*. Sed retinui *aciem*, quia verisimile est *acies* deberi crebro et ante et postea redeunti literae *s*; et *acies* si praeferas, desidero hic epitheton aliquod. Ceterum *sustineant* a m. pr. Medic. *Wr.*) 663 *Sages* Zulich. 664 *diverso in* Ven. Interrogationem alii apponunt. (*diserto* a m. pr. Medic. *Wr.*) 666 *obtuitu* aliquot apud Burmann. conf. VII, 250. 667 *Uno in corde* recepit Heins. e melioribus etiam h. l., ut supra X, 871, ubi iidem versus legebantur. Vulgo, *Imo in c.*, quod maiorem vim habere in tali loco nemo dubitet, etsi alterum exquisitius dictum concedam, pro, una in eodem corde. Cumque ea lectio *unus* et *imus* semper incerta fluctuare soleat: alteri non tantum tribuendum arbitror, ut *Imo* expellatur. Nolui tamen iterum mutationem inferre, et lectorem turbare. (*Imo* Palat. Vide, quae scripsi in V. L. ad X, 871. Ac si ibi *Uno* retinendum fuit, multo magis hic, ubi etiam plures satisque diversos affectus in uno corde aestuasse refert poeta. *Wr.*) *Una* Sprot. sec. Moret. Dorvill. *in corde dolor* uterque Hamb. a m. sec. Bigot. Goth. tert. *mixtaque* Goth. sec. *vesania* Reg. 668 *At F.* tert. Goth. *agitatur* alter Hamburg. 669 *et vox* aliquot Burm. In fine *est* Medic. et aliis deerat: hincque sublatum ab Heins. (vid. Q. V. XV, 10. *Wr.*) 670 *oc. acies* Goth. tert. et Dorvill., sed hic alterum in marg.) *Ar-*

in te, tibi; ad formam illius: tui amantissima: inflexum. 660. *exterrita*: quod sup. 599 dixerat: *subito mentem turbata dolore*, in furorem acta. 664. *deserto in gramine*, extremo campo: sup. v. 614. (vid. Not. ad II, 714.— 667. vid. Heyn. Not. ad Ecl. X, 55. *Wr.*) 668. *Furias* ad desperatas Laviniae nuptias refer.

669. *umbrae*, quia in vulgari sermone *caligo mentis* dicitur.

Digitized by Google

Turbidus, eque rotis magnam respexit ad urbem.
Ecce autem, flammis inter tabulata volutus
Ad coelum undabat vertex, turrimque tenebat:
Turrim, conpactis trabibus quam eduxerat ipse,
Subdideratque rotas, pontisque instraverat altos.
Iam iam fata, soror, superant; absiste morari;
Quo deus, et quo dura vocat Fortuna, sequamur.
Stat conferre manum Aeneae, stat, quidquid acerbi est,
Morte pati: neque me indecorem, germana, videbis

673. VORTEX 679. NEC

dentes a m. sec. Medic.; idem *orbes*. *Wr.*) 671 *ad m. respicit u.* alter Hamb. *prospexit* Ven. *conspexit* Leid. 672 *volutis* Leid. et Hugen. ad vulgarem formam. Wakef. interpungit: *Ecce autem flammis, inter tabulata volutus, Ad caelum undabat vortex.* nec hoc male. 673 *petebat* pro div. lect. prior Hamburg. et Zulich. (*vertex* Medic., utq. Lips. aliique recens collati codd., quod recepi; vid. V. L. ad Ge. I, 481. Aen. VII, 31. Heinsius hic tacet. *vortex* Palat. *Wr.*) 674 *compactam* alter Hamb. et Dorvill. *qua* Goth. sec. *duxerat* Parrhas. et Montalb., perperam. vid. sup. V, 633. et VI, 630. 675 *instraverat* lectum inde ab Ald. tert. firmatumque codd. Pier. et Heins. *intraverat*, vitiose, ed. Dan. Heinsii. At *instruxerat* edd. vett. cum Mediceo Pierii, Dorvill. Goth. pr. Erf. Edit. Mediol.; mutatum idem in nonnullis *exstruxerat*. 678 *acerbum est* Serv. ad Aen. II, 750. Sicque Goth. pr. (et hoc ipso loco Serv. Dresd. *Wr.*) Tum melius, puto, interpungitur post *Morte*, ut sit: *Stat, quicquid acerbi est Morte, pati*, (quod an Latine dicatur, alius viderit; *morte*, i. e. per mortem; quidquid acerbi est, sc. in morte, per oppetendam ipsam mortem pati s. subire. *Wr.*) 679 *neque me* Reg. Parrhas. bini Goth. et Probus in Grammatica: sicque editum a Cuninghamo. (idque restitui; vid. Q. V. XXXII, 1. et 4. Neque eos tan-

672. Turrim, diversi generis ab ea, quae supra IX, 530 sq. fuit narrata, ante muros et vallum constituta ad excipiendum hostium muros oppugnantium impetum, ex seriore aevo heroicae vitae intulit poeta. Admovebatur illa muris ab oppidanis, ut inde desuper et ex alto hostis missilibus peti posset. Subnata forte illa est poetae animo ex nave incensa II. o extr. et π, 122 sq. Hactenus, si recte colligo, trina occurrunt turrium genera; primo sollenne illud turrium genus, quo murus intercipitur, ut II, 460. et al.; alterum mobile rotis subvectum intra muros pro usu et necessitate; h. l. tertium ante murum, cum quo ponte iungitur, ut pro propugnaculo sit: IX, 530 sq. *Tabulata* sunt turris contignationes, v. sup. lib. II, 463. 464. *vertex flammis volutus* ele-

Digitized by Google

Amplius. Hunc, oro, sine me furere ante furorem.
Dixit, et e curru saltum dedit ocius arvis;
Perque hostis, per tela ruit; maestamque sororem
Deserit, ac rapido cursu media agmina rumpit.
Ac veluti montis saxum de vertice praeceps
Cum ruit, avolsum vento, seu turbidus imber

684. VELUTI,

tum, quos hic laudatos vides, libros mss., sed multo plures tueri *neque*, ex eo colligas, quod ipse *neque* inveni in Medic. et utroq. Lips., idemque ex quatuor codd. edit. Vinar. tres exhibent; *nec* Palat. et 2. *Wr.*) *non indec.* Dorvill. 680 *Hoc* pr. Hamb. *luere* Zulich. a m. pr. In archaismo in *furere furorem* nemo haerebit; (vid. Not. ad III, 56. *Wr.*) sed, quod a viris doctis illustratum et expositum volebam, hoc erat: quam vim h. l. habeat *ante*. Servius exponit: „prius quam ad eum veniam, ut pugnam mente concipiam et instructus furore in bella prorumpam.“ Digna Grammatico interpretatio, non poeta! Cerda: *priusquam moriar* supplet; quod aeque putidum. Atqui in his et similibus obmutescunt summi viri. Nisi vitio coinquinatus est versus, est utique inter eos, quos poeta, donec emendaret, rudere, ne hiarent, complevit. Alias facile poterat succurri: *sine me furere, alma, furorem*, vel *sine me insanire furorem*. Certe *ante* prorsus alienum. Sine me, o soror, indulgere furori huic meo, hoc est irae, virtuti, ut congrediar cum Aenea, etiam si fatalis mors instet. (Vox *ante* refertur ad ea, quae subiiciuntur; furens desilit Turnus e curru, furens et rapido cursu ruit ad certamen cum Aenea subeundum. *Wr.*) 681 *a curru* pr. Hamb. *armis* sec., sed *arvis* est ex more poetae, in arva, in terram, χαμᾶζε. 682 *et tela* tres Burmann. 683 *trepido* Goth. tert. (— 684. Delevi comma, quod erat post *veluti*; vid. V. L. ad Ge. I, 303.; nec iunges *veluti... Fertur*, quod non est satis Virgilianum; vid. V. L. ad I, 148.; itaque in fine vs. 686. pro commate semicolon pones. *Wr.*) 685 *ventis* sec. Mo-

gantius quam vertex flammarum. (cfr. tamen V. L. *Wr.*) 675. *pontisque* quibus discursus fieret per turres et muros. vid. sup. IX, 170 et 530. (— 676. Spectat haec oratio Turni ad rem modo narratam; mortis enim sibi instantis omen ille deprehendebat in eo, quod turrim, ab ipso exstructam, flammis absumi videbat. — 678. vid. V. L. *Wr.*) 680. *ante*, ante quam *morte patiar quicquid acerbi est*; sed vid. Var. Lect. (et quae ego ibi scripsi. *Wr.*)

684 sqq. Comparatio ex ipsa rerum natura unicuique facile poetae obvia. Nec tamen ignorare potuit Virgilius, eam iam ab Homero tractatam Iliad. *ν*, 137 sqq. Hesiod. Scut. 374 sqq. 437. Ex Virgilio profecerunt alii etiam Guellio et Cerdae laudati, Statius VII Theb. 744 seqq. Valer. Fl. VI, 631 seqq. Add. Tassus *Gierus. lib. XVIII, St.* 82. Sed omnium diligentissimus in ornamentis Q. Calaber lib. I, 694 sqq. lib. II, 378—385. Maronis laudem cumulat oratio elaborata et

Digitized by Google

Proluit, aut annis solvit sublabsa vetustas;
Fertur in abruptum magno mons inprobus actu,
Exsultatque solo; silvas, armenta, virosque
Involvens secum: Disiecta per agmina Turnus
Sic urbis ruit ad muros, ubi plurima fuso
Sanguine terra madet, striduntque hastilibus auraе;
Significatque manu, et magno simul incipit ore:
Parcite iam, Rutuli; et vos tela inhibete, Latini;
Quaecumque est Fortuna, mea est; me verius unum
Pro vobis foedus luere, et decernere ferro.
Discessere omnes medii, spatiumque dedere.

686. VETUSTAS,

ret. (etiam Serv. Dresd.; vid. V. L. ad XI, 774. *Wr.*) 686 *Proruit* Bigot. *Profluit* tres apud Burm. *sublata* duo ibid., sicque apud Schol. Cruqu. Horat. III Od. 30. *sublaxa* Goth. pr. *subcassa* Parrhas. (vid. V. L. ad vs. 684. *Wr.*) 687 *magno tunc i. ictu* Ed. pr. Burm. *ictu* Ed. ead., tum multi codd. Pier. Heins. et Goth. sec.; nonnulli a m. sec. Sed hoc Pierio placere non debebat. *agi*, moveri, deturbari, docte dictum: hincque *actus*. 689 *Deiecta* Oudart. et Zulich., perpetua varietate; vide modo v. 655. 691 *striduntque* ad vetustiorum Pier. et suorum ductum Heins. reposuit. Vulgg. *stridentque*. (ut Palat. cum 7. *Wr.*) vid. sup. IV, 689 et Ge. IV, 556. *que* aberat Sprot. (et Serv. Dresd. *Wr.*) 692 *increpat ore* facile cuique in mentem veniat: sic tamen poeta hic noluit: ut tot alia, argutius dicta, quibus carere maluit. 694 *me iustius unum* Sprot. ex glossa. 696 *mediis* Dorvill.

phantasmatum dilectus simulque ἐναργεια. 685. 686. variat orationem pro vulgari: avolsum vento seu imbre seu vetustate. *sublabsa vetustas* saxi, pro saxo sublabso vetustate: traducto attributo. (*sublapsa*, quia sensim subrepit vetustas. *Wr.*) 687. *actu* exquisite, impetu, impulsu. *mons* pro saxo, ut augeat phantasma, *improbus*, ingens, ut al. (potius: vehementissime concitatus., *Wr.*) 688. 689. His exornatur res, et increscit admiratio. Haec multo ἐναργέστερα et ad sensum efficaciora fiunt, si Graeca compares, aut si ad simplicitatem orationis vulgaris singula redegeris.

690. 691. Simplicibus verbis eadem dicta Iliad. ν, 789, et v. 692 comparari solent cum Il. γ, 81, Odyss. ω, 529 sqq. 692. magna voce infit. 694. *verius* est, iustius est, me unum pro omnibus rupti foederis poenam luere, ut iam Serv. Nota nunc vocis *verus* significatio vel ex illo Horatiano: *Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.*

Digitized by Google

At pater Aeneas, audito nomine Turni,
Deserit et muros, et summas deserit arcis;
Praecipitatque moras omnis; opera omnia rumpit,
Laetitia exsultans, horrendumque intonat armis:
Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse, coruscis
Quum fremit ilicibus, quantus, gaudetque nivali
Vertice se adtollens pater Appenninus ad auras.
Iam vero et Rutuli certatim, et Troes, et omnes
Convertere oculos Itali, quique alta tenebant
Moenia, quique imos pulsabant ariete muros;

703. APENNINUS

(—698. *arces* Medic. *Wr.*) 700 *exsultat* Oudart. et Sprot. *horrendisque* Parrhas. *insonat* pr. Hamb. a m. sec. vid. sup. VIII, 239 et al. 701 *Athos* Medic. et alii; atque sic Ald. sec. et cett. At veteres edd. cum codicum maiore parte *Athon*: quam male Servius pro vera lectione venditabat, metro perperam metuens. Est Ἄθως. Monuit quoque Benedictus. *et quantus* Reg. 703 *se tollens* Goth. tert. (Scripsi *Appenninus*, ut est in Medic., utque supra XI, 700. Heynius ipse exarandum curaverat. Ac fortasse ex hoc ipso loco probabilis coniectura de origine et vera scriptura huius nominis fieri potest. Singulare hoc est, quod Appenninus pater appellatur. Ruaeus ut tot silvarum, fluminum, parentem ita vocari putat; sed eodem iure alii quoque montes patres dici poterant, nec tamen dicti sunt. Propius ad verum Cerda accedere videtur, patris nomen vel dignitatis, vel religionis esse arbitratus. Quid igitur, si Appenninus inde vocatus est, quod contingat Penninum montem, et antiquissima huius nominis forma fuerit *Adpenninus*? Constat autem Penninum ipsum nomen traxisse a deo Pennino; vid. Liv. XXI, 38. ibique Drakenb.; quid igitur, si cum ipso nomine etiam patris, ut numinis alicuius, appellationem ad hunc Italiae montem translatam censebimus? *Wr.*) 705 *qui alta* et *qui imos* Dorvill. 706 *altos* Oudart. *abiete* Moret. sec.

697 sqq. Praeclarus locus: primum in exhibenda impatientia morae et festinatione, tum in phantasmate mirae heroum magnitudinis et speciei corporis. *Praecipitatque moras omnes*, ornate, h. omnia, quae eum morari poterant, festinanter agit. 700. *intonat armis*, tantus corporis specie, *quantus Athos*. Etiam Hector apud Homerum Iliad. *v*, 754 ὥρμηθη ὄρεϊ νιφόεντι ἐοικὼς, sed ornatius Maro singula montium nomina ponit, quod efficacius ad sensus impulsus est. Ne autem quis cum Spencio Polym. p. 248 simulacra deorum montium cogitet moneo: Sic tota vis et δεινότης poeticae imaginis perit, quae alioqui multum ex illo habet, quod ἐνφαντασιῶδες dicere licet. Duxit hinc Miltonus magnificum ac sublime illud Satanae phantasma: *dilated*

Digitized by Google

Armaque deposuere humeris. Stupet ipse Latinus,
Ingentis, genitos diversis partibus orbis,
Inter se coiisse viros, et cernere ferro.
Atque illi, ut vacuo patuerunt aequore campi, 710
Procursu rapido, coniectis eminus hastis,

(— 707. Medic. *stupet ipet ipse*, sed *ipet* punctis notatum; quod ne forte putes patrocinari formae *stipet*, de qua vid. V. L. ad Ge. IV, 481., librarius, quum vellet scribere *ipse*, obversante adhuc praegressi verbi sono lapsus est eo modo, quo saepe lapsum vidimus V. L. ad XI, 609. *Wr.*) 708 *Ingentes* ante Heins. Tum *diversi partibus orbis* Maronis mos postulat. Sicque iam coni. Heins. (Num igitur quemquam sic nude dixisse putas *geniti partibus*? *Wr.*) 709 In Heins. et Burm. *coisse* vitiose expressum. (*coiisse* Medic. a m. sec., *colisse* a pr. *Wr.*) Ceterum memorabile exemplum hic versus prodit librorum in manifestam corruptelam conspirantium; quo quis abuti possit ad auctoritatem codd. elevandam. Legitur enim in Romano iuxta ac Mediceo, et in ceteris Pierianis et Heinsianis omnibus, it. in Erf., adversus metrum: *viros et decernere ferro*. Unus erat Pier., a quo aberat *et*, quod et Goth. sec. ignorabat cum aliis, quos Ursin. viderat, qui et Faernum sic emendasse testatur. (*et* etiam ab 1. 6. 7. edit. Vinar. abest. *Wr.*) Sequuntur codicum vitium edd. vett., quantum video, omnes, exceptis iis, quae ex Egnatii recensione Ven. 1507 profectae, in quibus *et cernere*: hoc etiam Ge. Fabricius recte repetiit, hincque alii. Auctoritatem faceret iam per se satis magnam ratio poetica; sed *cernere* etiam firmat Seneca Ep. 58, tum Quinctil. et Prisciau., teste Heinsio, inprimis autem Servius, docta in Nota ad h. l., docens quoque posteritatem coepisse legere, *et decernere*: secundum quam lectionem synaloephe opus esse excluso *os*, ut sit: *inter se coiisse vir' et decernere ferro*: ubi habes acumen grammaticum in figuris comminiscendis. et *cernere* etiam a m. sec. in Mentel. erat emendatum. Post virorum doctorum observationem nunc constat, *cernere*, *κρίνειν ἀγῶνα*, pro decernere, iam Ennio esse frequentatum. conf. Heins. ad h. l. cum Cerda et Burmanno. (et Wakef. ad Lucret. V, 394. Ceterum vid. Q. V. XVI, 6. Priscian. quidem ab Heinsio laud. manifesto agnoscit *et decernere* l. I, 7, 40. edit. Krehl. pag. 39.; apud Quintilianum frustra quaesivi locum ab eodem significatum. *Wr.*) 710 *p. pulvere* Zulich. a m. pr. Io. Schrader. tentabat: *ut vacui patuerunt aequora campi*. 711 *coniectisque* Medic., at Heins. tradit. Sed Fogginii diligentia dedit a m. pr. *colectique*, (*co-

stood, Like Teneriff or Atlas, unremov'd: His stature reach'd she sky, and on his crest Sat Horrour plum'd. Parad. lost IV, 984. (— 701. *ipse Appenninus*, ut propinquus; vid. Q. V. XVIII, 2, r. *Wr.*) *Cum fremit* ventorum procellis: hinc et *coruscae* ilices, variante variato arborum motu luce et umbra. Sic supra I, 164. *silvis scena coruscis*. (*gaudet attollens*, vid. Q. V. XXVIIII, 6. — 706. Arietis, aut similis machinae, inventionem ad Troica tempora refert Plin. H. N. VII, 56. Itaque veterem aliquam famam secutus videri potest Virgilius. Sed illud certe miraberis, unde tam subito comparaverint arietem Troiani. — 707. *Arma deposuere humeris*, idem, quod supra vs. 130.: „scuta re-

Digitized by Google

Invadunt Martem clipeis atque aere sonoro.
Dat gemitum tellus: tum crebros ensibus ictus
Congeminant. Fors et virtus miscentur in unum.
Ac velut ingenti Sila, summove Taburno, 715
Cum duo conversis inimica in proelia tauri
Frontibus incurrunt; pavidi cessere magistri;
Stat pecus omne metu mutum, mussantque iuvencae,
Quis nemori imperitet, quem tota armenta sequantur;

715. VELUT, 717. INCURRUNT,

lectiq. Wr.) et a sec. *conlectis*: hoc etiam Rom. exhibebat. Etiam Bigot. *collectis*, Goth. tert. *disiectis*. (Non raro pro *i* tum in aliis codd., tum in Medic. *l* exaratam videas. Fogginius supra ad vs. 518., ubi *cul* pro *cui* scriptum: „Consuetus librarii error est literam *l* pro *i* scribere." vid. V. L. ad vs. 709. *Wr.*) 712 *simul aere* sec. Menag. 713 *crebris ictis* Medic. (a m. pr.) et Gud. a m. pr. 714 *Congeminat* sec. Rottend. 715 *Sila* diserte Medic. et al. In aliis, et in edd. vett., nec non in Servio *Syla*. In Rom. *silva*, (sic etiam 9. *Wr.*) ut supra erratum Ge. III, 219, et ut h. l. ab aliis errari Servius monet. *Sylla* Dorvill. a m. sec. *sub monte Taburno* apud Serv. ad Ge. III, 219. (Delevi comma post *velut*; vid. V. L. ad Ge. I, 303. *Wr.*) 716 *conversi* alter Menag. (In Medic. ultima litera voc. *conversis* transfixa est, et in fine versus interpungitur; puto, quia in eodem *frondibus* vs. 717. a m. pr. legebatur. *Wr.*) *diversis* Menag. pr. et Goth. tert. *c. inter se praelia* Zulich. a m. pr. *in* abest alteri Menag. (—717. Post *incurrunt* semicolon posui pro commate. Comparationis vis haec est: Veluti quum duo tauri concurrunt, haud aliter concurrunt Aeneas et Turnus. Reliqua ad ornandam comparationem pertinent. Noli autem sic iungere, quemadmodum Heynius videtur iunxisse: Ac velut pavidi cessere magistri. *Wr.*) 719 *Quis nemori* Heins. tandem restituit e Medic., tum Rom. aliisque

clinant." *Wr.*) 709. *cernere*, decernere, cf. Var. Lect. 710. conf. v. 696. 712. *Invadunt Martem:* elato spiritu, pro, incipiunt pugnam, cf. IX, 186. *clipeis atque aere sonoro:* utrumque de clipeis collisis. Infra 724 repetitur: *Concurrunt clipeis.* 714. *Fors et virtus.* Non fors Turni, Aeneae virtus: sed pugnantes non modo virtutem praestant, sed et casum ac fortunam in ictibus et vulneribus inferendis observant.

715. Ornatissima comparatio: facile cuivis obvia, sed tam splendide et magnifice vix a quopiam tractata. Nam tenuiter Apollon. lib. II. 88. 89. Sed ipse Maro iam pugnam taurorum copiose tractaverat in Georg. III, 217 sqq. Cum quo conferre iuvabit Oppian. Cyneg. II, 43 seqq. Ornat notionem silvae positis nominibus celebriorum silvarum, Silae in Bruttiorum agro (vid. sup. Var. Lect. ad Ge. III, 219) et Taburnum, in Samnio (vid. Ge. II, 38). 717.

Digitized by Google

Illi inter sese multa vi volnera miscent,
Cornuaque obnixi infigunt, et sanguine largo
Colla armosque lavant; gemitu nemus omne remugit:
Non aliter Tros Aeneas et Daunius heros
Concurrunt clipeis; ingens fragor aethera conplet.
Iuppiter ipse duas aequato examine lances

723. HAUD ALITER

Pier.; adde Goth. sec. (etiam 8. et Lips. alt. cum Servio. *Wr.*) Vulgo lectum: *Quis pecori.* (ita Palat. *Wr.*) Porro *imperet et* aliquot Pier. et Burm. (cum utroq. Lips. *Wr.*) *sequuntur* Sprot. et duo alii Burmann. (etiam Medic., sed superscripta *a*; in eodem *quae* pro *quem* a m. pr. *Wr.*) 720 *praelia miscent* Gud. Sed alterum figuratius. 721 *infigunt obnixi* Parrhas. 722 *rigant* Oudart. a m. sec., ex interpretamento τοῦ *lavant. lavunt* aliquot Pier. 723 *Non aliter* duo Goth. et para Pier. (*Haud aliter* Palat. Pierius: „Antiqui codices, inquit, quotquot habui, Non aliter legunt." Et *Non* etiam Bottar. e cod. Rom. enotavit; atque sic in ipso Mediceo exaratum, item in Lips. utroq. et cod. 7. edit. Vinar.; nec dubito, quin eadem lectio in aliis libris mss. exstet; sed in iis codd., in quibus multa sunt scripturae compendia, facile effugere potuit oculos festinantius legentium nota $\overline{N}$, qua *Non* significatur, ut in libris Lipss. Nescio, quo casu acciderit, ut eius diversitatis nulla mentio facta sit ab Heinsio. Iam quum fere *Haud aliter*, *Haud alius*, apud Virgilium legatur, non mirabimur, quod idem hoc loco substitutum est; vid. V. L. ad XI, 93.; similiter, quum crebrum sit apud Virgilium *Haud secus*, idem illatum est in Mediceum VIII, 391. pro *Non secus.* Ceterum *Non aliter*, quod revocavi, e codicum consensu etiam Ge. IV, 176. et Aen. X, 410. editur; praeterea *Non aliter* bis incipit comparationem, Ge. I, 201. et Aen. IV, 669. *Wr.*) *Lavinius heros* pr. Moret. 724 *fr. a. pulsat* Oblong. 725 *Iupiter ille* Bigot., ut toties. vid. VII, 110. (Quasi ubivis dicere liceat *Iupiter ille*; vid. quae scripsi ad l. l. *Wr.*) *exagmine* Parrhas. Goth. pr., ut toties alibi. *aequato pondere* Goth. tert. (quod noli existimare per imitationem Auctoris Epitom. Iliad. vs. 658. firmari. *Wr.*)

718. 719. Valent haec ad pugnae atrocitatem declarandam. *mussantque*, anxii expectant, conf. sup. 657. *nemori*, pro pascuis, saltu: ut in Georg., v. c. II, 216 et v. h. l. Heins. 720. Cf. Ge. III, 220 sqq.

725. 726. 727. Apud Homerum Iovem fata Hectoris, Κῆρας, et Achillis Iliad. χ, 209 sqq., Achivorum et Troianorum Iliad. Θ, 69 libra expendere, notum est: sed ibi alterutrius exitium iam instare declaratur; quod sequutus est Miltonus in praestantissimo loco lib. IV, 996 sqq. Expresserat idem inventum in Memnonis et Achillis pugna Aeschylus in Ψυχοστασίᾳ, nisi quod Κηρσὶ substituerat Animas: quod expressum esse observatum est in patera Etrusca seu Italica, apud Lanzium (To. II. *Saggio di Lingua Etrusca* p. 224) quam Win-

Digitized by Google

Sustinet, et fata inponit diversa duorum,
Quem damnet labor, et quo vergat pondere letum.

727 *aut quo* complures scripti Heins., tum Parrhas. et Goth. sec. ac tert. Possunt hi videri ad Servii exemplum interpretationem instituisse, sicque edidit Cuninghamus ex Hula. et Nonio p. 177, laudato Castalione Obss. Dec. III, 9. (vid. Q. V. XVI, 1. *Wr.*) Monet tamen esse hoc durissimum, quod, in *Quem damnet* substituendum sit *voti*; quodque *labor* sit virtus, quae alterum victorem reddat. Nescio, an procedat, si quis τὸ *labor* sic sumat: *Quem damnet*, *labor* est Iovi, laborat Iupiter, dubitat, deliberat, *Quem damnet* (leto) *et quo* etc. Sed vid. Not.

ckelmann. ad Hectorem referebat: at, assidente Apolline, sedet Mercurius librans lances, quibus duae umbrae seu animae ad formam humanam effictae impositae sunt; verum de his aliisque remitto ad Obss. in Iliad. χ, 209. (Apud Aeschylum Pers. vs. 352. inaequalia pondera imponit lancibus invidus aliquis deus: „τάλαντα βρίσας οὐκ ἰσοῤῥόπῳ τύχῃ." *Wr.*) Maro ad diversum phantasma Interpretes avocare debebat: ad magnitudinem pugnae et expectationem exitus, quam ea faciebat. Non modo homines suspensi expectant, sed ipsi dii; ipse Iupiter libra pugnantium fata trutinat, sed aequa adhuc lance nec in alterutram partem propensa. *Quem damnet labor, quo vergat pondere letum:* praegnans oratio. Videamus primum de posteriore, quod esse debebat proprie, utra lanx pondere vergat (καταῤῥέπει) eoque ipso mortem denuntiet. *letum* itaque pro ipsa lance dixit, qua inclinata mors subsequitur. Iam prius membrum *quem damnet labor* equidem non aliter accipio, quam ut eandem sententiam more suo bis exponat poeta: *quem damnet* sc. leto, utrum e duobus morti destinet iniqua sua fortuna, calamitas sua; seu, *labor* simpliciter pugnae, ut πόνος, μόχθος. Est ergo vulgare: uter, lance alterutra depressa, morti destinetur. Video alios sic accipere, ut sit pro: qui damnetur et addicatur labori; Scaliger vero: a quo frustra labor suscipiatur. Nondum damno meam rationem. At Servius contraria iuncta putabat: „id est, inquit, quem voto liberet labor praeliandi, parta scilicet victoria etc." Parum luculenter declarat mentem Grammaticus; hoc enim vult, ut sit: quem, h. utrum, voti damnet pugna: ut sup. Ecl. V, 80 *damnare votis;* h. e. successus, eventus pugnae. Sed an *damnare* ita absolute a poeta dictum sit, recte dubites. Apud Macrob. V, 13 reprehensio Grammatici est non inepta, inter ea, in quibus Maro Homericam maiestatem non aequaverit, esse et hoc, quod post v. 149. 150, cum manifestum iam esset, Turnum utique periturum, sero tamen *Iupiter ipse duas aequato examine lances Sustinet* etc. Addit idem bono cum iudicio: „Sed haec et alia ignoscenda Virgilio, qui, studii circa Homerum nimietate ex-

Digitized by Google

Emicat hic, inpune putans, et corpore toto
Alte sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et ferit. Exclamant Troes trepidique Latini,
Adrectaeque amborum acies. At perfidus ensis
Frangitur, in medioque ardentem deserit ictu:
Ni fuga subsidio subeat. Fugit ocior Euro,
Ut capulum ignotum dextramque adspexit inermem.
Fama est, praecipitem, cum prima in proelia iunctos

728 *hac* Montalb. *hoc* Dorvill. a m. sec. *impune micans* Zulich. *corpore tanto* Sprot. 731 *acies amborum* Bigot.; idem cum multis *ac*, etiam Goth sec. *et*. 732 *que* aberat sec. Hamb. *in medio tardentem* Medic. a m. pr. *ictum* Rom. et aliquot Pier. (Lineola transversa in fine addita facit, ut etiam in Medic. legendum sit *ictum*. *Wr.*) Post hunc versum in Bigotiano sequebatur versus imperfectus: *Quid superest?* Vidit scilicet aliquis, hic deesse aliquid sententiae explendae. vide Notam. 733 *ocior aura* Sprot. 734 *inertem* Leid., perpetua varietas. 735 *cum primum* tres Burmann. et aliquot Pier. (cum 7. *Wr.*)

cedit modum.“ Saltem Maro morte impeditus phantasma hoc poeticum non satis cum reliqua carminis oeconomia coagmentavit.

728. (*hic — Turnus*, vid. Q. V. XXI, 7., adde XI, 679 sq.: „Cui pellis latos humeros erepta iuvenco Pugnatori operit.“ supra vs. 400 sq.: „Ille retorto Paeonium in morem senior succinctus amictu.“ *Wr.*) *impune putans* id sibi futurum; tuto se illaturum ictum. *consurgit* sup. XI, 284. *quantus in clipeum consurgat* pro insurgat. (—730. De insigni numerorum praestantia vide quae scripsimus in Not. ad V, 648. *Wr.*) 731. Ductus casus ex Iliad. γ, 363, ubi Menelai ictum, quo Paridem petit, similis fortuna eludit. Facit autem novam voluptatem, novamque expectationem, quod ne nunc quidem Turni fata exitum habent, sed ad novam pugnam differuntur. 732. Sententia imperfecta. Post hunc versum animo supplendum: et inermis sic relictus Turnus periisset utique, ni fuga sibi consuluisset. (In verbo *deserit* latet prodendi notio. Itaque haec ita explicabis: Perfidus ensis deserit, ac proinde prodidisset adversario, ni *cet.* Ac si pro *deserit* poeta scripsisset *prodidit*, omnia essent planissima. *Wr.*) *Ni fuga subsidio subeat*, potest duplici modo expediri: aut, ut iungas *subsidio subire*, subsidio venire, esse; aut nisi, id quod auxilio, *subsidio*, fuit, fugae cogitatio subiisset eius animo. Capulum mutilum (κολὸν δόρυ Il. π, 117) *ignotum* dixit, quoniam alienum, non suum, sed Metisci, ut statim exponit disertius poeta. Nam cinxerat ille qui-

Digitized by Google

Conscendebat equos, patrio mucrone relicto,
Dum trepidat, ferrum aurigae rapuisse Metisci.
Idque diu, dum terga dabant palantia Teucri,
Suffecit; postquam arma dei ad Volcania ventum est:
Mortalis mucro, glacies ceu futilis, ictu
Dissiluit; fulva resplendet fragmen arena.
Ergo amens diversa fuga petit aequora Turnus;
Et nunc huc, inde huc incertos inplicat orbis.

739. VENTUM: 741. RESPLENDENT FRAGMINA

738 *Iamque diu* sec. Moret. et Montalb. *Teucris* Leid. 739 *ventum est* nonnulli scripti et editi cum trinis Goth. et Erf. (Addidi *est*, quod tum in antiquioribus, quas evolvi, tum in Dan. et Nicol. Heinsiorum editionibus invenio, nec, quare Burmannus ejecerit, video; *ventum est* Medic. et codd. 6. 7. 8. edit. Vinar., tum Lips. alt., etiam, ut videtur, Lips. obl., et haud dubie plurimi alii codd.; vid. Q. V. XV, 2. *Wr.*) 740 *Fatalis* Ven. *gl. cui* Rom. et aliquot Pier. *fusilis* Leid. (*futtilis* Medic. *Wr.*) 741 *resplendet fragmen* Rom. cum aliis Pier., tum Medic. a m. sec. aliique Heins. cum Ed. pr. Burm., quod exilius esset. Heinsius tamen subtilitatem captat et coni. *resplendent fragmen*; ut *crepitabant bractea* excudebat sup. VI, 209. *respondent* Goth. tert. *resplendunt* Dorvill. *resplendet lumina* Zulich. *resplendent agmina* Ven. (*resplendent fragmina* defendere liceat ex Homerico τριχθά τε καὶ τετραχθά. Revocavi tamen, quod Iahnius quoque probare videtur, *resplendet fragmen*, maxime quod lectiones in Mediceo a m. sec. repositae potiores solent esse; accedit, quod *a* ex seq. voc. videtur adhaesisse, quodque, quantum quidem fieri potuit, vitavit Virgilius elisionem in medio quinto pede. Et *fragmen* est i. q. lamina; hinc natum *lumina* in uno cod., ex interpretatione. — Ceterum *Dissilit* Medic., *u* a manu recentiore superscripta. *Wr.*) 742 *aequore* Leid. 743 *Nunc huc atque huc* alter

dem, cum exiret ad pugnam, ensem Dauni patris (v. sup. hoc lib. 89. 90); sed mox, eo deposito, ad foedus ibat in bigis, *Bina manu lato crispans hastilia ferro* sup. vs. 165.

735. *cum prima*; sup. 324 sqq. (*prima in proelia*, i. e. in proelium iturus, ut supra 103., ubi vid. V. L. *Wr.*) 739. *arma dei ad Volcania*: novatum docte, pro, ad arma dei Volcani, vel arma divina Volcani. (non plane novum hoc; iam Sophocl. Oed. R. 243.: „τὸ Πυθικὸν θ' ἑο῀ μαντεῖον." Apud Silium III, 392. ex Scaligeri Heinsiique coniectura ocius reponendum erat: „Ac Nebrissa dei Nysaeis conscia thyrsis." Adde ipsum Homerum ab Heinrich. laud. II. II, 54.: „Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυλοιγενέος βασιλῆος." Similia sunt, aliena tamen ab hac causa, exempla ab Obbario congesta in *Diariis Scholast. Darmstad.* 1832. plag. 150. pag. 1201 sq. *Wr.*) 740. Locus similis Q. Calabri lib. I, 545 sqq. Bene autem nunc, cum ad summum discrimen ven-

Digitized by Google

Undique enim densa Teucri inclusere corona;
Atque hinc vasta palus, hinc ardua moenia cingunt.
Nec minus Aeneas, quamquam tardante sagitta
Interdum genua inpediunt, cursumque recusant,
Insequitur, trepidique pedem pede fervidus urguet:
Inclusum veluti si quando flumine nactus

746. TARDATA

Menag. *nunc huc* Ven. *deinde huc* Oudart. Sprot. et pr. Hamb. cum binis Goth. *nunc hunc inde illuc* Dorvill. a m. sec. (*orbes* Medic. *Wr.*) 744 *Teucri densa* Goth. tert. (sic etiam Medic. apud Foggin., item Palat.; rectius fortasse. *Wr.*) *incl. caterva* Goth. tert. 745 *moenia surgunt* Menag. pr. 746 *tardante sagitta* plerique libri, etiam Medic. a m. pr. et vett. edd. ante Dan. Heinsium, qui primus *tardata* sc. genua, sagitta s. vulnere: quod ex Rom. et aliis notaverat Pierius. *turbata* Montalb. (*tardante* Medic. non, ut Heynius narrat, a pr., sed a sec. m.; *tardante* etiam 7. 9. 10., tum Lips. utq. et codd. 1. 8. edit. Vinar.; *tarduta* Medic. a m. pr., tum Palat., et, quantum intelligas e Cortii Not. ad Lucan. VIII, 413., Gudian. Apparet autem, facilius *tardante* in *tardata*, quam hoc in illud verti potuisse. Et si tardata erant genua, qui fit, ut tantum interdum impediant? Nempe tardante interdum, ut fit, sagitta s. vulnere, genua interdum impediebant cursum. Revocavi igitur *tardante*; et vid. V. L. ad vs. 506. *Wr.*) 748 *instat* pro *urguet*, ex Arusiano Messio laudat et illustrat Heins. conf. sup. VIII, 433. 434. (vid. Grammat. Lat. T. I. edit. Lindem. p. 238. Nisi memoria fefellit Arusianum, repetitum videbitur *instat* ex IX, 350. X, 788.; aut miscuit diversos locos Arusianus; certe ex scholio Serviano colligas fuisse, qui ambigerent, utrum vss. sqq. *cervum nactus*, an *cervum instat* iungendum esset. Frustra provoces ad hanc structuram Virgilio vindicandam ad VIII, 433. sq. Nec recte hic quidem tertio abhinc versu *instat* repeteretur. *Wr.*) 749 *in flumine* vulgg. ante Heins. unde prava erat nata interpretatio,

tum est, armorum a deo paratorum memoria refricatur. *Jutilis* pro vulgari, fragilis. In seqq. 742 vestigia sunt fugae Hectoreae Iliad. χ, 136 seqq. Certamen hoc ante oculos habuere e recentioribus multi, inprimis Tassus in pugna Argantis et Raimondi (*Gierus. liber. Cant. VII, St.* 80 sqq.). 743. *orbes* v. sup. v. 481. *inplicat*, eleganter pro facit, implicito cursu. 745. *vasta palus*, non Iuturnae, nam is nimium quantum aberat, sed colluvies aquarum agrestis; ut omnino Laurentina regio erat, et etiamnum est, palustris. v. sup. ad X, 709.

746. Genua tardata *sagitta*, vulnere sup. v. 319. Mox 749 primae comparationis lineae in Hectoris fuga Iliad. χ, 188 sqq. et in Dolone persequendo κ, 360, diversis tamen modis. Ornavit narrationem simili exemplo Oppian. Halieut. V, 586 seqq., iam

Digitized by Google

Cervum, aut puniceae septum formidine pennae,
Venator cursu canis et latratibus instat;
Ille autem, insidiis et ripa territus alta,
Mille fugit refugitque vias: at vividus Umber
Haeret hians, iam iamque tenet, similisque tenenti
Increpuit malis, morsuque elusus inani est.
Tum vero exoritur clamor: ripaeque lacusque
Responsant circa, et coelum tonat omne tumultu.
Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnis,
Nomine quemque vocans, notumque efflagitat ensem.
Aeneas mortem contra, praesensque minatur

751. CURSU, LATRATIBUS,

ac si cervus in flumine natans mille vias fugeret, atqui erat ille *ripa territus alta*: quo minus in amnem se deiiceret. 750 *captum* Goth. sec. *pinnae* plures Pier. et Heins. conf. Ge. III, 372 et alibi. (*saepsitum* Medic. a m. pr. — 751. Perturbatur sententia huius versus prava distinctione in recentioribus editionibus; quasi venatoris magis sit currere, quam canis; iunge, omissis post *cursu* et *latratibus* commatis, *Venator canis*; Sil. Ital. III, 294. sqq.: „cum densa vagis latratibus implet Venator dumeta Lacon, aut exigit Umber Nare sagax e calle feras." sic *Venator equus* est apud Stat. Theb. IX, 685.; et apud ipsum Virgilium *bellator equus*, *latrator Anubis*, cet. Iam Servius: „Venator canis pro venaticus." *Wr.*) 753 *ac* Medic. et al. (sed Medic. a m. sec. *at*. *Wr.*) *aut* Sprot. *invidus* Bigot. *umidus imber* alter Hamburg. 754 *tenens* Rom. et Hamb. pr. a m. sec. (adde 8. *Wr.*) 755 *illusus* alter Menag. et alter Goth. (— 756. *lacosque* a m. pr. Medic. *Wr.*) 757 *Responsat* Goth. pr. *circum* etiam legitur. *et* aberat Exc. Burm. *intonat* Sprot. et alii apud Burm. et Pier. *fragore* iidem et alii permulti cum Goth. tert. et Erfurt. (adde 7. 8. 9. 10., translatum ex IX, 541. *tumultu* etiam 4. 6. — 758. *omnes* Medic. *Wr.*) 760 *A. contra praesens mortemque m.* Ed. pr. Burm. et Goth. pr.

Guellio laudatus. 750. *aut puniceae*. Ge. III, 372. *Hos non— Puniceaeve agitant pavidos formidine pinnae*, ubi vide. 752. *insidiis:* sunt illae ipsae lineae pinnis ac formidine distinctae, quas expavescens cervus non transilit. 753. *Umber*, canis ex Umbria: quod facile videas. 754. 755. Lepidum ornamentum comparantis rei: petitum ex Apollon. lib. II, 278 sq. Imitationem Ovidii Met. I, 533 sqq., et Statii V Theb. 165 sqq., iam Cerda comparavit. 756. *lacus* cf. 745; intelligenda autem arundo et arbusta circa paludem. (*simul fugiens, simul increpat*, vid. Q. V. XXVIIII, 5. et Not. ad X, 856. *Wr.*) 760 seq. Prorsus ad

Digitized by Google

Exitium, si quisquam adeat; terretque trementis,
Excisurum urbem minitans, et saucius instat.
Quinque orbis explent cursu, totidemque retexunt
Huc illuc. Neque enim levia aut ludicra petuntur
Praemia: sed Turni de vita et sanguine certant. 765
Forte sacer Fauno foliis oleaster amaris
Hic steterat, nautis olim venerabile lignum:
Servati ex undis ubi figere dona solebant
Laurenti divo, et votas suspendere vestis.
Sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum 770
Sustulerant, puro ut possent concurrere campo.

761 *Excidium* Ven. *aderat* Dorvill. (*trementes* Medic. a m. sec. *Wr.*) 762 *Exscissurum* Parrhas. *saucius* est vel etsi saucius; vel, quantum licebat ei saucio. Estque adeo poeta dignius, quam quod coniicere possit aliquis: *nec secius instat*, aut *et saevius instat*. Nam poeta, *et saevior instat*, dixisset. *instant* Medic. a m. pr. 763 *implent* Menag. pr. et Leid. *complent* Parrhas. (*orbes* Medic. *Wr.*) 764 *Huc atque huc* Oudart. (per se utrumque recte dicitur; vid. Beier. ad Cic. Off. I, 17. pag. 135. — *Nec enim* Palat. *Wr.*) 766 *Fauni* Aldd. edd. inde a prima, cum sequacibus (usque ad Commel., quae discessit), et sic Serv. laudat ad v. 779, quod praefert cum Cerda Schrader. ad Musaeum pag. 330, tamquam exquisitius. Sed aliter codices; et impedita fit iunctura *sacer Fauni foliis*. *foliisque* pr. Hamb. 767 *olim nautis* Goth. tert. *signum* Menag. pr. et Parrhas., non indocte, ut Homericum σῆμα, quod late conspectum praebet. 768 *ibi* pr. Hamb. et Sprot. 769 *notas — vestes* Edd. vett.; emendatum *votas* in ed. Ald. tert. et a Ge. Fabricio: sicque Pier. et Heins., paucis exceptis. *voto* Leid. et a m. sec. Rottend. tert. (*vestes* Medic. *Wr.*)

Homeri ductum in Hectoris fuga Iliad. χ, 205 sq. Ad nostrorum vero hominum sensus de decoro herois haec exigenda nequaquam. Hostem in congressu pugnae semel victum, etiam inermem ac nudum, trucidat Homericus ac Virgilianus heros: et nescio, an nostra aetas in praeliis aliud probet. De nostrorum autem certaminum ac pugnarum, seu duellorum, singularium ludibriis cogitare h. l. interpretes non debebant. 763. *retexunt* eleganter, repetunt, recurrunt. conf. sup. lib. V, 583. 584. 764. 765. Hic transfert Homericos notissimos versus Iliad. χ, 158 — 161. *levia aut ludicra*: scil. qualia erant in certaminibus ac ludis seu στεφανίταις seu χρηματίταις. (Hoc erat, quod volebat Meierotto p. 47.)

766. Vim poeticam Maroni propriam in oleastro hoc ornando agnosce: Simpliciter declarandus erat locus, quo hasta haerebat. Videtur ea fata quasi esse ex caprifico Homeri Iliad. χ, 145. cf. ζ, 433. λ, 167. *lignum*, arbor. 770. *nullo discrimine*, adeoque nullo respectu habito, quod sa-

Digitized by Google

Hic hasta Aeneae stabat: huc inpetus illam
Detulerat, fixam et lenta in radice tenebat.
Incubuit voluitque manu convellere ferrum
Dardanides, teloque sequi, quem prendere cursu
Non poterat. Tum vero amens formidine Turnus,
Faune, precor, miserere, inquit; tuque optima ferrum
Terra tene; colui vestros si semper honores,
Quos contra Aeneadae bello fecere profanos.
Dixit, opemque dei non cassa in vota vocavit.
Namque diu luctans, lentoque in stirpe moratus,
Viribus haud ullis valuit discludere morsus
Roboris Aeneas. Dum nititur acer, et instat:

772 *huic* tert. Rottend. *hic* tert. Goth. 773 *et* abest multis, ab aliis *in*, ut a tribus Goth. et Erf. Aberat etiam a Mediceo; sed altera manus inseruit *ab r.* et delevit *et.* In Ven. *ut lenta.* Tum Bigot. *fixum lenta radice.* Porro, idque unice verum, Servius iungebat: *fixam et lenta radice tenebat*, non, ut vulgo factum, *Detulerat fixam, et l.* Ge. Fabricius Donatum legere ait: *Detulerat mollem et lenta r.* Quod verum non est: nam Donatus *lentam radicem* explicat mollem. (*et* abest a cod. 7. edit. Vinar., *et* et *in* a Serv. Dresd. et Lips. obl., solum *in* a Dorph. I. II. Lips. alt. et codd. 1. 6. 8. edit. Vinar.; habent *in* Palat. et 2.; praeterea *lentam rad.* cod. 7. edit. Vinar.; ceterum ante *fixam* interpungitur in Medic. Mihi quidem legendum videtur *fixam lenta radice tenebat*, ut subiectum sit *oleaster*, quod repetas licet ex praegressis particulis *Hic* et *huc;* nam si iungis *impetus tenebat*, non poteris carere copula. Sed haec res quum tota pendeat e codicum auctoritate, Heinsius autem ignorare nos voluerit, quid in suis legerit, nihil ausim decernere. *Wr.*) 777 *tuaque* sec. Rottend. 778 *vestros colui* Goth. tert. 779 *ferro fecere profanos* duo Rottend. Zulich. et pro var. lect. Gud. Saltem hoc interpretationem iuvat. Sed hic miror Maroni non tenuem et exilem visum versum, inprimis in hoc: *fecere profanos*, pro, profanarunt. Paullo ante ad v. 775 notatum erat in Servianis: humiliter quibusdam visum dictum: *prendere cursu.* (Accipit robur ac nervos hic versus ex opposito *colui vestros si semper honores*, ut recte iudicat Iahnius ad VIII, 677. *Wr.*) 781 *Iamque* Hugen. *lento stirpe*, cf. Pier. et sup. v. 208. 782 *potuit* Leid. *discurrere* Medic. a m. pr. et Gud. pro var. lect. *discindere* Ven. *convellere* qu. Moret. et Dorvill.

cra erat arbor. 771. *puro campo*, vacuo, non impedito. Sic Gr. καθαρὸς χῶρος, ut Iliad. ψ, 61. Passim mos loquendi illustratus a viris doctis, v. c. ad Ovid. Fast. III, 582. 772. *hasta stabat*, ex iactu sup. 711. 774. 775. Eadem in hasta Achillis convellenda opera ponitur ab Asteropaeo Il. φ, 184 sqq. 778. *colui — honores*, ut: sacra colere, religiones colere. 781. 783. quam ornate:

Digitized by Google

Rursus in aurigae faciem mutata Metisci
Procurrit, fratrique ensem dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci Nymphae indignata licere,
Adcessit, telumque alta ab radice revellit.
Olli sublimes, armis animisque refecti,
Hic gladio fidens, hic acer et arduus hasta,
Adsistunt contra certamine Martis anheli.
Iunonem interea Rex omnipotentis Olympi

784 *conversa* Zulich. Ven. et duo Rottend. cum Medic. a m. sec. (e vs. 623.; et *conversa* in Mediceo *v* habet recentioris formae. *Wr.*) *mentita* nonnulli apud Cerdam, non constat, qui. 785 *tradit* alter Hamb. 787 *ab* abest Parrhas. *revulsit* Ald. (prima et sec.) ap. Burm. 788 *animis armisque* Parrhas. vide sup. II, 799. (*recepti* Serv. Dresd. *Wr.*) 790 *Adsistunt contra certamina*: Velim Heinsium, qui hoc reposuit, etsi iam Commelinum e Palat. idem recepisse video, vel Burmannum exposuisse, qua ratione hoc dictum sit. Exhibent utique hoc Medic. (nam Romanus hic mancus est) Mentel., ceterique Heins., sicque edd. vett. Ed. pr. Burm. Venetae nostrae 1484. 1486. Hinc aliae, ut Norimb. et Veneta 1495 etc.; item Egnatii recensio: *Insistunt contra certamina*: quod rationem habet. Sic sup. Ge. III, 164 *viamque insiste domandi.* Rationem habet quoque alterum, quod verum esse arbitror, quodque Servius alios legere ait, *Adsistunt contra certamine*: Sic *staro*, *adstare*, παραστατεῖν, *adsistere*, de certantibus, ut sup. XI, 710. *contra*, ἀντίον, ἄντην. Atque hoc exhibent Menag. et Sprot. cum Goth. tert., ita quoque edidit Ald. statim in pr. ed., quod sequuntur alii, ut Steph., alii e vulgatis *Insistunt contra certamine*, quod Paullus Manutius intulisse videtur, vel *Insistunt contra certamina*, quod Egnatium dedisse diximus; tum repetiit Palmann. et hinc vulgg. Tandem *Adsistunt contra in certamine* Hugen. *in certamina* pr. Moret., doctius utique, ut sit *Adsistunt in certamina*, in pugnam; quod equidem ceteris praeferam, si librorum auctoritas satis gravis adest. Sed *Adsistunt certamina*, aut *contra certamina*, equidem quomodo interpreter non habeo, adeoque revocavi vulgatam antiquiorem. (In similia vitia conspirant codices alibi, ut IV, 98. IX, 486. *Wr.*) Iunxi quoque *adsistunt certamine Martis*, ut *anheli* ornet; non, *adsistunt contra*, *certamine Martis anheli.* (Sed vellem docuisset Heynius, recte ita dici *adsistere certamine. Wr.*)

non potuit evellere hastam. *lento in stirpe*: quod 773 *lenta in radice. discludere morsus roboris* eiusdem radicis seu trunci, qui ferramentum hastae arcte amplexus erat, ut difficile esset ad solvendum. Sic *mordet fibula.* 785. Facit Iuturna, quod Pallas in Achillis gratiam Il. χ, 267. 789. *arduus*, ut alias, elatus animo, fidens, audax. (minime! sed vid. V. L. ad VIII, 299. *Wr.*) Sic sup. *altus Aeneas. sublimes armis* iungunt alii: male hic. 790. v. Var. Lect.

791 seqq. Novo invento poeta nos, cum iam pugnam Turni et Aeneae instaurari expectamus, avocat, et animos suspensos tenet deorum consiliis interpositis. 791. Hoc fere modo Odyssea ad finem properat ω, 471 seqq. *omni-*

Digitized by Google

Adloquitur, fulva pugnas de nube tuentem:
Quae iam finis erit, coniunx? quid denique restat?
Indigetem Aenean scis ipsa, et scire fateris,
Deberi coelo, fatisque ad sidera tolli. 795
Quid struis? aut qua spe gelidis in nubibus haeres?
Mortalin decuit violari volnere divum?

797. MORTALIN'

792 *pugnam* Bigot. *vidientem* Medicens Pierii. 793 *Qui* Leid. *Quis* pr. Hamb. *erat* sec. Menag. (cum Serv. Dresd. *Wr.*) 796 *gaudis* Goth. tert. pro *gravidis*. *in montibus* Oudart. et Zulich. a m. pr., merus lapsus librarii; ne quis putet, cum ratione dictum e v. 133 sqq. Nam et ibi Iuno ad caelum redit v. 159. 797 Debet scribi *Mortali'n* pro *Mortali an*; ut supra monitum. (minime! vide omnino V. L. ad VI, 780., ubi etiam causa omissae apostrophi reddita. *Wr.*) *Mortali* ed. Ven. Burm. cum Goth. sec. et tert. *Mortalem* legitur in marg. ed. Ven. Scoti 1544, non mala emendatio viri docti, qui in sententia haerebat; nam hoc utique indignum: vulnere divum, h. divorum, mortalem peti, violari. Video nunc esse eum virum doctum Benedictum in ed. Flor. 1520, cuius verba adscribam: „In vetustis et fide dignis codd. legitur *Mortalem decuit*; quod magis placet; etsi Servius *Mortalin* legat. Sensus erit: o Iuno, *decuit mortalem*, hoc est Aeneam, *violari vulnere divum*? i. feriri manu dearum, hoc est Iuturnae, quae dea est; q. d. minime. Et hoc dicit Iupiter, ut Iunonem inceseret, criminareturque, quod impulerat Iuturnam ferire Aeneam. Ad quod paullo post se expurgans respondet Iuno: *Iuturnam fateor* etc. v. 813 sqq." Scilicet sic statuendum, vulnus Aeneae sagitta ignotum unde allapsa (sup. 318 sqq.) Iuturnae tribui a Iove. Quod si statuas et inf. 813 sq. verba Iunonis compares, lectionem *Mortalem* valde arridere non inficiabere. Contra id, quod nunc in libris legitur, difficultatem haud dubie facit, si *mortale vulnus* communi significatu accipiendum est, ut sit vulnus mortalis, seu a mortali illatum: quid enim in eo mirum, si Aeneas, futurus deus, nunc tamen homo, a mortali, ab homine, telo petebatur, cum is in media pugna versaretur? cum Turno congrederetur? Itaque inducor, ut credam, Maronem primum h. l. ausum *mortalem* pro letali dicere: quod ad analogiam tot aliorum similium, v. c. letalis, fit praeclare; etsi Serv. damnet, et Burm. recte moneat, esse usum vocis sequioris aetatis. Sed haec ipsa, quae seriores scriptores sibi permittunt, omnia fere a poetis primum profecta sunt. Ita tandem sententia digna poeta exit. Erat utique quod miraretur Iupiter, Iunonem, cum sciret ipsa Aeneam immortalem futurum, tamen putasse se assequuturam hoc, ut ille

potentis Olympi. s. pro deorum omnipotentium, s. in quo dii omnipotentes habentur. cf. sup. ad lib. X, 1. 794. 795. fatale esse, ut Aeneas deus Indiges, ἐγχώριος, sit, scis ipsa. cf. VII, 313. Nota loca Liv. I, 2 f. Tibull. II, 5, 45. 46 seqq. *fatisque ad sidera tolli* ex Enniano: *Unus erit, quem tu tolles ad sidera caeli,* quod usurpavit Ovid. XIV Met. 814. Hinc mox Iuno v. 819 subiungit aliud quid, quod non fati necessitas imponat. 797. 798. 799. Prior versus spectat ad id, quod paullo ante vulnus inflictum

Digitized by Google

Aut ensem (quid enim sine te Iuturna valeret?)
Ereptum reddi Turno, et vim crescere victis?
Desine iam tandem, precibusque inflectere nostris; 800
Nec te tantus edat tacitam dolor, et mihi curae
Saepe tuo dulci tristes ex ore recursent.

telo percussus vulnere letali occideret. Adscribendus adeo hic locus iis, in quibus poeta novasse aliquid dicendus est, ne ineptae orationis crimine oneretur. (Indignum erat, quod dolo Iunonis, Aenean divinitatis consortem futurum non ignorantis, factum est, ut is a mortali vulneraretur. Itaque sane *Mortalin* legendum; id quod clarius etiam apparebit, tota oratione ad pedestris sermonis consuetudinem conformata. Ita enim loquentem poeta facit Iovem: „Quum ipsa scias et fatearis, esse in fatis, ut Aeneas in deorum numerum recipiatur, non decuit subornari a te mortalem, a quo ille, deus futurus, vulneraretur.“ Iam si *Mortalem* legas, ipse videris, quam apta sit illi protasi talis apodosis: „non decuit, mortalem vulnerari a deo.“ *Wr.*) 798 *Haud e.* Reg. 799 *Erectum* Goth. tert. *et* deest Bigot. 800 *que* abest Dorvill. 801 *tacitus* Leid. (*Ne* Medic., ex sono subiectae vocis *te* ortum; vid. V. L. ad XI, 609. *Wr.*) *edit* Diomedes legerat, sicque Gud. a pr. m., quod copiose illustrat Heins. ex vetere forma: edim, is, it. *ne mihi* Dorvill. (Bothius corr. *ut mihi*. *Wr.*) 802 *tristi* pr. Hamb. pro var. lect. *τοῦ dulci*. Male; et similis

erat Aeneae. Ambiguum esse potest, sintne iungenda *vulnere divum*, deorum; ut sit, *vulnus a deo illatum;* ita *vulnere mortali* dictum erit nova acceptione pro vulnere mortifero; an *divum*, quarto casu acceptum, *deum* aliquem violari *vulnere mortali*, a mortali illato. Nunc *deum* accipies aliquando futurum, Aeneam. Ita vero argumentatio est valde levis: indignam rem esse, *divum*, futurum deum, *mortali vulnere*, hoc est, *a mortali illato* esse ictum. Immo vero vis argumentandi requirit hoc: *a deo mortalem vulnerari indignum est.* Iunonis fraude per Iuturnam (vs. 814) illatum erat vulnus Aeneae, et hactenus *vulnere divum* violatus erat *mortalis.* Apertior utique sententia esset, si scriptum foret *mortalem:* v. V. L. (et quae ego ibi scripsi. *Wr.*) *victis*, pro victo: ex decoro poetici sermonis, ne in vulgari haereret; quod toties vidimus etiam in hoc enallages genere. Alia vis nulla inest. (Non idem significat *victis*, quod *victo;* saepe enim pluralis numerus ita ad unum refertur, ut indicetur, qualis is sit, s. qua versetur in condicione; itaque *victis* est i. q. ei, qui pro victo iam habendus. Sic de uno Prometheo Aesch. Prom. vinct. 67.: „σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς, τῶν Διὸς τ' ἐχθρῶν ὕπερ στένεις.“ i. e. de tali, qui est adversarius Iovis. Nos id exprimimus per articulum indefinitum: *einem besiegten;* contra *victo* esset: *dem besiegten.* Alia exempla vid. apud Gataker. Opp. p. 351. vid. etiam Not. ad vs. 876. et 947. *Wr.*) 801. *Nec te*

Digitized by Google

Ventum ad supremum est. Terris agitare, vel undis,
Troianos potuisti; infandum adcendere bellum,
Deformare domum, et luctu miscere hymenaeos;
Ulterius tentare veto. Sic Iuppiter orsus;
Sic dea submisso contra Saturnia vultu:
Ista quidem quia nota mihi tua, magne, voluntas,

forma apud Tibullum notata: *Edidit haec dulci tristia verba sono. tristes dulci* Goth. tert. *recursant, recusant, recusent* (hoc et Medic. a m. pr.), *recurrent*, aberrationes apud Burm. 803 *est* deerat Ven. *Ventum est ad summum* Leid. 808 *quod nota* Sprot. *mihi est tua* Parrhas. *tua magna voluntas* perpetua lectio edd. vett., tum Ald. sec. et hinc profectarum. *magne* reposuit Paullus Manutius, hinc aliae, Commelin. Steph. Pulmann., idque Pierii codd. et Medic. cum aliis Heins. firmarunt: et ex Goth. sic sec. ac tert. *tua celsa v.* ed. Ald. pr. Iunt.

edat dolor: alias: animum tuum; ut Iliad. ζ, 202 Ὃν θυμὸν κατέδων et alia. In sqq. turbatur ab Intpp. Putatur esse adversativa propositio; *et mihi curae saepe tuo dulci tristes ex ore recursent*, immo defer ad me curas ac querelas saepe. Sic fere Cerda; ita vero oratio friget. Enimvero est reiteratio antecedentis enuntiationis: *nec* toties me querelis tuis fatiges. Fraus est facta in eo, quod *et* subiunctum est, cum negativa *nec* repetenda esset. Atqui hoc novum non est. Sic inf. 825 *aut* pro *nec*. Et sic saepe. Etiam hoc exemplo Homeri: μὴ —ἠδέ. (vid. Q. V. XXXVI, 8. et Burm. ad Ovid. Met. III, 492. Hand. Tursellin. Vol. II. p. 499 et 536. Iahnius, repudiata Heynii interpretatione: „Sunt, inquit, haec verba Iovis blandientis et Iunonem ad loquendum excitare studentis.“ At, puto, vix est probabile, rogasse hoc Iovem ab uxore, litigiosa quippe et ultro saepe aures mariti obtundente querelis et obiurgationibus. Nec repugnat, quod praecessit, *tacitam;* nam ut erat huius deae ingenium, solebat perpetuis curis animus eius morderi, nec, quam semel conceperat, iram facile deponere; at quorum talis est mos, ii non semper evomunt iram, sed multum etiam taciti carpuntur aegritudine. *Wr.*) *recursent*, ut Aen. I, 662, iterentur. 803. *Terris agitare vel undis.* Consilia Iunonis: primum per tempestatem immissam, sup. I, 37 sq., alterum *infandum accendere bellum* etc. sup. VII, 286. 315. 316. Tertium ad Laviniae nuptias cum Aenea pactas et Iunonis artibus turbatas spectat: *Deformare domum*, scil. luctu, maxime ex Amatae suspendio, quocum squalor ac deformitas coniuncta. *Deformem dolorem* Lucanus dixit lib. VIII, 81, et *deformis aegrimonia* ex Horatio nota.

808. 809. Hoc non respicere potest ea, quae hoc libro de Iunonis descensu in montem Alba-

Digitized by Google

Iuppiter: et Turnum et terras invita reliqui.
Nec tu me aeria solam nunc sede videres
Digna indigna pati; sed flammis cincta sub ipsa
Starem acie, traheremque inimica in proelia Teucros.

811. IPSAM 812. ACIEM

809 *invisa* Menag. pr. *relinquo* aliquot apud Burm. cum trinis Goth. 810 *Nec me tu* alter Menag. *aeriam* Dorvill. *sub nube* Parrhas. et pr. Hamburg. pro var. lect. *sub sede* alter Menag. 811. 812 *sub ipsam — aciem* e Medic. Sprot. et Hamburg. sec., tamquam elegantius, refinxit Heins. pro vulgato: *sub ipsa acie*; nisi quod sec. Rottend. et Dorvill. cum binis Goth. *ipsam acie*, et Parrhas. *ipsa aciem.* (Medic. *sub ipsam Stare aciem*, unde suspiceris ab oscitante librario literam *m*, quae Verbo adiicienda erat, temere ad nomina adiuncta translatam esse. Atque etiam, si *Starem* scripsisset, facile fieri poterat, quod saepissime factum vidimus, ut sonus vicinorum verborum, *Starem*, *traherem*, corrumpendis proximis vocc. locum daret; cfr. V. L. ad XI, 609. At quod est gravissimum, *stare sub aciem* soloece dicitur. Non memini ullum apud probatae quidem Latinitatis auctores exstare exemplum praepositionis *sub*, quietem indicantis, cum quarto casu iunctae. Nam si qua proferuntur, ea corrupta sunt, ut Ovid. Met. I, 189.: „Flumina, sub terras Stygio labentia luco." Sil. Ital. VI, 150.: „Sub terras *specus*" Utrobique scribendum *terra*; nam *s* e proximo voc. adscita est; vid. V. L. ad Ge. III, 444. Aen. X, 329. 411. 476. et saepe alibi; idem factum apud Tacit. Hist. V, 11.: „Iudaei sub ipsos muros struxere aciem;" repone *ipso muro*; quamquam, si non appareret *muros* ultimam literam traxisse e verbo subiecto, per Graecismum explicare hanc structuram liceret. Nihil curo Priscianum aliquem, *sub* cum quarto casu contra regulam iungere solitum; vid. Wernsdorf. ad eius Perieges. vs. 892. Poet. Lat. Min. T. V. p. 394. Sed redeamus ad ipsum Virgilium. Is igitur quum sexcenties usus sit hac praepositione, certo ubique discrimine vel quartum, vel sextum ei casum subiunxit, ut hic quietem, ille motum significet. Recto igitur usus iudicio de re facta Aen. I, 100.: „ubi tot Simois correpta sub undis Scuta virum galeasque et fortia corpora volvit;" contra de re futura VIII, 538.: „quam multa sub undas Scuta virum — volves;" illic iam demersa et subeundis latentia, hic in undas olim devolvenda significantur. Recte idem VI, 342.: „medioque sub aequore mersit;" nam et *in aequor* et *in aequore mergi* dicitur. IX, 502.: „sub tecta reponunt;" nam etiam *reponere in locum* Latinum est. X, 347.: „ferit eminus hasta Sub mentum;" nam in eminus fe-

num, et, acceptis Iovis mandatis, ad Olympum reditu fuere narrata sup. vss. 133. 159. 160, sed ad locum lib. IX, 802 sqq., ubi Iris a Iove missa Iunonem vetat pugnae interesse. 810. *Nec tu*, scil. nisi hoc ita se haberet. (vid. V. L. ad Ge. III, 562. — 811. „*Digna indigna pati*: i. e. omnia; et proverbialiter dictum est." Haec Serv. Similiter *aequa iniqua*, *fanda infanda*. *Wr.*) 811. 812. Starem in acie *flammis cincta*: ad terrorem dictum puto, ut flamma in Troianos saeviat, uti quis ferro ignique grassari dicitur. Nisi nube ignea circumdata in pugnam prod-

Digitized by Google

Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri
Suasi, et pro vita maiora audere probavi;
Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum;
Adiuro Stygii caput inplacabile fontis:

riendo latet iaciendi notio. Et II, 442.: „postesque sub ipsos Nituntur gradibus," i. e. ad ipsos postes; sic alibi quoque *sub* de loco superiore i. q. *ad*, ut II, 460.: „Turrim sub astra Eductam;" cfr. etiam IV, 494. 504. VIII, 24. et V, 853.: „oculos sub astra tenebat." Denique etiam in temporis notatione aliud est *sub noctem*, aliud *sub nocte*, et quae sunt similia; illud enim est *ad noctem*, ὑπὸ νύκτα, sicut *sub vesperam*, ἀμφὶ δείλην; hoc autem i. q. tempore noctis, dum nox est, τῆς νυκτός. Aen. I, 662.: „sub noctem cura recursat;" aguntur ea, quae ibi narrantur, ante coenam; cfr. etiam Ge. I, 478.; sic *sub lucem* Ge. I, 445. III, 402. Aen. VI, 255. *sub tempus* Ge. III, 123. *sub Arcturum* Ge. I, 67. *sub extremum brumae imbrem* Ge. I, 211. *sub auctumni frigora* Ge. II, 321. Contra Ecl. IX, 44.: „pura solum sub nocte canentem;" adde Aen. IV, 527. VI, 268. VII, 16. 87. X, 497. *sub sole* I, 431. Ecl. II, 13. *hoc sub casu* Aen. IV, 560. i. e. talia dum parantur. Idem discrimen alios quoque probos scriptores constantius, quam vulgo existimatur, servasse intelligetur, quum, quae corrupta sunt, emendata fuerint; nam *sub lucem* quam facile in *sub luce*, et alia similiter, mutari potuerit, sponte apparet. Saepe etiam ultima accusativi litera *m* omissa est ante vocalem, idque non solum in vincta, sed etiam in soluta oratione. Verum hoc nihil pertinet ad eum locum, cuius emendandi causa hanc disputationem instituimus. Revocavi, quod dudum factum oportuit, *ipsa acie. Wr.*) 813 *fateor misero* tres Burmann. et apud Macrob. VI, 6, incondito ad aurem sono. *fateor miseram* Dorvill. 815 *ut ostenderet* alii olim ad Serv. (*m* in *arcum* transfossa est in Medic., ut ita verba struantur: *ut tela arcu contenderet*; quod friget propter repetitum *non ut*. *Wr.*) 816 *implicabile* Leid. (item Serv. Dresd. *Wr.*) *intractabile* Montalb. *insatiabile* Zulich.

ire voluisse dixeris: quod an usu poetarum probetur, haud novi. Fulminis usui locus vix est. Supra lib. II, 613 Iuno ferro accincta Achivos vocat a navibus, Pallas autem nimbo cincta arcem insidet. (*flammis cincta*, puto, utraque manu facibus armata; vid. Not. ad X, 131.; Bellonae facem tribuunt Sil. V, 221. Stat. Theb. IV, 5.; nisi forte ipsi dii irati toto corpore ardere veteribus interdum visi sunt, quod colligas e Sil. Ital. XII, 727.: „Mirantem Superum vultus et flammea membra." *Wr.*) *trahe-*

remque Teucros inimica in praelia: simpl. accipio pro, Teucros aggrederer: nam qui aggreditur, pugnare secum alterum cogit trahitque in pugnam. Verborum enim ordo non admittit alterum: *trahere praelia in Teucros*, ducere copias adversus Troianos. 813. 814. Respicit sup. 138. 152. Oratio est fere pedestris: sed observa, quomodo eam vel sic a vulgari deflexerit; cum esse deberet: Suasi Iuturnae, ut etc., quod et Macrob. VI, 6 monere voluit. Probavi eam audentem maius aliquid pro vita fratris. In

Digitized by Google

Una superstitio superis quae reddita divis.
Et nunc cedo equidem, pugnasque exosa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:
Cum iam connubiis pacem felicibus, esto,
Conponent, cum iam leges et foedera iungent:
Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri iubeas, Teucrosque vocari;
Aut vocem mutare viros, aut vertere vestem.

825. VESTIS

817 *Vana* Parrhas., perperam. conf. Not. Aliter sup. VIII, 187. 818 *que* abest Dorvill. *exorsa* Ed. Ald. tert. 819 *quod n. f. te l.* Goth. tert. *tenentur* Mentel. pr. a m. pr. 821 *infelicibus* Vratisl. 822 *Componant* Parrhas. *Componet* Goth. tert. *leges ad foed.* sec. Rottend. 823 *Nec* Ed. pr. Burm. Goth. tert. 824 *Ne* Parrhas. *Nunc* Serv. ad lib. I, 148. *iubeas fieri* Goth. tert. 825 *vestem* Medic. et Rottend. sec. ac tert. (etiam 7. 8. et Lips. obl.; et quum cod. 8. fere cum Romano consentiat, verisimile est, eandem fuisse huius quoque libri, in quo desunt vss. 759—867., lectionem; nec dubitarim, quin *vestem* etiam ex aliis codd. enotatum fuerit, si accuratius inspecti essent. Singularis *vestis* aut unam vestem, aut, ut h. l. et VII, 167. VIII, 723., universum vestitum cultumque denotat; Pluralis contra aut plura quaedam vestimenta, ut Aen. III, 483. VII, 349. XII, 769. VI, 221. coll. XI, 72. Ge. III, 363., aut stragulae vestis quandam copiam, ut Ge. II, 464. Aen. I, 639. IV, 648. V, 112. etiam, ut videtur, VII, 248. Sed pro Plurali non raro Singularis substituitur, ut Aen. II, 765. IX, 26. 614. et saepius. Itaque consultius duxi restituere, quod ab optimo codice commendatur, *vestem*. Neque recte laudabis pro tuendo Plurali V. L. ad Ecl. IX, 9.; qua

his ac similibus Virgilianam orationem dignoscere licet. 816. 817. Res per se notissima: sed ornatum est egregie *caput fontis Stygii* pro simplici Styge. *Una superstitio*, h. quae maxima iurisiurandi inter deos est religio: iusiurandum sanctissimum. Male argutatur Servius, et cum eo alii. Est enim idem ac si Iuno diceret, obstringo me iureiurando sanctissimo. *est reddita*, pro facta est, adeoque, quae est, nihil amplius. *Superstitio* pro religione et metu ex ea profecto satis frequens. Sic fere Iliad. o, 37. 38 ὅχτε μέγιστος Ὄρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν. 820. *pro maiestate tuorum*. Bene Serv. „Respexit ad Saturnum, qui in Italia aliquando regnaverat; inde ait *tuorum*; nam et Latinus inde originem ducit: sup. VII, 48. 49." 822. *leges* sunt foederis conditiones. 823. cf. ad sqq. Exc. III ad hunc lib. XII. Argute poeta, si quid aliud, rem facti iam ad deorum voluntatem retrahit. Nam mansit nomen Latinorum: mansit sermo Latinus, vestitus Latinus: nec Troiani coloni quicquam in his immutarunt. Verendum autem erat, ne gens Latinorum victa in nomen victorum

Digitized by Google

Sit Latium, sint Albani per saecula reges,
Sit Romana potens Itala virtute propago;
Occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.
Olli subridens hominum rerumque repertor:
Es germana Iovis, Saturnique altera proles:

830. Et G. PROLES,

de re alio dicetur loco ac tempore; neque dictionem illam *vestem mutare s. vertere* ad solum luctum, sed ad quamvis mutationem vestis spectare, vel Lexica docebunt. *Wr.*) 826 *Sint Latii* Goth. tert. 828 *sidas* Medic. a m. pr., unde Heins. electo *que* facit: *occiderit, si das. o, licet cum* Goth. tert., ex interpretatione. Occidit Troia, et sit ita, occiderit adeo cum ipso nomine. tum *sine nomine* Vratisl. *cognomine* Bigot. 830 *Es* Mentel. pr. et Hugen. *Es* duo Goth. Erf. et edd. vett. nostrae omnes; sic quoque Aldd. Fabric. Dan. Heins. *Et* non nisi in Ven. Scoti 1544 video exhibitum. *O germana* complures codd. Burm. et edd. habere ait; sed videtur vitio factum, cum vellet idem docere, *es* passim occurrere. (Equidem non mirer, si qui codd. habeant *O germana*; vid. X, 607., ad quem locum infra redibitur. *Es* exstat in ipso Mediceo, eamque omnium codd. lectionem esse, probat tum librorum typis exscriptorum fides, tum Pierii Heinsiique silentium; et hunc *Es* in suis codd. invenisse, persuadent etiam ea, quae scripsi in V. L. ad IV, 529.; *Es* exstat apud Servium, tum in codd. Dorphii omnibus et Lips. utq. Itaque *Et* operarum errore in Nic. Heinsii editionem, hinc in reliquas illa recentiores illatum videtur. Ac prorsus ineptum est *Et* ad sententiam; neque enim intelligitur, quorsum hic tam specioso titulo Iunonem ornet Iupiter; quasi non deceat Iovis sororem filiamque Saturni tantopere irasci; nisi forte Iovem ac Saturnum tam mitia esse putes numina, ut numquam excandescant. Longe aliter comparata sunt, quae leguntur I, 46.: „Iovis et soror et coniunx;“ et, quae ipse Iupiter σκώπτων loquitur X, 607.: „O germana mihi atque eadem gratissima coniunx;“ cf. etiam Sil. Ital. XVII, 366. At plane egregium *Es*, modo emendes interpunctionem; sic enim haec constituenda: „Es germana Iovis Saturnique altera proles · Irarum tantos volvis sub pectore fluctus!“ Iam voc. *tantos* explicandi habet vim, ut V, 404.: „Obstupuere animi: tantorum ingentia septem Terga boum plumbo insuto ferroque rigebant;“ i. e. nam septem maximorum boum terga; sic Ge. I, 449. *tam multa*, i. e. nam plurima; adde Aen. V, 802. IX, 132. XI, 548. Catull. III, 15. et exempla e Graecis scriptoribus ab Elmsleio congesta in *Edinburgh Review* 1810. Nr. XXXIII. p. 240. sq. Inde haec efficitur sententia: „Agnosco Iovis germanam Saturnique alteram prolem; nam maximos irarum fluctus volvis;“ sive: „Probas te Iovis germanam

cederet, ut fere fieri solitum. Laudant Intpp. Sallustii verba Iug. 21 f. *Victi omnes in gentem nomenque imperantium* (Numidarum) *concessere*. 827. Sint Romani potentes, sed tamquam Itali, non tamquam Troiani; ut Italorum virtutem referre videantur, non Troianorum. Ceterum totum hunc locum ad lyricos numeros transtulit Horatius in regia Oda lib. III, 3, inprimis v. 30 sq.

830. Tu, cum sis germana Iovis soror, tantas iras in mortales exercere potes? Ut sup. *tantaene animis caelestibus irae*? ut ne nomen quidem gentis exosae

Digitized by Google

Irarum tantos volvis sub pectore fluctus!
Verum age, et inceptum frustra submitte furorem.
Do, quod vis; et me victusque volensque remitto.
Sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt;
Utque est, nomen erit; commixti corpore tantum
Subsident Teucri. Morem ritusque sacrorum

831. FLUCTUS?

Saturnique prolem, quod tantos irarum volvis fluctus;" quippe uterque, et Saturnus et Iupiter, saevus et iracundus. Altera autem proles Saturni non videtur secundo partu editam significare, sed Iovis respectu ita dici, qui ipse erat proles Saturni. Ceterum nescio an Virgilius, si *Et* vera esset lectio, scripturus fuerit *Tantosne irarum*, quod miranti aut indignanti convenit; vid. V. L. ad III, 319. coll. etiam Aen. I, 11. 132. *Wr.*) *Saturniaque* Mentel. pr. a m. pr. 831 *tantum* Medic. (Foggianus *tantos* dedit, sed *volvi* a m. pr.) *volves* tert. Mentel. Leid. *volvit* Serv. ad IV. Aen. 377. *volvens* Ed. Ven. Burm. 833 *Dic quid* Leid. *qua vis* Bigot. (*quo v.* Medic., sed superscripta *d. Wr.*) *nam me* alter Hamburg. 834. 835 *moresque tenebunt Usque*: *est n.* Paris. *commixti corpore tanto* reposuit Heinsius; et illustravit exemplis, opportunis, importunis, *corpus* de universa rep., populo, civitate, imperio, exercitu dici, ad vulgarem comparationem corporis et membrorum hominis. Sic sup. XI, 313 *toto certatum est corpore regni.* Itaque sunt h. l. Teucri commixti cum *toto* populo Latinorum. In quo facile sentis *toto* otiosum esse. Pessime ad concubitum traxit Cerda cum aliis τὸ *corpore commixti* et *subsident.* Enimvero veterum, et hinc omnium, quas vidi, edd. lectio est: *commixti* vel *commisti corpore tantum.* Eandem firmat Medic. cum aliis codd. Pier. et Heins. Erf., item Serv. ad I Aen. 249, nec, cur *tantum* mutare necesse fuerit, video. Nam sensus: *Tantum Teucri subsident, commixti corpore*, cum populo Latinorum: tantum transibunt in nomen eorum; nulla alia rerum mutatio fiet. Mediceus Pierii et Porcius, tum Parrhas. Montalb. Hamb. pr. et Goth. tert. *commixto corpore* exhibebant; sed *commixti* elegantius. Romanus autem *commixti sanguine tantum.* At *tanto* in nullo legitur praeterquam in uno Pierii *commixti sanguine tanto*; et *commixti corpore tanto* in pr. Menag. et tert. Mentel., et *commixto corpore tanto* Goth. tert. 836 *Teucris* Goth. sec. *sacrorumque* Bigot.

ferre possis. Male argutantur Grammatici. (At vide nunc V. L. ad hunc vs. *Wr.*) 832. iram perperam susceptam, conceptam. 833. *me remitto*: dictum ut: remittere animum, ab ira. Remittit, qui mollescit adeoque concedit: nec amplius *contendit.* Uti se remittunt ea, quae laxantur, solvuntur. *Ausonios* et hic et aliquoties, VII, 233. XI, 253. X, 105, itidem ut *Ausonidas*, dixit pro Ausonibus, ut poeta: Graecorum exemplo, etiam in appellativis, ut παρθενικὴ sc. κόρη pro παρθένος. 835. 836. Permixti cum Latinis Troiani comprehendentur, delitescent, late-

Digitized by Google

Adiiciam, faciamque omnis uno ore Latinos.
Hinc genus Ausonio mixtum quod sanguine surget,
Supra homines, supra ire deos pietate videbis;
Nec gens ulla tuos aeque celebrabit honores. 840
Adnuit his Iuno, et mentem laetata retorsit.

838. GENUS,

morem hic proprie dictum esse de ritu religioso, laudato versu, notat Macrob. III, 8. (— 837. *omnes* a m. sec. Medic. Ceterum videntur haec ita iungenda esse: *Subsident Teucri, faciamque omnis u. o. L.*, ut reliqua *Morem — Adiiciam παρένθετα* sint. Praeterea pro *Adiiciam* nescio an Virgilius scripserit *Adiicient*. Sed significasse haec satis habeo; nondum enim mihi de toto hoc loco liquet. *Wr.*) 838 *Hinc g. Ausonium, mixto quod* Goth. pr. *mixtum cum s.* Parrhas. (Delevi comma post *genus* positum; iungendum enim: *quod hinc surget genus. Wr.*) 839 *Ultra homines* alter Hamb. a m. pr. *pietate iubebis* Leid. (— 841. *laeta r.* Serv. Dresd., eadem est prior Medicei lectio. *Wr.*)

bunt sub Latinorum nomine. vid. Var. Lect. *Subsidere* de iis, quae in commixtione infimum locum occupant, ut in elementis terra subsidit. Supra V, 498 de sorte: *galeaque ima subsedit Acestes.* Nunc *tantum* hoc fiet, ut etc. 836. 837. *Adiiciam.* Sacra tantum ac religiones Troianorum adiungam Italicis, Penates Latio inferentur, cf. sup. 192, faciamque, ut uterque populus Latini sint, adeoque ὁμόγλωσσοι. (vid. V. L. ad hunc vs. *Wr.*) 839. *supra ire deos pietate* non est urgendum: significat tantum praestantiam summam in hoc genere. Tenendum idem in innumeris locis, ubi quaecunque excellunt et praestant aliis, non modo paria diis ac divina esse, verum etiam superare deos dicuntur. Ita hominum sermo fert, multo magis priscorum ac rudium. Nam etsi h. l. ad deos minores vel heroes referunt, tamen nec horum pietas in deos maiores usquam, si bene memini, celebratur. (Recte Heynius. Catull. LI.: „Ille mi par esse deo videtur, Ille, si fas est, superare divos, Qui sedens adversus identidem te Spectat et audit Dulce ridentem.“ Silius I, 611.: „aequantem Superos virtute Senatum.“ idem VI, 123.: „numine nullo Inferior“ Regulus; adde ibid. vs. 416. XIII, 722. *Wr.*) 840. Iunonis sacra in Ovidii Fastis, templa apud Donatum aliosque in descript. Romae quaerenda. Revocanda autem in animum sup. III, 435 seqq. 841. *mentem retorsit*, inflexit, mutavit. Comparant μεταστρέφειν νόον Iliad. o, 52, ἐτράπετο νοῦς, φρὴν et similia. Nec sane aliter commode te expedias. Alias malim iungere *mentem laetata.* Sic tamen *retorsit* absolute, sc. se, paullo durius dictum. (*mentem retorsit* ita dictum arbitratur Heinrich., ut dicimus *oculos retorquere*, mentem avertit a Latinis. At non desiit illa favere Latinis, sed laetatur, quod, quum vincat Aeneas, Latinum tamen regnum

Digitized by Google

Interea excedit coelo, nubemque relinquit.
His actis, aliud Genitor secum ipse volutat,
Iuturnamque parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur geminae pestes cognomine Dirae,

842. RELIQUIT 843. VOLUTAT:

842 *relinquit* Medic. cum plurimis aliis. Sollenne tamen poetae, motum, inprimis concitatiorem, praeterito tempore declarare. (Recepi *relinquis*; vid. Q. V. VII, 8.; nec ferri potest *reliquit*, quum haec *coelo excedere* et *nubem relinquere* verbis tantum, non re, differant. Revocavit etiam Iahnius, sed non admonito lectore. *Wr.*) Sed meo iudicio totus hic versus melius abesset: nisi ille aliter olim lectus fuit. Saltem post *retorsit* sequi debuisse videtur: *lumina, et e.* Ut solent dii in suorum morte. Ut sup. X, 473 Hercules: *oculos Rutulorum reiicit arvis.* Et ipsa Iuno sup. 151 *Non pugnam adspicere hanc oculis, non foedera possum.* Io. Schraderum coniicere video: *et vultum laetata retorsit.* (Tuentur hunc versum vss. 792. 810. Apparet, Heynium offendisse ad particulam *Interea*, quam ita interpretor: idque dum fit, excedit simul coelo. Erit fortasse etiam, qui *Interea* hic eo modo accipiendum putet, quo saepe *Interim*, ut fere valeat i. q. *tamen*, nostrum *indess*, *indessen doch*: adnuit Iuno; relinquit tamen coelum, ne scilicet Turnum occumbentem videat. *Wr.*) 843 *His dictis* Goth. tert. *secumque volutat* Dorvill. (Colon, quod erat in fine versus, in comma mutavi; vid. Q. V. XXXIIII, 3. *Wr.*) 844 *fratri* Hugen. *demittere* quatuor ap. Burm. *descendere* Goth. tert.

maneat. *Wr.*) 842. *excedit caelo;* quo igitur illa abiit, si caelo excessit dea? Erit *caelum* h. l. de ipsa nube accipiendum, unde illa spectabat pugnam, aethere pendens. cf. sup. 792. 796. 810. Inde illa abiit ad suum θάλαμον, cubiculum, quod Homerus memoravit Iliad. ξ, 166 sqq. cf. Exc. II ad hunc lib. XII.

843. Ingeniose novum rei expediendae modum excogitavit Virgilius. Nam sup. IX, 803 sq. Homeri exemplo in simili loco Irin miserat ad avocandam deam: nunc res erat varianda. Ut itaque Iuturna a fratre discederet, manifesto mortis instantis omine illa terretur. *dimittere:* vocabulum quidem sollenne in dimittendo exercitu, sed h. l. alio traductum, est enim: abstrahere, avocare, avertere.

845 sqq. Sit et hic locus pro exemplo variae artis et rationis, qua poetae fabulas antiquas, interque eas id inprimis genus, quod symbolicum et allegoricum ab origine fuit, tractant. De Furiis poetam agere, dubitari nequit. Sed cum earum sedes alias sint in Tartaro, saltem in Plutonis regia vel in aditu inferorum, ut VI, 280, nunc in Iovis illae vestibulo excubant. Servii h. l. et ad III, 209 commenta de triplici Furiarum potestate nihili sunt: uti nec illud satis probatum dedit Furias appellatas esse *canes Iovis;* quo nomine Harpyiae alias insignitae, ut Apollon. II, 289 Ἅρπυιας, μεγάλοιο Διὸς κύνας,

Digitized by Google

Quas et Tartaream Nox intempesta Megaeram
Uno eodemque tulit partu, paribusque revinxit
Serpentum spiris, ventosasque addidit alas.
Hae Iovis ad solium, saevique in limine regis,
Adparent, acuuntque metum mortalibus aegris, 850
Si quando letum horrificum morbosque deum rex
Molitur, meritas aut bello territat urbis.

849. HAEC

847 *Unum* Leid. *reduxit* Hugen. 849 *Haec*, aberratur. (Quo magis mirum, in ipso Heyniano contextu exhiberi *Haec*, quod vitium antiquiores quasdam inquinat editiones. *Wr.*) *saevoque* Leid. et Par. *ad limina* alter Menag. Oudart. Parrhas. 851 *horrificos morb.* Goth. pr. 852 *meritasque* Parrhas. *ac bello* Gud. (*urbes* Medic. *Wr.*)

et *Κῆρες* ibid. IV, 1666. cf. sup. lib. III Exc. VII de Harpyiis. Nam loca Aen. VI, 257, et Lucani VI, 733, perperam adducit aut potius adigit ad hanc notionem firmandam. Vide nunc hanc *canum* pro ministris appellationem docte illustratam in Ruhnkenii Epist. crit. p. 93, 94. Neque etiam alias Furias Plutoni, alias Iovi dare, sed poetica phantasmata variare voluisse putandus Maro. (Non novasse hac in re aliquid, sed alios auctores secutus mihi quidem videtur. — 843. *ipse*, vid. Q. V. XVIII, 2, q. *Wr.*) 845. *cognomine* pro, nomine. *Dirae* est nomen illarum pestium, h. exitiosarum dearum. Male Grammatici inverse tradunt: cf. inf. 865. Substitutae illae a poeta *ταῖς Κηρσίν*, quae memorantur quoque apud Quintum II, 509, III, 44. *Ἀραὶ* sunt ap. Aeschyl. Eumen. 420. *geminae — et Megaeram:* Docte sic variavit poeta, quod vulgo erat: Sunt tres Dirae. Tum unum tantum nomen ponit: etiam hoc poetam decebat. Alecto et Tisiphonen quis non facile supplet animo? *Noctis filias* Furias vel Eumenides etiam sup. VII, 331. VI, 250 ediderat; idem Aeschyl. l. c. 419. Quod *uno partu editas* facit, nescio an aliunde acceperit. (Scilicet multa hausit Virgilius ex fontibus dudum occlusis. Iam videtur poeta, veterem aliquam secutus fabulam, hoc dicere: ex tribus istis sororibus duas adparere ad Iovis solium, tertiam, Megaeram, in Tartaro habitare. Ita nec epitheton *Tartaream* displicebit, ut displicuit Heinrichio, nec Megaeram a Iove missam putabimus, quod Heynium facere videbimus. *Wr.*) 847. *paribus:* pro pariter, pari omnes modo. De alis cf. sup. VII, 561. *ventosas alas* novo epitheto, quod notionem magnitudinis alarum et concitati volatus habet: nam is ventum movet. 849. *saevi:* epitheton h. l. accommodatum rebus ac temporibus, quibus Furiarum ministerio utitur Iupiter, cum irascitur. *Apparent* vox propria, de ministerio, unde apparitores. 850. h. terrent mortales miseros.

Digitized by Google

Harum unam celerem demisit ab aethere summo
Iuppiter, inque omen Iuturnae occurrere iussit.
Illa volat, celerique ad terram turbine fertur: 855
Non secus, ac nervo per nubem impulsa sagitta,
Armatam saevi Parthus quam felle veneni,

853 *demittit* editum ubique, quantum video, ante Commelin., qui primus *demisit* e Palat. edidit, cui Pier. et Nic. Heinsii codd. adstipulati sunt. In nonnullis *dimisit*: pr. Moret. *dimittit*: tandem pr. Hamburg. *summo demisit Olympo.* 856 *a nervo* Exc. Burm. *a verno* Montalb. 857 *Armatus* Sprot. a m. sec. *Armavit* Goth. sec. *quam Parthus* Parrhas. Malim Codicem aliquem pro *Parthus* meliorem dare lectionem; nam illud vitiosum utique esse arbitror: Quid enim *Parthus*, *Parthus sive Cydon*, aut gravitatis aut suavitatis habeat? Non ignoro, tales iterationes et alliterationes occurrere apud poetas, ipsum Homerum et Virgilium; sed ubique vim aliquam habent, aut addunt aliquid tamquam pro compendio vel cumulo, v. c. Ecl. VIII, 55 *sis Tityrus Orpheus, Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.* at h. l. nihil eiusmodi video. Aut genus ponendum erat, ut individua vel formae sequerentur: aut utrumque iterandum, ut v. c. Iliad. χ, 127. 128. Latet, arbitror, epitheton aeu *Parthi* in sq. versu, seu *fellis*: v. c. *Armatam saevi fallax quam* etc. aut simile quid. Nisi ultima poetae manus versui deest: quod probabile fit. Waddelium nunc video Animadv. Crit. p. 39 coniecisse *Arcu sive Cydon*: vel, *Partho sive Cydon*, h. in Parthum; prius ferri possit. *Certus sive Cydon*, Lenzius noster coni. Io. Schrader. autem Obss. I, 2, p. 17 *Armatam saevo patrii quam felle veneni*, ingeniose sed parum probabiliter. (Defendit hanc ἀναδίπλωσιν Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 94. Et hunc versum si de vitio suspectum habes, quid facies his: Ge. I, 10. sq.: „Et vos, agrestum praesentia numina, Fauni, Ferte simul Faunique pedem Dryadesque puellae.“ Aen. VI, 495. sq.: „lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas.“ aut etiam, ut omittam alios, illo a Weichert. iam laud. III, 334. sq.? Quod autem desiderant aliquid adiectum, recte sentit Iahnius, id ipsum, quod requirunt, contineri verbis *sive Cydon*; Parthi enim nomine quum significetur sagittarius artis suae peritissimus, ad amplificandam hanc ipsam praeclari sagittarii notio-

851. 852. Argutantur, qui Furiarum munera dispescunt, et Tisiphonen morbos, Alecto bella, et Megaeram letum immittere aiunt.

853. *unam.* Cum poeta vix dignum sit, indefinite loqui, Megaeram designasse dicendus est: *unam illam.* Alio modo scena apparatur ap. Quintum, Memnone et Achille congresso: duae utrinque adstant Κῆρες:

Δοιαὶ δ' ἀμφοτέροισι θοῶς ἑκάτερθε παρέσταν
Κῆρες, ἐρεμναίη μὲν ἔβη ποτὶ Μέμνονα δῖον,
Φαιδρὴ δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα δαΐφρονα. (lib. II, sub f.)

(— 854. *in omen*, ut omen esset; sic *non hos quaesitum munus in usus*, et multa similiter, etiam in soluta oratione. *Wr.*) 855. *turbine* simpl. pro motu sup. 320 et 531. Volat Megaera tamquam sagitta arcu emissa. *per nubem*, auget phantasma, pro per aerem. Parthos sagittis venenatis usos esse, firmat Servius

Digitized by Google

Parthus, sive Cydon, telum inmedicabile, torsit,
Stridens et celeris incognita transilit umbras.
Talis se sata Nocte tulit, terrasque petivit.
Postquam acies videt Iliacas atque agmina Turni:
Alitis in parvae subitam conlecta figuram,

nem adiicitur *Cydon*; quo utroque, Parthi et Cydonis, nomine absolvitur praestantissimi sagittarii species. Longius petitum videtur, quod scribit Ruhkopf.: „*Parthus* repetitur forsan ideo, quod illo usu metuendus tunc et infamis.“ Quamquam video, posse huic interpretationi fortasse aliquid praesidii ex iis peti, quae scripta sunt in V. L. ad vs. 896. *Wr.*) 858 *seu Cydon* Oudart., male. cf. Ecl. X, 59. *medicabile* idem. 859 *auras* nonnullos legisse testatur Servius, qui rem male expedit de umbra sagittae. Immo, ad maiorem phantasmatis horrorem pro *auris* exquisitius dixit *umbras*, h. e. nigrum aerem, quem transvolat sagitta: hinc *celeres umbrae*, ut *celeres auras*, quae celeriter transmittunt telum. Vix tamen Maro, si carmen emendasset, ter eadem voce usurus fuisset vss. 853. 855. 859. · 860 Non *Talem*, sed *Talis*, ut toties vidimus in voce *ferre se* pro *incedere*, v. c. VII, 492. (vide potius V. L. ad V, 372. *Wr.*) 861 *acies venit I.* pr. Moret., quod non displicebat Heinsio. 862 *in pravae* Waddel. coni. apud Burm., prave utique: etsi sic lectum in Parrhas., idque receptum a Cuninghamo; nam usus sermonis non ita fert. Io. Schrader. tentabat: *in ravae, raucae, furvae.* Miror neminem incidisse in inauspicatam avem *parram.* *subitam figuram* Rom. et plerique alii Pier., ex Heinsianis Mentel., et secundum Burmann. fere omnes: receptum ab Heinsio: Vulgo, *subito collecta figuram.* (ita Palat. cum 7. 9. 10. *Wr.*) Porro *subito conversa* Medic. Pierii, et Mediceus princeps: *subitam conversa figuram.* Sed *conlecta*, quod ubique editum, copiose defendit et illustravit Heins. Conf. sup. 491, et X, 412, et multo magis de angue

Lucani auctoritate lib. VIII, 303. 304. Verba Maronis expressit Silius lib. XIII, 197. 198. An Cretes, ex quibus Cydones sunt (vid. Homer. Odyss. τ, 176, et γ, 292, a quibus Cydonia urbs), medicari tela veneno soliti fuerint, constetque ea de re aliunde, ignorabam: est tamen alter locus ap. Lucian. Nigrin. T. II, pag. 79, ubi ad h. l. provocat Hemsterhus. In venatione saltem venenatis sagittis usus esse apud eos potuit, veterum et nostrorum barbarorum exemplo. *Fel veneni*, ornate, ut virus, i. e. succus amarus, noxius. *telum immedicabile*, quod vulnus insanabile facit. De voc. *Parthus sive Cydon* vid. V. L. *armatam*, tinctam, *umbras* pro aere dixit. vid. ibid.

862. Habet haec Megaerae in bubonem mutatio aliquid, quod insigniter ad terrorem accommodatum est ex veterum superstitione; ex qua recentes quoque poetae certatim transtulere praesagia bubonum et noctuarum. Enimvero nequaquam hoc mortis augurium comparandum ad augustum illud et sublime phantasma, quod Messiae lib. VIII sub f. exhibuit auctor, summum Germaniae ornamentum: ubi Servatoris moribundi caput duo Mortis Genii septenis gyris circumvolant. Locus ille ad horrorem incutiendum efficacissimus. Maronem

Digitized by Google

Quae quondam in bustis aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit inportuna per umbras;
Hanc versa in faciem Turni se pestis ob ora
Fertque refertque sonans, clipeumque everberat alis.
Illi membra novus solvit formidine torpor;
Adrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit.
At, procul ut Dirae stridorem adgnovit et alas,
Infelix crinis scindit Iuturna solutos,
Unguibus ora soror foedans, et pectora pugnis:
Quid nunc te tua, Turne, potest germana iuvare?
Aut quid iam durae superat mihi? qua tibi lucem

865. FACIEM,

Ge. II, 154 et al. Est autem ratio haec formam contrahendi, diversa a nota illa Homerica, qua Somnus avi non assimulat se specie, sed avis more ac ritu in arbore sedet Iliad. ξ, 290. 863 *in* abest apud Marium Plotium de metris: ibidem: *et culminibus.* Bigot. *aut cumulantibus aris.* 864 *saevum canit* in lib. apud Pier. Etiam *serum* Servius exponit triste, luctiferum, perperam. Est: sera nocte; *νύκτερον ἀείδει* Aratus. *per umbram* Menag. pr. cum parte Pier. 865 *versam* Medic. a m. sec. et Leid. *se Turni* Goth. tert. *ob ora* Heins. emendavit e Romano, Moret. et Leid. cum Arusiano Messio (accedit Donatus): idque diserte illustravit. Vulgg. *ad ora.* (ita Palat. *Wr.*) *in ora* Medic. et Goth. tert. (Triplicis huius diversitatis fontem unus aperit, ut alibi, vid. V. L. ad VI, 476., Mediceus, in quo a m. pr. *inodora* scriptum. Ceterum sustuli comma, quod erat post *faciem*; iungendum enim: *Hanc in faciem pestis versa. Wr.*) 866 *fertque refertque volans*, pr. Hamb. *reverberat* Medic. Pierii, Parrhas. et Ed. pr. Burm. 867 *Olli* Bigot. *novos* Medic. et Mentel. pr., uterque a pr. m. *solvat* alter Menag., vel *subito* pr. Hamburg. 868 *errore* pr. Hamb. *haeret* idem a m. sec. 870 *crines solvit* Dorvill. *scindit crinis* Rom. 878 *durae* repositum ab Heinsio, auctoritate Ro-

nostrum imitatur Claudian. in Eutrop. II, 229 sqq. *Alitis parvae.* Videtur recte monitum a Servio, hoc alienum esse a bubone, quem grandi esse corpore satis constat. Et potuit poeta noctuae genus aliquod, v. c. minimam illam noctuam, quam *funeream* dicunt, intelligere. Reliqua tamen buboni accommodatiora sunt. cf. Plin. X, 12 s. 16, et sic sup. IV, 462. 463. Itaque *parvam* comparative accipiendum: dea mutatur in avem, parvam respectu deae. *subitam*, pro subito. Scilicet *subitam*, in quam subito *collecta*, conversa, est. *Colligere* de re in minorem speciem mutata. vid. Var. Lect. 864. *importuna*, nocte intempe-

Digitized by Google

Arte morer? talin possum me opponere monstro?
Iam iam linquo acies. Ne me terrete timentem,
Obscenae volucres; alarum verbera nosco,
Letalemque sonum; nec fallunt iussa superba
Magnanimi Iovis. Haec pro virginitate reponit?
Quo vitam dedit aeternam? cur mortis ademta est

874. TALIN' 878. REPONIT!

mani, tum Medic. reliquorumque vetustiorum omnium. Sicque Servius: *durae, immiti*, quae posset fratrem cernere tot laboribus subditum. Locum ante oculos habuisse putatur Statius XII Theb. 214. 215. Vulgo editum: *miserae*. (ita Palat. *Wr.*) Fateor hoc lenius, etiam ad sensum mollius, videri; etsi alterum illud doctius est. (Si vera est interpretatio Heinrichii, „*durae*, dura sorte utenti," illud *miserae* interpretamentum erit vocis *durae*. *Wr.*) *dirae* Goth. tert. 874 *moror* sec. Rottend. et Erf. *tali non possum* tres apud Burmannum et Erf. *me* deest Leid. *tali me possum* Zulich. (*talim* a m. pr. Medic. Apostrophum voc. *talin* adiectam delevi; vid. V. L. ad VI, 780. *Wr.*) 875 *Nam iam* Leid. *trementem* Oudart. 876 *dirarum verbera nosco* Schol. Cruqu. ad Horat. I Od. 2. 877 *fallant* a m. pr. Zulich. (*solum* a m. pr. Medic. ex ultima praegressi voc. syllaba; vid. V. L. ad XI, 609. *Wr.*) 878 *Magnanima* Gud. *Hoc pro* Ven. et sec. Moret. cum Parrhas. (Malui cum Iahnio pro exclamandi signo, quod erat in fine versus, interrogandi notam ponere: plus enim acerbitatis in interrogatione. *Wr.*) 879 *Cur vitam* aliquot Pier. *Quid vitam* alter Hamburg. *Quo vitam aeternam dedit, et cur* Medic. Pierii. *cui mortis* Oudart. a m. sec.

sta, importuna. 869. *stridorem*, vocis sonum interpretatur Servius. Melius ad *alas* retrahi poterit. Apud Quintum Achille iamiam perituro lib. III, 44 ἤδη γάρ οἱ Κῆρες ἀμειλίχοι ἀμφεποτῶντο. 873. *durae* mihi, quae sustineo fratrem cernere in ultimum discrimen adductum; sed v. V. L. 875. 876. *Iamiam linquo acies* ad ductum Apollinis Homerici: Iliad. χ, 213, Hectore iam morti addicto: λίπεν δέ ἑ Φοῖβος Ἀπόλλων. *Obscenae* male ominatae. v. Georg. I, 470. Aen. III, 241 et al. *terrete volucres;* invidiose dixit, nam una est, inquit Serv. Poetam hoc ad exquisitiorem orationem pertinere vidisse, si pro individuis genus, pro uno plures, poneret, saepe vidimus: v. c. 799. (*obscenae volucres*, i. e. avis, quae talis es; i. e. una ex earum genere, quae obscenae s. mali ominis sunt; vid. Not. ad vs. 799.; eodem redeunt ea, de quibus in Not. ad I, 4. et X, 79. dictum est. *Wr.*) 877. Intelligo, nec latet me, fieri haec Iovis numine ac voluntate. lib. VII, 350 *anguis fallit furentem*. (Intelligit Iuturna, sibi iam desistendum esse ab incepto; vid. vs. 844. *Wr.*) 878. *reponit* doctius quam rependit. Expostulationes similes apud poetas saepe

Digitized by Google

Condicio? possem tantos finire dolores
Nunc certe, et misero fratri comes ire per umbras.
Inmortalis ego? aut quidquam mihi dulce meorum
Te sine, frater, erit? O quae satis alta dehiscat
Terra mihi, Manisque deam demittat ad imos?
Tantum effata, caput glauco contexit amictu

880. CONDITIO

880 *possim* Medic. *ut possem* Leid. et Zulich. cum Goth. tert. et Erf. (Commutasse inter se vocales videtur oscitans librarius, qui Mediceum exaravit; scripsit enim *possim t. finere*; idem Medic. cum Romano *Condicio*, quod, quum iam supra I, 236. 622. VII, 737., ubi vid. V. L., *dicio* reposuerim, exprimendum curavi. *Wr.*) *labores* pr. Hamb. sec. Moret. et Exc. Burm., idque receptum a Cuninghamo e ms. Boecleri. 881 *sub umbras* Medic. Pierii, pr. Hamb. duo Rottend. Ven. et Gud. pro var. lect., quod et ipse praeferam. (Optime convenit praepositio *per* comitis notioni, quod sensit etiam Jahnius. *Wr.*) 882 *Iam mortalis ego haud q.* vett. edd. et multi codd., (ita 2. 7. 8. 9. 10. *Wr.*) ut distinguant post *ego*, alii post *haud quicquam*. Sed iam Ald. pr. emendatum dedit: *Immortalis ego*? Sicque Rom. aliique Pier. Malim tamen per exclamationem: Me miseram! *Immortalis ego!* (Respuit hanc rationem subiecta particula *aut*, interrogationem adiungens interrogationi. Hoc dicit poeta: Quid iuvat me vel immortalitas, vel ea, quae mihi praeterea olim fuerunt grata? *Wr.*) Tum *haud q.* vett. edd., etiam Aldd. et hinc ductae. Etiam sic Priscian. lib. XIV. *haud mihi quicquam* Ed. Ven. et Mediol. et Goth. pr. Prima mutavit Commelin. e Palat. *aut*. Cuninghaм. id sublatum esse volebat. (male; vid. Q. V. XXXIII, 8. extr. Heinrichius ita constitutum vult hunc versum: *Immortalis ego! at quidquam mihi dulce meorum Te sine, frater, erit!* quod Vir doctiss. hunc in modum explicat: Immortalis ego sum quidem; sed quid me hoc iuvat te erepto? *Wr.*) 883 *O qua* Leid. *quam* Gud. a m. pr. *quo* Leid. alius. *satis una* Ven. *satis ima*, quod etiam Rom. habet, lectum vulgo ante Heins., qui *alta* e praestantioribus dedit. (*ima* etiam Medic. ex IV, 24. X, 675. repetitum; vid. V. L. ad XI, 93. *Wr.*) 884 *dimittat* multi ap. Burm. (*Manes* Medic. a m. sec. *Wr.*) 885 *detexit* Zulich.; an *praetexit*? inquit Burmann.

occurrunt, ut et querelae de immortalitate seu inutili seu votis infesta, v. c. apud Bion. I, 52 sq. Et habent illae aliquid, quod ad miserationem egregie facit. 882. *quicquam meorum*, quicquam meum, ulla mea res; nunc immortalitas. (*meorum* sane i. q. rerum mearum; similiter IV, 318.: „si fuit tibi quidquam Dulce meum.“ Sed non ipsa immortalitas his verbis rursus significatur; vid. V. L. ad hunc vs. *Wr.*) 885. 886. Male ad Tiberim refertur. Nympha se in fontem suum ac lacum immisit: quem *fluvium* nunc dixit, quandoquidem et fluvius inde prodit. v. Exc. III ad lib. VII. Simile exemplum Tiberis se in fluvium

Digitized by Google

Multa gemens, et se fluvio dea condidit alto.
Aeneas instat contra, telumque coruscat
Ingens arboreum, et saevo sic pectore fatur:
Quae nunc deinde mora est? aut quid iam, Turne, retractas?
Non cursu, saevis certandum est comminus armis.
Verte omnis tete in facies; et corrahe, quidquid
Sive animis, sive arte vales; opta ardua pennis
Astra sequi, clausumque cava te condere terra.
Ille caput quassans: Non me tua fervida terrent
Dicta, ferox; di me terrent, et Iuppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens,

893. CLAUSUMVE

886 *et fluvio se condit in alto* Leid. et Reg. 888 *Ingemens* a m. pr. Medic. *arboreum*: Io. Schrader. tentabat *roboreum*. Adeo poetae nihil novare licet. (*arboreum*, arboris magnitudinem habens, ut supra *telum trabale*. Ceterum recte videtur Servius iungere *Aeneas ingens*. *Wr.*) 889 *Qui* Leid. *relaxas* Bigot., male. *retractare* eleganter, recusare, tergiversari, detrectare. 890 *est* post *certandum* omittit ms. Coll. Iesu, et ex eo Wakef. (vid. Q. V. XV, 7, a. *Wr.*) 892 *armis* Ven. *animis aut arte* Ed. pr. Burm. *apta ardua* Gud. a m. sec. *pinnis* ed. Iunt. *pugnis* alter Hamb. 893 *clausumque* vulgo. *clausumve* Menag. pr., recte. accedit ms. Coll. Iesu. (receperunt hoc etiam Wakef. et Bothius; sed probam esse, quam reduxi, lectionem, ostendi in Q. V. XXXVI, 10. *Wr.*) *te credere* Oudart. 895 *ferox hostis* iungit Servius, seu quisquis laciniam hanc attexuit, adeoque iungit: *ferox Di me t.*, perperam. *ferox*, o Aenea. (— 896. Vitiose hic bis positum *ingens*; recte prox. vs. *Saxum antiquum, ingens*; malis igitur scriptum *circumspicit amens*.

immittentis v. VIII, 66, alia ap. Hom. Iliad. ο, 218. 219. Odyss. λ, 252. δ, 425.

887 sqq. Aeneas vibrat hastam, quam sup. vs. 786 Veneris beneficio receperat, cum Turno a Iuturna ensis fuisset redditus. (— 888. vid. V. L. *Wr.*) Maior est totius sequentis loci suavitas, si quis Hectoris cum Achille pugnam mente teneat. v. Iliad. χ, l. c. Ita vss. 268 sqq. expressos videbis, sed ornatius, hic v. 890 — 893. Tum vs. 894. 895 Hectoris verba referunt, cum se a diis delusum intelligit v. 297 sqq. Comparant tamen Ursin. et alii Iliad. ν, 811. 812. ρ, 175. 176. (*quassans caput*, quod est graviter ferentis et indignantis, ut supra VII, 292. *Wr.*) Grave autem pathos illis inest: *Non me tua fervida terrent dicta*. Sunt autem *fervida dicta* superba, arrogantia, proprie de ira. *Iupi-*

Digitized by Google

Saxum antiquum, ingens, campo quod forte iacebat,
Limes agro positus, litem ut discerneret arvis;
Vix illud lecti bis sex cervice subirent,

vel etiam *c. inde*. Sed quum nihil varient libri, inter emendanda hoc reliquisse Virgilium putabimus. Nunc tamen video causam poetae a Popio, quem laudat Heinrich., scite defensam; is enim ait repetitum esse *ingens*, ut animus ita consideranda istius saxi magnitudine moretur. *Wr.*) 897 Deerat versus Parrhas. Mox *campo qui* (scil. *limes*) ubique editum ante Heinsium, idque eleganter, sicque pars codd. cum Goth. pr. Recepit tamen Heinsius *quod* e Medic. a m. sec. (erat a prima sigla *q.*) aliisque suis et Pier., scilicet idem mutaturus hoc in istud, si alterum reperisset. (vid. Q. V. XVI, 1. Quae ibi olim disputavi, nunc video mirifice comprobata a Donato; sic enim ille: „Non *saxum positum* dixit, ut faceret per genera soloecismum. — Ordinandus est enim sensus sic, ut calumniam removeamus: Limes agro positus fuerat, saxum ingens, ad hoc, ut litem discerneret arvis. Hunc locum pronuntiantes, cum dicimus *Campo quod forte iacebat*, et moram interponere debemus et separare *Limes agro positus*, ne male iungendo nos faciamus vitium, quod poeta non fecit.“ Haec ille. Verba *Limes agro positus* quum per appositionem adiuncta sint, *qui*, quod est in Palat., nullo modo ferri potest; nec recte haec ita iunxeris: *ingens campo, qui forte iacebat Limes*, aut ita: *qui limes agro positus campo iacebat*; utrumvis probes, non est hic ea vis vocabuli *Limes*, quae faciat, ut genus pronominis ad ipsum accommodetur; illud si sequaris, otiosum etiam et languidum erit voc. *campo*; accedit, quod *campo* manifestum est sequentibus adiungi ab eo, qui hunc locum expressit, Auctore dico Epitom. Iliad. vs. 460.: „Saxum ingens, medio quod forte iacebat in agro.“ Est etiam tertia ratio: *campo qui forte iacebat Limes, agro positus, l. u. d. a.*; pessima illa quidem, si quid video; nam ut taceam, lapidis terminalis notionem non per simplex *Limes*, sed coniunctis his vocibus *Limes agro positus* effici, non erit haec iam describentis oratio, qualis fuerit lapis, sed causam referentis, quare lapis ille ibi sit aliquando positus; quod plane alienum ab h. l. Ne autem haec *Limes — arvis* tamquam inanem pannum adsuta opineris, his ipsis saxi istius magnitudinem declarari puta. *Wr.*) 898 *Limes agri* invenit nescio in quibus Pier., sicque Ed. pr. Videtur sic variari oratio post antecedens *campo*. *agros* Leid. *agris* cod. Barthii, quod insuave sequente statim *arvis*. *positum* Parrhas. *decerneret* duo Moret. *arvi* Hugen. et Goth. pr. 899 *Vix illum* Medic. et Ven. (mala lectio, quam, ni fallor, Grammaticorum acumini debemus; vid. V. L. ad vs. 897. *Wr.*)

ter hostis est infestus, ut alias *numen inimicum*.

896. Emissa hasta, cum altera deficiat, saepe (v. c. Iliad. ξ, 409 sqq. η, 264) sic heroes Homerici saxa iaciunt: ipsi adeo dii, ut Il. φ, 403 sq., unde h. l. verba fere ducta sunt; cf. ε, 303. 304. et μ, 445 sqq. Ad talem morem haec quoque exigenda sunt. Turnus autem etsi ensem receperat, (vs. 785) hasta erat destitutus (vid. vs. 711), quam eminus in Aeneam mitteret; nec igitur cominus congreditur; saxum pro hasta emittit. Ut quis vero victum hostem etiam nudum, ipse armis melioribus instructus insequeretur, dedecori in heroum vita non erat; itaque Aeneas haud

Digitized by Google

Qualia nunc hominum producit corpora tellus; 900
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem,
Altior insurgens, et cursu concitus heros.
Sed neque currentem se, nec cognoscit euntem,
Tollentemve manu saxumque inmane moventem
Genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis. 905
Tum lapis ipse viri, vacuum per inane volutus,

902. CONCITUS,

levarent Leid. *moverent* Goth. tert. Intulit e Virgilio *bis senos* viros in Homerum, loco *duorum* (*οὐ δύο γ' ἄνδρε*) Pindarus Theb. vulgo dictus vs. 461. (— 902. Sustuli comma, quod erat ante *heros*; vid. Q. V. XXI, 7. et Not. ad vs. 728. *Wr.*) 903 *nec curr.* Dorvill. *nec se* Goth. tert. *cognovit* sec. 904 *Tollentemque* multi, vitiose, et ipse Mediceus: qui et perperam *T. manus*, sec. Moret. *manum.* Tum *saxumve* Medic. Dorvill. (Videtur ipse librarius sedes particularum *que* et *ve* in Mediceo inter se permutasse; vid. V. L. ad vs. 880.; adde Q. V. XXXVI, 10. *Tollentemque* etiam 7. 8. 9. 10. *Wr.*) 905 *concurrit* alter Hamb. a m. pr. (*lavant* Rom. *Wr.*) 906 *viri vacuus* ms. Barthii ad Stat. Theb. VI, 938, qui ipse contorta oratione et sententia distinguit: *ipse, viri vacuum.* Burm. *viae vacuum* tentat. Enimvero *lapis viri* (pro eius) est lapis ab eo proiectus: dictum ad vulgarem formam: iactus viri. Poterat *viro* dicere, ut esset *viro volutus*, h. a viro; sed alterum ma-

se indignum iudicavit, impari-. bus armis cum hoste congredi. 898. *litem:* remotius posuit: pro, fines, adeoque litem de finibus. (vid. de hoc vs. V. L. ad vs. 897. *Wr.*) 899. *Vix illud;* ad notam illam fidem et opinionem de priscorum hominum vastis corporibus eorumque robore incredibili, et notis Homericis exemplis Diomedis et Hectoris; locis laudd. ε, 303. 304. μ, 445. utroque loco verecundius *οὐ δύο γ' ἄνδρε*. add. Apollon. III, 1366 et al. (Commendabilis brevitate oratio Val. Fl. VI, 648 sq.: „saxumque prehensum, Illius et dextrae gestamen et illius aevi, — molitur." Ceterum portentosum hoc, quod narrat Virgilius, iure propterea a Popio et Heinrichio reprehensus. *Wr.*) 901. *manu trepida,* festina adeoque non satis firma, *torquebat.* Servius: „Bene im-„perfecto usus est tempore: quia „non est perfectum quod voluit: „ut v. 903. 904. 907." nimis argute! cf. sup. v. 394 *dabat.*

903. 904. Quod per se expectari poterat, ut Turnus longae pugnae labore viribus esset exhaustus: hoc Homeri exemplo ad *τὸ θεῖον* refertur. Sic in Patrocli extremis lib. π, 801 sqq. Non itaque haec Turnum, prae metu, mentis male compotem, *ἄκοσμον*, arguunt, sed, quod vs. 913. 914. diserte quoque exponitur, torporem, quem Furia iniicit, viresque corporis debilitat. Itaque Turnus ipse *nec se cognoscit*, vires solitas sibi deesse videt: se videt esse plane alium.

Digitized by Google

Nec spatium evasit totum, neque pertulit ictum.
Ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequidquam avidos extendere cursus
Velle videmur, et in mediis conatibus aegri
Succidimus; non lingua valet, non corpore notae
Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur:
Sic Turno, quacumque viam virtute petivit,
Successum dea dira negat. Tum pectore sensus
Vertuntur varii. Rutulos adspectat, et urbem,
Cunctaturque metu, telumque instare tremiscit;

907. NEC P.

luit; cur non feramus? *inane* de aere nunc non primum occurrit, nec eius epitheton *vacuum*; utrumque Lucretio sublectum. 907 *evasit, totum nec* interpungunt alii, etiam apud Servium. (*nec totum* Lips. *Wr.*) *neque* Medic. Menag. Parrhas. (item 1. 6. 7. edit. Vinar. cum Lips. alt.; quare suspicor etiam in multis praeterea libris ita legi. Bene vero hic *neque*, quod reposui, vid. Q. V. XXXII, 1. 5. et 10., utpote ipsa rhythmi quadam ignavia adiuvans sententiam. Simile quid observare licet vs. 910., ubi fracti numeri *Velle videmur*, $\breve{} \smile \smile - \smile$, ipsam conatus vanitatem sono quodam enervi referunt. Ita qui vitiosi sunt alias numeri, iis suo loco recte utuntur poetae. Cadit hoc in Ge. III, 519; praeclare ibi de moriente tauro: „Atque opere in medio defixa relinquit aratra." vid. ad eum vs. Voss. pag. 662. Ceterum ea in re magis praedicanda est ingenii bonitas, quam ars et studium reprehendendum, quae deterioribus sunt pro ingenio. *Wr.*) 908 *veluti* Dorvill. et nonnulli editi. (cum Serv. Dresd.; vid. V. L. ad IV, 402. *Wr.*) *oculos cum* alter Menag. Post hunc versum in Leid. et Reg. sequebatur initium versus: *Et iam iamque*, vacuo spatio relicto. Fraudem librario fecerat versus in idem verbum desinens 939. 940 *repressit, Et iam iamque.* 911 *volet* Medic. a m. pr. *corpora* Gud. *motae* alter Menag. *nocte* Leid. et Exc. Burm. cum Goth. sec. 912 *aut verba* inde ab Ald. tert. legitur: in aliis *nec verba.* 913 *quamcumque viam* Leid. et Par., quod expeditius esset: alterum exquisitius. Sic *Nulla viam fortuna regit* sup. 405. 914 *dea dicta* Zulich. *cum pectore* sec. Rottend. et Leid. *pectora* Bigot. 915 *conspexit et urbem* Zulich. 916 *Cunctanturque* alter Menag. et alter Goth. *teloque* pr. Hamb. a m. sec., argute: instantem Aeneam telo. *letumque*

Aliud est nostris recentioribus linguis: *se non cognoscere.*

908 sqq. Egregie ornavit comparationem per se iucundam, ex Iliad. χ, 199 sqq. Ex Virgilio expressum putant locum Oppiani Halieut. II, 81 — 85. Est etiam Apollonii similis locus lib. II, 278. (— 909. Comparat Heinrich. Anacreont. VIII, 5. δρόμον ὠκὺν ἐκτανύσειν· et Hom. Il. XXIII, 375. 758. — 910. Vid. de hoc vs. V. L. ad 907. *Wr.*) 913. *quamcunque viam eum iniisse*, vulgari modo dices. 914. 915. Dictum exquisitius pro sollenniore: vertit, versat, varia consilia, sensus, animo Turnus. 915 sqq.

Digitized by Google

Nec, quo se eripiat, nec, qua vi tendat in hostem,
Nec currus usquam videt, aurigamque sororem.
Cunctanti telum Aeneas fatale coruscat,
Sortitus fortunam oculis; et corpore toto
Eminus intorquet. Murali concita numquam
Tormento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti
Dissultant crepitus. Volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens, orasque recludit

918. AURIGAMVE

Rufinian. de Schem. Lex. p. 258, ubi vid. Ruhnken. V. C. *tremescit* scribitur in multis etiam alibi: ut passim vidimus. 917 *Nec qua* Gud. a m. sec. *se rapiat* Ven. a m. pr. et Erf. 918 *currum* Oudart. *cursus* duo Burm. *curruus* Rom., etiam h. l. conf. sup. ad XII, 61. *aurigamve* Medic., unde Heins. recepit pro *que*. (*que*, ut videtur, plerique, etiam Lips. utq.; eamque, ut veriorem lectionem, revocavi; nam iuncta haec cogitantur, *currus* et *auriga*; vid. Q. V. XXXVI, 8. et 10. *Wr.*) 920 *Sortitam* Goth. tert. *pectore* alter Menag. et Leid. 921 *nusquam* Bigot. 922 *saxa sonant* pro var. lect. pr. Hamburg. 923 *strepitus* nonnulli apud Burmann. *trepidus* Reg. 924 *Excidium* tert. Mentel. et Parrhas. *durum* Medic. Pierii, Goth. tert. et aliquot apud Burmann., qui laudat Silii XVII, 188 *O dirum exitium mortalibus*; ex Virgilio adumbratum. *reclusit* Zulich. *recludens* Thuanus apud Burmann., minus suaviter.

Species eadem Hectoris Iliad. χ, 293 seqq.

919. *coruscat*, vibrat, *πάλλει* Homerus, ibid. 320, sed multo ornatius, et respectu comparationis, quam ipse ibi attulerat, hastae sic vibratae cum Lucifero. 920. *fortunam*, h. locum in corpore, quem fortuna dabat: cf. ib. v. 321; tum omnibus corporis viribus emittit hastam. (—921. *murali tormento*, ballista, qua muri conquassantur. — 923. „Hom. Il. XVI, 78.: *Ἕκτορος — φωνῇ — Τρωσὶ κελεύοντος π ε ρ ι ά γ ν υ τ α ι.* Hesiod. Scut. 279.: *περὶ δέ σφισιν ἄγνυτο ἠχώ.* Hinc natae Romanae locutiones *sonus rumpitur*, *frangitur*, vid. Interpp. ad Sil. It. III, 528. Eodem modo *crepitus dissultant* dixit Virgilius.“ Ita fere Heinrich. Non tamen *frangitur* simpliciter i. q. sonat, resonat, repercutitur; sed ita sonat, ut abruptum sonum rei vi fractae imitetur. In tali autem re, sensum omnium hominum pariter afficiente, si locutionibus iisdem diversos populos uti videmus, non est, quod eas alterum ab altero mutuatum existimemus. *Wr.*) 924. 925. Hasta traiicit clipeum in extrema, puta, parte, tum loricae oram inferiorem, et in femore sedet. Sup. lib. X, 587 sq. simile fere vulnus fit, sed in inguine, adeoque mortale. Scilicet, quod iam alii viderunt, noluit poeta vulnus letale esse, ut locus esset iis, quae sequuntur: quibus ad tragicae fabulae exitum epos suum propius

Digitized by Google

Loricae, et clipei extremos septemplicis orbis.
Per medium stridens transit femur. Incidit ictus
Ingens ad terram duplicato poplite Turnus.
Consurgunt gemitu Rutuli, totusque remugit
Mons circum, et vocem late nemora alta remittunt.
Ille humilis supplexque oculos dextramque precantem
Protendens, Equidem merui, nec deprecor, inquit;
Utere sorte tua. Miseri te si qua parentis
Tangere cura potest; oro (fuit et tibi talis
Anchises genitor), Dauni miserere senectae;

925. ORBIS;

925 *Loricae clipeique extremos* Medic. Pierii. *clipei extremo septemplicis orbe* Heins. coni., caussam non video. (*orbes* Medic. *Wr.*) 926 *Et medium* multi cum Goth. tert. Erf. et Medic. Pierii, quod verum arbitror: *orasque recludit — orbes, Et medium stridens transit femur.* (Posui punctum in fine praecedentis versus. Aucta iam ad summum exspectatione recte abest copula, quo gravius feriatur animus. Hinc illud quoque egregium, quod ea res, ad quam, ut ad summam totius operis, revocantur omnia, paucis concluditur verbis. *Wr.*) *stringens* Paris. et Parrhas. *ictu* Hugen. 929 *Mons circa* pr. Moret. et Parrhas. *late vocem* Dorvill. *alta dederunt* Vratisl. 930 *que* abest aliquot Pier. tribus Burmann. et Goth. tert. 931 *Praetendens* pr. Mentel. *nec d. unquam* Lutat. ad Stat. VIII, 116. 932 *te forte* Goth. pr. *si te qua* pr. Menag.

adduxit: simili fere more, quo Achillis vulnus Hectori ita illatum est, ut verba adhuc facere posset χ, 328. 9. 925. Aiacis σάκος ἑπταβόειον quis nescit? (— 926. Vid. V. L. ad hunc vs. *Wr.*) 927. *duplicato poplite*, eleganter pro inflexo genu. cf. sup. XI, 645.

928. *Consurgunt gemitu Rutuli*: sollenni poetae more, quo a vulgari orationem abducit, pro: *gemitus Rutulorum consurgit.* 930 sqq. Vides Hectorem, ne sepultura careat, supplicantem Il. χ, 338 seqq. 930. 931. *oculos* convertit, *manus* protendit, sed illud latet in hoc: ut toties fit. (vid. V. L. ad Aen. II, 406. *Wr.*) 933. *fuit et tibi talis.* Notum artificium supplicantium: ad exemplum illud omnium aliorum praestantissimum: *Μνῆσαι πατρὸς σεῖο* etc. Iliad. ω, 486. Dedere alia Guell. et Cerda. Rhetorum acumen figuram extudit anacoenosin, quam hoc ipso exemplo illustrat Iul. Rufinian. p. 205. Sed tali cum vi, hac δεινότητι semel tantum hoc dici po-

Digitized by Google

Et me, seu corpus spoliatum lumine mavis,
Redde meis. Vicisti; et victum tendere palmas
Ausonii videre: tua est Lavinia coniunx:
Ulterius ne tende odiis. Stetit acer in armis
Aeneas, volvens oculos, dextramque repressit;
Et iam iamque magis cunctantem flectere sermo
Coeperat: infelix humero cum adparuit alto
Balteus, et notis fulserunt cingula bullis
Pallantis pueri; victum quem volnere Turnus
Straverat, atque humeris inimicum insigne gerebat.

935 *sive meum corpus* Valer. Prob. Art. Grammat. lib. I. 936 *evictum* sec. Rottend. 938 *nec tende* Leid. 940 *flectere mentem* aliquot Pier. (*meis* Medic. a m. pr. pro *magis*. *Wr.*) 941 *alto* editum inde a pr. edd. Attamen *ingens* Carisius lib. I laudat: quam Ge. Fabricius omnium veterum librorum lectionem esse ait, mutatam ab iis, qui bina uni nomini epitheta (*infelix ingens balteus*) adiungi vitiosum existimarent. Ex codd. tamen suis nec Pier. nec Heinsius id firmant: videtur ubique *alto* legi: *alte* Oudart. *ultro* Parrhas. (Per codices si liceret, reciperem fortasse *ingens*; de eodem Pallantis balteo supra X, 496.: „immania pondera baltei." Sed Charisium aut memoria fefellit, aut decepit X, 579.: „ingens apparuit hasta." Ceterum *humeros altos* Medic. a m. pr. *Wr.*) 942 *fluxerunt* Bigot.

tuit. 935. *Et me, seu corpus.* Viro forti digna oratio; aperte inortem non deprecatur: vitae tamen usum nec renuit. (— 936. Plena victoriae confessio; Ennius ap. Hessel. p. 133.: „Qui vicit, non est victor, nisi victu' fatetur." *Wr.*) 938. *acer in armis* iungenda esse monet Serv., nescio an satis bene. Ego *in armis* malim absolute dictum, armatus, ut erat, *stetit*; est enim poetica ἐνάργεια. Aeneas stabat tenens clipeum et ensem, strictum, ut ex v. 950 apparet.

940 sqq. Haec iam praeparaverat sup. lib. X, 495 sq. 500 — 505. Praeclarum hoc inventum suppeditatum forte erat Maroni a tragicis, in quibus legerat Achillem in Hectoris pedibus religandis usum esse eodem balteo, quem Hector ab Aiace acceperat, qui idem dato ab Hectore gladio se iugulavit. Meminerat autem simul alterum hoc, quod Hector, armis Patrocli indutus, (Il. ρ, 488 sq.) vulnus recepit ea parte, qua thorax non bene aptatus eius corpori nudatum collum praebebat. χ, 322. 942. Balteum, e quo ensis pendebat, mox ornate declarat, tamquam rem, in qua nunc rerum cardo vertitur et quae luculentius animo erat repraesentanda. Tum vero *notis fulserunt cingula bullis* poetica forma dictum, pro: et bullae, ornamenta nota, fulserunt in cingulo. Itaque verendum non erat, ne

Digitized by Google

Ille, oculis postquam saevi monumenta doloris
Exuviasque hausit, furiis adcensus, et ira
Terribilis: Tune hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? Pallas te hoc volnere, Pallas
Inmolat, et poenam scelerato ex sanguine sumit.
Hoc dicens, ferrum adverso sub pectore condit
Fervidus. Ast illi solvuntur frigore membra,
Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

946 *incensus* Dorvill. 947 *Spoliis tune hinc* Goth. sec. *hic* Parrh., ita erit *Tune hic*; ut: ille ego. *in spoliis* aker Menag. 948 *Eripiere* Parrhas. *te* abest Leid. 949 *poenas* qu. Moret. et Dorvill. *ex* deerat alteri Hamb. *de sanguine* Oudart. pro var. lect. 950 *adversum sub* Bigot. *adversus pectore* Leid. *sub pectore torsit* qu. Moret. (Medic. a m. pr. *sumpto recondit. Wr.*)

otiosus esset versus. (— 943 sq. *quem straverat atque insigne gerebat*, vid. Q. V. XXXIIII, 4. *Wr.*) 945. *oculis hausit:* iam sup. IV, 661 *Hauriat hunc oculis ignem.* traductum ab auribus. *vocemque his auribus hausi:* IV, 359. inde et animo: X, 648 *animo spem turbidus hausit inanem.* ut *bibere:* ut I, 749 *longumque bibebat amorem.* 945. *monumenta doloris* h. l. quae memoriam renovant, recordationem doloris ex Pallantis morte. 947. *meorum* graviter, pro uno ex suis, ex amicis: Pallante. (vid. Not. ad vs. 799. — *indute*, quum indutus sis; Vocativus pro Nominativo; vid. V. L. ad IX, 485. *Wr.*) 949. *Immolat*, non sibi; sed, diis inferis. 952. Versum Homericum esse expressum, Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων etc. Iliad. χ, 362. 363, iam notavit Servius. *indignata cum gemitu* pro gemens, moerens: ὃν πότμον γοόωσα anima. conf. sup. XI, 831. (X, 819 sq.: „tum vita per auras Concessit maesta ad Manis." *Wr.*) Iamque cum Turni morte foederis supra concepti conditiones vss. 187 seqq. exitum habent: Lavinia in matrimonium accepta, Aeneas Troianos in Latinum nomen adiungit, novam urbem Lavinium condit, iusque socero in regno succedendi consequitur: adeoque Aeneas accepit *sedem in Italia intulitque deos Latio*, ut lib. I, 5. 6. fore poeta praedixerat. Omnino si de arte quaeritur, ab ingeniosis inventis profecta, et iudicii maturitate et severitate temperata, nihil video, quod cum Marone comparari possit; multoque hac parte inferior est Ilias Aeneide.

Digitized by Google

EXCURSUS I

Super temporis spatio, in quod sex posteriorum Aeneidis librorum res gestae a poeta dispescuntur.

Lib. XII, 113 *Postera vix summos.* Erunt forte, qui vix fidem habeant mihi affirmanti, paucorum dierum acta sex posteriorum Aeneidis librorum argumentum explere. Ita tamen res se habet: nondum viginti dies exiisse doceri potest, cum Turni caede facta tota Aeneis absolvitur. Sub aestatis exitum Aeneam ad Italiam classem ex mente poetae appellere supra docuimus Exc. II extr. libri III. Ingressi Tiberis ostia Troiani escendunt et in littore coenam capiunt lib. VII, 107—147. Altero die explorant terras. Missi legati ad Latinum facto foedere pactoque Aeneae cum Lavinia coniugio redeunt in castra, quae interea fossa et vallo cinxerat Troianus. v. 148—285. Inde Iunonis [illegible]ia et fraudes ad turbandas Latii res: 286 sqq. Turni animum per somnum (v. 414.) ipsa Alecto ira et furore incendit. Tertio die seruntur caussae belli inter Troianos et Latinos: Turnus Laurentum profectus parat arma, edicit bellum, auxilia colligit. Recte nunc ab omni temporis memoratione abstinet poeta: sed paullo post sub libri VIII initium iterum temporum notas adiungit. Viso nocturno monitus Aeneas iter parat ad Euandrum. Orto die bina navigia instruit adversoque Tiberi evectus sub meridiem collem Palatinum, quem Euander tenebat, prospicit VIII, 79—97 sqq. Hospitio ab eo benigne exceptus (169 sqq.), dieque et nocte cum eo exacta v. 367—369 altero die (455 sqq.) Euandri monitu Agyllam seu Caere Etruriae urbem adit Aeneas et Tarchonem ad armorum societatem pellicit v. 604 sq.

Interea nuntio de Aeneae absentia accepto Turnus vallum Troianorum oppugnat, classem incendit: IX, 1—158. Nocte in-

Digitized by Google

sequuta Nisus et Euryalus ad Aeneam missi interimuntur 159—458. Altero die, qui idem ille est, quo Aeneas Caeretanos adierat, Rutuli castra Troianorum omni vi oppugnant 459 *Et iam prima novo spargebat lumine terras — Aurora* — Irrumpit in castra Turnus, iterum expellitur lib. IX. Habetur concilium deorum X, 1—117. Interea Rutuli pergunt vallum oppugnare 118—145, donec nox supervenit: quod intelligitur ex v. 146 sqq. Altero mane, qui quartus erat dies, adest Aeneas cum auxiliis ex Etruria. Is, superiore die (eodem illo, quo pugna ad castra Troianorum facta erat) exeunte, navibus conscensis Agylla seu Caere solverat, totamque noctem iter mari acceleraverat: hoc est X, 147 *media Aeneas freta nocte secabat.* Noctu Nymphas, olim naves suas, sibi occurrere videt v. 215 sqq. Ab iis, quae gesta sint superiore die, accipit. Copiis expositis Aeneas pugnam facit; finitur illa Mezentii caede: X ad f. Altero die, quintus is est (XI, 1), Aeneas tropaeum statuit, Pallantis corpus ad patrem Euandrum remittit, Latinis inducias in XII dies dat: e quibus tantum quid altero ac tertio die factum sit, memoratur 182 sqq. 210 sq., concrematio cadaverum et luctus. Interea, pergit poeta v. 225, Venulus a Diomede redit, qui auxilia denegaverat. Cogitur consilium: in quo dum Drances et Turnus altercantur, ecce adfertur nuntius, Aeneam castra movisse et adversus Laurentum exercitum ducere: v. 445, quod non nisi inductarum tempore elapso, adeoque die XIII factum credere licet. Capit Turnus insidiarum locum, et equites in camporum planitiem praemittit. Sed audito, pugna equestri facta Latinos fugere, relictis insidiis ad urbem properat: atque hic ne pugnam cum Aenea faceret, nox ingruens intercedit. v. vs. ult. Aen. XI. Turnus Aeneam in alterum diem ad singulare certamen provocat XII, 76 *Cum primum crastina caelo* etc. Ortus dies v. 113 *Postera vix summos* etc. Exit Latinus in campum ante urbem ad foedus feriendum, quo leges certaminis scribuntur. Turbato foedere, vulneratur Aeneas, instauratur pugna. Sanatus a vulnere Aeneas Veneris matris interventu, in pugnam redit, Turnum per ordines frustra insequitur. Repente hinc ad moenia Laurentum partem exercitus ducit 554. Tandem ad urbem tuendam advolat Turnus, et cum Aenea congressus occiditur. Quae omnia ad poetae mentem eodem die XIII gesta esse necesse est.

Digitized by Google

EXCURSUS II

De Iunonis deorumque interventu in extrema parte Aeneidis.

XII, 134. *At Iuno e summo, qui nunc Albanus habetur* etc. 791 *Iunonem interea — pugnas de nube tuentem;* et 841. 842 *Adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit. Interea excedit caelo nubemque relinquit.* Ut post illa, quae de deorum ministeriis et Iunonis odiis universe disputata sunt (Disquis. I s. VII. Exc. I* ad Aen. I passimque in Notis, ut ad IX, 802), ea illustrentur, quae in h. l. commentatus sum, placet hic sub unum conspectum adducere, quae deorum, Iunonisque in primis, in posterioribus sex libris partes, quod ministerium fuerit. Apparebit vel ex his, verum esse quod aliquoties monui, hac in carminis parte longe inferiorem esse Maronem Homero, cui deorum interventus non pro figmento et iucundo mendacio erat: sed res a priscis hominibus credita ac tradita, ac veterum aetatum ingeniis et mentibus ita frequentata, ipso sermonis ingenio, carminum perpetuo argumento, narrationum ad solitum exemplum institutarum more ac consuetudine, tam familiaris facta, ut videre, audire, deos sibi viderentur in mediis rebus agendis versantes. Iuno, cuius arte et consilio classis Troianorum e Sicilia Italiam petens primum ad Africae littora tempestate delata (lib. I, 34 sqq.), mox, cum frustra hoc actum esset, ut Didonis amore irretitus Aeneas Carthagine retineretur, in Sicilia combusta fuerat (lib. V, 604 sqq.), ubi Troianos ad Latii littus appulisse videt (VII, 286 sqq.), ne nihil, quo fata differre saltem liceret, intentatum relinqueret, unam ex Furiis excitat et Latium discordiis miscet. Dum Aeneas absens Euandri et Etruscorum auxilia conquirit, Venusque mater ei arma Vulcani arte parat (VIII, 370 sq.), Iuno Iride missa Turnum excitat, ut Aenea absente Troianorum castra seu urbem ac munitiones oppugnet; lib. IX, 1 sqq. Inter hanc oppugnationem Turnus in castra iam irruperat: cum Iunoni per Iridem a Iove missam interdicitur, ne ulterius pro Turno contendat et in pugna allaboret. ibid. IX, 802 sqq.

Consilio habito, Iupiter diis persuadere vult, ut dissidiis compositis nihil ultra intercedant, quo minus fatalis sedes in Italia Aeneae contingat. lib. X, 1 sqq. Quandoquidem monitis precibusque nullum dari locum videt, obiurgatis graviter diis declarat, fatis se omnia esse permissurum v. 105 sqq. Nec tamen hoc ita observari videas in seqq., quin Iuturna Turnum fratrem moneat, ut Lausum Pallantis manibus eripiat v. 438., Iuno autem ipsa Turnum eluso Aenea pugnae subducat: v. 606. Contra Iovis monitu Mezentius in

Digitized by Google

pugnam succedit v. 689. Iuno ad caelum statim redierat (v. 663. 664). Nam paullo post ea cum Venere inter deos memoratur, qui ex Olympo pugnam prospectant 758. Etiam Diana Opim mittit Nympham, ut Camillae mortem ulciscatur lib. IX, 532—567. Interea Iupiter Tarchonem Etruscum incitat, ut firmatis animis turmas ad pugnandum reducat v. 726.

Instabat iam singulare Turni cum Aenea certamen. Iuno, quae Turno timebat, dirimere saltem ac differre pugnam studet. Nunc inducitur illa ex monte Albano prospiciens pugnam, unde Iuturnam mittit: XII, 134 sqq., ut fratri suo succurrat. Ut hoc poetae commentum satis se phantasmate rerum commendet, cogitandum est, Iuturnam esse Nympham fluvii et lacus Latii, qui non longe aberat ab Albano monte: Igitur in hunc descenderat Iuno, ut cum Iuturna super communibus rebus ageret; inde eam iterum ad Olympum reversam esse (v. 159. 160) statuendum est. Nam aliquanto post v. 792 illa in nubibus haeret despectans pugnam et de Turno sollicita. Hic Iupiter ad eam accedit, *fulva pugnas de nube tuentem*, utque in fatorum placitis illa acquiescat tandem obtinet. Quo facto Iuno *caelo excedit nubemque relinquit*, adeoque ad suam sedem in Olympo redit.

EXCURSUS III

De rebus gestis et fatis Aeneae inde ab adventu in Italiam, et de poetae artificio in his rebus tractandis et ornandis.

XII, 189 sqq. *Non ego nec Teucris Italos parere iubebo, Nec mihi regna peto: paribus se legibus ambae Invictae gentes aeterna in foedera mittant; Sacra deosque dabo; socer arma Latinus habeto; Imperium sollenne socer: mihi moenia Teucri Constituent, urbique dabit Lavinia nomen*, et v. 821 sq. *Cum iam connubiis pacem felicibus, esto, Component; cum iam leges et foedera iungent: Ne vetus indigenas nomen mutare Latinos, Neu Troas fieri iubeas Teucrosque vocari, Aut vocem mutare viros aut vertere vestis. Sit Latium, sint Albani per saecula reges, Sit Romana potens Itala virtute propago. Occidit occideritque sinas cum nomine Troia.*

Observationes super his subiungam nonnullas; quae tamquam pro supplemento rerum in Aeneide tractatarum sint, etsi non valde

Digitized by Google

doctas ac reconditas, quasque mens tam longi operis decursu fessa secum ferre, iusti oneris leve superpondium, non refugiat.

Et primum quidem ingeniose hoc factum, quod *futurum Latii statum*, quem maiorum primo sermonibus servata, tum a priscis scriptoribus litteris prodita, memoria ad posteritatem pertulerat, *tamquam foedere iam ab initio constitutum* memoravit et commode loco intexuit. Cessere Troiani in Latinorum nomen. Cum tamen Aeneas, dum viveret Latinus, suos Troianos discretos ab iis haberet, nec eos cum Aboriginibus misceret, nisi ex quo Latinus vivere desierat: expectari poterat, Latinos potius in Troianorum nomen abituros esse. Obscurum est, qua ratione id factum sit, et diversis modis factum id narratur. Sollerter itaque inventum a poeta, ut foederis de bello per certamen singulare dirimendo conditionibus haec constituerentur. Conditiones igitur hae habendae: *Troiani victi agro Laurentum excedunto; victores aequo iure cum Latinis utuntor; Latinus imperium et summum ius habeto; religiones suas Troiani Latinis impertiunto: condendae urbi locus Troianis assignator.* Iam haec non sine omni historiae auctoritate a poeta esse ficta, ex iis intelligitur, quae, etsi inter diversas ceterarum rerum narrationes, de pace et foedere inter Aeneam et Latinum inito tradita legimus. Apud Dionysium I, 59 ex communi commemoratione, quam ibi exponit, ante congressum utriusque exercitus foedus factum inter Aeneam et Latinum in has leges: ut Troiani acciperent tantum agri, quantum a colle (cui Lavinium impositum) quoquo versum euntibus stadia circiter XL pateret; ut porro mutua inter Troianos et Latinos et praesentis belli adversus Rutulos et ceterorum bellorum esset societas, utque communes utilitates utrique et manu et consilio communiter persequerentur. Prima conditio hoc loco omissa, cum iam ad alterius narrationis morem deflexa sup. lib. XI, 317 sqq. ea esset exposita; sed amicitiam mutuam bellique societatem (*ut communes hostes amicosque haberent*, Auctor de O. G. R. 13) accuratius poeta exsequutus est secundum ea, quae foedere facto evenisse narrata sunt. Dat Aeneae Latinus filiam Laviniam in matrimonium: quod exemplum sequuti alii, brevi in unum populum coalescunt, Troiani et Aborigines, abeuntque in nomen Latinorum. conf. Dionys. I, 60. Partem harum rerum inter Iunonis preces Iovis nutu ratas factas retulit lib. XII, 821 sqq. *Cum iam connubiis pacem felicibus, esto, Component — Neu Troas fieri iubeas* etc. Ceterum illa, quae supra in pacis conditionibus vidimus, ut Latinus imperii summam retineret, tum hoc: ut sermonem, habitum, nomen ab Aboriginibus Troiani adsciscerent, respexit poeta in Didonis diris lib. IV, 618, cum *pacem iniquam* vocat, cui Aeneas se submissurus sit. Parum verisimile est, quod Livius I, 2 tradit: Nomen Latinorum utrique genti impositum, *ut adversus terrorem belli cum Rutulis animos Aboriginum sibi con-*

Digitized by Google

ciliaret: ne sub eodem iure solum sed etiam nomine omnes essent.

Altera est observatio artificii, quo poeta e rebus et factis plurium annorum post Aeneae ad Italiam aditum elegit potiora, distribuit ac disposuit sic, ut in summa carminis comprehendi ea possent. De quibus ut melius constet, subiiciemus tamquam sub unum obtutum varias scriptorum veterum his de rebus narrationes.

Fuisse primum, qui omnino negarint vel dubitarint, an unquam Aeneas Italiam adierit, alios, qui adiisse quidem, sed, Ascanio relicto regno, in Asiam rediisse tradiderint, utrosque prava Homericorum versuum interpretatione adductos, iam alio loco monitum est: Disquis. II s. II sq. cf. Dionys. I, 53. Sed eorum, qui Aeneae accessum ad Italiam tamquam historiarum fide acceptam tradiderant, vulgarem narrationem hanc apposuit Dionysius lib. I, 56, quam breviter hic memorabimus, ut, quae poeta noster inde aut transtulerit aut immutarit, uno haustu cognosci possit. Qui videre volet ea, quae alii diversa tradiderunt, adeat Livium, Straboneni, Aurel. Victorem, alios. Capto igitur ex suis albae fetu ostento narratum est, Aeneae, in condenda urbe, quae mox Lavinii nomen acceptura erat (nam de hac ille loquitur, non de Troia), occupato, supervenisse Latinum regem, qui tum adversus Rutulos copias eduxerat. Moniti uterque in sequente nocte, alter a Penatibus, alter ab heroe Indigete per visum oblato, cum dies illuxisset, foedus inter se faciunt, quod supra memoratum est; tum Troiani cum Latinis bellum adversus Rutulos repetitum brevi conficiunt, indeque reversi urbem absolvunt, Lavinii nomine imposito. Erant quoque templa et alia ornamenta Lavinii, quae ad Aeneam auctorem referebantur (Dionys. I, 64). Hactenus Troianis solis imperaverat Aeneas, sed mortuo Latino in universum regnum succedit; factum hoc in bello adversus Rutulos, qui iterum a Latinis defecerant auctore Turno, Amatae, Latini uxoris, consobrino, et ob nuptias Laviniae ab extero interceptas irato, Amata quoque instigante. Ita bello conflato acre praelium commissum, quo Latinus et Turnus (in quo consentit Iustin. XLIII, 1, 11) cum aliis ceciderunt, Aeneas tamen victoriam adeptus est. Hoc erat, quod Iupiter praedixerat lib. I, 263 *Bellum ingens geret Italia populosque feroces Contundet* etc. Nec multum abeunt Livius, Strabo, et quorum potior auctoritas habenda, Lutatius Catulus apud Victor. O. G. R. 13. Cato apud Servium IV, 620, etsi locus corruptus. Dionysium exscripsit Zonaras VII pr.

Quum autem Aeneas post Latini obitum aliquod tempus solus regnasset, iterum rebellarunt Rutuli, assumto in belli societatem Mezentio Etruscorum rege. Commissum non longe a Livinio praelium ad Numicium flumen nox diremit: desideratus Aeneas, seu quod caesus seu quod flumine mersus perierat, mox pro heroe, patris dei

Digitized by Google

Indigetis nomine, coli coepit. Eo spectant Aen. I, 263 sqq. dirae Didonis IV, 615 sq. et Iovis verba XII, 794 *Indigetem Aeneam scis ipsa et scire fateris Deberi caelo* etc.

Ita Ascanius succedit in regno. Obsessa urbs Lavinium ab Etrusois: sed solvitur obsidio mox alio praelio facto, quo Mezentius victus, caeso filio Lauso, pacem cum Ascanio facit. Disertius haec narrata a Dionys. I, 64. 65. Ex priscis scriptoribus, qui haec ita tradiderant, L. Iulius Caesar lib. I et A. Postumius in lib. *de adventu Aeneae* fuerant, ut ex Victore O. G. R. 15 discimus. Avide autem cognoscimus ea, quae vetustissimi scriptores his de rebus tradiderant; Livius enim in magna narrationum diversitate tantum unam fere sequitur, non semper eo cum iudicio, eave cum subtilitate, quae nunc a scriptore rerum priscarum requiri solet. Quae alii diversa tradant, potissimum haec sunt: Etiam alterum cum Rutulis bellum Turni odiis et consiliis tribuitur a Livio I, 2, qui in reliquis fere cum Dionysio consentit; nec discesserat ab eo Appianus, quantum ex Excerpto Photiano intelligas. Mezentium, regem Etruriae, Caeretibus tum imperitantem tradunt et Livius et Dionys., de quo v. Excurs. III ad lib. VIII. Euryleontem, mutato nomine Ascanium factum, seu Creusae seu Laviniae f. successisse, Appianus l. c. Secundum Livium I, 3 pax inter Ascanium Mezentiumque ita convenerat, *ut Etruscis Latinisque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis esset.*

Nihil hinc in Latinorum rebus memorabile occurrit, nisi quod anno a condito Lavinio trigesimo ab Ascanio Alba conditur, loco opportuniore, quam cui Lavinium impositum fuerat. Transfertur in eam regni sedes: *regnum que ab sede Lavini Transferet et longam multa vi muniet Albam* Aen. I, 270. 271. Mortuo Ascanio succedit Silvius ex Lavinia susceptus Aeneae, hinoque procedit series illa regum Albanorum, quorum nomina seu tradita acceperant seu, ut CCCC annorum decursum explerent, ex parte saltem invenerant scriptores Romani vetustiores, ex quibus haec duxere Dionysius, Livius, Victor O. G. R. et Ovid. Met. XIV, 609 sqq., item Syncellus et Eusebius. Memoravit Maro Silvium, Procam, Capyn, Numitorem et Silvium Aeneam: lib. VI, 760—770, repetito Silvii nomine, quandoquidem *omnes cognomento Silvii usque ad conditam Romam Albae regnaverunt, ut est scriptum Annal. Pontifical. lib. IV* apud Victor. O. G. R. 17. Etiam Thybris, qui aliis Tiberinus, ante Latinum tamen, memoratur lib. VIII, 330 *Tum reges, asperque immani corpore Thybris: A quo post Itali fluvium cognomine Thybrin Diximus: amisit verum vetus Albula nomen.* Vetus haec fuit commemoratio de Tiberis nomine; L. Cincium et Q. Lutatium Catulum auctorem excitat Victor O. G. R. 18, ad eorum saltem fidem, quos homo exscripsit. Cf. Dionys. I, 71. Si Syncellus p. 171 B ante se habuit auctorem veterem, cognomen *Albani* iam Saturnus

Digitized by Google

inter Latinos habuit. Ab Alba quoque, tamquam prisco Tiberis nomine, Albam Longam, etsi satis longe a Tiberi remotam, nomen accepisse tradiderant nonnulli, ut ex Diodoro Siculo Syncellus p. 194 C. notavit.

Tandem, ut superiora facilius animo comprehendere liceat, utque pertexamus annorum supra To. II Excurs. II ad lib. III inchoatam seriem, paucis notationes subiiciemus temporum, ad quae res istae revocari solent. Omnino notationes illas scriptorum, qui multis post saeculis antiquas res constituere et annis finire voluerunt, opera factas esse statuendum est: nam πατρόδοτα illa, et per aliquot saeculorum decursum patrum narratione ad posteritatem transmissa, et propter hoc ipsum in tam multis variata, vix annis suis tam accurate alligari iam tum potuere, cum primum a priscis hominibus narrata sunt. Neque adeo mirari debemus, si hos ipsos annos fluctuante admodum fide et auctoritate constitutos viderimus. Iuvat tamen rationes ac modos persequi, quibus haec digessit subtiliorum scriptorum diligentia.

Inter haec tenendum, quod scriptores tertio ab exciso Ilio anno factum aiunt, ut Aeneas ad Italiam accesserit, hoc Virgilium in septimum reiicere, id quod supra Excurs. II ad lib. III vidimus. Itaque

a. C. N. 1178. Error. Aeneae 7.

Sub aestatis exitum, ad Virgilii mentem, Troiani classem ad Laurentum appellunt: escensu facto Troia nova munitur: foedus cum Latino factum repentinis animorum discordiis rumpitur: oritur bellum, quod Turni caede intra mensis decursum finitur, v. paullo ante Excurs. I, ut adeo Troiani sedibus in Latio acceptis de nova urbe Lavinio, ex foedere condenda, cogitare iam tum possent. In hoc adeo Aeneidis argumentum absolvi vidimus. Reliqua per episodia inserta passim sunt.

a. C. N. 1177. Error. Aeneae 8, ab adventu in Italiam 2.

Solis Troianis imperat Aeneas, ad Dionysii mentem lib. I, 64. Anni adventus Aeneae in Italiam ab auctumno ad auctumnum procedunt: adeoque annus hic pro primo et pro altero computari potest; sed hoc alterum usitatius.

a. C. N. 1176. a. adventus in Italiam 3.

Bellum Latinorum Troianorumque cum Rutulis. Latinus et Turnus in praelio cadunt. Aeneas solus utrique populo imperat; ad mentem Dionysii lib. I, 64.

Aliter Virgilius noster res Aeneae disposuit, sequutus eos, qui Aeneam tertio statim anno rebus humanis ereptum narraverant. Nam

Digitized by Google

lib. I, 263 — 266 Iupiter Veneri Aeneae fata exponens: *Bellum*, ait, *ingens geret Italia populosque feroces Contundet, moresque viris et moenia ponet; Tertia dum Latio regnantem viderit aestas, Ternaque transierint Rutulis hiberna subactis*, quod scilicet primo statim anno erat factum. Et eo spectant dirae Didonis lib. IV, 618 — 620 *nec quum se sub leges pacis iniquae Tradiderit, regno aut optata luce fruatur. Sed cadat ante diem mediaque inhumatus arena.* Haec de triennio Aeneae in Italia exacto narratio videtur hinc vulgatissima inter ceteras facta. Orosius quoque I, 18, Aeneae, *qualia per triennium bella excitaverit, quantos populos implicuerit, odio excidioque afflixerit, ludi literarii disciplina nostrae quoque memoriae inustum est*, ait, Virgilii in scholis praelectionem et interpretationem respiciens illo adhuc aevo, quod hinc discimus, fieri solitam.

Apud antiquiores tamen scriptores et chronographos de anno, quo Aeneas decessit, diverse admodum traditum fuit. Nam et ipse Dionysius tres eum annos cum Latino regnasse, quarto ab eius morte anno in pugna cum Mezentio non amplius apparuisse narrat lib. I, 64. Apud Syncellum quoque p. 171 C. D. (unde Euseb. Hieron. idem habet) tres post Latinum annos, secundum alios octo, regnasse, tum, ut alii tradant, quarto, ut alii, duodecimo a Troia capta anno obiisse dicitur. Alio loco p. 194 fragmentum ex Diodori lib. VII servavit, quo memoratum erat, tertio a capta Troia anno Aeneam regnum Latinorum obtinuisse per triennium.

a. C. N. 1173. a. adventus in Italiam 6.

Rutuli rebellant; iungit arma Mezentius, Etruscorum rex. Facto praelio Aeneas interceptus nusquam deinde comparuit. Succedit in regno Latinorum Ascanius: obsidetur Lavinium: mox pugna facta Mezentius obsidionem solvit. Ita Dionys. I, 64. 65. Conf. Liv. I, 2. Victor O. G. R. 14.

a. C. N. 1148. a. adventus in Italiam 30.

Hoc anno ex Virgiliana supputatione Alba Longa conditur: ad veriorem tamen rationem (si tertio a Troia excisa anno Aeneas Latium tenuit) quarto ante hunc anno a. C. N. 1152 *trigesimo* post Lavinium conditum, ut, si bene memini, omnes scriptores tempus finiunt. cf. Cerdam ad Aen. I, 269. Victor O. G. R. 17. Sic quoque diserte Virgilius lib. VIII, 47 inventa statim sub escensionem sue alba: *Ex quo ter denis urbem redeuntibus annis Ascanius clari condet cognominis Albam.* Paullo obscurius idem Iupiter ad Venerem vaticinatus erat lib. I, 267 *At puer Ascanius — Triginta magnos volvendis mensibus orbes Imperio explebit, regnumque ab sede Lavini Transferet, et longam multa vi muniet Albam.*

Digitized by Google

In duratione vero regni Albanorum et intervallo usque ad Romam conditam Virgilius a vera historiae ratione et omnium scriptorum fide recedit, si unum, quem quidem novi, Iustinum lib. XLIII, 1 excipias: apud quem Longa Alba — *quae trecentis annis caput regni fuit:* Sic autem Virgilius quoque in nobili versu lib. I, 272 *Hic iam tercentum totos regnabitur annos.* Enimvero non CCC sed CCCC annos inter Albam et Romam conditam intercessisse summo consensu scriptores tradunt. In postumo libello Io. Martyni, *Dissertations and critical Remarks upon the Aeneid.* Lond. 1770. 8, est Diss. VI super Albanis Regibus. Sed parum inde ad rem nostram proficias. Fide aliqua certa, et maiorum fama accepta, traditum hoc vix arbitror: verum, cum in temporibus rerum Italicarum constituendis non nisi duo haberent cardines, *Troiam captam* et *Romam conditam*, aliis temporum notis deficientibus; ii, qui accurate ad annorum numeros digerere inceperant res priscas narratas, instituerunt computum ad rationem intervalli inter Troiae excidium et Romae exordia: quod, etsi ab diversis scriptoribus, pro epocha Troiae captae varie constituta, diversimode constitutum est (ita ut v. c. ii, qui, Herodoteum calculum sequuti, Troiae excidium centenis annis maturius evenisse volunt, intervallum inter illud et Romae exordia ultra quingentos annos producant), ad CCCC tamen annos a plerisque producitur. Secundum tutiores quidem calculos 430 (ad Varr., et 432 ad Caton. aeram) annis finiri videtur: deductis inde annis errorum Aeneae et intervalli inter Lavinium et Albam conditam, quod XXX annorum est, facile intelligitur, saltem ad 397 vel 398 annos Albani regni usque ad Romam conditam annales procedere. In hos regum nomina et annos, pro lubitu potius quam certa, puto, auctoritate, dispertierunt scriptores: ut apud Dionysium et Eusebium videre licet. Rotundum, quem dicimus, numerum CCCC annorum edunt cum alii tum Strabo V, p. 350 C. *Ὕστερον δὲ τετρακοσίοις ἔτεσιν ἱστορεῖται τὰ περὶ Ἀμούλιον* etc.

Qua itaque auctoritate Virgilium adductum dicemus hoc sibi sumsisse, ut annorum numerum mutaret? Proclive est dicere, eum sibi tamquam poetae hoc licere putasse. Sed doctior est poeta Virgilius, quam ut sine ratione quicquam adversus notissimam historiarum fidem novasse aut ab omni ratione recessisse videri debeat. Potuit scilicet aliud computi momentum constituere, ut intra Romuli et Remi natales subsisteret: *Hic iam*, inquit, *tercentum totos regnabitur annos Gente sub Hectorea: donec regina sacerdos Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem: Inde* etc. Subductis XX vel XXX annis, quibus adoleverant Romulus et Remus, antequam Romam conderent, reliquum numerum, ut poeta, crasse indicasse videri potest. Videtur etiam sequutus esse arcanum quid et Iove vaticinante dignum, ut sacro numero procederent omnia: 3. 30. 300; nam tertio anno Aeneas inter heroes indigetes receptus,

Digitized by Google

trigesimo condita Alba, ibi per trecentos annos regnatum: quae Spencii non inelegans est observatio in Holdesworthi obss. pag. 215. Sed simplicissimum est dicere, fuisse olim auctores, inque eos Virgilium incidisse, qui intervallum illud temporum usque ad Romam conditam artioribus finibus ineluderent: quod in tanta temporum antiquiorum caligine et difficultate factum adeo improbabile non sit, cum etiam Trogum similem auctoritatem sequutum esse ex Iustino intelligatur.

Ceterum in his, quae a nobis exposita sunt, cum commemorentur nonnulla, quae in primis statim Livii vel Dionysii foliis occurrunt, erunt forte, qui acute sibi observasse videantur, me satis trita persequutum esse. Verum in toto hoc genere non refert, quid alii dixerint, sed quid nunc a te dicendum fuerit; tum vero illud inprimis attendendum, num alii easdem res eodem iudicio, eodem consilio, eadem cura ac diligentia exposuerint. Dici autem vix potest, quam parum iudicio suo tribuere ipsi videantur ii, qui res Romanas ante et post urbem conditam vulgo exponere solent: cum ex Livio et Dionysio recitent veteres illas fabulas tamquam res fidei exploratissimae, nec unquam in mentem veniat, horum scriptorum fidem in his per se esse nullam; pendere eam totam ex antiquioribus; horum autem fidem ab iis monumentis, quae ante oculos habuere, aut a maiorum fide, quam propagatam per plura saecula acceperant. Atqui nemo res Romanas consignavit litteris ante sextum ab U. C. saeculum; et monumentum superfuit vix unum et alterum, quod incensam a Gallis Romam (U. C. 364) aetate superaret. Sunt tamen annis comprehendenda haec quae narrata sunt, ut saltem teneamus ea, quae vulgo evenisse credidit antiquitas, et quorum summam proxime ad veritatem accedere nemo sanus dubitet.

EXCURSUS IV

De Iapide medico.

XII, 391 *Iamque aderat Phoebo ante alios dilectus Iapis Iasides.* Suavissimus, qui sequitur, et laudatissimus est locus de Iapide medico, hoc est, chirurgo, quales veteris aevi erant *Iatroi*. Insignem ei lucem attulit *Moehsen*, doctissimus medicus, in catalogo imaginum celebr. medicor. (*Verzeichniss einer Sammlung von Bildnissen berühmter Aerzte*), ubi pag. 227 Rohdii, clari pictoris, tabulam illustrat, cuius argumentum est Aeneas ab Iapide sa-

Digitized by Google

natus. Antonium Musam, cuius artem Augusti valetudo tantopere celebravit, sub aliena persona ut laudaret, consilium fuisse Maroni, suspicatus est Franc. Atterburius in diss. inserta Virgilio Anglice reddito et a Wartono curato Tom. IV. Fit tamen hoc parum verisimile, omninoque parum probari posse censeo genus hoc referendi loca poetarum ad certos homines per allegoriam et allusionem. Sufficit poetam Iapidem suum ad Homericorum mediocrum exempla induxisse. Sanatur ita a Machaone Menelaus Iliad. δ, 200. 213 sqq., qui locus, una cum altero Iliad. λ, 843, ubi Eurypyli vulneri Patroclus medetur, Virgilio ante oculos fuerunt: adde iis ea loca, in quibus heroes vulnerati dei alicuius interventu recreantur et vulnus sanatur: ut Hector Iliad. ο, 236 sqq., Glaucus Iliad. π, 527 sqq., et ipse Aeneas Iliad. ε, 318. 344. Ornamenta autem Maro conquisivit ingeniose ac diligenter. Amasium edidit Apollinis Iapidem. Amatis enim a se pueris et puellis suas artes saepe aut promittunt aut largiuntur dii apud poetas; non insuave figmentum, quoties excellere aliquem in arte sua dicere volunt poetae; pro quo aliis locis contendisse eum cum deo dicere solent. Illud vero praeclare factum, quod, cum caussa optionis esset memoranda, cur Iapis artem medicam praetulisset artibus augurandi, cithara canendi et iaculandi, ab affectu pietatis eam petiit poeta: *ut depositi proferret fata parentis.* De *mutis artibus* et *medicina*, *muta arte*, multa disputata sunt; pleraque argute magis quam vere. Nam silentium medicorum ex iureiurando Hippocratis vel ex adytis Aegyptiorum alienum profecto a poeta est. Erat saltem unum illud ex Servianis tenendum: *artes mutas* esse musicae comparatione: non vocales et canoras. Quod sequutus quoque est et illustravit Gronov. ad Statii Theb. IV, 188; neque quioquam est, quod cum loquendi usu magis conveniat. Desidero tamen hoc, quod sic *mutae artes* tantum uni ex tribus artibus, quas contemsit Iapis, respondent, scilicet musicae. Adiectum illud *inglorius* videbatur mihi potius notionem τοῦ *mutus* constituere, ut *mutae artes* sollenni figura non sint, quae silent, sed quae sileantur, vel faciunt, ut ii, qui eas colunt, sileantur: ars nullam famam datura, de qua silebunt homines: inprimis ex istius, quo poeta vivebat, saeculi opinione, cum medicinam tantum servi vel liberti ac Graeci exercerent; cum contra celebritatem et famam inter homines daturae fuissent artes augurandi, iaculandi et cithara canendi. Quid enim in heroum vita illustrius his artibus? Porro antiquum morem poeta retulit in amictu: *retorto succinctus amictu:* medici enim fere palliati, etiam Romae, quandoquidem Graeci fere erant genere. Obvius quoque idem Aesculapii habitus in veterum signis et numis. Quod pallium retorquet et succingit, chirurgicam operam et ipsum arguit, non medicam; etsi omnibus omnino idem erat faciendum, qui se ad ministerium vel opus accingebant.

Digitized by Google

Ingeniosum prorsus est commentum de *dictamno*, cuius succum cum ambrosia et panacea clam admiscet Venus aquae, qua vulnus Aeneae fovetur. Substituit poeta dictamnum τῇ πικρῇ ῥίζῃ apud Homerum Iliad. λ, 845, qua Patroclus Eurypyli vulneri medetur, quamque *gentianam*, olim Chironium, dictam, esse docuit Wedelius Centur. Exerc. Dec. VI, pag. 34. Nec vero capreas tantum silvestres in Creta vulneribus dictamno succurrere, eoque comeso iis excidere spicula credidit antiquitas: qua de re vel Aeliani locus videndus V. H. I, 10, ubi cf. Intpp., et h. l. Cerda et Moehsen c. l. p. 232. 233, add. nunc Beckmann. noster ad Mirab. Audit. 4, verum humanis quoque corporibus adhibitum esse dictamnum, Dioscorides auctor est lib. III, 37. Adde Plin. XXV, 8. s. 53. XXVI, 14, s. 87. Pulegio illud simile esse produnt auctores laudati: inter *origana* retulit Linnaeus. Vim habere id purgandi vulnus, adeoque quicquid alienae naturae inest extrudendi, facile intelligitur. Uti solent hoc poetae nostri loco ipsi botanici doctores ad docendam veram dictamni faciem et formam, v. c. post Matthiolum Bauhinus Hist. Plant. lib. XXXVIII, 253, ubi etiam icon herbae extat, ab aliis inde repetita. In *Ambrosia* an de herba huius nominis cogitaverit poeta, equidem non dicam. Etsi enim vim illa habeat adstringendi humores, qui in aliquam partem decubuere (Dioscorid. III, 129. Plin. XXVII, s. 11), non tamen video eam vulneribus adhiberi solitam. Contra succus ambrosiae, quo deos non modo vesci, sed multo magis inungi et odore delectari narrant poetae, nec a vulneribus alienus est, cum v. c. Patrocli vulneri ille infundatur ad putredinem avertendam. Tandem *Panaceam*, variarum herbarum ac medicamentorum nomen (vid. Plin. XXV, 4. s. 11), ad opopanacem potissimum referre volebat Moehsen l. c., qui succus est Panaces Herculis, vulneribus quondam medendis adhibitus. Inter fabulosos tamen succos παναάκεια iam apud Callimachum H. in Apollin. 40 habetur. Nec dubito sive ab hoc sive ab alio Graeco poeta Maronem eam esse hoc sensu mutuatum.

Digitized by Google

EXCURSUS IV†

De Participio versum vitiose claudente.

XII, 609—613. *it scissa veste Latinus, —— Canitiem inmundo perfusam pulvere turpans: * Multaque se incusat, qui non edceperit ante* * Dardanium Aenean, generumque adsciverit ultro.**

Ita haec exaranda Heynius curaverat. Damnarunt vss. 612. 613. etiam Weichert. *De Verss. iniur. susp.* p. 61., tum Iahnius, et nuper Beckius *De Glossematis crit. Quaest.* I. p. 13.; nec videtur Donatus eos legisse, nec Servius, quamquam huius quidem silentio, quum iam supra lecti fuerint iidem versus, nihil efficitur. Antiquissimus, qui hos versus habet, codex est Palat. Sunt autem multi hodie, qui, quidquid vel commendant, vel damnant boni et spectati codices, id ipsi, solam illorum auctoritatem secuti, nullo adhibito iudicio, vel probent, vel improbent. Quod quam perversum sit, hic ipse locus manifesto declarat. — Non sunt hi versus integri translati ex l. IX.; nam pro eo, quod hic vs. 612. legitur *ante*, supra legitur *ultro*, et pro *ultro*, quod claudit vs. 613., supra exstat *urbi*; neque in his est ulla lectionis varietas, quae alibi fraudem a librariis factam indicare solet. Est autem hoc, ut saepe vidimus, moris Virgiliani, repetere eosdem versus uno vel duobus vocc. mutatis. Contra librarii ubi versus alibi lectos inferunt in alienam sedem, integros solent transscribere. Iam vide, quam commode hic Virgilius scripserit *ante*, quamque scite ex illis, quae supra posuit, *ultro* et *urbi*, prius tantum retinuerit; intelligit enim Latinus coactum se iam esse, accipere Aenean; idque si ante fecisset, expertem se futurum fuisse tantae calamitatis. Sed haec quamvis sint gravia, nondum tamen conficiunt rem. At, omissis his versibus, deesse aliquid, quod totum hunc locum apte claudat, facile sentiet, qui auribus utitur adsidua Virgilii lectione perpolitis. Audiamus Servium, qui ad Aen. III, 300. — *classes et litora linquens* — ita scribit: „Notandum sane, finitum esse versum participio, quod rarum apud Latinos est; apud Graecos vitiosissimum.“ Mira observatio, quaeque sexcentis exemplis refutari posse videatur; sed altius inquirenti facile persuadebitur, haustam esse a Servio ex praeceptis docti alicuius et eruditi veteris Grammatici, sed in breve contractam ipsaque brevitate obscuratam. Quaerendum est igitur, ubi recte, ubi vitiose Participia in fine versuum collocentur? Possit fortasse aliquis opinari, excludenda esse ab hac disputatione cetera

Digitized by Google

Participia praeter Nominativum Participii Praesentis, omnemque rem ex soni suavitate iudicandam. Verum tali opinioni repugnat et crebro inventus in ea sede Nominativus huius Participii, et alia vocabula, quae in *-ans* vel *-ens* desinunt, versus claudentia, ut *ingens*, *mens*, *Ufens*, *Volscens*. Illud quidem primum est tenendum, casibus Participiorum obliquis sine ullo vitio terminari versus; cfr. Ecl. III, 46. VIII, 38. X, 27. Ge. I, 321. II, 56. 457. 512. III, 477. IV, 266. 404. Aen. I, 161. 324. 583. II, 111. 144. 570. 739. III, 425. IV, 194. 459., adde, ut alia omittam, VIII, 119. XII, 410. 504. 640. Excitavi, plurimis consulto praetermissis, eiusmodi tantum versus, quorum in fine graviter interpungitur; idem secutus sum in iis, quos deinde afferam. Porro libera sunt a vitii suspicione ea Participia, quae Adiectivorum vice funguntur, ut Ecl. II, 20. *abundans*. VII, 5. *parati*. Aen. I, 379. *notus*. III, 189. et IV, 577. *ovantes*. VIII, 275. *volentes*. X, 307. *relabens*, i. e. ἀψόῤῥοος; tum ea, quae locum Verbi finiti obtinent, adiecto vel omisso verbo *est*, ut Ge. I, 478. II, 418. IV, 91. 444. Aen. I, 216. III, 615. 658. V, 303. VI, 62. 326. 624. IX, 17. 319. Recte etiam Nominativus Participii in extremo versu collocatur, qui aut nulla, aut leni interpunctione a proximo dirimitur; Ecl. II, 47. V, 43. Ge. I, 274. 354. 513. II, 296. 304. III, 238. 433. 438. 511. 521. IV, 132. 151. 546. Aen. I, 50. 106. 305. II, 328. 371. III, 278. 607. IV, 42. 366. 531. V, 91. 840. 852. VI, 421. 482. 587. VII, 100. 448. VIII, 243. 260. IX, 361. 391. 623. X, 540. 837. XI, 120. 426. 627. 749. 812. XII, 291. Ex his iam intelligi potest, vitiose Nominativum Participiorum in fine versuum tum poni, ubi sententia cum ipso versu plane absoluta est. Cuius rei si quaeris quae sit ratio, similis est ei, de qua dictum in V. L. ad Ecl. II, 73., adde V. L. ad Aen. VIII, 582.; ita enim fit, ut inferatur versui nescio quid tenue et exile, quia, quod ita adiicitur, nulla quadam grammatica necessitate cum praegressis coniunctum est, quum contra, ubi versus finitur casu Participii obliquo, Verbum vel Nomen, eum casum regens, vi sua extremum versum complectatur. Reliquum est igitur, ut eorum versuum, qui adversari huic regulae videntur, naturam paulo accuratius inspiciamus. Ex hoc genere omnes ita sunt comparati, ut sententiam cum ipso versu non plane absolutam esse, ipso Participii positu significare voluisse poeta videatur. Hinc primum aliquoties Nominativus Participii sic positus invenitur ante parenthesin: Aen. VII, 561—571.: „Illa autem attollit stridentes anguibus alas, Cocytique petit sedem, supera ardua l i n q u e n s. *Est locus Italiae — — — Hic specus horrendum — Pestiferas aperit fauces:* q u i s c o n d i t a E r i n y s — t e r r a s c a e l u m q u e l e v a b a t." IX, 339 sq.: „Inpastus ceu plena leo per ovilia t u r b a n s; *Suadet enim vesana fames*; m a n d i t q u e t r a h i t q u e M o l l e p e c u s." X, 723 sq.: „Inpastus stabula alta leo ceu saepe pera-

Digitized by Google

grans; *Suadet enim vesana fames;* si forte fugacem Conspexit capream, — Gaudet.“ ante epiphonema X, 500 sqq.: „Quo nunc Turnus ovat spolio gaudetque potitus. *Nescia mens hominum fati — rebus sublata secundis.* Turno tempus erit—, quum spolia ista diemque Oderit.“ Item claudit parenthesin Nominativus Participii; utroque enim modo fit, ut facilius intelligatur, subiecta cum iis, quae ante verba παρένθετα leguntur, connectenda esse: Ge. III, 146 sqq.: „Est lucos Silari circa — —, cui nomen asilo Romanum est; *oestrum Graeci vertere vocantes;* Asper, acerba sonans.“ ib. 452—459.: „Non tamen ulla magis praesens fortuna laborum est, Quam si quis ferro potuit rescindere summum Ulceris os. *Alitur vitium vivitque tegendo, Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat, aut meliora deos sedet omina poscens.* Quin etiam — — Profuit — Ima ferire pedis salientem sanguine venam.“ Aen. I, 331 sqq.: quibus orbis in oris Iactemur, doceas. *Ignari hominumque locorumque Erramus, vento huc vastis et fluctibus acti.* Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.“ III, 62—66.: „Ergo instauramus Polydoro funus, et ingens Aggeritur tumulo tellus; *stant Manibus arae, — — Et circum Iliades crinem de more solutae;* Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,“ *cet.* Similiter XI, 29—36.: „Sic ait illacrimans — Aeneas — recipitque ad limina gressum; *Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acoetes Servabat; — — — Circum omnes famulumque manus Troianaque turba Et maestum Iliades crinem de more solutae.* Ut vero Aeneas foribus sese intulit altis,“ *cet.* X, 736 sqq.: „Tum super abiectum posito pede nixus et hasta: Pars belli haud temnenda, viri, iacet altus Orodes. *Conclamant socii laetum paeana secuti.* Ille autem exspirans: Non me, quicumque es, inulto — laetabere.“ Hinc etiam semel in fine comparationis Ge. III, 193—203.: „tum cursibus auras, ... talis sc. equus ... Tum vocet, ——: *Qualis Hyperboreis Aquilo quum densus ab oris Incubuit; — — — Ille volat, simul arva fuga, simul aequora verrens.* Hic vel ad Elei metas et maxima campi Sudabit spatia.“ Tum Nominativus Participii aliquoties legitur ante inserendam alicuius orationem: Aen. II, 288.: „Sed graviter gemitus imo de pectore ducens: Heu, fuge, ait.“ X, 420.: „Quem sic Pallas petit ante precatus: Da nunc,“ *cet.* XI, 100 sqq.: „Iamque oratores aderant — Velati ramis oleae veniamque rogantes: Corpora — Redderet ac tumulo sineret succedere.“ X, 490.: „Quem Turnus super adsistens: Arcades, haec, inquit,“ *cet.* Omnino, ubi animus ad ea, quae futura sunt, praeparatur: Aen. II, 433 sqq.: „Divellimur inde, — — — Protenus ad sedes Priami clamore vocati. Hic vero ingentem pugnam —— Cernimus.“ III, 300 sqq.: „Progredior portu, classes et litora linquens: Sollemnes quum forte dapes — — Li-

Digitized by Google

babat cineri Andromache.“ Hinc ubi quaedam inter se opponuntur: Aen. I, 238 sqq.: „Hoc equidem occasum Troiae tristesque ruinas Solabar, fatis contraria fata rependens: Nunc eadem fortuna viros — Insequitur.“ V, 334 sqq.: „non ille oblitus amorum; Nam sese opposuit Salio, per lubrica surgens; Ille autem spissa iacuit revolutus arena.“ IX, 201 sqq.: „Non ita me genitor — — erudiit; nec tecum talia gessi, Magnanimum Aenean et fata extrema secutus: Est hic, est animus lucis contemtor,“ *cet.* XI, 459 sqq.: „Immo, ait, o cives, — Cogite concilium et pacem laudate sedentes: Illi armis in regna ruant.“ ib. 630 sq.: „Bis reiecti armis respectant terga tegentes: Tertia sed postquam congressi in proelia,“ *cet.* Denique in rerum descriptione aut narratione, ubi plura adiecturus est poeta: Ecl. X, 24 sqq.: „Venit et agresti capitis Silvanus honore, Florentes ferulas et grandia lilia quassans; Pan deus Arcadiae venit,“ *cet.* Aen. IV, 384 sqq.: „Sequar atris ignibus absens; Et quum frigida mors anima seduxerit artus, Omnibus umbra locis adero.“ VIII, 457 sqq.: „Consurgit senior, tunicaque inducitur artus, — — Tum lateri — subligat ensem, Demissa ab laeva pantherae terga retorquens; Nec non et gemini — Praecedunt gressumque canes comitantur herilem.“ XI, 828 sqq.: „Tum frigida toto Paullatim exsolvit se corpore, lentaque colla Et captum leto posuit caput, arma relinquens; Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.“ vid. ibi V. L. Mutavi aliquoties interpunctionem, quo facilius ea ratio perspiceretur. — Iam unus ceteris omnibus repugnat versus is, cuius causa suscepta est haec disputatio. Itaque quum appareat, vitiose, immo vitiosissime, orationem finiri hoc versu: — „Canitiem inmundo perfusam pulvere turpans.“ — quandoquidem versus 614.: „Interea extremo“ *cet.* ad rem plane diversam avocat animum, retinendi sunt, quibus vitium illud poeta ipse sublatum voluit, versus interiecti 612 sq. Qui utrum a male sedulo Grammatico deleti sint, an casu exciderint in antiquissimis quibusdam exemplaribus, unde multi ex praestantioribus, qui superstites sunt, codicibus, descripti sunt, incertum est. Sed uti adventicios quosdam versus etiam optimi veterrimique libri servaverunt, ita fieri etiam potuit, id quod factum aliquoties vidimus, ut interdum probi versus in iisdem omitterentur. Atque hic non est praetereundum, quod versus 611. extremus est eorum, quos ea pagina in Mediceo capit. Sapienti autem consilio Poggius fecit id, quod professus est Praefat. p. X.: „praeterea versuum in unaquaque pagina tam numerum, quam ordinem servavi.“ Ita facilius fieri potuit, ut imprudens librarius proximos versus praetermitteret; vid. V. L. ad VII, 583. Delevi asteriscos ab Heynio appictos. — Ceterum essent, quae adderem superiori disputationi; dicendum quoque foret de Graecis poetis, atque etiam de usu eorum, qui soluta usi sunt oratione, „extremo ni iam sub fine laborum Vela traham et terris fe-

Digitized by Google

stinem advertere proram. Verum haec ipse equidem spatiis exclusus iniquis Praetereo, atque aliis post me memoranda relinquo."

Ph. Wr.

EXCURSUS V

Censura eorum, quae in Aeneidis oeconomia reprehendi possunt.

Aeneidis argumentum et summam, eaque, quae passim a viris doctis cum in singulis partibus, tum de libris sex posterioribus, aut de episodiis et locis nonnullis monita fuerunt, exposui in ipsa enarratione, opportunius, quam si ea uno loco cumulare voluissem. Aliorum rationem satis idoneam reddere mihi visus sum, alia ad fatum Aeneidis, tamquam operis ultima manu haud absoluti, retuli, alia humani ingenii imbecillitati condonanda esse dixi.

Praeter haec tamen sunt nonnulla, quae iudicii laudem, qua maxime Maronem excellere saepe pronuntiavi (vid. Disquis. II), haud parum obscurare videntur, cum modo probabilitate destituantur, modo rationi rerum ac temporum, adeoque veritati historicae, repugnent. Ut diligentius ea retractarem, movit me inprimis missa nuper ad me viri amicissimi, *Iacobi Bryant*, acute scripta dissertatio de his ipsis, quae in Aeneide male constituta sunt. Subtiliter ille, etsi aliis de caussis, et ab aliis principiis profectus, ut fidem Troianarum rerum labefactaret, investigavit ea, in quibus aut fidem historicam aut probabilitatem desideres. Ad haec potissimum, tum ad alia passim a viris doctis animadversa, respectu habito recensebo potiora, ac videbo, quid in singulis aut excusandum aut defendendum aut damnandum videri possit.

Antequam vero ad singula descendam, monenda sunt nonnulla universe, quae ad iudicium hisce de rebus ferendum facere possunt. Fidem historicam et probabilitatem rerum ad fidem fictarum non prorsus iisdem finibus teneri, a multis monitum est: evenere multa, quae probabilitatem non habent; sunt alia probabilia, quae ipso eventu comprobata non sunt. Porro, in probabilitate fingentium ad delectationem non tam id quaeri, num nihil alicunde elici possit, quod rerum ordinem et modum evertat; ita enim omnis sublata esset et fictio et ex ea delectatio: verum ut nihil sit, quod legenti vel audienti succurrat, scriptorisve vitio obiiciatur, quod admonere possit, fraudem his subesse, nec hoc, quo expositum erat, modo

Digitized by Google

res aut gestas esse aut geri potuisse. Nullum facile est aut esse potest ullius operis, quod ingenium humanum peperit, inprimis epici vel dramatici, argumentum ita comparatum, quin insint nonnulla, quae nec tractari bene nec summa arte tractata nitere satis possunt. Omittere illa tutissimum est, aut, si omitti nequeunt, levi manu tractare, aut ornamentis onerare, aut quacunque alia via oblinere illa et obscurare. Ad poetae itaque artem spectat hoc vel maxime, ut, quae narrantem se premant, ex adspectu, sensu, et memoria legentium removeat seduloque curet, ne id, quod argumenti in nonnullis forte vacillantis natura et ratio, aut temporum rerumque memoria, ipsaque historiarum veritas, parum commodi habet, sensum legentis repente feriat et voluptatem interpellet, qua delinitus nihil curat, nihil ad se pertinere putat, quod extra rem praesentem positum est. Facile id poeta consequetur ab eo, qui ipsarum rerum phantasmatibus percussum animum habet; difficilius ab illo, qui aut natura minus acrem rerum sensum, aut aetate, curis, rerum usu exercitum animum ad poetam legendum affert, adeoque, dum remissiore est animo, ad animadvertenda ea, quae sedatius iudicium suggerere potest, magis est compositus.

Ex his adhuc dictis *) intelligi arbitror, uti sensus cuique suus in his relinquendus est, ita in reprehensionem poetam vere in his tantum incurrere, quae parum sedulo cavit ne primo legentis obtutui statim occurrerent. Contra ea, quae subtiliore iudicio et cogitatione intentiore elicias, in censuram venire non possunt, nisi totum hoc genus ipsamque Iliadem et Odysseam cum Aeneide sublatam esse velis. Quam multa enim sunt, quae scrupulum faciant, si de Penelopes aetate sub Ulyssis reditum aut de Telemacho curiosius quaeras. Multo minus ferendi sunt, qui nullo poetices sensu imbuti ad dialecticas rationes aut ad historicae critices canones epicam poesin exigunt, aut grammaticis minutiis impediti calumniantur poetas, qui tamen non nisi eo ingenii contactu, eoque sensu, quo ipsi scripsere, legendi sunt. Ex eo genere fuere Zoili totque Homeromastiges et Virgiliomastiges; in hoc numero nuper Britannus aliquis, qui sibi valde doctus videbatur (*Heron's letters of litterature.* Litt. 23). In dramatibus iam inter poetam et spectatorem facile in id conventum est, esse nonnulla, quae, etsi a natura rerum aliena, in scena aliter esse nequeant, iis igitur pro concessis uti poetam.

Itaque ea, quae *adversus temporum rationem* in Aeneide moneri possunt, etsi ne defensionem quidem illam admitterent, quam Exc. II ad lib. III, et Exc. III ad lib. XII dedimus, non tamen ad poetae laudem evertendam vim habere putabimus. Sunt ἔξω τοῦ

*) Ducem sequor in his fere Aristotelem de poetice.

Digitized by Google

μνθεύματος, μὴ ἐν τῷ δράματι. Est in his illud, quod nuper in mentem veniebat: Scilicet Euandrum adit Aeneas, atqui idem se Herculem excepisse hospitio narrat, qui aliquot aetatibus ante bellum Troianum vixerat. Verum locum hic haberet quod apud Pindarum est: κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει. (Pyth. IX, 151.)

Aliud est, in quo poeta sui oblitus videri poterat, quod deorum monita de adeunda a Troianis Italia modo clarius, modo obscurius, quam par erat, apposuit. Ab obscurioribus monitis exorsus erat; idque recte; nec nisi in ipso Italiae aditu et sede occupata vaticiniorum eventus plene explicitus esse videri debebat. Iam autem interpositum est unum oraculum, quo maturius, quam par erat, Troianis de sede nova, qualis illa futura esset, constare debuit, Creusae inquam monitum sub ipsum discessum ex Troia lib. II, 780.781. 782. 783, quod etsi quantum licuit excusatum dedi Exc. XV ad lib. II et Disquis. II, p. LXIV. LXV, malim tamen illud sublatum: eo enim omnes reliquae rationes turbantur, quoties accuratius in haec inquiras. Sane Hesperiae nomen bene conveniebat vaticiniis, quando occidentalis regio significabatur, quae illa aetate inter incognitas terras habebatur a Graecis. Hactenus bene: *Ad terram Hesperiam venies;* et condonari poterat, si quacunque in terra ad occidentem sita sedes figere volebant. Modo Tiberis memoratio nulla facta esset! Ita recte mox in Creta de Hesperia manifestius de Italia fieri poterat: III, 163 sq. *Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt: Oenotri coluere viri;* et cum de exteriore Italia hoc accipi posset, mox ad interiorem Italiam avocati sunt ab Heleno III, 381 sq. vid. Disquis. II, s. 6.

Ascanii nomen et profuit poetae plurimum et obfuit. Palpavit sane Augusto et Romanis; et Iulium sidus novum splendorem afferre carmini debuit. Verum sunt alia, quibus tamquam scopulis poetae ingenium parum cautum impegisse videri potest. In maiore operis parte Ascanius est puer iam satis adultus, inprimis in ludo Troiae lib. V, 545 sqq. (ubi tamen prudenter *impubem Iulum* dixit), tum in promissis Niso datis IX, 258 sqq. et in pugna castrensi IX, 622 sqq. X, 132. Etiam huius anni initio, cum in Africa agerent Troiani, eductique essent in venationem, *At puer Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo* etc. lib. IV, 156 sq., et escensu in Latium facto: *Insidiis cursuque feras agitabat Iulus* VII, 479. Iam si annos computes, haud multum eius aetas a pubertate tum abesse potuit: exierat ille ante septem annos urbe Troia patris manu ductus; fac eum sexennem vel septennem fingi iam tum natum, cum patri comes fieret: si quidem *dextrae se parvus Iulus Implicuit sequiturque patrem non passibus aequis:* II, 723. At primo illius in locum Cupido succedit, qui tamen Didonis gremio insidet:. lib. I, 718, tum comparatur ille ab Andromache cum Astyanacte III,

Digitized by Google

489 sq. Videamus, an reprehensio illa iusta sit. Prius illud defensionem habet paratam: nam Cupido veteribus puer est ad pubertatis annos vergente aetate, ut ex signis veterum constat; quod ille *gremio Didonis insidere* dicitur, e more accumbentium est diiudicandum: poterat ille eius pectori acclinis sedere: cf. Not. ad e. l. Quod alterum attinet, quod diximus, Andromache Ascanii conspectu commota: *O mihi sola mei*, inquit, *super Astyanactis imago! Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat; Et nunc aequali tecum pubesceret aevo.* Si cui Astyanactis a matre ulnis gestati ex Iliad. ζ memoria insederit, is ad nimis teneros annos Ascanium revocari putabit. Hoc tamen lectoris, qui argute ea, quae remota sunt, arcessita comparat, potius quam poetae culpa fieri dicam. Nam primum Astyanax a matre gestari potuit tamquam puer triennis vel quadriennis; Hectoris caedes anno antevertit excidium Troiae; anno hinc septimo ad Epirum accessit Aeneas; itaque haud multum abfuturus fuisset adhuc superstes Astyanax ab ea aetate, qua Ascanius tum erat. Absolvendus itaque in hoc Maro crimine neglecti temporum ordinis. Gravior dica oblivionis impingi poterat Virgilio in eodem loco de Andromache, quod illa Ascanium interrogat, num matris amissae desiderium retineat? III, 341, cum tamen de Creusae fato nihil illa comperire potuisset. Sed locum interpolatum videri declaravimus.

Si in his poetae caussam egi, conclamatam aliam caussam esse fatendum est, quando duplici narratione Helenae recuperatio ab ea exposita est: lib. VI, 510 sqq., in quo, quantum intelligo, Arctinum in Ilii excidio ante oculos habuit, et lib. II, 567 sq. Verum in hoc mihi moram facere non licet, quandoquidem ad ipsa loca satis hac de re est disputatum.

In excidio urbis Troiae sunt haud pauca ad nostrum sensum parum probabiliter narrata, inprimis quae de Equo Troiano exposita sunt; tum de simulato discessu et classe post Tenedum latente, quae tamen insula *in conspectu* erat: Atqui harum rerum fidem nullam praestare debet poeta, quas ex antiquis mythis poetarum ingeniis ornatis adsciverat: *in his prisca fides facto, sed fama perennis:* IX, 79; quo ipse poeta argumento narrationem de navibus in Nymphas mutatis tuetur.

Paratam Virgilium laudem ex eo habere dixi, quod fabulas Ulyssis et errorum (τῶν Νόστων) suo carmini intexuit eoque varietatem ac copiam rerum narrandarum nactus est (vid. Disquis. I, s. VIII). Magnae in his incidere debuere difficultates, cum multa a diversis narrata essent haud satis inter se congruentia; multo magis, si, quod docui, tragicos multis in locis expressit. Verum in his satis erat, si nihil in ipsam narrationem admitteret, quod dissidere a ceteris videri posset; ut vero nihil apponeret, quod forte rerum ab aliis narratarum ordini repugnaret, id nec cavendum ipsi erat, cum extra

Digitized by Google

argumenti et consilii fines positum esset, nec in tanta narrationum diversitate caveri potuit.

Itaque vitio verti Maroni non potest, quod Achemenidem ab Ulysse ante tres menses in Cyclopum littore relictum narravit, etsi ex Homerica narratione primo statim a Troiae excidio anno Ulysses ad Siciliam appulerat: conf. Not. ad III, 613. Est enim hoc extra caussam, ut ita dicam, positum, quod alius aliter eandem fabulam exposuit. Eodem modo diluendam puto aliam accusationem, quam viri docti acumen in medium affert: In Odyssea sub extrema errorum Ulyssis tempora, adeoque nono fere decimove anno post Troiam captam, Telemachus ad Menelaum venit, qui anno superiore, octavus erat, domum redierat (Od. γ, 306. δ, 82). Incidit Telemachus in apparatum nuptiarum Hermiones ad Pyrrhum mittendae, Od. δ, pr. Iam Pyrrhum occidit — *ereptae magno inflammatus amore Coniugis et scelerum furiis agitatus Orestes* Aen. III, 330 sq., quo facto eius coniux, Andromache, cessit Heleno una cum regno partis Epiri v. 294 sq. Tempora in his a Virgilio perturbari, si Homerum compares, manifestum fit; appulsus enim Aeneae ad Epirum quarto a Troia capta anno factus erat: v. Exc. II ad lib. III, To. II, p. 480. Enimvero ratio in hoc eadem est, quae in superiore reprehensione. Tum omnino fabulae Orestis, Pyrrhi, et Heleni tam diversis modis tractatae fuere, inprimis a tragicis, ut fingendi liberum esset arbitrium. Dicta satis de hoc quoque, Exc. X ad lib. III. Tom. II, p. 581 sqq. Exc. XII p. 584.

De iis, quae in sex posterioribus libris occurrunt simili difficultati implicita, suis passim locis aut expedita aut saltem annotata sunt *). Unum est, quod non habeo quomodo satis defendam, quod templum in urbe Laurentum a Pico conditum non modo tam splendide extructum et ornatum commemorat, signa maiorum in vestibulo apponit, verum etiam spolia, exuvias et tropaea, VII, 183 sqq., et in his adeo *erepta rostra carinis:* ac si illo tempore iam bella maritima geri potuissent **). Graviorem tamen aliam censuram subiicit vir doctus, quem supra honoris caussa nominavi, quod cum his ipsis Latium perpetua pace floruisse aliis locis narravit. *Rex arva Latinus et urbes Iam senior longa placidas in pace regebat,* VII, 45. Itaque bello mox moto *Ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante:* VII, 631. Ante Latinum fuerant *Faunus, Picus* et *Saturnus: Primus ab aetherio Saturnus venit Olympo — Aurea, quae perhibent, illo sub rege fuerunt Saecula: sic placida*

*) V. c. de armis caelo demissis ad VIII, 520 et 608, de Turno arma explorante die ante pugnam XII, 81.

**) Quod Latinorum res multo maiores quam pro veritate finxit, hoc ipsi condonandum erat: carminis enim dignitati ita prospicere debuit; ut passim a nobis observatum, v. c. ad VII, 275.

Digitized by Google

populos in pace regebat: VIII, 319 sq. Vix hi rerum annales promittere videntur tempora belli tempestatibus agitata, ut spolia ac tropaea ex victoriis parta reponi possent. Hic tamen poeta ipse suae caussae prospexit; nam eodem loco, quo de Saturno egerat, versus subiicit: 326 sqq. *Deterior donec paullatim ac decolor aetas Et belli rabies et amor successit habendi. Tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae, Tum reges, asperque immani corpore Thybris* etc. Et si quaeras, quo rege geri bella potuerint, Picum designavit; *Picus equum domitor*, VII, 189. Itaque Latini adeo inter populos bellicosos habiti. Apud Ovid. Fast. III, 79. *Et tamen ante omnes Martem coluere priores; Hoc dederat studiis bellica turba suis — Mars Latio venerandus erat* etc.

Apud Macrobium lib. III. IV. V et VI inter laudes poetae immodicas, saepe in tenuioribus occupatas, reprehenduntur quoque haud pauca sine idonea ratione, et ex subtilitate grammatico digna. Sunt tamen in his nonnulla, quae fundo suo destituta non sunt, etsi profecta pleraque ex eo, quod poetae haud contigit operi ultimam manum admovere. Ita verum est, quod lib. V, 15 monetur, nominari passim viros fortes et ornari, quorum mox inter praelia nullam insignius facinus commemoratur, ut Virbium Aen. VII, 752, et Cupavonem X, 186.

Digitized by Google

INDEX NOTARUM,

QUIBUS AUCTA EST QUARTA EDITIO.*)

E. *Ecloga.* Cat. *Catalecta.*
G. *Georgica.* Q. V. *Quaestiones Virgilianae.*
A. *Aeneis.* Exc. *Excursus.*

Numeri, quibus adiecta est litera N., indicant Notas exegeticas, quibus illa non est adiecta, criticas sive Varietatem Lectionis.

A

A longum non videtur elidi sequente brevi vocali, A. X, 179.

A praepositio, ubi Genitivus poni solet, E. I, 54. — in periphrasi, Ge. III, 2. N. — elisione absorptum, A. I, 235. IV, 191. — remotum tempus, disiunctum genus videtur significare, A. IV, 191. — vid. Praepositio.

Ab ante consonas quando ap. Virg. legatur? Q. V. I.

Abigere, Adigere, A. XI, 261.

Ablativus tert. Declinat. in *..i*, Ge. I, 13. IV, 165. — sine Praepositione *in*, A. I, 403. IV, 26. VII, 758. — absolutus, Ge. IV, 219. N. — *dubio, periculoso, tranquillo*, A. V, 127. N. — *morte*, quum mortuus esset, A. IV, 502. — i. q. *per, propter*, A. XI, 151. — habitum, modumque ac rationem indicans, A. IV, 517. N. — materiam, A. I, 655. N. — quaedam Substantiva ornatus causa per Ablat. adiiciuntur, Ge. II, 247. — *accitu, missu*, cet., A. I, 677. N. — *iaculis increvit acutis*, i. e. iacula increverunt, A. III, 46. — *Tyro*, qui Tyro oriundus, A. IV, 36. N. — *quae sit sententia bello*, A. XI, 295. N. — Ablativi varius usus, E. X, 24. A. III, 292. 383. N. IV, 26. 373. N. V, 77. N. — vid. *Re...*

Abscindere et *Abscidere* permut., Ge. II, 23. — quid differant? *ibid.*

Ac, vid. Copulae. — *Ac* numquam uni aut duobus vocc. postponitur, Q. V. XXXV, 13. — non ponitur ante literas *c, g, q,*

*) Index Notarum, quibus Silligius Culicem, Cirim, Copam et Moretum illustravit, his ipsis carminibus adiunctus est.

Digitized by Google

ibid. — frequens inprimis ante *t* et *v*, *ibid.* — fere exsulat a levioris argumenti carmine, *ibid.* — frequens in arsi, *ibid.* 14. — in principio versuum fere ante particulas invenitur, *ibid.* — gravius quid sonat, quam *Et*, *ibid.* 13. sqq. — indicat alacritatem quandam ac fervorem, dolorem et indignationem, *ibid.* — graviter per *Ac* plurium sententiarum comprehensio clauditur, *ibid.* — nec infrequens *Ac* in sedata et cum dignitate quadam coniuncta oratione, *ibid.* — *Haud secus ... Haud minus ... Simul ... ac*, *ibid.* 15, c. — permut. cum *At*, *Et*, *ibid.* 21. — quam vim habeat in comparationibus? A. I, 148.

Acanthi duo genera, E. III, 44. N.

Accipere, i. e. omen accip., A. XII, 260. N.

Accire, vid. *Adscire*.

Acclamandi et Conclamandi mos interdum confusus, A. I, 219. N. III, 68. N.

Accusativus Graecorum Nominum in *..as*, *..es*, desinentium terminatur in *..an*, *..en*, Q. V. III, 1. — Latinor. Nom. in *..as* exeuntium terminatur in *..am*, *ibid.* 2. — Graeco Accusativo tert. Decl. in *..in* misso semel usus est Virgil., *ibid.* 3. — Accusativus duplex, s. remotioris Obiecti, A. XII, 270. N.

Acheloia pocula, Ge. I, 9. N.

Achilles, Genitivus et Accusativus huius et similium Nominum, A. I, 30. II, 476.

Acies bisyllabum, A. X, 179. — plurali Numero quid? A. XII, 662.

Ad et *In* permut., Q. V. X. — *ad* cum vi comparandi, E. III, 48. — *ad* aliquid stupere, tremiscere, resistere, revivere, E. VIII, 3. — *ad* in compositis, A. IX, 52. — *ad quem* et *ad quae*, A. X, 742.

Addere de eo, qui verba facturus est, etiam nulla praegressa oratione, A. XI, 95. — *Addi* i. q. se addere, A. VI, 528.

Additamenta otiosa. A. I, 678. N. XII, 227.

Adeo Q. V. XXVI. — i. q. eo, *ibid.* 1. — i. q. tam, tam valde, ita, *ibid.* 2. — sola soni vocisque intentione exprimi a nobis potest, *ibid.* 3. — adiungitur temporalibus Particulis *nunc* et *iam*, *ibid.* 4. — omnino ad tempus accuratius definitum spectat, *ibid.* — Adverbio loci adiectum, *ibid.* 5. — i. q. *etiam*, sed fortius, *ibid.* 6. — *Vix adeo*, *ibid.* 7. — i. q. οὕτω γε, *ibid.* 8. — *Adeo*, *Tantus*: his vocibus non subiectum *nam*, E. I, 11. N.

Adferre, *deferre*, *perferre*, puta *nuntium*, A. XI, 181.

Adflare de ambustione, A. II, 649. N.

Adiectiva adverbialiter, G. III, 149. N. — substantive, A. V, 6. N. — bisyllaba quomodo collocari soleant? A. I, 333. — simplicia, quibus praemissa negatio, mutata in composita, ut *non piper* in *impiger*, A. V, 781. — Substantivis postposita, A. V, 840. — non Subiecti, sed Praedicati genus sequentia, A. VI, 448. — duo uni Substantivo iuncta, A. V, 24. — Participiis adiuncta, A. VIII, 559. — Pronominum possessivorum loco posita, A. X, 139. — Adiectivorum pro Adverbiis po-

Digitized by Google

sitorum ratio, A. III, 56. N. — Adiectiva pro Patronymicis, A. X, 123. N. — Adi. non suo Nomini iuncta, A. XII, 199. N.

Adigere, vid. *Abigere*. — cum Infinitivo, ut Graec. προσήγεσθαι, A. VI, 696. N.

Ἀδικεῖν τινά τι, A. III, 56. N.

Adire de re ardua et difficili, A. V, 379. N. Cat. XI, 62.

Adolescunt arae, *Adolere* Penates, Ge. IV, 379. N.

Adscire et *Accire* quid differant? A. XII, 38.

Adsidere cum Accusat., A. XI, 304.

Adsimulare et *Adsimilare*, A. XII, 224.

Adspargere, G. III, 419.

Adspice, *ut* quomodo struatur? E. IV, 52.

Adstare, A. I, 152. N. — de iis, qui in exspectatione sunt, A. XII, 133. — et *Instare* permutat., *ibid.*

Adsuescere rem, A. VI, 833. N.

Adtorquere et similiter composita, A. IX, 52.

Adverbia quaedam, *ante*, *saepe*, ex superioribus repetenda, G. I, 175. — pro Adiectivis, A. I, 198. N. — Adverbii positus, A. X, 823.

... *ae* elisum sequente brevi vocali, A. X, 179.

Aegaeon Iovi inimicus, A. X, 565. N.

Aegis i. q. fulmen, A. VIII, 354.

Aeneis et *Aenides*, A. IX, 653.

Aeque .. *que* - *que*; *Aeque* .. *et* - *et*, G. III, 118. N.

Aequi Falisci, A. VII, 695.

Aequus in *Equus* mutat., A. XII, 465.

Aerii, non *Aetherii*, montes, praeter Olympum, A. VIII, 221.

Aeschylus, A. X, 377. N. XII, 799. N.

Aether, nusquam magnus dicitur, A. I, 300.

Aetherius, non *Aethereus*, A. I, 201. — et *Aerius* permutat., A. V, 518.

Affectus hominum ad res inanimatas in Bucolicis referri solent, E. I, 37. N.

Afore, *Afui*, A. VII, 498.

Ager A. XI, 247. — *Agris* et *Arvis* permut., A. XII, 24. — Agri in significandis divitiis ap. Romanos primo loco habiti. Q. V. XXXVIIII.

Agni quando nascantur et depellantur? E. VII, 15. N. — Agnos pueri pascunt, E. V, 12. N.

Agnoscere deos, A. XII, 260. N.

Agone? Q. V. XXXI, 14.

Ah separandum a Vocativo, E. II, 60.

Ait post *fatur*, *loquitur*, A. V, 551. N. — deest A. III, 84.

Albunea, A. VII, 83. N.

Alcyones, non *Halc.*, Ge. I, 399.

Aliquid de re exigua, aut magna, E. II, 71.

Aliquis i. e. alius quis, A. II, 48. N. IX, 186. — *Aliquis exoriare* et similia, A. IV, 625. N.

Aliquod magnum non est Latinum, A. X, 547.

Ἄλις adiective, A. XI, 366. N.

Alius et *Alter* quid differant? E. II, 73. N. et Q. V. XXIIII, 10. — *Aliique ... et*, Ge. IV, 14.

Allia et *Alia*, A. VII, 717.

Digitized by Google

Alliteratio, A. IX, 89. — vid. Soni Similitudo.

"Αλλος δεύτερος, Q. V. XXIIII, 10. — *"Αλλοι τε καί, ἄλλως τε καί*, G. IV, 14.

Alter, vid. *Alius*. — *Alter... iterum*, A. X, 27.

Altus dolor, A. I, 209. N. — *Alta petere*, G. I, 142.

Alvus an communis sit generis idemque valeat, quod *Alveus*? Q. V. XVI, 4.

Amfractus, *Anfractus*, A. XI, 522.

Ammon et *Hammon*, A. IV, 198.

Amores, A. V, 334. N.

Ampullae, Cat. VII, 1.

Amurca et *Amurga*, G. I, 194.

An addubitandi vim habet, E. III, 1. N.

Anacoluthon, A. I, 23. N. 237.

Anadiplosis nominum quaedam rarior, A. XII, 857.

'Αναγκάζειν τινά τι, A. III, 56. N.

Ancora et *Anchora*, A. VI, 902.

Androgei et *Androgeo*, A. II, 371.

Angor et *Anxietas*, A. IX, 89.

Anhelus cet. non *Anelus*. Ge. III, 497.

Anima, vid. *Purpurea*. — *Animam linquere*, A. III, 140. N.

Animus contemtor, A. IX, 205. N. — *Animo* et *Animum* Verbis passivis adiectum, A. V, 720. — *Animo* et *Animis* differunt, Ge. IV, 132. — *Animis* et *Armis* conf., A. XI, 854.

... ant sequente *e* in *... ans* mutat., A. XII, 454.

Ante ex *multo ante* repetitum, E. I, 70. N. — *Ante prius*, A. IV, 27. — *Ante quam* cum Indicat., A. IV, 27.

Antenna, *Antemna*, A. III, 549.

Anxietas, vid. *Angor*.

Apollinem alio modo adiuvare poetas, alio ceteros deos. E. III, 61. N. — Apollo antiquis Romanis ignotus, E. IV, 10. N.

Appenninus, origo et scriptura huius nominis, A. XII, 703. XI, 700.

Appositio, E. III, 3. — Appositio et Epexegesis, Q. V. XXXIII. — Appositionis ratio quadruplex, *ibid.* 3. — Appositio respuit, Epexegesis requirit copulam, *ibid.* 4. 5. — Epexegesis a genere ad singula descendit, raro a singulis ad genus progreditur, *ibid.* 6. — Epexegesis interdum admittitur, ubi etiam Appositioni locus, *ibid.* 7. — Particula aliqua in Epexegesi repetita pro copula, *ibid.* 9. — Epexegesis in iungendis duobus vel pluribus enuntiatis, *ibid.* 10. — Appositio et Epexegesis in Comparationibus, *ibid.* 11. — Epexegesis forma quaedam rarior, A. IV, 514. N. — vid. Nominativus.

Aptare i. q. instruere, A. IV, 482. N.

Aptus i. q. instructus, A. IV, 482. N.

Aquae vivae in caede abluenda usus, A. II, 718. N.

Aquilones sicci, Ge. III, 197. N.

Arae plures uni deo positae, E. V, 65. N.

Aratrum vetus rotis caruit,

Digitized by Google

Exc. ad Ge. I, 169 sqq. — Aratri veteris forma, *ibid.*

Arbos, non *Arbor*, E. III, 56. — Arbores termini agrorum, E. IX, 7. N. — quando i. q. *vitis?* Ge. II, 300. N.

Arcadum picta arma, A. XII, 281. N.

Arcessere et *Accersere*, A. V. 746.

Ἀρχέλαος dies, A. IV, 169. N.

Ardere, de amore, varie struitur, E. II, 1. N.

Arenae de fundo maris, A. I, 105. N.

Ἀρετή, i. q. εὐδοξία, A. VI, 807. N.

Aristophanes, Q. Virg. XXVIIII, 6.

Arma crepant, cet., A. XII, 332. — vid. *Animus*, Arcadum, *Arvum*.

Armigeri, nobile genus hominum, A. XI, 32. N.

Arruns et *Aruns*, A. XI, 759.

Arsi corroborata Thesis, A. VIII, 579.

Artus, non *Arctus*, A. I, 293.

Arunci, A. XI, 318.

Arvum, A. XI, 247. — *Arva* et *Arma* conf., A. XII, 237. — *Arvis* et *Agris* permut., A. XII, 24.

Asilas, *Asylas*, A. IX, 571.

Ast etiam ante consonas, A. X, 743.

Astra: *Ad astra* et *in astra ferre* quid differat? Q. V. X, 2. — crudelia, E. V, 23. N.

At, vid. V. L. ad init. Aen. — *At* graviter opponendi vim habet, Q. V. XXXVII, 1, a. — *Si — at si*, *Si — at*, *Sin non — at — at*, *Sin — at saltem*, *Non — at*, *Quamvis — at*, *Quondam — at nunc*, *At vero*, *ibid.* 2, a. — *At non*, *ibid.* 1, b. — *Ille — at*, *ibid.* 1, c. — *At* transitioni servit, *ibid.* 2, a. — *At*, ubi post quaedam interposita pertexitur coepta oratio, *ibid.* — ubi ad prius memoratum Subiectum recurritur, *ibid.* — *Dixit*, *et* et *Dixit*; *at* quomodo differant? *ibid.* (adde A. XI, 595.) — de respondente, *ibid.* — causa et effectus, coeptum et eventus, per *At* distinguuntur, *ibid.* — *At* frequens in ordienda nova oratione, *ibid.* 2, b. — *At* omnino, ubi nova aliqua res, nec opinata, subita aut horrida incidit, locum habet, *ibid.* 2, c. — tum in re insolita, *ibid.* — ubi quid fit contra quam exspectamus, *ibid.* — *At* excitat exspectationem, *ibid.* — *At* in enumeratione, *ibid.* 3. — quendam rerum progressum indicat, *ibid.* — *At* in precibus, *ibid.* 4. — Supprimitur id, ad quod refertur *at*, *ibid.* 5. — *At* in ironia, *ibid.* 6. — *At* pro *Sed*, *Autem*, *Vero*, *ibid.* 7.

Ater ignis, *Atra* fax, A. IV, 384. N.

Athos correpta ultima, Ge. I, 332. A. XII, 701.

Atilia gens mature desiit florere, A. IX, 335.

Atius, *Attius*, A. V, 568.

Atque, vid. Copulae. — *Atque* explicativum, Q. Virg. XXXIII, 5. cfr. XXXIIII, 2. — vid. *Ac*. — *Atque* gravitatis plenum, Q. V. XXXV, 22. — in re non exspectata, necopinata, repente oculis subiecta, *ibid.* — excitat exspectationem, *ibid.* — in transitu ad nova, *ibid.* — eadem vel similia vocc. iungit, *ibid.*

Digitized by Google

24. — similibus comparandis servit, A. VI, 772. — copulat contraria, Q. V. laud. §. 25. — duos Imperativos iungit, *ibid.* 26. — in enumeratione, *ibid.* 28. — geminatum, *ibid.* 23. E. V, 22. G. III, 257. — numquam uni vel pluribus vocc. postponitur a Virgilio, A. III, 250.; sed cfr. Q. V. laud. §. 13. — *Atque, Et, Que* post disiunctivam vel negativam particulam in oratione alacriore, forti ac vehementi, Q. V. XXXVI, 10.

Attice febris, Exc. ad Cat. II.

Attius, vid. *Atius*.

Attractare, G. III, 57.

Audax, qui deos, vel rem sacram laedit, A. VII, 114. N.

Audere absolute positum, A. II, 347. N.

Audio quum, E. III, 12.

Αὐλὸς καλάμινος, τιτύρινος, E. VIII, 21. N.

Aura fulminis, A. II, 649. N. — *Aurae* aer, atmosphaera, Q. V. VIIII, 3, I, a. — flamen, ventus, *ibid.* b. — *ad auras* et *in auras* quid differant? Q. V. X, 1. — *sub auras*, in altum, A. IV, 494. N.

Aureum et *Auro fulgere*, A. XI, 490.

Aurora Solis equis vecta, A. V, 105. N.

Auspiciis meis, alienis, A. IV, 340. N. — *Auspicia* non i. q. exordia, initia, A. VI, 782.

Aut cum aliis Particulis disiunctivis promiscue usurpatum, Q. V. XXXVI, 2 sqq. — *Aut* copulat, A. IV, 63. N. — vid. Disiunctivae, *Ve*.

B

B et *V* confus., E. II, 15. — *B* et *V* permutant Galli, Exc. ad Cat. II.

Bacchius post Caesuram trochaicam in tertia sede vitiosus, E. V, 15.

Bacchus omnis proventus arborei inventor, G. II, 1. N.

Belides, A. II, 82.

Berecyntia et *Berecynthia*, A. VI, 785.

Bibere c. nudo Ablativo, G. II, 506. N.

Bipennis, *Bipinnis*, G. IV, 331.

Bis idem dicendo vim verbis addunt poetae, A. XI, 218.

Bonus i. q. benignus, E. V, 61. N. A. I, 734. N.

Bos, Bovom, Bovum, G. III, 211. 419. A. II, 306.

Britannia ante Caesarem incognita, E. I, 66. N. — extra orbem, ultra Oceanum sita, *ib.* — Britanniae pars etiam Augusto imperante a Romanis, ut videtur, possessa, *ibid.* — *Britannus Thucydides*, Exc. ad Cat. II.

Brundusium, *Brundesium*, *Brentesium*, A. IX, 151.

Bustum, A. XI, 201. N.

C

C pro *Ch*, E. VI, 76. — *C* ut *G* pronuntiatur, G. I, 194.

καχέμφατον, A. II, 27.

καχοφωνία ex duorum vocc. iunctura, A. II, 27. V, 71. — ex iunctis vocc. in eandem syllabam

Digitized by Google

desinentibus sub duos deinceps ictus cadentem, Q. V. XXXIII, 8.

Caedes: inter Caedem et *inter Caedes*, A. VIII, 492.

Caesura sexta decima versus heroici, G. I, 248. — post primum pedem Hexametri, Q. V. XIII. — in fine secundi pedis apud Virgilium frequens, Q. V. XXXV, 16. — versus Caesura carere visus, A. XII, 144. — vid. Versus.

Calpurnius, A, XI, 625.

Camarina, Camerina, Καμάρινα, A. III, 701.

Candidus i. q. hilaris, E. V, 56. N.

Canis utriusque generis appoet., G. I, 470.

Capessere gentem, A. XI, 324. N.

Caput in circumlocutione, A. VIII, 569. — an etiam de ostio fluminis? Ge. IV, 319. N. — i. q. *capita*, A. III, 545. — *caput quassare*, A. XII, 894. N.

Carmen secundaria sententia finire, vitiosum est, E. II, 73. — Carmina cortici arborum inscripta, E. V, 14. N.

Carpere an simpliciter de eundo? G. III, 325. N.

Carus quando adiectum habeat *mihi?* A. IV, 684. — *Cara* Iovis coniux, *ibid.* 91.

Castaneae quando maturae? E. I, 82. N.

Casus Nominum permutati, Q. V. VIII, 1. — varii uni Verbo adiuncti, A. XI, 126.

Catillus, Cattillus, A. VII, 672.

Catullus, A. VII, 605. XI, 584. XII, 263.

Caucasius non *Caucaseus*, A. I, 201.

Cava vallis, quid? G. II, 391. N.

Cedrus, Caedrus, G. IV, 414.

Celebrare, i. q. celerare, A. IV, 641.

Celebris i. q. celer, A. IV, 641.

Centenarius Numerus in sacris et conviviis sollemnis, G. III, 18. N.

Certamen numquam i. q. praemium certaminis, G. II, 530. N.

Certus, ad certum locum tendens, A. V, 2. N.

Cetera, non *Caetera*, libri veterrimi, G. III, 3. A. XII, 606.

Χρῆσθαι τινί τι, quomodo explicandum? A. III, 56. N.

Cicero, Q. V. XXII, 4. A. I, 8.

Cinis de umbris mortuorum, A. IV, 34. N. — *cinis habet aliquem*, A. IV, 633.

Circumferre aliquem aliqua re, A. VI, 229. N.

Circumplecti et *Circumamplecti*, A. V, 312.

Ciris, Q. V. XXXII, 8. 12.

Clarus, i. q. lucens, A. XI, 772. N.

Classim, Classi, A. III, 651.

Clipeus in nave praetoria propositus pugnae signum, A. X, 80. N. — *in clipeum adsurgere*, A. XI, 284. N.

Cloanthus, Cloantus, A. I, 222.

Codex Mediceus et Romanus comparatus, Q. V. XXXII, 1. — Mediceus et alii antiquissimi codd indices corruptelarum, A. VI, 476. Q. V. VIII, 3, a. — — Mediceum et Colotianum unius libri instar esse, multis locis de-

Digitized by Google

claratum. — Mediceus verba nullis spatiis separat, E. X, 4.

Codrus, malus poeta, E. V, 10. N.

Coenum, *Caenum*, G. IV, 49.

Cognitus, probatus, A. XII, 414. N. Cat. XI, 1.

Cogo ut Init. Aen.

Collectivis qua lege adiiciatur Pluralis Verbi? Q. V. VIII, 4.

Colotianus liber, vid. Codex.

Colunt dii terras, urbes, A. I, 15. N.

Comes Musarum, A. IX, 775. N.

Commemorare, abstinuit hoc verbo Virg., G. IV, 148.

Communes dii, A. XII, 118. N.

Comparationes enormes, A. II, 15. N. — comparationis quaedam forma, A. VII, 720. X, 273. — comparatio ἀνανταπόδοτος, A. IX, 339. N. — in comparationibus non sunt omnes partes ad rem comparatam referendae, A. IV, 149. N.

Compellere non idem, quod *agere*, E. II, 30. N.

Componere urbem, templum, A. III, 387. N.

Con et *In* permut., A. III, 673. IX, 623.

Conclamandi mos, vid. Acclamandi.

Concutere et *Percutere*, A. VI, 475.

Condicio, A. I, 236. VII, 737.

Condicionalis sententia omissa, G. III, 562.

Congredi non adsciscit Accusativ., A. XII, 342.

Coniugium quid? A. I, 73.

Coniunctivus in interrogatione, E. III, 16. N. Q. V. XXXI, 10—13. — Coniunctivus et Indicativus in apodosi sententiae condicionalis, A. I, 374. — Coniunctivus post relativum ex Adiectivo pendens, ut *felix, qui*, v. *demens, qui*, A. II, 346. VI, 591. — condicionem, votum, indicans, A. IV, 678. N. — *Quid loquor?* et *Quid loquar?* G. II, 434. A. V, 347. — vid. Interrogatio.

Connubium an alteram syllabam habeat ancipitem? A. I, 73. — quid sit? *ibid.*

Conscius c. Dativo, A. IV, 168.

Consistere et *Subsistere*, A. XI, 609.

Conspici, i. e. conspicuum esse, A. VIII, 588. N. Q. V. XXVIIII, 3. — vid. *Prospicere*.

Constructio praegressa vim quandam habens ad subiecti enuntiati conformationem, etsi id ipsum enuntiatum alienius est ab illa structura, Q. V. XXX, 6. — Constructionis rarior conversio, E. VI, 85.

Contempnere, A. III, 77.

Continuo quid? G. III, 75. N.

Contraria sic solent a poetis iungi, ut alterum alterius illustrandi gratia adiiciatur, A. III, 181. N.

Contremere et *Intremere*, A. III, 673.

Convexa sidera, A. I, 608.

Copulae *Et*, *Que*, *Ac*, *Atque*, inaequalia orationis membra iungentes, Q. V. XXXIIII. adde V. L. ad A. XII, 147. — *famulo famulamque*, *gravis graviterque*, et similia, vid. Q. V. laud. 2. — Copularum *Et*, *Que*, *Ac*, *Atque*, varia significatio variusque usus, Q. V. XXXV. — *Et*, *Que*, pro *sed*, *ibid.* 2. —

Digitized by Google

Que pro *at*, *ibid.* 3. — *Que*, *Et*, i. q. *autem*, *ibid.* 4. — i. q. *nam*, *ibid.* 5. — Frequens copularum usus, quum properatur ad sequentia, aut celeriter aliquid fieri indicatur, aut dicta factum sequitur, *ibid.* 6. — Copula affectibus quibusdam animi exprimendis servit, *ibid.* 7., ut exspectationi, 7, a., indignationi, 7, b., minis, 7, c., metui, 7, e. — hortantis est, 7, d., curiose interrogantis, 7, g. — ironiae servit, 7, f. — vigorem aut gravitatem conciliat orationi, 7, h. — Copula in principio duorum enuntiatorum collocata mutuam quandam vel temporis, vel alius cuiuscumque rei rationem inter enuntiata illa intercedentem indicat, *ibid.* 8. — Per copulam post plura interposita continuatur oratio, *ibid.* 9. — Copula excipit parenthesin, *ibid.* — eandem incipit, *ibid.* et A. III, 365. — Copula in mediam rem ducit, *ibid.* 10. — Copula in respondendo et alloquendo, *ibid.* 11. — Copula ante Futurum post Imperativum, *ibid.* 12. — Ornatus ex copula, Q. V. XXXIII, 7. — Copula i. q. *alius*, Q. V. XXXIIII, 1. — Copulae *Et*, *Que*, *Atque*, pro *aut*, *vel*, *ibid.* 1. — Copula quando adiiciatur, omittatur? G. I, 330. II, 144. — Copula defensa, ubi omittenda aliis videbatur, A. I, 90. — in triplici συναθροισμῷ, A. V, 240. — Denique vide *Ac*, *Atque*, *Et*, *Que*.

Corna i. q. *Corni*, G. II, 426. N.

Cornicis augurium, E. IX, 14. N.

Coronae oleaginae duplex usus, G. III, 21. N. — tonsa, quid? *ibid.*

Corpore praestanti, *immani*, *candenti*, non *corpore praestans*, *immanis*, *candens*, A. IX, 563.

Crater, Accus. Sing. *cratera*, Nom. Plur. *crateres*, Accus. *crateras*, E. V, 68.

Crebrescere, *crebescere*, G. I, 359.

Credo intendendae negationi servit, A. X, 865.

Crepat, *crepitat*, aqua, A. XI, 299. — vid. *Arma*.

Cressa et *Cresia*, A. V, 285.

Crimen, mali alicuius causa, A. X, 188.

Crudelis, qui patitur crudelia, A. IV, 681. N.

Crudus, i. e. cruentus, A. XII, 507. N.

Cum Praepositionis condicionalis et temporalis potestas, G. II, 424. N. — causae effectusque notionem indicat, *ibid.* et A. I, 55. — in Epexegesi, A. IV, 514. N. — an abundet? A. IX, 816. N. — vid. *Mecum*.

Cupere cum varior. Nominum Accusativis fere elliptice iungitur, A. I, 570. N.

Cura curarum et similia. Cat. VII, 6.

Currus singul. et plurali Numero, Q. V. VIIII, 3, IX. — de nave, G. I, 174. — an i. q. *aratrum*? *ibid.*

Cursus singul. et plurali Numero, Q. V. VIIII, 3, X. — i. q. volatus, E. VI, 80. N.

Curvus arator, E. III, 42. N.

Cuspis, σαυρωτήρ, A. XII, 386. N.

Cybele et *Cybebe*, non *Cybelle*, A. III, 111.

Digitized by Google

Cyclopea et *Cyclopia*, A. I, 201.
Cycnus, non *Cygnus*, E. VII, 38.
Cymbalum et similia de eo, qui loquitur inania, Cat. VII, 5.
Cytheris, Argument. E. X.

D.

Dabat et *Dedit* permut., A. X, 383.
Dactylum in quarta sede cur ament Bucolici? Q. V. XXXII, 5.
Dahae, A. VIII, 728.
Dama gen. masc., E. VIII, 28.
Dardanius, *Dardanus*, cum contemtu, A. XII, 14.
Dare, i. q. dicere, E. I, 19. N. — dare quomodo oracula dicantur? A. III, 85. — *date abluam*, A. IV, 683. — *dare* in ludo locum habet, Cat. XII, 10. — i. q. afficere aliquem aliquo modo, *ibid.*
Dativus tertiae Decl. in *e*, A. X, 361. N. — quartae in *u*, E. V, 29. — duplex, A. XI, 179. — affectum quendam animi indicat, E. VIII, 30. N. A. I, 261. II, 601. — in tempore notando, A. I, 266. N. — Dativus Gerundii significat id, quod aptum sit, conveniat, G. I, 3. N. — *regnator populis*, A. II, 556. N. — *est mihi*, i. e. iudicio meo, E. VII, 70. A. XI, 416. N. — sine *est*, ut *mihi* pro *mihi est*, A. IX, 86.
De- et *Di-* permut., G. II, 8. A. I, 211. XI, 193.
Debitus ex adiuncto Verbo explicandum, A. VIII, 375. N.
Decedere Sol dicitur, non discedere, E. II, 67.
Defendere i. q. propulsare, A. X, 905. N.
Deferre, vid. *Adferre*.
Defigere re, rei, in re, A. VI, 84.
Deiicere feras, A. IV, 152. N.
Deinde traiectum, A. I, 195. — Participiis subiectum, Q. V. XXV, 7. — i. q. *iam*, A. III, 609.
Delapsa et *demissa*, A. XI, 595.
Deliciae, *delicatus*, E. II, 2. N.
Delphini velocitate insignes, A. V, 594. N.
Demittere morti, neci, Orco, non *dimittere*, A. II, 398. — et *Morti*, non *morti*, XII, 464.
Densare et *Densere* quo discrimine dixisse videatur Virgil.? G. I, 248.
Densum uber, litus, G. II, 275. N.
Dentalia, Exc. ad G. I, 169 sqq.
Deplantare, quid sit? G. II, 300.
Deprensus et *Depressus*, A. X, 98.
Desertus i. q. solitarius, A. II, 714. N. — *des. dii*, *ibid.*
Desistere cum Dativo, A. X, 441.
Destinare i. q. designare, A. II, 129. N.
Destringere, quid sit? G. II, 300.
Detinere quomodo differat a *distinere*? A. XI, 381.
Detractare, G. III, 57.
Deus de potentioribus, E. I, 41. N. — i. q. *dea*, A. II, 632. N. — *deum fata*, A. III, 717.

Digitized by Google

— *deus*, voluntas divina, vis aliqua divina; fortuna vel fatum divinitus constitutum, A. IV, 440. N. — *dei arma Vulcania*, i. e. a Vulc. facta, A. XII, 739. N. — Dii praeter Apollinem quomodo poetas adiuvent? E. III, 61. N. — *Di* et *Dis*, non *Dii*, *Diis*, A. II, 190. — vid. *Desertus* et *Summi*.

Dice pro *dic*, A. I, 753.

Dicio, A. I, 236. 622. VII, 737.

Dies etiam pro parte noctis, cui ea adnumeratur, A. I, 732. N. — *die*, *dii*, *dies*, variae formae Genitivi, G. I, 208.

Dimittere aliquem victum *cet.*, A. II, 398.

Disiunctivae Particulae pro coniunctivis, Q. V. XXXVI, 11.

Disperdere carmen, E. III, 27. N.

Dispicere, quid? G. II, 187. A. VI, 734.

Dissicere male scribitur, A. XII, 308.

Distinere, *Destinare*, *Detinere*, permut., A. XI, 381.

Dixit et, et *Dixit at*, Q. V. XXXVII, 2, a.

Dolor et *labor* conf., A. II, 776.

Domos, non *domus*, G. I, 182. — *domus* Nominat. Plural. semel lectus, A. X, 52. N. — quibus praeterea casibus Virgilius usus non sit? *ibid.*

Donec i. q. cum tandem, G. III, 558.

Δωρεά, gratia, A. IV, 429. N.

Dorius et *Doricus*, A. II, 27.

Dulces et *Duplices* conf., A. II, 138.

Dum c. Futuro, E. V, 77. — c. Praesente, E. IX, 28. N. A. VI, 828. — c. Praes. etiam in praeterita re, E. VII, 6. N. G. IV, 559.; sed cum Perfecto A. X, 424. — *dum mox* cum Praes., G. I, 450. — cum Praes. et Futuro iunctum quomodo differat? A. IV, 336. — *dum* c. Coniunctivo voluntatem et studium denotat, A. I, 5. N.

Durus, periculi plenus, A. VIII, 371.

E.

E navibus Nymphae, i. e. quae ante naves fuerant, A. X, 221. N. — vid. Praepositio.

Eburnus, *eburneus*, A. XI, 11.

Eclogas an Virgilius Bucolica dixerit? Tom. I. pag. 51. — Quo ordine scriptae sint Eclogae? *ibid.* pag. 21 sqq. — Quare ita dispositae, ut nunc leguntur? *ibid.* pag. 49 sq.

Ecquis, an i. q. ὅς ἄν? G. III, 159. — cum *et quis* conf., *ibid.* — in interrogatione indirecta, *ibid.*

Edonus, non *Edonius*, A. XII, 365.

Eff in *Et f* mut., A. IX, 632.

Effectus in *effetus* mut., Q. V. XII, 14. extr.

Effetus quid? G. II, 417.

Effulgere, A. II, 616. N.

Egelidus, A. VIII, 610.

Ego aut corripitur, aut elidi-tur, Q. V. XXXIII, 8.

Digitized by Google

-*eï* in unam syllabam contractum, G. IV, 355.

Eia, *Heia*, A. IV, 569.

Elabi quid significet? G. I, 244.

Eleis Adiectivum, Cat. XI, 32.

Elisio errorum parens, A. I, 193. — longae vocalis ante brevem syllabam, A. X, 179. — talis elisio ubi locum non habeat? *ibid.* 845. — elisio voc. *imâ*, *imo*, A. XII, 422. — elisione proprie dicta non usos esse veteres, A. XI, 390.

Elissa, *Elisa*, A. IV, 335.

Ellipsis Vocativi, A. I, 327. — durior quaedam verbi *esse*, E. I, 54. bis. G. IV, 77. Aen. init.

Eludere de iis, qui se arte et velocitate subtrahunt capturo, G. IV, 406.

Em pro *eum* Exc. ad Cat. II.

En quid significet? E. I, 68. N.

-*en* terminatio Accusativi nominum proprior., A. I, 113.

Enim i. q. *quidem*, G. I, 79. — asseverat, G. II, 509. A. X, 614. N. — non i. q. ἄρα, G. III, 70. N.

Ennius scripsit Alexandram, non Alexandrum, A. VI, 515. N. — emendatus, A. IX, 151. — usus est hexametro hypermetro, G. II, 69.

Enuntiata singula deinceps ponuntur a poetis, non indicato per coniunctiones nexu, qui inter ea intercedit, G. II, 375.

Ἐπαναφορά, E. I, 30.

Epexegesis, vid. Appositio.

Epigrammatum est, plura etiam omitti, E. VII, 30. N.

Epiphonema unius vocabuli, E. VIII, 88.

Epitheta duo vel plura uni nomini iuncta, A. V, 24. — a rei, loci, temporis ratione aliena, Q. V. XXXX, 1. — ep. non iisdem semper utitur Virg., vid. Aen. init.

Epulae repostae, Q. Virg. XXXXI. — sacrificales inprimis lautae, *ibid.*

Equi, i. e. currus, cui equi sunt iuncti, A. XII, 288. — *equus* in *aequus* mut., *ibid.* 465. — Equi quando domentur? G. III, 190.

Equidem, A. X, 29.

Erinys, non *Erinnys*, A. II, 337.

-*erunt* et -*ere*, tertiam Pers. Plur. Perfecti quo discrimine usurpaverit Virg.? Q. V. V.

-*es* et -*eus* terminatio nominum proprior., A. I, 30. — -*es* Graeca Genitivi forma pr. Declinat. abstinet Virg., A. III, 386.

Esse cum Dativo i. q. existimari ab aliquo, E. VII, 70. — *est mihi*, *sit mihi*, i. q. *placet*, *placeat m.*, *ibid.* — *esse* id dicitur interdum, quod habet tantum, A. II, 22. — *est* pro *licet* positum non adsciscit Accusativ. c. Infinitivo Activi, G. IV, 447. — *sim*, *sis*, *sit*, *sint*, praegresso Pronomine relativo vel demonstrativo quomodo collocetur? A. IV, 290. — *molliter esse*, Cat. XI, 17. — *est* omissum vel adiectum, Q. V. XV. — breves vocales *a* et *e* in fine versus non patiuntur omitti verbum *est*, *ibid.* 1. — adiicitur *est* in enuntiatis e Coniunctione aliqua aut Relativo pendentibus, *ib.* 2. — quando in iisdem enuntiatis omittatur? *ib.* 8. 9. coll. etiam 11. — con-

Digitized by Google

iunctio *ubi* respuit verbum *est*, *ib.* 2. extr. — *est* in apodosi additum, *ib.* 3. — additur, ubi Verbum finitum praecedit, *ib.* 4. — sed tum quoque interdum omittitur, G. IV, 320. — *aequum est*, *multum est*, similesque dictiones *est* requirunt, Q. V. laud. 5. — omittitur *est* in enuntiatis non pendentibus e Coniunctione aliqua aut Relativo, *ib.* 6. — porro in praeceptis, *ib.* 7, a. — tum in exhortationibus, *ib.* 7, b. — in exclamationibus, *ib.* 7, c. — denique in breviter graviterque dictis, *ib.* 7, d. — *datum*, *licitum*, *placitum*, *visum*, sine *est*, *ib.* 9. — aurium iudicio tribuenda interdum omissio verbi *est*, *ib.* 10. — *est* omissum, ubi Participio praemittendum foret, *ib.* 12. — omissum metro cogente, *ib.* 13. — *es* omissum, A. I, 237. — vid. Ellipsis.

Et explicativum, Q. V. XXXIII, 5. cfr. Q. V. XXXIIII, 2. — *et* acutiore sono a Latinis pronuntiatum, quam nostrum *und*, Q. V. XXXV, 14. — hinc frequens in arsi, *ibid.* — *et* duas sententias ita iungit, ut nulla inter eas necessaria ratio intercedat, *ib.* 15, b. — *et* in enumerando, *ib.* — adiungit aliam sententiam superiori, ut haec per illam aliquo modo vel explicetur vel amplificetur, *ib.* — *et* nectit res usitato quodam more atque ordine sese excipientes, vel communi quodam vinculo coniunctas, *ib.* — per *et* causa et effectus iungitur, *ib.* — *et*, ubi dicta factum sequitur, *ib.* et vid. *Dixit.* — *et* i. q. *et quidem*, *isque*, Q. V. XXXIIII, 2, extr. A. III, 595. — *et* partes adiungens toti, A. III, 62. — *et* alterum, praegresso *et*, omissum, E. IV, 6. A. XI, 171. — *et qui*, A. VII, 258. — *et* uni vocabulo postpositum, E. I, 34. — *et* non solet tertio loco a Virgilio poni, A. IX, 245. — *et* illatum a librariis, A. VI, 358. — *et* absorptum, A. VI, 495. — *Et f.* in *Eff.* mut. A. IX, 632. — *Etgredi* pro *Egredi*, A. VIII, 122. — vid. etiam *Atque*, Copulae, *Nec.*

Etiamnum, *etiamnunc*, E. II, 41. A. I, 365.

Etiam quoque, A. I, 5. N.

Euander, *Euoe*, non *Evander*, *Evoe*, A. VII, 389. — *Euander* an quatuor syllabarum esse possit? A. XI, 31.

Εὐεργετεῖν τινά τι, A. III, 56. N.

Euripides, A. X, 123. N.

Eurus et Notus, omnino vehementior aliqui ventus, A. I, 575. N.

-eus, nomina propria in *-eus* desinentia quomodo flectantur a Virg.? A. V, 184.

Evadere viam, *vicem*, A. II, 731.

Ex ante consonas, Q. V. II. — Ex abundanti addita augent significationem, ut *absens absentem*, A. IV, 83. N.

Examen, *Exacmen*, *Exagmen*, G. II, 452.

Exanimis, *-mus*, A. IV, 8.

Excedere pugnae non est Latinum, A. IX, 789.

Excitus, exterritus, A. XII, 445. N.

Exin, *Exim*, A. VII, 341. XII, 92.

Digitized by Google

Exitus spondaicus hexametri, A. II, 68.
Expugnare pudicitiam, A. X, 92. N.
Exspargere, G. III, 419.
Exsultare, A. II, 386. N.
Exustus, Exhaustus, exustus, commutata, A. II, 153.

F.

Facere, de re divina, Accusativ. et Ablativum regit, E. III, 77. — *fac. pro frugibus, ib.* N.
Facibus etiam in acie pro telis utebantur, A. X, 131. N.
Facies et *species* permut., G. IV, 361.
Facilis, volubilis, A. VIII, 310. N. — *fac.* i. q. ἄφθονος, affluens, G. II, 460. N. — *facile vivere, facilis victu*, A. I, 445. N.
Fagus quartae declinationis, Q. V. XII, 14. — *fagum* non amant pastores Graeci, E. I, 1. N.
Fallere amorem, curam, A. IV, 85. N. — cum Participio iunctum, Q. V. XXVIIII, 6.
Fata impia, A. IV, 596.
Febris Annius, Exc. ad Cat. II.
Fecundus cum Dativo et cum Praepositione *in*, G. II, 222.
Felix cum Genitivo, G. III, 498. N.
Feminina Graecae originis in *-as* et *-is* desinentia Nominativum Plural. in *-ĕs*, Accusativum in *-as* ubique mittunt ap. Virgil., E. V, 59.
Ferax cum Dativo, G. II, 222.
Ferens ventus, A. III, 473. N.
Ferri statum durantem denotat, A. IV, 110. N.
Ferrum et *Bellum* permut., A. VI, 553.
Fertilis ad omnia, G. II, 222.
Fervere de locis quid? A. IV, 407. N.
Fidena, A. VI, 773.
Fixus aether stellis, A. IV, 482. N.
Flamma et *Flammae*, Q. V. VIIII, 3, 11.
Flere et similia cum Dativo, E. II, 5. N.
Florum duplex sparsio, E. V, 67. N.
Fluere, de multis simul euntibus, A. XI, 236.
Flumen de regione fluminis adiacente, E. I, 52. N. A. VII, 714. N. — *flumina*, de uno flumine, E. I, 52. N. — flumen idem et lentum et rapidum dictum, A. I, 317.
Forma de ingenti magnitudine bestiarum, A. VII, 18. N.
Formidatus, formidabilis, Q. V. XXVIIII, 3.
Fors, sors, E. IX, 5.
Fortasse in gloriatione, A. X, 548.
Fortuna et *forma* conf., A. X, 188.
Fovere plus quam *favere*, A. I, 18.
Fragrare et *flagrare* conf., A. I, 436.
Frangi de sono, A. XII, 923. N.
Fremere in luctu, A. IV, 668. N.
Frondator an avis? E. I, 57. N.
Fultus obiice, *cet.*, A. VIII, 227. N.
Furiae pronubae, A. IV, 166.
Furor, Martis comes, in Iani templo, in Martis regia habitans, A. I, 294. N.
Futurum in interrogatione,

Digitized by Google

E. III, 16. N. — Futurum I. pro Futuro exacto, G. I, 188. — Futurum exactum, A. II, 582. N. IX, 282. — Fut. et Coniunctivus permut., E. VI, 10. — Fut. exact. et Coniunctiv Imperf. confus., A. XI, 688. — vid. Interrogatio.

G.

G pro *C*, A. III, 14. XI, 625.

Gaudere cum Participio, Q. V. XXVIIII, 6.

Gaza, *Gazza*, A. II, 763.

Gelă et *Gelă*, A. III, 702.

Gener, sponsus, A. II, 344. N.

Genetrix, non *Genitrix*, G. IV, 363.

Genitivus Substantivorum in *-ium* et *-ius* terminatorum in simplex *-i*, non in geminatum *-ii*, missus, A. I, 258. IX, 161. — Genitivus Plural. II. Declinationis respuit syncopen in iis, quae sunt neutrius generis, A. VIII, 627. — Genitivus nominum proprior. in *-es* et *-eus* desinentium, A. I, 30. — Genitivus III. Declinat. in *-os* missus non placuit Virgilio, E. III, 12. — *praestans* s. *egregius animi*, *animi pendere*, A. X, 686. — vid. ... *es*.

Genus insolitum quibusdam nominibus tribuit Virg., A. IV, 462. N. — Genus Adiectivi vel Participii ad remotioris Substantivi genus accommodatum, A. VI, 448. — vid. Synesis.

Georgica quando scripserit Virg.? G. IV, 566.

Gerundium passive significare falso creditum, A. XII, 46. — Gerundii rarior quidam usus, A. II, 6.

Glans inter pabula boum, E. X, 19. — in aquam coniecta asservatur, *ibid.* — sub hiemem colligitur, *ibid.*

Gnatus et *Natus*, Q. Virg. XXXVIII. — *gnatus* in oratione gravi et affectus plena, *ib.* 4. — *gnatus* non legitur in Bucolicis et Georgicis, *ib.* 2. — *gnatus* non ponitur, nisi praegressa longa syllaba, *ibid.* — *gnatus* ex praegressa litera *c* ortum, *ibid.* 3.

Gnosius simplici *s*, E. VI, 29. — non *Cnosius*, A. V, 306.

Graecanica rhythmorum conformatio, E. VIII, 43. N.

Gratus et *carus* confus., A. XII, 142.

Gravis, gravidus; languidus, aeger, E. I, 50. N. — i. q. ingens, A. XII, 458. N.

Gressus de nave, A. V, 162.

Gryphes, *grypes*, E. VIII, 27.

H.

H pro *A*, A. X, 183. — *H* non habet vim producendae brevis syllabae, A. IX, 418. — *H* saepe transposita a librariis, A. XI, 184.

Habeo, *quod* et *quid*, E. II, 2. — *habere* i. q. divitem esse, G. II, 499. N.

Hadriacus, non *Adriacus*, A. XI, 405.

Hae, vid. *Hic*.

Haedi quando nascantur et

Digitized by Google

depellantur a lacte? duplex eorum genus, E. VII, 7. N. — Haedos pueri pascunt, E. V, 12. N.

Haerere, A. VI, 559. — cum Ablativo, A. X, 361. N.

Halaesus, *Halesus*, *Alaesus*, A. VII, 724.

Halare, *halitus*, *exhalare*, et *alare*, *alitus*, cet., G. II, 217.

Hammon, vid. *Ammon*.

Hastae numinis instar cultae, A. X, 773. N.

Haud aliter, *Haud secus*, A. XII, 723.

Hei mihi, non *Heu me*, A. II, 274.

Heia, A. IV, 569.

Heinsius, Nic., qua editione ad recensendum Virgilium usus sit? A. IV, 529.

Helenus Dodonae consedit, A. III, 466. N.

Hemistichia imperfecta ubique absolvunt sententiam aliquam, A. X, 792.

Hendiadys, Q. V. XXXIII, 4.

Herba et *Herbae*, Q. V. VIIII, 3, III.

Herna, *Hernae*, A. VII, 684. N.

Heu an etiam bisyllabum? E. II, 58. — *Heu me*, non *Hei me*, A. II, 274.

Hiatus, Q. V. XI. — in Hiatu non solent eaedem vocales concurrere, *ib.* 3.

Hiberus, *Iberus*, G. III, 408.

Hic, Pronomen, definiendi vim habet, Q. V. XXI — mutuam consilii eventusque rationem indicat, *ib.* 2. — i. q. *meus*, *ib.* 5. — tempus praesens vel modo instans locique propinquitatem denotat, *ib.* 6. — *hic*, subiuncto aliquo opposito, *ib.* 7. — *hic ille* iuncta eidem nomini, *ib.* 8. — *hic* geminatum pro *hic ... ille*, *alter ... alter*, *alius ... alius*, *ib.* 9. — *hic* obscure significat Subiectum post aliquot demum verba illatum, Q. V. XXI, 7. A. XII, 728. N. — *hic*, i. e. huius rei, A. IV, 237. — idem Pronomen Adverbiorum *hic*, *huc*, notionem includit, A. I, 534. VI, 18. — *hic*, *hoc*, an *hicc*, *hocc*? E. III, 5. A. II, 664. — *hoc*, *haec*, in votis, A. X, 629. N. — *hoc* i. q. *huc*, Q. V. XX, 10. — *hae* et *haec* permut., G. III, 305. — *haec*, τάδε, A. V, 566.

Hic, Adverbium, Q. V. XXIII. — loci et temporis, *ib.* 1. extr. et 2. — eius positus in versu, *ib.* 3. — plerumque Praesens Verbi adiunctum habet, *ibid.* — *hic*, adiecta uberiore explicatione, E. I, 54. III, 12.

Hicc, vid. Pronomen *Hic*.

Hinc, adiecta uberiore explicatione, E. I, 54. A. I, 235.

Hircos mulgere, E. III, 90. N.

Hister, *Ister*, G. II, 497.

Hocc, vid. Pronomen *Hic*.

Homines cum diis comparati, A. XII, 839.

Honos, *Honor*, E. III, 56. — *honores*, de pulcritudine, A. I, 591. N.

Hora, *Ora*, G. III, 327.

Horatius, A. I, 15. N. II, 371. IV, 490. XI, 406. XII, 78.

Hordeum in lolium et avenam degenerans, E. V, 36. N.

Hostia minor, quam victima, E. I, 34. N.

Huc, adiecta uberiore explicatione, E. I, 54.

Humi et *Humo*, A. I, 193.

Humidus, vid. *Umidus*.

Digitized by Google

Hymenaei cum litera initiali minore, A. III, 328.

Hypermetrus versus, G. II, 69. A. II, 745.

I.

I altera in terminatione Perfectorum omissa, A. IX, 418. — *I* in *L* mutat., A. XII, 711.

Iacēre, animo deiectum esse, Cat. V, 1.

Iacĕre se, pro *iniicere se*, A. VIII, 257.

Iam, Q. V. XXIIII. — denonat tempus cum alio comparatum, *ib.* 1. — saepe cum negandi Particulis coniunctum, *ib.* 2. — cum Imperativis, *ibid.* 3. — cum Comparativis Adiectivorum et Adverbior., *ib.* 4. — *iam* de eo, quod nondum est, sed fiet aliquando, *ib.* 5. — in praeceptis, *ib.* — cum aliis Particulis temporalibus iunctum, *ib.* 6. — *iam*, ubi ex comparatione duorum temporum tempus rei alicuius gestae constituitur, *ibid.* 7. — *iam* et *iamque* quomodo differant? *ibid.* — *iamque adeo*, *ib.* — *Et iam*, *ib.* — omittitur, quod subiiciendum erat, *quum*, *ibid.* — *Iam... Atque*, *ibid.* — *Interea... Iam*, *ibid.* — *iam* de rerum temporumque vicibus et processu, *ib.* 8. — *iam*, *iam vero*, in progrediente rerum narratione transitioni servit, *ib.* 9. — *iam*, ubi a re generatim posita ad singula transitur, *ibid.* — *iam iam*, *ib.* 11. — *iam ... iamque*, A. XI, 204. N.

Iamque, vid. *Iam*. — *Iamque* postpositum, G. I, 142. — *Iamque adeo*, vid. *Iam* et Q. V. XXVI, 4.

Iampridem, de rariore huius Particulae positu, G. I, 248.

Iaspis trium syllabarum, A. III, 261.

Iberus, vid. *Hiberus*.

Ibi ancipiti secunda, A. VII, 764.

Idem ad subiecta relatum, A. XI, 336. — *idemque*, i. e. *quique idem*, A. V, 370.

Iens cum Futuri significatione, Q. V. XXVIIII, 2, a.

Ignarus, passive, E. VI, 40.

Ignis de vario animorum motu, A. VII, 577. — i. q. fax, A. IV, 384. — ater, *ibid.* N. — ignis excitandi ratio, A. I, 176. N.

-ii, quum prior consonae vice fungitur, scribitur per unam *i*, A. XI, 625.

-iisse, A. V, 196.

Ilium ubique apud Virg., non *Ilion*, A. I, 68.

Ille refertur ad rem remotam a loquente, sive locus spectatur, sive tempus, Q. V. XXI, 1. — de re sperata atque optata, *ib.* 1, b, β. — in rebus describendis narrandisque, *ib.* 2. — distinguit et opponit, *ib.* 3. — quomodo ab *ipse* differat? *ibid.* — *ille*, qui respondet, vel cui respondetur, *ib.* 4. — per *ille* reditur ad Subiectum antea memoratum, *ib.* 5. — *ille* designat res hominesque claros, illustres, infames, omnino notos, *ib.* 6. — locum habet in exemplis afferendis, *ibid.* — obscure indicat Subiectum

Digitized by Google

post aliquot demum verba illatum, *ib.* 7. — reddit orationem vividiorem, maxime Adiectivis et Participiis adiectum, *ib.* 8. — per *ille* rei alicuius memoria refricatur, A. VII, 110. — vid. *At.*

Illim, A. XII, 92.

Im pro *eum*, Exc. ad Cat. II.

Immittere equos, A. XII, 332.

Imperativus, subiecto Coniunctivo, *date abluam*, A. IV, 683. — Imperativi Pass. persona sec. Numeri sing. A. III, 405. N.

Imperfectum et Perfectum permut., A. X, 383. — Imperfecti quidam usus in optando, A. XI, 152.

Implet nuntius, fama, aliquem, A. XI, 896. N.

Implicare ignem ossibus, an etiam *impl. ossa igne?* A. I, 660. N.

Improbae nocentes et rapaces bestiae, A. XII, 250. N.

In i. q. *ad*, E. VII, 66. N. — idem fere, quod *propter*, E. VIII, 83. — i. q. tamquam, loco, ut sit, A. V, 537. — i. q. *instar*, A. XI, 771. N. — abundat, A. V, 37. 179. N. — vid. *Ad*, *Medius*, Praepositio.

Incedendi notio ex orationis contextu assumenda, A. XI, 625.

Incendere coelum clamore, *cet.*, A. X, 895. N.

Incerta fatis, A. IV, 110. N.

Incisio in quarto pede, subiecta voce monosyllaba, quando prava sit? A. XI, 298.

Incitare currentem, et similes dictiones, A. XI, 609.

Increbrescere, *Increbescere*, G. I, 359.

Incrementum, E. IV, 49. N.

Increpat mutat. in *Intonat*, A. XII, 332.

Incubatio, A. VII, 88. N.

Indicativus in interrogatione indirecta, E. IV, 52. G. I, 57. — Indicat. et Coniunctivus in interrogatione iunctus, A. III, 368. — *Quid loquor? Quid loquar?* G. II, 434. — *erit, qui*, cum Indic., G. III, 69. — *felix, qui; demens, qui*, cum Indic., A. II, 346. VI, 591. — *novit, quae sunt*, G. IV, 393. — Indicativus post Relativum, ubi Coniunctivum exspectes, G. IV, 149. N. — *si fuisset, potui*, A. IV, 19. — vid. Interrogatio.

Inducere thiasos, E. V, 30. N,

Induere se mucrone, A. X. 681. — *indutus* et *inductus*, A. XI, 83. 487.

Infelix lolium, E. V, 36. N. — cum Genitivo, G. III, 498. N. — *Infelix* et similia Adiectiva Tragicorum magis, quam Homerico more usurpata, A. III, 50. N.

Infensus, *Infestus*, A. X, 521.

Inferias mittere, E. IX, 6. N.

Inficere non simpliciter i. q. *miscere*, A. XII, 418. N.

Infigere i. q. *figere in*, *affigere*, A. IX, 579.

Infinitivus absolutus, vulgo historicus vocatus, Q. V. XXX. — etiam in sedata oratione locum habet, *ib.* 1. — in stimulanda exspectatione, *ibid.* — in suspenso timore, *ibid.* extr. — in vehementiore motu animi, pavore maxime et trepidatione, *cet. ib.* 2. — in declarando studio, sedulitate, fervore, *cet. ib.* 3. — in ea re, quae solet fieri, *ib.* 4. — aut quae incipit fieri, *ib.* 5. — Infinitivum absolutum qua lege Verbum finitum excipiat, *ib.* 6. — Infinitivus Activi et Passivi iun-

Digitized by Google

Hymenaei cum litera initiali minore, A. III, 328.

Hypermetrus versus, G. II, 69. A. II, 745.

I.

I altera in terminatione Perfectorum omissa, A. IX, 418. — *I* in *L* mutat., A. XII, 711.

Iacēre, animo deiectum esse, Cat. V, 1.

Iacēre se, pro *iniicere se*, A. VIII, 257.

Iam, Q. V. XXIIII. — denonat tempus cum alio comparatum, *ib.* 1. — saepe cum negandi Particulis coniunctum, *ib.* 2. — cum Imperativis, *ibid.* 3. — cum Comparativis Adiectivorum et Adverbior., *ib.* 4. — *iam* de eo, quod nondum est, sed fiet aliquando, *ib.* 5. — in praeceptis, *ib.* — cum aliis Particulis temporalibus iunctum, *ib.* 6. — *iam*, ubi ex comparatione duorum temporum tempus rei alicuius gestae constituitur, *ibid.* 7. — *iam* et *iamque* quomodo differant? *ibid.* — *iamque adeo*, *ib.* — *Et iam*, *ib.* — omittitur, quod subiiciendum erat, *quum*, *ibid.* — *Iam... Atque*, *ibid.* — *Interea... Iam*, *ibid.* — *iam* de rerum temporumque vicibus et procoessu, *ib.* 8. — *iam*, *iam vero*, in progrediente rerum narratione transitioni servit, *ib.* 9. — *iam*, ubi a re generatim posita ad singula transitur, *ibid.* — *iam iam*, *ib.* 11. — *iam ... iamque*, A. XI, 204. N.

Iamque, vid. *Iam*. — *Iamque* postpositum, G. I, 142. — *Iamque adeo*, vid. *Iam* et Q. V. XXVI, 4.

Iampridem, de rariore huius Particulae positu, G. I, 248.

Iaspis trium syllabarum, A. III, 261.

Iberus, vid. *Hiberus*.

Ibi ancipiti secunda, A. VII, 764.

Idem ad subiecta relatum, A. XI, 336. — *idemque*, i. e. *quique idem*, A. V, 370.

Iens cum Futuri significatione, Q. V. XXVIIII, 2, a.

Ignarus, passive, E. VI, 40.

Ignis de vario animorum motu, A. VII, 577. — i. q. fax, A. IV, 384. — ater, *ibid.* N. ignis excitandi ratio, A. I, 176. N.

-ii, quum prior consonae vice fungitur, scribitur per unam *i*, A. XI, 625.

-iisse, A. V, 196.

Ilium ubique apud Virg., non *Ilion*, A. I, 68.

Ille refertur ad rem remotam a loquente, sive locus spectatur, sive tempus, Q. V. XXI, 1. — de re sperata atque optata, *ib.* 1, b, β. — in rebus describendis narrandisque, *ib.* 2. — distinguit et opponit, *ib.* 3. — quomodo ab *ipse* differat? *ibid.* — *ille*, qui respondet, vel cui respondetur, *ib.* 4. — per *ille* reditur ad Subiectum antea memoratum, *ib.* 5. — *ille* designat res hominesque claros, illustres, infames, omnino notos, *ib.* 6. — locum habet in exemplis afferendis, *ibid.* — obscure indicat Subiectum

Digitized by Google

post aliquot demum verba illatum, *ib.* 7. — reddit orationem vividiorem, maxime Adiectivis et Participiis adiectum, *ib.* 8. — per *ille* rei alicuius memoria refricatur, A. VII, 110. — vid. *At*.

Illim, A. XII, 92.

Im pro *eum*, Exc. ad Cat. II.

Immittere equos, A. XII, 332.

Imperativus, subiecto Coniunctivo, *date abluam*, A. IV, 683. — Imperativi Pass. persona sec. Numeri sing. A. III, 405. N.

Imperfectum et Perfectum permut., A. X, 383. — Imperfecti quidam usus in optando, A. XI, 152.

Implet nuntius, fama, aliquem, A. XI, 896. N.

Implicare ignem ossibus, an etiam *impl. ossa igne?* A. I, 660. N.

Improbae nocentes et rapaces bestiae, A. XII, 250. N.

In i. q. *ad*, E. VII, 66. N. — idem fere, quod *propter*, E. VIII, 83. — i. q. tamquam, loco, ut sit, A. V, 537. — i. q. *instar*, A. XI, 771. N. — abundat, A. V, 37. 179. N. — vid. *Ad*, *Medius*, Praepositio.

Incedendi notio ex orationis contextu assumenda, A. XI, 625.

Incendere coelum clamore, *cet.*, A. X, 895. N.

Incerta fatis, A. IV, 110. N.

Incisio in quarto pede, subiecta voce monosyllaba, quando prava sit? A. XI, 298.

Incitare currentem, et similes dictiones, A. XI, 609.

Increbrescere, *Increbescere*, G. I, 359.

Incrementum, E. IV, 49. N.

Increpat mutat. in *Intonat*, A. XII, 332.

Incubatio, A. VII, 88. N.

Indicativus in interrogatione indirecta, E. IV, 52. G. I, 57. — Indicat. et Coniunctivus in interrogatione iunctus, A. III, 368. — *Quid loquor? Quid loquar?* G. II, 434. — *erit, qui*, cum Indic., G. III, 69. — *felix, qui; demens, qui*, cum Indic., A. II, 346. VI, 591. — *novit, quae sunt*, G. IV, 393. — Indicativus post Relativum, ubi Coniunctivum exspectes, G. IV, 149. N. — *si fuisset, potui*, A. IV, 19. — vid. Interrogatio.

Inducere thiasos, E. V, 30. N.

Induere se mucrone, A. X. 681. — *indutus* et *inductus*, A. XI, 83. 487.

Infelix lolium, E. V, 36. N. — cum Genitivo, G. III, 498. N. — *Infelix* et similia Adiectiva Tragicorum magis, quam Homerico more usurpata, A. III, 50. N.

Infensus, *Infestus*, A. X, 521.

Inferias mittere, E. IX, 6. N.

Inficere non simpliciter i. q. *miscere*, A. XII, 418. N.

Infigere i. q. *figere in*, *affigere*, A. IX, 579.

Infinitivus absolutus, vulgo historicus vocatus, Q. V. XXX. — etiam in sedata oratione locum habet, *ib.* 1. — in stimulanda exspectatione, *ibid.* — in suspenso timore, *ibid.* extr. — in vehementiore motu animi, pavore maxime et trepidatione, *cet. ib.* 2. — in declarando studio, sedulitate, fervore, *cet. ib.* 3. — in ea re, quae solet fieri, *ib.* 4. — aut quae incipit fieri, *ib.* 5. — Infinitivum absolutum qua lege Verbum finitum excipiat, *ib.* 6. — Infinitivus Activi et Passivi iun-

Digitized by Google

ctus post verbum *iubere*, E. VI, 85. A. III, 61. — Infinitivus Perfecti pro Infinitivo Praesentis, A. VI, 79. — Aoristi Graeci, *ibid.* — Infinitivus appositio Substantivi, A. III, 241. N. — vid. Interrogatio extr.

Ingens cum Ablativo, A. IV, 504. — de magna copia, A. III, 466. N. — in heroibus omnia ingentia, A. V. 486.

Ingredi absolute, de re magna suscipienda, G. I, 41. N. — cum tertio, quarto, sexto casu, A. X, 763.

Iniicere manus, de Parcis, Morte, A. X, 419. N.

Inquit post *fatur*, *loquitur*, A. V, 551. N. — *inquit* omissum, A. III, 84.

Insidēre et *Insidĕre* A. I, 719.

Insignis absque Ablativo, A. VII, 762. N. — Insignia militum, A. II, 389. N.

Insonare et *Intonare*, A. VII, 515.

Instaurare, de sacris epulis, Q. V. XXXXI.

Instituere, i. q. *facere*, A. V, 70.

Insula, i. q. peninsula, A. I, 159. N. — Insulae promiscue altae dicuntur, A. III, 76.

Integra aetas, A. IX, 255. N.

Inter, singularis eius Praepositionis usus, E. I, 52. N.

Interea... Iam, Q. V. XXIIII, 7. extr.

Interior, sinisterior, A. XI, 695. N.

Interpunctio in comparationibus, A. I, 148. IV, 402. — post Particulas comparationi servientes non habet locum, G. I, 303. — omittenda, ubi alteri demum Verbo adiicitur Subiectum, A. I, 115. — Interpunctio emendata, Q. V. XXXV, 8.

Interrogatio, Q. V. XXXI. — Indicativus in Interrogatione varios animi effectus indicat in re, quae fit, vel facta est, *ib.* 2. — idem Modus in Interrogat. ponitur, ubi fortiter negare volumus, *ib.* 3. — porro, ubi certum est id, quod per Verbum indicatur, sed illud tantum incertum, quomodo, vel per quem id fiat, *cet. ib.* 4. — tum in iubendo, hortando vel dehortando, *ib.* 5. — in ironia, *ib.* 6. — adiuncta negatione gravius affirmat, *ib.* 7. — Futurum in Interrogatione maxime opponendi, reiiciendi aut aversandi vim habet, *ib.* 8. — item desiderium et exspectationem significat, *ib.* 9. — Coniunctivus in Interrogatione, ubi quid vel sic, vel aliter fieri posse negamus, *ib.* 10. — idem Modus est nescientis aut anxie dubitantis, quid existimandum agendumve sit, *ib.* 11. — idem usurpatur, ubi significamus, plura iis, quae memoravimus, adiici posse, *ib.* 13. — Interrogatio per Infinitivum, *ib.* 15. — Interrogatio mirantis cum Indicativo, A. I, 48. — *quid agat?* A. IV, 283. N. — vid. *Pyrrhia*.

Intolerans passive, A. II, 535.

Intonare et *Insonare*, A. VIII, 239. — *intonat* in *increpat* mutat., A. XII, 332.

Intremere, vid. *Contremere*.

Inversio, vid. Structura.

Iollas geminata *l*, E. II, 57.

Iota subscripti in voc. Lat. retenti vestigium, A. XII, 335.

Ipse, Q. V. XVIII. — ex *is* et *pse* compositum, *ib.* 1. — rebus

Digitized by Google

personisque distinguendis servit, *ib.* 2. — *ipse* qui dicatur, non suo ac proprio nomine commemoratus, ex praegressa oratione definiendum, *ib.* 2, d. — *ipse* ponitur, ubi ad eum reditur, qui primas agit in aliqua re partes, *ib.* 2, e. — *ipse* de eo, ad quem inprimis attenti sumus, *ib.* 2, f. — *ipse* fere i. q. etiam, adeo, *ib.* 2, g. — *ipse* i. e. una cum, nostrum *samt, ibid.* extr. — indicat excellentiam, *ib.* 2, h. — dignitatem et inde natam reverentiam; quare Iovis, deorum, regum, ducum nominibus adiicitur, *ib.* 2, i. — i. q. *persoenlich*, s. is, qui in gerenda aliqua re non alius hominis vel rei ministerio utitur, *ib.* 2, l. — i. q. *manu, ibid.* — i. q. *sponte*, *ib.* 2, m. — *ipse* et *sua sponte* quomodo differant? *ibid.* — i. q. *ultro, ibid.* extr. — *ipse* totum aliquid distinguit a parte, quare fere i. q. *totus*, *ib.* 2, n. — partem a potiore parte, *ibid.* — opponit aliquem sibi ipsi, quare est fere i. q. *idem*, *ib.* 2, o. — vim habet restrictivam significatque i. q. *per se, an sich*, *ib.* 2, p. — i. q. *solus*, *ib.* 2, q. — locum habet in accuratiore locorum temporumque definitione valetque i. q. nostrum *gerade, gleich, ib.* 2, r. — hinc de eo, quod propius et in conspectu est, *ibid.* — i. q. *ut tum est* vel *erat*, *ibid.* — *ipse* cum Pronominibus personalibus et possessivis iunctum, *ib.* 2, s. — caritatem indicat, *ib.* 2, s, β. — *ipse* ad rerum hominumque naturam spectans, *ib.* 3. — i. q. talis, qualis est, *leibhaftig*, *ib.* 3, b. — qui certam aliquam habet certarum rerum potestatem, qui aliquid vel novit vel facit optime, *ib.* 3, c. — *ipse* et *ille* quum distinguunt et opponunt, quomodo differant? Q. V. XXI, 3. — *ipse me*, ego me ipsum, A. VIII, 144. N. — *ipse manu*, Ge. III, 395.

Irasci in cornua, A. XII, 104. N.

Ire de sono, A. IV, 443. N.

Irrigare imbrem, quietem, G. IV, 115. N. A. III, 511. N.

Irriguus fons, G. IV, 115. N.

Irrisus fere i. q. irridendus, Q. V. XXVIIII, 3.

Irrumpere cum Dativo, A. VI, 528.

Is, Q. V. XVII. — personale, *ib.* 1. — hominem aliquem vel rem designat, nulla adiuncta demonstrandi, restringendi vel simili potestate, *ib.* 2. — refertur ad vim ac naturam eius vel hominis, vel rei, quam indicat, *ib.* 3. — mixtam habet ex ea, quae §. 2. et 3. indicata est, significationem, *ib.* 4. — his quae adversari videntur, non adversari disputatur §. 5. — per abusum demonstrativa vis huic Pronomini tributa, *ib.* 6. — *Is, Isque*, A. III, 595. — *is* i. q. eius rei, A. IV, 237. — *is* cum copula iunctum pro repetendo Pronomine relativo, A. VII, 61. N.

– *is* terminatio Accusativi plural. III. Declinat. corruptelarum causa, A. II, 804.

Isidis desertae ara, A. II, 714. N.

Iste semper ad secundam Personam refertur, Q. V. XVIIII.

Digitized by Google

Ister, vid. *Hister*.

Istim, A. XII, 92.

Ita i. q. tum, G. I, 320.

Item quoque, A. I, 5. N.

Iterata eadem notio, A. XI, 35.

Iterum ... retro, G. IV, 495. N. — *iterum ... alter*, A. X, 27.

Iugum flectere, regere, A. VI, 805. N.

Iuppiter, non *Iupiter*, A. I, 223. — Iovis a laudibus carminum initium facere sollemne erat, E. III, 60. N.

Iuventas appellativum, A. V, 398. — *iuventas*, ... *tus*, ... *ta*, A. VIII, 160.

L.

L pro *I* saepe scribunt librarii, A. XII, 711.

Labi et *cadere*, A. VI, 310. N.

Labici, *Lavici*, A. VII, 796.

Labor, πόνος; *Labos* persona, E. III, 56. — *laborum* et *malorum* confus., A. VII, 481.

Laetus et *lentus* conf., E. VII, 48. — *laetus* i. q. largus, G. III, 320. N. — pro duplici significatione duplicem admittit structuram, A. I, 441.

Laocoon, *Laucoon*, et similia, A. II, 41.

Laribus menstrua fiunt sacra, E. I, 41. N. — Lares inter agrestia numina culti, E. V, 67. N.

Late in *latae* mutat., A. XII, 607.

Latinis Graeca nomina data, A. XI, 615. N.

Latus non significat totum corpus, G. III, 54. N.

Laurus Accusativ. Plural., non *lauros*, apud Virgil., E. VI, 83. — Laurus accensa vehementer crepitat, A. XII, 522. N.

Lavinium, *Lavinum*, A. I, 270.

Λέαινα, nomen serius in lingu. Graecam illatum, Q. V. XXXX, 3. extr. — leaena cum iuba, *ib.*

Lectiones novae ex Commentariis vett. Grammaticorum ortae, Q. V. XVI. A. XI, 24. - Lectiones novae ex similium verborum aut sententiarum recordatione natae, G. IV, 4. A. II, 776 IV, 471. VII, 528. XI, 93. — quae cautio sit in hoc genere iudicando, A. VI, 553.

Lentus, tranquillus, non commotus, E. I, 4. — *lentus* et *laetus* conf., E. VII, 48.

Leones in Sicilia, E. V, 28. N.

Lĕvis de volantibus, E. I, 60. — *levia membra*, A. VII, 815.

Lēvis, non *laevis*, A. V, 91.

Libare oscula, A. I, 256. N.

Liberi, de uno filio, A. X, 532. N. — Liberorum summa similitudo grata parentibus, A. X, 392.

Libet, *libens*, *lubet*, *lubens*, A. XII, 145.

Liceat adiuncto Dativo vel Accusativo cum Infinitivo quid differat? A. X, 47.

Licia addere, Ge. I, 285. N.

Limen tangere egredienti vel ingredienti ominosum, A. II, 242. N.

Limus cinctus, Limocincti, A. XII, 120.

Digitized by Google

Litus, non *littus*, A. VII, 1.
Livius, A. II, 6. N. A. VIII, 695. N. Q. V. XXX, 6. cf. A. IV, 461.
Loci, δῆμοι, κῶμαι, A. IX, 387. — *locus insidiis*, A. XI, 179.
Longe an de tempore? E. IV, 53.
Longum vale duplici modo dicitur, E. III, 76. N.
Lubet, vid. *Libet*.
Lucanus, A. I, 333. XI, 606. V, 6. N.
Lucem, lumen, linquere vel *relinquere, cet.* A. IV, 452. XII, 62. N.
Lucetius, A. IX, 570.
Lucretius, G. III, 500. N. A. IV, 482.
Lycoris, vid. Argumentum ad E. X.
Lyrnesus simplici *s*, E. VI, 29.

M.

M literae forma antiqua, Q. V. XXV, 4.
Macte, A. IX, 641. N.
Maecenatis nomen varie scriptum, G. I, 2.
Maerere, maestus, non *moerere, moestus*, G. III, 518.
Magis, i. e. potius, immo, E. I, 11. N. — *magis ac magis, magis et magis*, G. III, 396.
Magistra ars, A. VIII, 442. N.
Magnus i. q. frequens, A. I, 148. N. — *magna* talenta, iugera, A. V, 248. N. X, 549.
Mālorum in re amatoria usus, E. III, 65. N.
Manere alĭcui, A. IX, 302. N.
Manes i. e. locus, ubi sunt Manes, A. IV, 387. N. — vid. *Movere*.
Manlius, Mallius, A. VIII, 652.
Manumissio quando impetrari potuerit? E. I, 30.
Manus, ars cuiusque artificis propria, A. I, 455. N. — *manu pacem orare*, A. X, 80. N. — *manu* abundat, G. II, 247. — *in manibus esse*, A. X, 280. — vid. *Ipse*.
Mare, vid. *Pelagus*. — Marium nomina per Adiectiva masculini generis elata, G. II, 98.
Maritus i. q. procus, A. IV, 35. N.
Marruvium, Marrubium, A. VII, 750.
Me teque, Te meque, A. IV, 682.
Mecum est labor, A. IV, 115. N.
Mediceus, vid. Codex.
Medium, id quod rite aggressi, in quo ipso occupati sumus, A. V, 1. N. — *in medium consulere*, A. XI, 335. N. — *in medio*, addita Praepositione, proprie de spatio medio, Q. V. XIIII, 5, a, 1. — i. q. *inter*, *ib.* 5, a, 2. — additur *in* etiam, quum res, quae agitur, non locus, ubi quid agitur, indicatur, *ib.* 5, a, 3. — *medio*, sine Praepositione, ubi *medio* fere id, quod *in*, vel *per*, vel *inter*, *ibid.* 5, b, 1. — tum ubi ad tempus spectat, *ib.* 5, b, 2. — singularia quaedam, *ib.* 5, c.
Mei imago, A. IV, 654. N.
Meminisse de poetis, E. VII, 19. N.

Digitized by Google

Mens, furor, A. II, 519. N.

Mensura Graecorum nominum mutata, A. XII, 365.

Merens passive, A. II, 585.

Messala et *Messalla*, Cat. XI, 40. — Messala dux expeditionis adversus Britannos, E. I, 66. N.

Metro serviens Virgil., Q. V. VIII, 3, b. VIIII, 3, I, a. b. c. et ibid. 3, VI, c.

Metuere, i. e. fugere, vitare, E. III, 110.

Metus, *Metius*, Fuffetius, A. VIII, 642.

Meus, vid. Pronomen possess.

Mezentius, *Mezzentius*, A. II, 763.

M H literarum compositio non videtur antiquioribus Romanis placuisse, A. III, 578.

Mihi insertum, ubi rem quandam aliquo modo ad nos pertinere indicamus, E. VIII, 6. N. *ib.* 30. N.

Milites armati et in manipulos compositi stant in concione, A. XII, 563. N.

Millia, i. e. millia hominum, A. IX, 132. N.

Mis apud Virgilium invenit Quintilianus, E. VII, 54.

Miscere clamoribus, *cet.* A. IV, 411. N.

Mittere, ad absentem agere, E. IX, 6. N. — *mittere rogantem* pro *rogaturum*, et similia, Q. V. XXVIIII, 2, c.

Modi Verborum confusi, Q. V. VI. — Modorum diversitas peperit errores, E. II, 27.

Modo correptam semper habet alteram apud Virgil., A. I, 389.

Modulamen duplex, vocis et fistulae, E. V, 14. N.

Moenia et *muri*, A. IX, 196.

Mollis de sapore, i. e. dulcis, E. I, 82. N. — i. q. mobilis, A. IV, 66. — *molle* aurum A. X, 138. N.

Monere de prodigiis, oraculis, A. VII, 110. N.

Mori, *moribundus*, *moriens*, *moriturus*, Q. V. XXVIIII, 2, b.

Mors apud inferos habitans, A. XII, 464.

Mortuos ad fontes, rivos, sepeliendi mos, E. V, 40. N.

Morulus, E. X, 39.

Morus, E. X, 39.

Motare et *mutare* confus., E. V, 5.

Movere Manes, A. IV, 490.

Mox et *post* confus., G. I, 260.

Multus et *Plurimus* i. q. vehemens, A. III, 372. N. — i. q. magnus, A. IV, 3. N. — *multa cunctari* et similia, A. IV, 390. N.

Munus i. q. gratia, A. IV, 429. N. — *munus* ita dictum, ut solius accipientis ratio habeatur, Cat. XI, 25.

Muri et *moenia*, A. IX, 196.

Musae Nymphae, E. VII, 21. N. — Musarum auxilium in Iove celebrando implorare sollemne, E. III, 60.

Mussare, A. XI, 345. N.

Mutare et *motare*, E. V, 5. A. III, 581. — *mutata flumina*, E. VIII, 4.

Myrtus plurali numero an dixerit Virgilius, incertum, E. VII, 6.

Digitized by Google

N.

N ante *s* omissum, G. I, 19. — *n* litera finalis in extremis versibus per lineam transversam indicatur, Q. V. III, 1.

Nam ad subiuncta, non ad praegressa spectans, A. III, 374. N. — *Nam quis*, i. e. quisnam, G. IV, 445. N.

Namque postpositum, G. I, 142. — *mihi namque, ἔμοιγε*, A. X, 614. N.

Nanctus, A. IX, 331.

Narcissus purpureus, E. V, 38. N.

Narrare aliquem, A. II, 549. N.

Natus, vid. *Gnatus*. — *Nati* de uno filio, A. X, 532. N.

Navibus ire et similia, A. II, 254. N.

Ne, vid. *Non, Neu, Ve, Quine*. — *ne...ne*, A. XII, 321. — *ne...quidem* et *nec...quidem*, G. I, 126. — *ne quidem...sed, verum etiam*, G. III, 563.

Nec, Neque, Q. V. XXXII. — *neque* saepius in *nec*, quam *nec* in *neque* mutatum, *ib.* 1. — *neque* in thesi primi pedis, *ib.* 2. — *neo* raro in eadem, *ibid.* — *nec* in tertia sede ante consonas, *ib.* 3. — *nec* et *neque* in secunda sede, *ib.* 4. — *nec* ut plurimum in thesi quarti pedis, *ib.* 5. — *neque* quando ibidem locum habeat? *ib.* — *neque* ante vocales sequente Verbo substantivo, Praepositione aliqua aliave Particula, *ib.* 6. — *nec* fortius, *neque* mollius, *ib.* 7. 16. — *nec* pro *non*, maxime in prohibendi formulis, *ib.* 8. — *neque...neque, ib.* 8. 19. — *neque* rarius, *nec* saepe geminatur; hoc etiam ter et quater repetitum, *ib.* 8. 19. extr. — *neque...nec, ib.* 8. 20. — *nec...nec*, non *nec...neque, ib.* 8. 18. — *nec* ante vocales, *ib.* 8. 9. 11. 12. 15. — *non... neque, nihil...neque*, cet., *ib.* 9. 21. — *neque* transitioni serviens, *ib.* 8. 9. — *non...nec, nihil...nec*, cet., *ib.* 9. 21. — *nec* et *neque* ante literam *h*, *ib.* 9. — *nec...neque, ib.* 10. — *nec...nec...que...neque, ib.* 10. — *nihil nec...nec, nullus nec ...nec, ib.* 11. — *nec* ea sede positum, ubi *neque* locum habere solet, *ib.* 12. — *nec* singularis usus exempla quaedam, *ib.* 13. — *nec* spectat ad opposita, *ib.* 16, a. — *nec...sed, nec...tamen, ib.* 16, a. — *nec* cum aliqua vi certo cuidam vocabulo adiungitur, *ib.* 16, b. — *nec* in *λιτότητι*, *ibid.* 16, b. — *neque, wohl nicht*, maxime servit amplificandae variis modis orationi, *ib.* 17, a. — *nec enim, nec vero, nec tamen, nec ullus, nec sine causa*, et *neque enim, neque vero, neque tamen, neque ullus, neque sine causa, ib.* 16, a. b. 17, a. b. — *neque...neque* non ubique disiungit, A. III, 585. N. — *nec* pertinet etiam ad proximum enuntiatum, per *et* vel *que* adiunctum, A. XII, 801. N. — *nec, neque*, i. q. *ne quidem*, E. III, 102. — *Nec minus*, *Nec minus interea*, E. I, 57. N. — vid. *Ne, Neu, Non*.

Necti, nexus, in re Venerea, G. IV, 199.

Digitized by Google

Negare — nec, A. III, 202. N.
Nepos, Cornel., Q. V. XXII, 4.
Neque, vid. *Nec.*
Nescio qui et *quis*, E. III, 103. N. — *nescio*, bisyllabum, A. IX, 296.
Νῆσος i. q. *χεῤῥόνησος*, A. I, 159. N.
Neu, *Neve*, cum *nec* permutat., Q. V. XXXVI, 14. — *Neu*, *Neve*, ponitur, aut ubi geminatur haec Particula, aut ubi praecedit *ne* vel Imperativus; habetque dehortandi, dissuadendi, deprecandi cavendique potestatem, *ib.* — contra *Nec* vetandi aversandique vim sustinet, aut omnino gravius commotum pectus indicat, *ib.* 15. — vid. *Nec*, *Ve.*
Neve, vid. *Neu.*
Ni quid significet? A. V, 49. quomodo differat a *nisi? ibid.*
Νικᾶν Ὀλύμπια, A. III, 56. N.
Nil et *Nihil*, A. X, 54.
Nisi, vid. *Ni.*
Niti gressus cuspide, A. XII, 386. N.
Niveus Phoebus, Cat. XI, 1.
Nixus mutat. in *Nexus*, A. IV, 217.
Nomades, *Numades*, *Numidae*, A. IV, 320.
Nomen et *Nomine* permutat., A. XII, 515. — *nomen dicere* et *nomine dicere*, A. VI, 242. — *nomen facere Pleiadas*, G. I, 137. N. — *nomen Echionium*, i. e. Echionius, A. XII, 515. — — Nomina in *...eus* exeuntia quomodo flectat Virgilius? A. V, 184. — Nomina in *...on* et *...o* terminata, A. VIII, 506. — Nomen eius, de quo agitur, cum affectu quodam adiectum, Q. V. XXXII, 7.
Nominativus pro Accusativo, G. II, 219. A. V, 372. VII, 729. N. — pro Vocativo, E. VII, 46. N. — cum Vocativo, A. I, 664. — a Nominativo ad Vocativum transitus, A. II, 56. — cum Infinitivo, Cat. VIII, 2. — Nominativus appositi praegresso Accusativo, A. VII, 741. N. — absolutus, G. I, 383. — pendens, A. XII, 161. — in describendi narrandique brevitate absque Verbo, A. IV, 201. N. — Graecorum Nominum in *...es* plural. num., A. XI, 170.
Non-neque, vid. *Nec.* — *Non*, *Nec*, *Ne*, *Neu*, *...que*, *et*, Q. V. XXXVI, 7. 8. 10. — *Non*, *Nec*, *...ve*, *ib.* 7. 8. — *Non* qua lege cum Imperativo iungatur, A. XII, 78. — *Non solum...sed*, *non s. ...sed etiam*, E. V, 48. N. — *Non aliter*, *Non secus*, A. XII, 723.
Nonne vides, G. III, 103. N.
Noster esto, E. VII, 70. — vid. Pronom. possess.
Nostri Genitivus Pronominis personalis pro possessivo Pronom., A. X, 72.
Notus quid? E. I, 52. N. A. XI, 195. N. XII, 414. N.
Novus de eo, quod primum fit, A. VIII, 695. N.
N, i. e. *ni*, A. XII, 459.
Nubem facere, A. XII, 254. N.
Nudare terga *fuga*, non *fugae*, A. V, 586.
Nullus gravius negat, G. I, 101. N. A. IV, 232. N.
Numen, *in*, vel *sub deorum numine esse*, A. II, 703. N.

Digitized by Google

Numeri Nominum permutati, Q. V. VIIII, 2. — Numeri Verborum permutati, Q. V. VIII. — ob errorem ex vicino Nomine ortum, *ib.* 2. — ob propinqui Verbi diversum Numerum, *ibid.* 2, c. — Numeros Nominum variare solet Virgilius, A. I, 427. 591. N. — Numeri fracti et ignavi, suo tamen loco apti, A. XII, 907. — egregii, A. V, 643. N. — corrupti, E. IX, 6. A. IV, 290. — Numerus ternarius in re sacra, inprimis magica, A. IV, 510. — vid. Centenarius, Synesis.

Numquam, non *nunquam*, E. VI, 45. — *numquam* fortius simplici negatione, E. III, 49. N. A. II, 670. N.

Nunc adversativa Particula, E. X, 45. — quomodo cum Praeterito et Futuro iungatur? A. I, 365. — in transitione, A. VIII, 46. — *nunc adeo*, Q. V. XXVI, 4. — *nunc...nuncque*, Cat. XI, 45.

Nymphae deae appellatae, A. XII. 139. N.

O.

O longum sequente brevi vocali elisum, A. X, 179. — *o* finale et *u* permutat., G. IV, 412. — *o* finale ubi a Virgilio corripiatur? A. IX, 296. — *o* per *Q.*, i. e. *que*, interceptum, Q. V. XI, 3.

O quicumque es, A. VIII, 122.

Oaxes Cretae fluvius, E. I, 66.

Obiectum omittitur, ubi enuntiatum a Particula *quum* incipiens sequitur, A. XII, 632. N.

Obliqua invidia, A. XI, 337. N.

Obsitus, *consitus*, *aevo* s. *senectute*, A. VIII, 307. N.

Obumbrare, tueri, A. XI, 223. N.

Obvius obtulit se, A. X, 552.

Occurrere involvit *accurrendi* notionem, A. III, 82.

Oceanus, vid. Britannia.

Oculos tendere quomodo dicere liceat? A. II, 406. — vid. *Taciti.*

Oenotri, *Oenotrii*, A. I, 532.

Olea umbrosa arbor, interdum et tondetur, G. III, 21. N.

Olem, A. IX, 99.

Olli, *Ollis*, Q. V. XXI, 9. A. VIII, 657.

Olus, *Holus*, G. IV, 130.

Omnipotens Olympus, A. X, 1.

Ὁμοιοτέλευτον, A. XI, 136.

-on et *-o*, terminationes Nominum proprior., A. VIII, 506.

Onus et inde ducta absque adspiratione, G. IV, 133.

Oppositorum singularis quaedam ratio, E. II, 22.

Optare cum variorum Nominum Accusativis fere elliptice iungitur, A. I, 570. N.

Optime, Vocativus, in compellando, A. VI, 669. N.

Opus, carmen aetatem laturum, A. X, 792. N.

Ora et *Orae*, Q. V. VIIII, 3, IV. — *orae luminis* et *aurae l.*, G. II, 47. A. VII, 660.

Oratio obliqua rara in carmine epico, A. IV, 227. N. — Oratio quomodo claudenda? E. II, 73. A. VIII, 582. — Orationem non praecedit verbum, quo a narrando ad orandum transiri indicetur, A. III, 84.

Ordo rerum in narratione non

Digitized by Google

servatus, ne ab historicis quidem, E. VI, 41. N.— *ordine*, bene et recte, A. I, 703. — differunt *ordine* et *ex ordine*, G. IV, 4.

Ore abundat, G. II, 247.

Orion, de mensura huius nominis, G. IV, 234. N.

Ornatus, vid. Copula.

Oro vel simile verbum in obtestando omissum, A. X, 597. N.

Orphei bisyllabum, E. IV, 57.

... *os* finalis syllaba in ... *us* mutata, G. IV, 446. — ...*os* et ... *on* terminatio Nominum Graecorum a Virgilio interdum retenta, maxime in nominibus geographicis, Q. V. IV.

Ὅς cum emphasi, A. III, 10.

Οὔτε—τὲ—οὐδέ, Q.V. XXXII, 10.

Ovidius, A. III, 887. N. XII, 78. 811.

P.

Pacare et *Placare*, A. VI, 804.

Palus, Genitivus plural. *paludium*, G. I, 363.

Pan, *Panos*, A. VIII, 344.

Pandere Helicona, *carmina*, cet. A. VII, 641. N.

Panegyricus in Messalam quo tempore scriptus? E. I, 66. N.

Πάντες — ὅστις, *πάντα* — ὅτι, A. II, 77. N.

Parentheses copula destitutae, A. II, 342.

Pariter i. q. simul, una, A. I, 572. N.— de positu huius Particulae, A. I, 714.

Parnasus simplici *s*, E. VI, 29.

Partem et *Partim*, A. V, 187.

Participia, Q. V. XXVIIII. —Participium Praesentis pro Particip. Perfecti, *ib.* 1. — item pro Particip. Futuri, *ib.* 2. (adde A. II, 114.) — Particip. Perfecti pro Particip. Praesentis, *ib.* 3. — Participia Adiectivorum naturam induentia, *ibid.* — Particip. Futuri Pass. pro Particip. Praesentis, *ib.* 4. — Participia pro Verbis finitis, *ib.* 5. — Participii usus insolentior, *ib.* 5. et 7. — Participia in describendis rebus, *ib.* 5. — Participia Graeco more usurpata, *ib.* 6. — Particip. Praesentis Activi pro Partic. Praesentis Passivi, G. III, 143. — Neutrum Participii Perfecti Passivi pro Subiecto, A. V, 6. N. — Participium non Subiecti, sed Praedicati, genus sequens, A. VI, 448. — Participium ubi recte, ubi vitiose in extremo versu collocetur, Exc. ad A. XII, 612. — Participii Ablativus absolute positus, A. I, 737. — Participia in ...*ns* terminata Ablativum mittunt in ...*e*, E. III, 27. N. — Participia Praesentis in Mss. pro sec. Persona Futuri aut Praesentis Indicativi posita, G. IV, 239. — Participium Praesentis in tertiam Personam Plural. Praesentis mutatum, G. III, 402.— Participium Praesentis Aotivi in Particip. Perfecti Passivi mutatum, A. XII, 506.

Particulae monosyllabae rarae in arsi quinti pedis, Q. V. XXXV, 19. — vid. Disiunctivae.

Partim, vid. *Partem*. —

Digitized by Google

partim...partimque, A. XI, 204. N.

Parumper, A. VI, 382. N.

Pasco an idem, quod *pascor*? G. III, 143.

Pastores singuli interdum diversos greges pascunt, E. VII, 7. N.

Pater Romanus, A. IX, 459. — *patres* i. q. parentes, A. II, 457. N.

Πατέρες, parentes, A. II, 579. N.

Patronymicorum penultima contra regulam producta, A. II, 82. — duo iuncta, Cat. XI, 33. — vid. Adiectiva.

Pauca tua, i. e. pauca e tuis, Cat. XI, 13.

Pelagus, pontus, mare, quomodo differant? A. X, 377. N.

Pellacia, G. IV, 443.

Πέμπειν λέγοντα, *cet.* Q. V. XXVIIII, 2, c.

Pendere animi, A. X, 686.

Per i. q. *in*, de loco ampliore, A. I, 680. N. — in obtestando saepe proxime subiectum habet eius nomen, quem, non per quem, precamur, A. X, 370. — *per* cum Adiectivis compositum, significans *valde*, magis pedestris est, quam poeticae orationis, A. I, 725.

Peroutere et *Concutere*, A. VI, 475.

Perducere, vid. *Producere*.

Peredere et *perimere tabe*, A. VI, 442.

Perfectum et Praesens permutat., Q. V. VII. — Perfectum denotat res quietiores et compositas, *ib.* 5. — ita pro Praesente ponitur, ut inter initium alicuius rei et finem vix ullum videatur spatium intercedere, *ib.* 6. — Perfectum et Praesens iuncta, A. VI, 55. — Perfectum et Plusquamperfectum iuncta, A. IV, 200. N. — Perfectum ex subiecto Praesente vel Futuro repetendum, A. XII, 97. N. — *...ērunt* et *...ēre*, A. I, 605. — *...avit* in *...āt* contractum, A. III, 3. — *...iit* in *...ĭt*, A. IX, 9. 418. — Perfectum et Imperfectum permutat., A. X, 383. — Perfecti Indicativi tertia Persona Pluralis correpta in Coniunctivum aut in Plusquamperfectum a librariis mutari solet, G. IV, 393. — vid. *...erunt*.

Perferre, vid. *Adferre*.

Pergamea, an *Pergamia*? A. III, 133.

Perge, age, fac, A. XII, 153. N.

Permutatio, vid. Casus, Modi, Numeri, Perfectum, Pluralis, Praesens, *S*, Singularis.

Persona secunda Praesentis Indic. aut Futuri in Mss. saepe legitur pro Participio Praes., G. IV, 234. — Persona tertia Verbi Pluralis, G. III, 143.

Pervenio, ut, num Latinum? E. IX, 3.

Perversus, malevolus, iniquus, E. III, 13. N.

Petendum pacem, A. XI, 230.

Phaedrus, A. IV, 461.

Phalarica, *Falarica*, A. IX, 705.

Phalerae, hominum ornamenta, A. IX, 359. N.

Phaselus, *Faselus*, G. I, 227.

Phocas, A. X, 200. N.

Pignus cum aliquo dare, deponere, E. III, 32. N.

Digitized by Google

Pindarus, Q. V. VIIII, 1.
Pingue tus, *pinguis* flamma, fumus, G. IV, 379.
Pinus et *Pinos* Accusat. Plural., A. XI, 136.
Piscis sidus, G. IV, 234. N.
Pistrix, *Pristis*, *Pistris*, A. III, 427.
Placitus et *Placidus*, A. X, 15.
Pleias semper trisyllabum, G. IV, 233. — Pleiades quando non appareant? G. IV, 234. N.
Plemyrium, *Plemmyrium*, A. III, 693.
Plias an priore syllaba correpta? A. III, 516.
Plinius min., Q. V. XXXII, 8.
Plumbum vehementi iactu liquefactum, A. IX, 588. N.
Pluralis pro Singulari auget dignitatem, A. X, 139. — de uno aliquo, sed incerto, E. IV, 49. N. A. I, 4. N. — Pluralis ponitur, ubi quem non suo nomine, sed communi aliquo, vel ex re adiuncta appellamus, A. X, 79. N. XII, 60. N. — condicio spectatur eius, qui per Pluralem indicatur, A. XII, 799. N. 876. N. — Pluralis Adiectivi pro Singulari, ut *nota tibi*, A. I, 669. N. — Pluralis Verbi post duo Substantiva, quorum alterum per Praepositionem *cum* adiunctum, A. X, 238. — Pluralis Verbi in Singularem mutat., Q. Virg. VIII. — Pluralis Verbi, praegresso Singulari, tacitae Subiecti mutationi debetur, Q. V. VIII, 4, d. — Pluralis Nominum in Singularem conversus, Q. V. VIIII.
Plurimus, vid. *Multus*.
Plusquamperfectum celeritatem denotat, A. XII, 430. N. — Plusquamperfecti Coniunctivus pro Futuro periphrastico, A. II, 136.
Pocula faginea, E. III, 36. N. — bina singulis convivis apponi solita, *ibid.*
Poena, is, qui delicti alicuius poenam luit, A. II, 139.
Poenitere, i. q. pigere, E. II, 34. N. — i. q. contemnere, E. X, 16. N.
Poetae veteres non nimis modesti, E. VI, 10.
Πολύς, i. q. vehemens, A. III, 372. N.
Poma, i. q. *pomi*, G. II, 426. N.
Pontus, vid. *Pelagus*.
Porricere exta, A. V, 238.
Porsena et *Porsenna*, A. VIII, 646.
Positivus fortior Superlativo, A. I, 141.
Positus vocis monosyllabae in sede tertia quartave, A. XI, 298. — *Nunc*, *nunc o*, et *Nunc*, *o nunc*, A. VIII, 579. — *super ipse sua* et similia, A. IV, 233. N. — vid. Adiectiva, Adverbia, *Esse*, Praepositio, Pronomen, *Semper*, Substantiva; praeterea A. X, 15. XII, 229. 317.
Posse cum Infinitivo pro Coniunctivo eius Verbi, G. III, 453. Cat. XI, 63. — *possit* et *posset* permutat., A. VI, 754. — *possunt* et *poscunt* permutat., A. XI, 325.
Possido, *possedi*, A. III, 565.
Post, ex *longo post* repetitum, E. I, 70. N.
Potens promissi, incepti, iussi, A. VII, 541. N.

Digitized by Google

Potestas, i. q. magistratus, rex, A. X, 18. N.

Πού, in gloriatione, A. X, 548.

Prae, vid. *Pro*.

Praecipitantem impellere, et similia, A. XI, 609.

Praeludere, vid. *Proludere*.

Praepositio *in*, etiam *a* et *e*, vel omissa temere, vel adiecta, Q. V. XIIII. — Solet Virgilius concursum Adiectivi et Substantivi interposita Praepositione vitare, *ib.* 1. 2. (adde A. I, 148.) — Praepositiones crebro in thesi quarti pedis collocatae, *ib.* 3. — Praepositio per elisionem intercepta, A. I, 235. — Praepositio suo Nomini postposita et ante Genitivum ex illo pendentem collocata, A. IV, 256. — alteri demum Substantivo adiecta, A. VI, 692. — Praepositionum abundantia, A. IV, 588. N. — vid. Positus.

Praesens et Perfectum permutatum, Q. V. VII. — Praesens ponitur, ubi lector quasi in rem praesentem adducendus, *ib.* 2. — ubi commotio quaedam animi locum habet, *ibid.* — per Praesens ad futura aut proxime subiecta adtendere iubemur, *ib.* 3. — properatur ad sequentia per Praesens, *ib.* 4. — Praeterito subiunctum saepe rem consecutam significat, *ib.* 7. — Praesens in circumlocutione quorundam Substantivorum, A. IX, 266. — Praesens ponitur, ubi recens viget rerum memoria, A. I, 99. N. — Praesens pro Perfecto in comparatione, E. VI, 27. N. — Praesens pro Futuro, A. IX, 21. — in comminatione, A. XII, 568. — Praesentis rarior quidam usus pro Perfecto, E. VIII, 45. N. G. I, 279. N. A. IX, 9. — Praesens pro Imperfecto, A. IV, 401. N. — Praesens pendens e Perfecto, A. IV, 452. — Praesens in Futurum mutat., A. VIII, 577.

Praeterea de tempore, A. I, 48.

Preciae uvae, G. II, 95.

Premere obscena significatione, Cat. III, 4. — *vocem*, A. IX, 324. N.

Prensi boves, G. I, 285. N. — *prensus* et *pressus* confus., A. II, 793.

Primitiva vocc. pro Adiectivis, E. VI, 64. N.

Primus, Primum, Primo, Q. V. XXVIII. — *Primus* et *Primum* in enumeratione et expositione rerum, ubi, quod sequi debet, *tum, deinde*, saepe omittitur, *ib.* 1. — *Primus* de loco, *ib.* 2, a. — de prima alicuius rei parte, *ib.* — de dignitate. *ib.* 2, b. — *Primus* et *Primum* de tempore, *ib.* 3. — allis Adverbiis aut Coniunctionibus temporalibus iunctum, *Nunc, Tum, Quum, Ut primum, Primum tandem*, et *Vix, Dum, Postquam, Quum, Ubi, Ut primus*, cet. *ib.* 3, b. (adde G. III, 130. IV, 21.) — *Primum... tum*, *ib.* 3, c. — *Primus*, i. q. *prius, ante*, *ib.* 3, d. — hinc *quum primus* fere i. q. *priusquam*, *ibid.* — *Primus* de aevo antiquissimo, *ib.* 3, e. — *Primus* et *Primum* de initio, origine rerum, *ib.* 3, f. — de eo, qui incipit esse aliquo loco, *ibid.* — *Primus* de causis et rerum auctoribus, *ib.* 3, g. — de exemplo, quod quis praeit, ac proinde de

Digitized by Google

de eo, qui prae ceteris aliquid facit, patitur, *ib.* 3, h. — *Primus* non ei, cui debebat, Nomini vel Verbo iunctum, *ib.* 4. (adde A. VI, 811.) — quaedam singularia, *ib.* 5. — *Primo*, *ib.* 6. — *Primus*, i. e. prior omnibus, G. III, 64. N. — *Primus ante omnes*, A. II, 40. — *Primo Aquilone*, A. VII, 361. N. — *Primus* et *Primum*, A. IV, 586. — *Primum* Adverbium pro Adiectivo, A. III, 651.

Principio...et, Q. V. XXXV, 4.

Prius, antequam, A. IV, 27.

Pro omnibus, Prae o., A. III, 435. — *pro re*, A. IV, 337. N. — *pro se quisque*, A. XII, 552. — *pro qua*, i. e. ut ea retineatur, non amittatur, Cat. XI, 31.

Producere et *Perducere*, E. I, 71.

Productio brevis syllabae ante mutam et liquidam rara in thesi, E. IV, 5. N.

Profugus in non est Latinum, Q. V. XXXIII, 1.

Prolepsis, G. II, 219. A. III, 690. VI, 2. N.

Proludere et *Praeludere*, A. XII, 106.

Pronomen neutrius generis ad Substantivum masculini vel feminini generis relatum, A. III, 173. N. — Pronomina saepe ad rem referuntur, quam in superioribus scriptor magis significavit, quam elocutus est, E. VII, 30. N. — Pronominum personalium duplex usus, Q. V. XVII, 1. — Pronomina in parenthesi omissa, A. II, 342. — Pronomen relativum cum emphasi post maiorem interpunctionem, A. III, 10. — Pronomen relativum modum, quo quid fit, similesque notiones includit, A. I, 8. — Pronominis personalis Genitivus pro possessivo, A. IV, 237. — Pronomina possessiva, *meus*, cet., i. q. secundus, propitius, G. IV, 22. N. — Pronomina possessiva cum Adiectivo iuncta antiquo more, A. IX, 816. N. — Pronomina possessiva active, Genitivus Pronominis personalis passive significat, A. IV, 654. N. — Pronominis, maxime possessivi, positus, A. IX, 132.

Propior, *Proprior*, G. III, 58.

Proprium, i. e. diuturnum ac stabile, E. VII, 31. N.

Prora pelago obversa, A. VI, 8. N. — proprie dicitur aerata, A. X, 223. — naves e prora religatae, *ibid.*

Proripere, se proripere, A. X, 796.

Πρός τι θαμβεῖν, οἰκτείρειν, E. VIII, 3.

Προσήγεσθαι, vid. *Adigere*.

Prospicere in *Conspicere* mutat., A. XII, 353.

Psithia, G. IV, 269.

Pubes fere i. q. populus, A. II, 798. N.

Pulcer non habet adiunctum Accusativum, A. V, 570.

Puppis improprie aerata dicitur, A. X, 223.

Purpureus, nitens, splendens, E. IX, 40. N. — *purpurea anima*, A. IX, 349.

Pyrrhin, A. III, 319. VI, 780.

Digitized by Google

Q.

Qua, vias...qua, G. I, 90. N.

Quadrupes, Quadripes, E. V, 26.

Qualis ubi, absque interpunctione, A. II, 471.

Quamquam cum Indicativo, A. X, 857.

Quamvis cum Indicativo et Coniunctivo, E. III, 84.

Quarta sedes hexametri versus ceteris debilior, Q. Virg. XXXII, 5. XXXV, 20.

Que a Virgilio non annectitur secundo tertiove voc., G. I, 142. — *que* illatum, G. III. 254. 257. — in *ve* mutatum, A. II, 37. — omissum, A. IV, 289. — saepe repetitum, A. XI, 490. — comparationi serviens, A. XI, 751. N. — i. q. quoque, A. IV, 629. — *que* explicativum, Q. V. XXXIII, 5., coll. XXXIIII, 2. — *que...atque*, Q. V. XXXV, 23. — *que* et *ve* permutatum, Q. V. XXXVI, 7. — *que* in arsi productum, Q. V. XII, 12. — *que* ex veterum Grammaticorum opinione παρέλκει apud poetas, Q. V. XVI, 2. extr. vid. *Atque*, Copulae, *Non, Si, Ubi, Ve, Vix*.

Quercus, Quaercus, E. VIII, 53.

Qui, Quae, Quod, iunctis inaequalibus orationis membris, Q. V. XXXIIII, 4. — obscure significans Subiectum post aliquot demum verba illatum, Q. V. XXI, 7. et A. XII, 728. N. — ad omissum *eius* vel *eorum* relatum, A. XI, 172. — *qui... idemque, quae... ab eaque*, A. V, 370. VII, 61. N. — i. q. *si qui, nisi qui*, A. VI, 141. — *qui quando*, A. X, 366. — *quine*, A. X, 673. — *qui* et *que* permutatum, A. II, 663. — *quae* et *quod* permutat., A. X, 628. — *quod* i. e. quod attinet ad id, quod, A. II, 180. N. — *quod ut, q. utinam*, A. X, 631. N. — *quod te oro, διότι*, A. VI, 363. N. — *quod superest*, in praecipiendo, rogando, hortando, A. IX, 157. N. — *quo nunc certamina?* A. IV, 98. — vid. Pronomen, *Quis*.

Quia et *quod* quomodo differant? A. VIII, 650.

Quicumque et *Quidquid* male cum Coniunctivo a librariis iuncta, Q. V. VI, 2. cf. etiam A. IX, 299. — *cuncta, quodcumque*, A. II, 77. N.

Quid, vid. *Quis*.

Quidquam, nec.. quidquam fallere, G. IV, 447.

Quiesco vere inchoativum, *do me quieti*, A. IV, 523. N.

Quintus, quinctus, G. I, 277.

Quippe in ironia, A. I, 39. N. IV, 218. N.

Quis et *Qui*, Pronomina interrogativa, Q. V. XXII. — qui de his scripserint? *ib.* 1. — *quis*, non *qui*, in directa interrogatione, *ib.* 3. — *qui*, non *quis*, in interrogatione indirecta, *ib.* 4. — *quis* tamen in indirecta interrogatione ante *quisque* et *quis*, *ibid.* — item in versuum initiis, *ib.* 5. — *quis*, ubi i. q. *quis est*,

Digitized by Google

qui, cum Coniunctivo, Q. Virg. XXXI, 12. — *quid* et *quod*, A. I, 76. — *quid, si?* A. X, 628. quomodo struatur? E. V, 9. N. — *quid ago?* Q. V. XXXI, 14. — *quid cogis? quid curris?* et similia, A. III, 35. N. — *quid enim?* A. V, 850. — vid. *Ve.*

Quis pro *quisque*, G. II, 256.

Quisquis pro *quisque* a probatis Latinitatis auctoribus quando ponatur? E. III, 110. — vid. *Quicumque.*

Quod, vid. *Quia.*

Quondam, i. e. suo tempore, A. II, 367. — vim habet desiderii ac doloris, A. II, 678. N.

Quoque et, A. I, 5. N.

Quoties non videtur cum Verbo frequentativo iungi, A. III, 581.

Quum cum Indicativo Imperfecti, E. X, 10. — *quum* in transitu ad sequentia, A. I, 223. N. — post maiorem interpunctionem interdum cum emphasi, A. III, 10. VI, 125. — adiungitur per *quum* sententia cum alacritate, A. III, 301. — *vel quum*, A. XI, 406. — *quum iam* quo discrimine iungatur cum Praesente et Futuro? G. I, 450. — *quum nondum* cum Praesente iungitur, *ibid.* — *quum* omissum post *iam*, Q. V. XXIIII, 7.

R.

Rabidus quando de aestu? E. II, 10.

Rapidus et *rabidus* confus., E. II, 10.

Re... in compositis significat rei alicuius in contrarium mutationem, A. XII, 35. N. — *re...* in dicendi verbis quam potestatem habeat? A. VII, 167. — verbis a *re...* incipientibus Ablativus adiicitur, A. I, 358. N. IV, 244. N.

Reapse, i. e. *re eapse*, s. *re ipsa*, Q. V. XVIII, 1.

Recessus et *Receptus* permutat., A. XI, 527.

Recto litore, *recta* ripa proficisci, *cet.*, A. VI, 901.

Redire, Reducere, Recurrere, Referre, de rebus, inprimis naturae, statis vicibus redeuntibus, G. I, 249. N.

Referre, repetere, A. V, 598. N.

Refusus pontus, Oceanus, quid? G. II, 163. N. A. VI, 703. N.

Regere imperium, iura, A. I, 340.

Remeare de victoribus, A. II, 95.

Repetitio eiusdem vocabuli vel Verbi, E. VI, 61. — nominis proprii, E. II, 39. N. VII, 70. — repetitum vocabulum vel Verbum copulae vice fungitur, G. II, 260. — i. q. (τὲ...) καί, E. IV, 6. A. XI, 171. — *auro... aurum... aurea*, A. IV, 138. N. — vid. Vocabula.

Replentur vacua, A. XII, 35. N.

Reponere pocula, in mensis secundis ad libandum, Q. V. XXXXI.

Digitized by Google

Reposcere, *ἀντιαιτεῖν*, A. II, 139.

Res eadem tribus modis expressa, A. IV, 342. N. — *rerum* Superlativo adiectum vim eius auget, A. VII, 602. N.

Retia servare, quid? E. III, 75. N.

Retrorsus, *retrorsum*, A. III, 690.

Rhea, *Rea*, A. VII, 659.

Rhipaeus varie in libris mss., plerumque sine adspiratione scriptum, G. I, 240. A. XI, 184.

Robigo, *rubigo*, G. I, 151.

Ros, i. q. ros marinus, G. II, 213. N.

Rostra in effigiem ferarum exeuntia, A. X, 157. N.

Rubet ardor, candor, A. X, 273.

Rumore secundo, A. VIII, 90. N.

Rumpi de sono, A. XII, 923. N.

Rursum in elisione locum habet, praeterea *rursus* scribendum, E. X, 62.

Rutilus, *rutulus*, A. VIII, 430.

Rutulis nomina Graeca data, A. XI, 615. N. — *Rutulus*, *Rutilus*, A. XI, 487.

S.

S proximum vocabulum incipiens saepe Singularem in Pluralem vertendi occasionem dedit, Q. V. VIIII, 2, c. — *s* crebro in eodem versu repetitum fecit, ut Singularis in Pluralem verteretur, *ib.* 2, d. — *s* unum duobus vocabulis serviens, G. II, 203. A. V, 531. — *s* adscitum e proximo vocabulo, G. III, 444. A. XII, 811. — *s* simplex in Graecis nominibus propriis, E. VI, 29. A. V, 285. 306. — *s* crebro repetitum aquae strepentis sonum imitatur, G. IV, 370. — sonus sibilans non offendit, A. III, 27.

Sacerdos, maga, A. IV, 509. N.

Saeculum, i. e. hominis aetas, G. II, 295. N.

Saepe, traiectum, G. II, 279. A. X, 723. N. — i. q. valde, multum, A. XII, 259. N.

Saeviunt ursi, A. VII, 17. N.

Saliunca quod genus herbae? E. V, 17. N.

Sallustius, Q. V. XXII, 4.

Saltem, *Saltim*, E. II, 71.

Sancti poetae, Cat. XI, 8.

Sane in concedendo, A. X, 48.

Sat adiective, A. XI, 366. N.

Sc, *sp*, *sq*, *st*, non adhibita a Virgilio ad producendam brevem praegressi vocabuli extremam vocalem, Q. V. XII, 14. — nec corripi eandem patiuntur apud eundem, A. I, 63.

Schema Pindaricum, Q. V. VIIII, 1.

Scelus, i. e. poena sceleris, A. II, 229. N.

Scena, de arboribus, A. I, 164. N.

Scio monosyllabum, A. IX, 296.

Se proximo vocabulo interceptum, G. I, 513.

Secius ... ut an probum? G. II, 277. — cum Ablativo rel comparatae, *ibid.*

Secundus currus, *sec. vela*,

Digitized by Google

A. I, 156. — *secunda* Iuno, A. IV, 45. N.

Securis pastorale idemque antiquissimum telum Italorum, A. XI, 659. N. — *securim* et *securem*, A. XI, 656.

Sed redeuntis ad superiorem orationem, A. VI, 511. N. — omissum, E. I, 50. N. — *sed* et *nunc* quomodo differant? A. VIII, 46. — *sed enim*, A. I, 19. N. — *sed tamen*, E. I, 19. N.

Sedere, vid. *Sido*.

Sedes de fundo maris, A. I, 84. N. — Sedes post *πενθημιμερῆ* fortior, E. V, 9. — vid. Quarta.

Semel quid significet? A. XI, 418. — in *simul* mutat., *ibid.*

Semianimis, *Semiesus*, *Semiustus*, non *Semanimis*, oct., A. III, 578. — *Semianimis*, ... *mus*, A. IV, 8.

Semper, de eo, quod fieri solet, G. I, 431. N. — eius positus, E. VII, 49. G. I, 248. II, 219. bis.

Sentire aliquem, A. VII, 434.

Sequax differt a *sequens*, E. III, 46. — *sequax* capra, G. II, 374.

Sequi, studiose appetere, E. II, 63. N.

Serpentes diis famulantes, A. V, 95. N. — Genii locorum, *ibid.*

Servi et Servae aquam ad manus lavandas ministrant, A. I, 701. — Servus frugi quando libertatem adipisci potuerit? E. I, 30.

Servius fons novarum lectionum, A. VI, 157. 186. X, 28. Q. V. XVI.

Seu, vid. *Sive*.

Si cum Indicativo, quum fatemur aliquid, G. II, 462. — *si* post verba *explorare*, *tentare*, A. I, 181. — cum ellipsi Participii talium verborum et cum Indicativo, A. I, 577. — *si* per ellipsin omissum, A. I, 572. VI, 31. N. — *si forte*, *ἐν τύχοι*, A. II, 756. — *si... que*, Q. V. XXXVI, 9. — vid. *At*, *Ve*.

Sic post Participium, A. I, 225. N. Q. V. XXV, 7. — redundans fere post Pronomen, A. XI, 251. N.

Sicilicus, Exc. ad Cat. II. — qua mensura? *ibid.*

Sicilire, Exc. ad Cat. II.

Sido an faciat Perfectum *sidi*? E. VII, 1. — *sidere* et *sedere*, A. III, 565. V, 498.

Sidus de certo anni tempore, de temperie coeli, de tempestate, G. IV, 234. N. A. IV, 309. N.

Silius Italicus, A. III, 302. V, 531. XI, 625. XII, 321. 739. N. 811.

Silva et *Silvae*, Q. V. VIIII, 3, V.

Similis notio e praegresso verbo subauditur, E. III, 15. N.

Simul vim auget adiecti *omnis*, A. VIII, 4. N. — amat asyndeton, *ibid.* — i. q. continuo, *ibid.* — *simul et*, A. I, 144. — *simul ac*, A. IV, 90. — *simul* cum Participio, *simul dicens*, *ἅμα εἰπών*, Q. V. XXVIIII, 5. — vid. *Semel*.

Simulare, *Similare*, A. XII, 224.

Sine, Praepositio, vid. *Vacuus*.

Sine, *Sinite*, improbantis et minantis, A. X, 15. N.

Singularis pro Plurali, A. IX, 721. — Singularis Nominum

Digitized by Google

in Pluralem mutatus, Q. V. VIIII. — item Verborum, Q. V. VIII.

Sinum, Sinus, E. VII, 33. N.

Sive, Seu, ... Sive, Seu, A. IX, 277. — *Sive* in interrogatione, Q. V. XXXVI, 6. — vid. *Ve*.

Soceri, i. e. socer et socrus, A. II, 457. N.

Sol incertus, certus, A. III, 203. N.

Solus Vocativo videtur carere, A. I, 664.

Solvere cum Dativo et Ablativo, E. IV, 41.

Somnia, post ea dii placantur, A. III, 177.

Sonant saxa sale, pectora palmis, *cet.*, A. XI, 135. — Verba *sonandi* cum Adiectivis omnis generis iunguntur, G. III, 370. A. II, 53. N. — iisdem, ubi Accusativum regunt, inest notio *significare*, A. I, 328. N. — eadem et alia, ad sensus feriendos spectantia, cum sexto casu, A. XII, 332. N.

Sonus vicini vocabuli ad corrumpendam lectionem saepe valuit, A. I, 104. XI, 609. — Soni quaesita similitudo, E. III, 110. G. I, 157. A. VI, 452. IX, 123. XII, 254. N. Q. V. XXXIII, 8. — Soni elegantiae multum tribuitur a Virgilio, Q. V. VIII, 3, I, c. et *ibid.* 3, VII, l. et *ibid.* 3, IX. et *ibid.* 3, X.

Sophocles, A. IV, 594. XI, 696. N. Q. V. XXVIIII, 2, c.

Sors et *Fors*, E. IX, 5.

Sp, vid. *Sc*.

Spectare cum Accusativo et cum Praepositione *ad* quomodo differat? E. III, 48.

Sperare verbum medium, A. I, 543. N. — cum Nominativo et Infinitivo, A. IV, 305. N.

Spina, in Circo, Exc. ad Cat. II.

Spondere sibi probe dicitur, A. IX, 296.

Sponte et *Ipse* quid differant? Q. V. XVIII, 2, m.

Sq, vid. *Sc*.

Squalere, Squalor, non *Squallere, Squallor*, A. VIII, 197.

Ss pro *X*, E. VIII, 70.

St, vid. *Sc*.

Stare, de re horrida aut rigida, E. VII, 53. N. — *stat res alicui*, A. I, 268.

Statius, A. XII, 65. N.

Sternax, A. XII, 364. N.

Sternere se somno, G. IV, 432. N. A. VIII, 566. N. — *sternere Morti*, non *morti*, A. XII, 464. — *sternere* absolute, Cat. XI, 46.

Steti, Perfectum verbi *sistere*, A. III, 403. N.

Stridĕre, A. II, 418.

Structura verborum ad alienam structuram accommodata, A. VII, 284. N. — eiusdem verbi variata, A. X, 865. — Structurae quaedam inversio, A. IV, 506. N.

Studio, i. e. studiose, A. IV, 641.

Stupere, non *Stipere*, G. IV, 481. A. XII, 707.

Stuppa, Stuppeus, geminata media consona, G. I, 309.

Sub, ubi motum significat, semper cum quarto, ubi quietem, semper cum sexto casu iungitur, A. XII, 811. — *sub* i. q. *ad*, de loco superiore, *ibid.* — *sub noctem* et *sub nocte*,

Digitized by Google

A. I, 156. — *secunda* Iuno, A. IV, 45. N.

Securis pastorale idemque antiquissimum telum Italorum, A. XI, 659. N. — *securim* et *securem*, A. XI, 656.

Sed redeuntis ad superiorem orationem, A. VI, 511. N. — omissum, E. I, 50. N. — *sed* et *nunc* quomodo differant? A. VIII, 46. — *sed enim*, A. I, 19. N. — *sed tamen*, E. I, 19. N.

Sedere, vid. *Sido*.

Sedes de fundo maris, A. I, 84. N. — Sedes post *πενθημιμερῆ* fortior, E. V, 9. — vid. Quarta.

Semel quid significet? A. XI, 418. — in *simul* mutat., *ibid.*

Semianimis, *Semiesus*, *Semiustus*, non *Semanimis*, cet., A. III, 578. — *Semianimis*, ... *mus*, A. IV, 8.

Semper, de eo, quod fieri solet, G. I, 431. N. — eius positus, E. VII, 49. G. I, 248. II, 219. bis.

Sentire aliquem, A. VII, 434.

Sequax differt a *sequens*, E. III, 46. — *sequax* capra, G. II, 374.

Sequi, studiose appetere, E. II, 63. N.

Serpentes diis famulantes, A. V, 95. N. — Genii locorum, *ibid.*

Servi et Servae aquam ad manus lavandas ministrant, A. I, 701. — Servus frugi quando libertatem adipisci potuerit? E. I, 30.

Servius fons novarum lectionum, A. VI, 157. 186. X, 28. Q. V. XVI.

Seu, vid. *Sive*.

Si cum Indicativo, quum fatemur aliquid, G. II, 462. — *si* post verba *explorare*, *tentare*, A. I, 181. — cum ellipsi Participii talium verborum et cum Indicativo, A. I, 577. — *si* per ellipsin omissum, A. I, 572. VI, 31. N. — *si forte*, *ἐν τύχοι*, A. II, 756. — *si ... que*, Q. V. XXXVI, 9. — vid. *At*, *Ve*.

Sic post Participium, A. I, 225. N. Q. V. XXV, 7. — redundans fere post Pronomen, A. XI, 251. N.

Sicilicus, Exc. ad Cat. II. — qua mensura? *ibid.*

Sicilire, Exc. ad Cat. II.

Sido an faciat Perfectum *sidi*? E. VII, 1. — *sidere* et *sedere*, A. III, 565. V, 498.

Sidus de certo anni tempore, de temperie coeli, de tempestate, G. IV, 234. N. A. IV, 309. N.

Silius Italicus, A. III, 302. V, 531. XI, 625. XII, 321. 739. N. 811.

Silva et *Silvae*, Q. V. VIIII, 3, V.

Similis notio e praegresso verbo subauditur, E. III, 15. N.

Simul vim auget adiecti *omnis*, A. VIII, 4. N. — amat asyndeton, *ibid.* — i. q. continuo, *ibid.* — *simul et*, A. I, 144. — *simul ac*, A. IV, 90. — *simul* cum Participio, *simul dicens*, *ἅμα εἰπών*, Q. V. XXVIIII, 5. — vid. *Semel*.

Simulare, *Similare*, A. XII, 224.

Sine, Praepositio, vid. *Vacuus*.

Sine, *Sinite*, improbantis et minantis, A. X, 15. N.

Singularis pro Plurali, A. IX, 721. — Singularis Nominum

Digitized by Google

in Pluralem mutatus, Q. V. VIIII. — item Verborum, Q. V. VIII.

Sinum, Sinus, E. VII, 33. N.

Sive, Seu, ... Sive, Seu, A. IX, 277. — *Sive* in interrogatione, Q. V. XXXVI, 6. — vid. *Ve*.

Soceri, i. e. socer et socrus, A. II, 457. N.

Sol incertus, certus, A. III, 203. N.

Solus Vocativo videtur carere, A. I, 664.

Solvere cum Dativo et Ablativo, E. IV, 41.

Somnia, post ea dii placantur, A. III, 177.

Sonant saxa sale, pectora palmis, *cet.*, A. XI, 135. — Verba *sonandi* cum Adiectivis omnis generis iunguntur, G. III, 370. A. II, 53. N. — iisdem, ubi Accusativum regunt, inest notio *significare*, A. I, 328. N. — eadem et alia, ad sensus feriendos spectantia, cum sexto casu, A. XII, 332. N.

Sonus vicini vocabuli ad corrumpendam lectionem saepe valuit, A. I, 104. XI, 609. — Soni quaesita similitudo, E. III, 110. G. I, 157. A. VI, 452. IX, 128. XII, 254. N. Q. V. XXXIII, 8. — Soni elegantiae multum tribuitur a Virgilio, Q. V. VIII, 3, I, b. et *ibid.* 3, VII, l. et *ibid.* 3, IX. et *ibid.* 3, X.

Sophocles, A. IV, 594. XI, 696. N. Q. V. XXVIIII, 2, c.

Sors et *Fors*, E. IX, 5.

Sp, vid. *Sc*.

Spectare cum Accusativo et cum Praepositione *ad* quomodo differat? E. III, 48.

Sperare verbum medium, A. I, 543. N. — cum Nominativo et Infinitivo, A. IV, 305. N.

Spina, in Circo, Exc. ad Cat. II.

Spondere sibi probe dicitur, A. IX, 296.

Sponte et *Ipse* quid differant? Q. V. XVIII, 2, m.

Sq, vid. *Sc*.

Squalere, Squalor, non *Squallere, Squallor*, A. VIII, 197.

Ss pro *X*, E. VIII, 70.

St, vid. *Sc*.

Stare, de re horrida aut rigida, E. VII, 53. N. — *stat res alicui*, A. I, 268.

Statius, A. XII, 65. N.

Sternax, A. XII, 364. N.

Sternere se somno, G. IV, 432. N. A. VIII, 566. N. — *sternere Morti*, non *morti*, A. XII, 464. — *sternere* absolute, Cat. XI, 46.

Steti, Perfectum verbi *sistere*, A. III, 403. N.

Stridĕre, A. II, 418.

Structura verborum ad alienam structuram accommodata, A. VII, 284. N. — eiusdem verbi variata, A. X, 865. — Structurae quaedam inversio, A. IV, 506. N.

Studio, i. e. studiose, A. IV, 641.

Stupere, non *Stipere*, G. IV, 481. A. XII, 707.

Stuppa, Stuppeus, geminata media consona, G. I, 309.

Sub, ubi motum significat, semper cum quarto, ubi quietem, semper cum sexto casu iungitur, A. XII, 811. — *sub* i. q. *ad*, de loco superiore, *ibid.* — *sub noctem* et *sub nocte*,

Digitized by Google

et quae sunt similia, certo discrimine servato dicuntur, *ibid.* — *sub* de humili loco, A. I, 680. N. — de loco inferiore, A. IV, 387. N. — *sub* et *subter* de re imam rei editioris partem tangente, G. II, 157. N.

Suberigere verbum infimae Latinitatis, A. XI, 625.

Subiectum longius repetendum, A. IX, 733. — Subiecti mutatio durior, A. IX, 777. — vid. Obiectum.

Subire locum et *loco*, A. VII, 161.

Subitum et *Subito* permutat., A. II, 680. V, 170.

Submittere tauros quid? E. I, 46. N.

Subsistere et *Consistere*, A. XI, 609.

Substantiva adiective posita, E. VI, 64. A. III, 602. N. XII, 751. — Substantivi et Adiectivi collocatio, A. V, 281. — Substantiva duo, ubi fieri potest, ita solent a Virgilio iungi, ut alterum eorum singularis, alterum pluralis sit Numeri, Q. V. VIIII, 2, b.

Subtemen, *Subtegmen*, A. III, 483.

Subter, vid. *Sub*.

Subulci tardi, E. X, 19. — buccina gregem regunt, *ibid.*

Succedere et *Succurrere* confusa, A. X, 439.

Sucus, non *Succus*, G. I, 90.

Suffodere quid? A. XI, 671.

Suffusus equus, A. XI, 671.

Summi deorum qui? A. XI, 785. N.

Super de locis longissimo intervallo distantibus, A. VI, 795. — de insigni aliqua accessione, A. VII, 462. — i. q. *in* vel *ad*, de loco altiore, A. I, 680. N. — i. q. *de*, G. IV, 559. — *super usque*, A. XI, 317. N. — *super* i. q. desuper, G. II, 351. N. — Verba a Praepositione *super* incipientia rarissime adiunctum habent duplicem Accusativum, A. XI, 625.

Superare, i. q. eminere, et cum et sine Accusativo, A. II, 207. — i. q. abunde esse, G. III, 63. N.

Superbus, de divite, Cat. III, 6. — de victore, Cat. XI, 6.

Superesse, vid. *Qui*. — *Quod superest*, A. V, 796. N.

Superfundere et *Superinfundere*, A. VI, 254.

Superiicere et *Suberigere* permutata, A. XI, 625.

Supini rarior quidam usus, A. IX, 241.

Suprema salus, A. XII, 653. N.

Surculi ab humeris arborum petendi, G. II, 300. N.

Suspendere de rebus terram vix tangentibus, E. II, 66. N.

Sustentare aciem et *acies* diversum, A. XII, 662.

Suus an monosyllabum apud Virgilium? E. VII, 54. — pro *eius*, A. IV, 633.

Syllaba brevis arsis vi producta, Q. V. XII.

Synaloepha, A. XI, 390.

Synesis generis ac numeri, A. VIII, 315.

Synizesis, A. I, 2. 698. N.

Syracosius, *Syracusius*, E. VI, 1.

Syrtis quare inhospita? A. IV, 41. N.

Digitized by Google

T.

T finale in thesi productum, A. V, 167. IX, 418. — *t* in monosyllabis productum, A. X, 126. — *t* litera saepe repetita iram aut similem affectum significat, A. IV, 594.

Taciti oculi, A. IV, 364. N.

Tacitus, Cornel., A. II, 529. N. A. III, 18. 698. N. V, 541. XII, 811.

Tactus et *Tractus* confus., A. II, 683.

Talentum magnum, A. V, 248. N.

Talis in principio comparationis, A. IX, 710.

Tam multus, i. e. nam plurimus, et quae sunt similia, A. XII, 830.

Tamen in solando locum habet, E. X, 31. — fere i. q. saltem, A. I, 247. N. — omissa ante Particula *quidem*, vel *etsi*, *quamvis*, E. I, 28.

Tantum i. q. modo, de tempore, E. VI, 16. N. — *tantum* optantis, A. VIII, 78. N.

Tantus, i. e. nam maximus, A. XII, 830. — *Tantusne*, *ibid.* — *Tanton*, vid. *Pyrrhin.*

Tarchon, *Tarcon*, *Tarcho*, A. VIII, 506.

Tardere, A. X, 857.

Te meque, *Me teque*, A. IV, 682.

Tegeaeus, in codd. plerumque scribitur *Tegeus*, A. V, 299.

Temere ultimam habet brevem, Q. V. XV, 9.

Temperare, de constructione huius verbi, G. I, 360.

Tempus eidem Tempori respondens, Q. V. VI, 5. VII, 8. — Tempora Verborum confusa, Q. V. VI. — Temporum consecutio, A. II, 664. N.

Tendere munera, G. IV, 534. N. — *tendere cursum* et *cursu* quomodo differant? A. II, 321. — *t. manus cum voce*, A. X, 667. N. — vid. Oculos.

Tergēre et *Tergĕre*, A. VII, 626.

Ternarius, vid. Numerus.

Terra et *Terrae*, Q. V. VIIII, 3, VI. — *terra Africa*, A. IV, 37. N. — *terrae* casus locativus, A. VI, 84.

Terreus, G. II, 341.

Texere an i. q. spoliare? A. X, 424.

Θεῖν δόλιχον, A. III, 56. N.

Thesis arsi corroborata, A. VIII, 579.

Θέσθαι εὖ, *καλῶς*, Cat. XII, 10.

Thracia, commune nomen regionum septentrionalium, A. XI, 659. N.

Tiberis, *Thybris*, A. VII, 715. — *Tiberinus*, *Thybrinus*, A. XII, 35.

Tibi, i. e. per te, A. V, 797. N.

Tibullus, A. VI, 299. N. A. X, 549. XII, 78. Q. V. X, 2. XIII, 3. bis. — De tertio libro iudicium, E. II, 58. N.

Tori riparum, A. VI, 674. N.

Tornus i. q. caelum, scalprum, E. III, 38. N.

Torquere sidera, coelum, terras, bella, A. IX, 93. N.

Torques de sertis, G. IV, 276.

Traiectio verborum et sen-

Digitized by Google

tentiarum, E. IX, 3. — versuum, A. I, 367. III, 130. X, 713.

Trans et *Tra* in compositis, A. VI, 671.

Tres, *Tris*, A. V, 560. — Tria nomina uno versu comprehensa non sunt copulae defectu divellenda, A. V, 240.

Tridens Ablativum *tridenti*, non *tridente*, facit apud Virgilium, G. I, 13.

Trinacriae iuvenis, Cat. XI, 20.

Triviale carmen, E. III, 27. N.

Troiani et Graeci an lingua diversa usi fuerint? A. II, 423. N.

Troius et *Troicus*, A. I, 119.

Tua manebunt quomodo dictum? E. I, 47. N.

Tui amor, A. IV, 654. N.

Tum et *Tunc*, Q. V. XXV. — quid in universum de duplici hac eius Adverbii forma tenendum? *ib.* 1. — *tunc* saepe in aliis codd., ubi recte in aliis *tum*, *ib.* 2. — quomodo differant? *ib.* 3. — *tum* pro *tunc*, *ib.* 4. 5. — *tum* designat certum quoddam ac definitum tempus, sive praeteritum, sive praesens, sive futurum, *ib.* 6. — *Tum primum*, *Tum ... ut*, *Tum ... quum*, *Quum ... tum*, *Iam tum*, *Dum ... tum*, *Postquam ... tum*, *Ubi ... tum*, *ib.* 6, a. — per *tum* varia inter se comparantur tempora, *ibid.* — *tum* indicat tempus tempori, rem rei succedentem, *ib.* 6, b. — *tum* de respondente, *ibid.* — *tum* in enumeratione et descriptione, *ib.* 6, c. (adde E. VI, 61.) — *Tum vero* concitationem quandam animorum, alacritatem, gaudium, dolorem, furorem, iram, curam, terrorem, pavorem, omnino rem tristem horridamque indicat, *ib.* 6, d. — *tum* Graeco more Participiis vel Adiectivis subiectum, *ib.* 7.

Tunsus, *Tusus*, et composita similiter, G. I, 262.

Turtur, avis in villis nutriri solita, E. I, 57. N.

Typhoea, *Typhoia*, A. I, 665.

U.

U literae forma antiqua, Q. V. VIIII, 3, IX.

Ubertas orationis a Praepositione, A. IV, 588. N.

Ubi alteram semper habet correptam ap. Virgilium, A. VII, 764. — *ubi* cum Perfecto aut Praesente iunctum differt, A. XII, 495. — *Ubi ... que*, Q. V. XXXV, 6.

Ulixes et *Ulysses*, E. VIII, 70. A. II, 7. — Genitivus et Accusativus huius nominis, A. I, 30.

Ultro, Q. V. XXVII. — fere i. q. *insuper*, *adeo*, *ib.* 1. — de eo, qui contrarium facit ei, quod alias facere solent vel facere debere videntur, *ibid.* — de eo, qui infesto animo petit aliquem, *ib.* 2. — qui non lacessitus, non provocatus, non rogatus facit aliquid, *ibid.* — qui non prior compellatus alloquitur aliquem, *ibid.* — qui se prior alteri conspiciendum praebet, *ibid.*

Umbra et *Umbrae*, Q. V. VIIII, 3, VII.

Umidus et *Uvidus* permutata,

Digitized by Google

G. I, 418. — quomodo inter se differant? *ibid.*

Umquam, *Unquam*, E. VI, 45.

Una, vid. *Vix.*

Unanimis, ... *mus*, A. IV, 8.

Unda et *Undae*, Q. V. VIIII, 3, VIII.

Unus i. q. simul, A. X, 871. N.

Ursi, vid. *Saeviunt.*

... *us* qua forma interdum in libris antiquissimis exaratum? Q. V. VIIII, 3, IX.

Usque, A. XI, 317. N. — *usque quum* soloecum, A. X, 321. — *usque adeo*, Q. V. XXVI, 2.

Ut rem vel habitum denotans aliquem fortuitum, A. VII, 72. — *ut* graviter asseverantis, A. XII, 210. N. — *ut* i. q. *ubi*, locum significans, A. V, 329. N. — *ut* e Pronomine relativo repetendum, G. I, 320. — *ut* obliteratum, A. XI, 269. — *Ut... Ut* exclamantis, E. VIII, 41. N.

Uti ante consonas tantum legitur, A. IV, 402.

Utrique pro *uterque*, A. V, 233. N.

Uvidus, vid. *Umidus.*

V.

V, vid. *B.*

Vaccae quando primum admittantur? E. III, 28. N. — raro geminos pariunt, *ibid.*

Vacuus sine, A. IV, 588. N.

Vallis cava, G. II, 391. N. — *reducta*, A. VI, 703. N.

Vastare, hominibus orbare, A. I, 471. N.

Vastus, quam vim habeat ap. Virgilium? A. V, 821. — *vastus* et similia Adiectiva quomodo in versu collocentur? A. I, 333.

Ve, Q. V. XXXVI. — *ve... vel, ve... ve, ve*, pro *Vel*, pro *Aut*, pro *Sive*, *ib.* 1. sqq. — *ve* in interrogatione Pronomini interrogativo adiunctum, *ib.* 5. — *Ne, Neu, Si, ... ve*, *ib.* 6. — *Si ... ve ... aut*, *ibid.* — *ve* et *que* permutata, *ib.* 7. sqq. — quid sit in ea re sequendum? *ibid.* (adde A. XI, 592.) — *ve* excipi Particula copulativa negatur, *ib.* 12. — *ve* pro *que* memoriae errore illatum, *ib.* 13. — vid. Disiunctivae.

Vel unde ortum? Q. V. XXXII, 7. — transitioni servit, A. XI, 406. — vid. *Ve.*

Velle cum variorum Nominum Accusativis fere elliptice iungitur, A. I, 570. N.

Veluti ante consonas tantum legitur, A. IV, 402. — *veluti quum*, G. I, 303.

Venatio non aliena a vita pastoritia, E. III, 13. N.

Venator canis, equus, A. XII, 751.

Venire cum Accusativo, A. IV, 124. N. — cum Ablativo, E. X, 24. — *venire*, i. e. nasci, arbores dicuntur, non homines, A. V, 373. N.

Venti fulminis, A. II, 649. N. — Venti bigis an equis vehantur? A. II, 418. N. — venti sternunt mare, A. V, 763. N. — vid. *Ferens.*

Digitized by Google

Verbum quodvis regere potest Accusativum Nominis actionem per illud significatam indicantis, A. III, 56. N. — Verbum in priore membro omissum ex altero repetendum, E. IX, 1. N. — Verbo uni varii Casus adiuncti, A. XI, 126. — Verbum, ubi duo Nomina iunguntur, proximi Nominis Numerum plerumque sequitur, Q. V. VIII, 3. — Verbum finitum pro Participio, Q. V. XXXIIII, 3. — Verba sentiendi Graeco more cum Participio, A. II, 377. N. — Verba hortandi, instandi, incitandi, ita usurpantur, ut res, ad quam quis instigetur, e contextu intelligenda sit, A. IV, 572. N. — Verba *terrorem facere* notantia sine Casu saepe ponuntur, A. IV, 465. N. — Verba et vocabula lucem vel defectum lucis indicantia ad sonum ac vocem translata, A. X, 895. N. — Verba finita consilium et voluntatem tantum indicantia, A. X, 801. XII, 394. N. — vid. *Sonant.*

Verrere et *Vertere mare*, A. III, 668.

Versare, vid. *Verrere.*

Versus in duas aequales partes divisi, Q. V. XXXV, 18. — sine ulla mutatione repetiti, A. X, 871. — omittuntur interdum a librariis novam paginam incipientibus, A. VII, 583. — ab ipso poeta serius alliti, G. IV, 203. A. XI, 269. — circumducti, A. VII, 583. — Versus heroicus Priapei speciem habens, G. III, 6. — vid. Hypermetrus.

Vertex, *Vortex*, G. I, 481. A. VII, 31.

Veru, *Veribus*, *Verubus*, G. II, 396.

Vesper altus an ater? A. V, 19.

Vester et *Noster* permutata, E. IX, 10.

Vestis et *Vestes*, A. XII, 825.

Vi in *ut* mutatum, A. XII, 263. — *vi Superum*, an i. q. *βίᾳ, αἴσῃ θεῶν*; A. I, 4. N.

Vibrant tela ad pugnam proludentes, A. XI, 606.

Vicissim inter nos, E. III, 28. N. — i. e. secundum vicissitudinem naturae, A. IV, 80. N.

Victima, maior hostia, E. I, 34. N.

Video... quum, E. III, 12. G. III, 103. N. — *Viden ut*, quomodo struatur? E. IV, 52. — vid. *Pyrrhin.*

Viduare, A. VIII, 571. N.

Vincere iter, A. VI, 688. N.

Vincula iugalia, A. IV, 59. N.

Vini nomina per Adiectiva masculini generis elata, G. II, 98.

Virbius, *Verbius*, A. VII, 762. — Virbii duo, *ibid.* N.

Virgilius Etruscus natione, A. X, 200. N. — an imitator Galli? E. II, 5. — heroicis quaedam temporibus tribuit, quae posterioris fuerunt aetatis, Q. V. XXXVIIII. A. XII, 563. N. — dormitat aliquando, Q. V. XXXX. — Virgilii editio D. Heinsii quem usum habeat in re critica? A. VII, 715. — Virgilius ab Egenolpho editus, A. VIII, 566.

Virgo, de impudica aut virum experta, E. VI, 47. N.

Virtus, i. e. laus virtutis, A. VI, 807. N.

Visne et *Vis tu* quomodo differant? E. III, 28. N.

Visus, species, A. IX, 271. N.

Digitized by Google

Vitium, i. e. crimen vitii, A. VI, 807. N.

Vitrea Nympharum antra, G. IV, 353. N.

Vitula, ... *lus*, i. q. *iuvenca*, ... *cus*, E. III, 28. N. — vitula maior hostia in sacro ambarvali, E. III, 77. N.

Vix adiuncto numero paucitatem indicat, A. I, 383. N. — *Vix* non sequente *quum*, A. I, 586. — *Vix, Una, ... et, que*, Q. V. XXXV, 6. — *Vix adeo*, Q. V. XXVI, 7.

Vocabulum idem geminatum librarii interdum semel scribunt, A. X, 705. — Vocabula et verba eadem brevi intervallo repetita, Ge. II, 125. A. V, 181. XI, 93. — Vocabula iuncta, quae prope idem significant, A. I, 545. — sordida ac turpia, A. V, 333. N. — vid. Sonus, Verbum.

Vocare crudelem aliquem, E. V, 23. N. — *voc.* deos testes, A. XII, 176. — i. q. invocare, A. III, 253. — *voce vocare, precari*, A. VI, 186. — *vocant adversa*, A. IX, 172. N. — *vocat* mutatum in *vacat*, A. V, 23.

Vocativus pro Nominativo, A. IX, 485. — Vocativus singularis Numeri in plurium allocutione, A. I, 140. N. IX, 525. — *Anchisā*, A. III, 475. — vid. Ellipsis, Nominativus.

Volvere de fatis, A. I, 22. N. — *volvenda dies*, Q. V. XXIIII, 4.

Volscens, Vulscens, Volcens, Vulcens; Volsci, Vulsci, Vulci, A. IX, 370.

Vortex, vid. *Vertex*.

Voster an scripserit Virgilius? E. IX, 10.

Vota et *Preces* iungi solent a poetis, A. VIII, 61.

Vox, vid. *Vocare*.

Vulcani opera αὐτόματα, A. VIII, 438. N.

Vulgo, i. e. passim, multis locis, A. III, 643. N.

Vulpes iungere, E. III, 90. N.

X.

Xenophon, Q. V. XXVIIII, 2, c. XXX, 6.

Z.

Zm, A. X, 351. *Zz*, A. II, 763.

LIPSIAE,

EX OFFICINA B. G. TEUBNERI.

Digitized by Google

In dieser Verlagsbuchhandlung sind ferner erschienen und durch alle Buchhandlungen zu beziehen:

Döleke, Dr. W. H., Kleine hebräische Grammatik. Mit Uebungsstücken zum Uebersetzen. gr. 8. 1822. 10 Gr.

Ewald, Dr. G. H. A. (Profess. Gotting., Societ. as. Par. Soc.), Grammatica critica Linguae arabicae cum brevi metrorum doctrina. Vol. I. Elementa et formarum doctrinam complectens. Cum tabula lithogr. 8 mai. 1831. 2 Thlr. 6 Gr.
(Der 2te und letzte Band ist in wenigen Tagen auch fertig.)

— — Comentarius in apocalysin Iohannis exegeticus et criticus. 8 mai. 1828. 1 Thlr. 8 Gr.

— — Kritische Grammatik der hebräischen Sprache, ausführlich bearbeitet. gr. 8. 1827. 2 Thlr. 6 Gr.

— — Grammatik der hebräischen Sprache des A. T. in vollständiger Kürze neu bearbeitet. gr. 8 1828. 21 Gr.

Gradus ad Parnassum, sive Promtuarium prosodicum syllabarum latin. quantitatem et synonymorum, epithetorum, phrasium, descriptionum ac comparationum poeticarum copiam continens, in usum iuvent. scholast. editum. — Post C. H. Sintenisii et O. M. Mülleri curas emendavit et auxit F. T. Friedemann. — Editio tertia, prioribus aliquanto castigatior et locupletior. 2 Partes 8. 1830. 1 Thlr. 12 Gr.
Schreibpapier 2 Thlr.

Homeri Carmina. — Recognovit et explicuit F. H. Bothe. — Iliadis Vol. I. II. lib. 1—16. 8 mai. 2 Thlr. 8 Gr.

Lexicon hebraeo-chaldaicum, in quo omnes voces hebraeae et chald. linguae, quae in V. T. libris occurrunt, exhibentur, adiectis ubique genuinis significationibus latinis accurante M. C. Reineccio, iterum ed. emend. et auctum per I. F. Rehkopf, denuo ed. emend. auxit atque in ord. redegit alphab. A. P. L. Sauerwein. 8 mai. 1828. 1 Thlr.

Des Q. Horatius Flaccus Episteln. — Herausgeg. von Dr. C. Passow. — Ueber das Leben und Zeitalter des Dichters. — Kritisch berichtigter Urtext. Uebersetzung. gr. 8. 1 Thlr. 6 Gr.

Sonne, G. D. A. (Director des Pädag. in Ilfeld), Hebräisches Lesebuch für den Gymnasial-Unterricht, mit Hinweisung auf die Sprachlehren des Herrn Prof. Ewald und einigen Anmerkungen desselben. gr. 8. 1830. 10 Gr.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google